



Confessio illustrissimi Principis ac Domini, D. Christophori ducis VVirtenbergensis et Theccensis, comitis Montbeligardi &c.

<https://hdl.handle.net/1874/430467>

TOMVS POSTE- rior, in quo, post Epistolam Io-

ANNIS BRENTII AD ILLVSTRISSIMVM PRIN-
CIPEM, DVCEM VVIRTEMBERGENSEM &c. è VVORMACIA
SCRIPTAM, CONTINENTVR ANTIDOTA ET APOLOGE-
TICA SCRIPTA PROFESSORVM THEOLOGIAE
IN SCHOLA TVBINGENSI, QVORVM
HAEC SVNT NOMINA,

JACOBVS BEVRLINVS D.
JACOBVS HEERBRANDVS D.
IOANNES ISENMANNVS ABBAS.
THEODORICVS SNEPFFIVS D.



FRANCOFORTI
Anno 1561.

TOTVS POST

Hoc in duplo Episcopatu

ANNA BRITANNIA AD FESTA RISIUM PRIN

CIERI' ODEAM AVITATEM PEGASUS ALLOMAGNA

ACERITATM CONSTITUTA VITIA TOTABOZ

ITICA SERPENTIA RORERORUM INTRODUCERE

IMSCHOLOM TAPENAS D'GUA

HAEC SINT NOMINA

TAZOBAS SATURNIUS

TAZOPA HELLERIUS

TAZONIUS ISINAKAUS ABBAS

TAZOGOTCA SVETAVIA



TAZOGOTCA

anno 1561

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DO-

MINO, D. CHRISTOPHORO DUCI VVIR-

TENBERGENSI, ET TECCensi, AC COMITI

MONTBELGARDI &c. DOMINO

SVO CLEMENTISSIMO

S. D.



LLustrissime Princeps, Domine obseruan-
dissime. Cum hisce diebus tuæ Celsitudinis
mandato, ad Colloquium, quod Berbetomag-
(quam urbē nunc Vuormaciam uocant,) i-
nstituendū erat, profectionem suscepisse, ex-
hibitus est mihi liber, cui autor titulum fe-
cit Defensio Catholicæ Confessionis & Scho-
liorum circa Confessionem Illustrissimi du-
cis Vuirtenbergensis nomine editam, aduer-
sus Prolegomena Brentij.

Etsi autem alia erant negotia, præ quibus non licebat mihi integrā
librum hoc tempore percurrere, tamen inspexi Præfationem libri ad
Tuam Celsitudinem, & nonnullas, ut forte in manus uenerant, pagi-
nas, ac re ipsa comperi, quod iam antè, haud uanis rationibus persuasus,
futurum diuinabam, Satanam meis Prolegomenis ita irritatum, ut me
omnibus suis artibus, ac præsertim ijs, quibus & semper plurimum ua-
luit, & à quibus Diaboli nomen reportauit, calumnijs & mendacijs,
quanto potest ingenio adoratur. Ac nisi me animus fallit, & omni iu-
dicio caream, autor huius libri, non est ille Sotus, qui ante scripsit Con-
fessionem Catholicam, ut ipse loquitur, & Scholia, sed alius quispiam
personatus & conducticius rabula, eadem quidem impietate, & eodem
mentiendi & calumniandi ingenio, quo prior ille Sotus, instructus, sed
ea quoq; loquacitate, ut præ ipso ille plane infans uideatur. Quod de au-
tore libri, utcunq; se habeat, certè, quanquam multi impij homines so-
leant sibi uarijs artibus & consilij mutuas operas tradere, tamen idem
& sui similis Satan est, qui iam inde ab initio ueritatem Euangelij Do-
mini nostri Iesu Christi oppugnat. Visum igitur est, Illustrissime Prin-
ceps, hunc personati Soti librum primo quoque tempore ad tuam Cel-
situdinem mittere, & quod hic Sotus ait, rationem postulare, ut à te au-
diatur, & non inauditum damnes, idem ego supplex non à Tua tantum
Celsitudine, uerum etiam ab omnibus alijs, quibus uera pietas cordi est,
peto, ut si liber huic nostræ controvensiæ djudicandæ uacare, librum per-
sonati Soti non oscitanter, sed magna animi attentione legant. Non e-
nim dubito, quin quo quis acutiori est ingenio & iudicio, eò certius cog-
noscat, quantæ sint istorum hominum, qui suscepérunt ueritatem Euan-
gelij Christi oppugnandam, & autoritatem Asoticorum Prælatorum
defendendam, imposturæ, quantæ tergiuersationes, quantæ impieta-
tes. Sed & illud, quod regula ipsa iusticiæ exigit, peto, ut non solùm ea
mutila, quæ personatus Sotus è Prolegomenis meis excerptis, & depræ-
uauit, uerum etiam integrum scriptum legant, & conferant. Sic enim

EPISTOL. IOANN. BRENTII

haud dubie fiet, ut & si quædam fortassis occurrent, quæ calumnij patere uideantur (Quod enim est remedium aduersus Sycophantæ mortis) tamen status ipse cause, quam tractauimus, ueritate uerbi Dei, recte ac probè munitus, manifestissime cognoscatur. Cæterum, postquam Ilustrissime Princeps, coram tua Celsitudine audeat Sycophanta uociferari, nullum tibi nocentiorem inimicum quam Brentium, nullum coniuratum hostem tibi tantum nocere, quantum Brentius, ne in hac quoque parte meo officio defuisse uidear, statui hac epistola paucis perstrinxere ea, quæ in Praefatione ad tuam Celsitudinem præcipua uidebuntur, ut tua Celsitudo aperte intelligat, à quali uiro, & qualibus artibus accuser. Etsi enim non dubito, quin Tua Celsitudo cogitet ipsa, quantum ponderis hæc accusatio habeat, & sycophanta quoque ipse præter animi sui sententiam, me defendat. Paulò enim post in hac Praefatione scribit: Et quidem nec bonum (inquietus) nec doctum me, aut credere aut affirmare ausim. Hoc Rhetoris de seipso testimonium, quod se non debeo, ita me ab improbis uiri accusatione palam defendit, tamen ostendam paucissimis, ex Praefatione eius, artes huius Rhetoris, qui uidetur non nouus, sed uetus esse ueritatis oppugnator, ut aduersus tam crudelē accusationem aliquid antidotum extet.

Initio igitur, personatus Sotus in Praefatiuncula sua ad Lectorem, affirmat me omnem autoritatem circa dogmata & controversias fidei Principibus secularibus tribuere, & Episcopis admovere. Hæc in hoc & alijs locis ita solet proponere & recitare, perinde ac si arbitrarer, solis Principibus secularibus pro suo arbitrio, tribuendam esse autoritatē dī iudicandi dogmata & controversias fidei, ac omnibus indiscriminatim Episcopis auferendam. Hæc iam prima est calumnia, & sententia mea depravatio, à qua cum Rhetor ipse me liberet, non est opus, ut pluribus sententiam meam exponam. Postenam, in Praefatione ad tuam Celsitudinem, recitat mea uerba, quæ operæ premium est hic adscribere. Sic enim in primo capite πελεγούμενη dico: Ostendemus, diuina clementia adiutri, quod non ad Prælatos illos tantum, immo ne quidem ulla ex parte ad ipsos, quippe qui non sint Ecclesiæ membra, sed præcipue ad pios Principes, & ad eos qui tam ex ministrorū Ecclesiæ numero, quam ex reliquo hominum, qui doctrinam Christi agnoscent, cœtu, in consilium adhibentur, pertinet de doctrina religionis cognoscere & iudicare.

Hac propositione facio nec solos seculares Principes, nec solos ministros Ecclesiæ, nec solos Laicos, iudices de doctrina religionis, sed primum excludo Prælatos, eos uidelicet, quos uoco Asoticos, hoc est, qui impia Papisticæ doctrinæ, quam Asotus in sua Confessione recitat, & propagnat, ita addicti sunt, ut eam non solùm approbent, uerum etiam armis defendant. Hos enim iudico non solùm non esse membra, uerum etiam hostes uerae Ecclesiæ Dei. Quomodo igitur possem eos, meo suffragio, in communionem cognitionis de doctrina religionis admittere?

Sed dicunt: Quis tu, & discipuli Lutheri, estis, qui uobis tale iudicium sumitis? Non ignoramus illorum uociferationes. Nos uero in hoc iam multis annis fuimus, & adhuc, propicio Deo, sumus, ut certis ac firmis argumentis demonstremus, Prælatos illos impia dogmata sectari, & piam doctrinam persequi. Sed quis hic erit iudex & Prælati illi non agnoscerunt?

AD ILLVSTRISS. PRINCIP. VVIRTENBERG

agnoscunt nos iudices, Et uicissim nos non agnoscimus illos iudices, Quid ergo faciamus? Hic nos appellamus ad seculares Principes, ad ministros Ecclesiarum, & ad Laicos, qui nomen suum dederunt Christo, Si Dominus Ecclesia sue ita faueat, ut Spíritu sancto suo aliquothorum mentes sic illustrauerit, ut non solum ipsi ueritatem nostræ doctrinæ & impietatem Papisticorum dogmatum agnoscant, uerum etiam ministrorum nostrum suis, quibus possunt officijs adiuuent, agim⁹ Deo pro hoc beneficio summas gratias, & habemus, qui nobiscum sint ueris doctrinæ de religione iudices. Si autem Domino uisum fuerit diutius ad impietatem tam Papisticorum Prælatorum, quam multitudinis secularium Principiū, & populorum conniuere, nō quidem dubitamus, quin conseruaturus sit ueram suam ecclesiam in media Papistarum impietate, sicut quondam seruavit eam in medio cultu Baalitico, interea autem temporis expectanda nobis sunt & perferenda quævis pericula, quæ aduersus nos impij Prælati, & satellites eorum propter ueritatem nostræ doctrinæ, quam ipsi ut impiam damnant, meditantur, Deus autem uidebit & iudicabit. Habet ergo personatus Sotus, quomodo secularibus Principibus tribuatur autoritas iudicandi de doctrina religionis.

Deinde, cùm adimitur ea autoritas Prælatis Aſoticis, non adimitur omnibus Episcopis indiscriminatim. Speramus enim, quemadmodum meum scriptum iterum atque iterum fatetur, aliquot pios esse uirros inter Episcopos, qui genua sua non curuant ante Baal. Hos, sicut pia charitate ueneramus, ita ab autoritate iudicandi non reuocim⁹. Sed qui sint illi nominatim, nondum nobis, cum Pontificijs Prælati conuenit. Res igitur eodem redit, ut iterum ad iudicium Domini nostri Iesu Christi appellemus, & sententiam eius expectemus.

Postremo, non tribuitur nec Principibus nec alijs hominibus autoritas huius iudicij, ut ea pro suo arbitrio utantur, sed ut iuxta Prophetam & Apostolicam scripturam iudicent. Sed si diuersæ, immo aduersæ & pugnantes fuerint opiniones de sententia scripturæ, quod eundum? Hic fieri solet, ut aliquoties maior pars uincat suffragijs suis meliore. Quid ergo faciant pauciores? Num concedant in impiam sententiam partis maioris? Quis hoc, nisi impius, affirmaret? Necessarium igitur est, ut altera pars, quæ suffragijs multitudinis superatur, expectet coelestem sententiam, & interea temporis patienter ferat, quicquid mali altera intulerit. Existimo his paucis satis ostensum esse, quid in uniuersum de ecclesiastico iudicio sit sentendum, & habet personatus Sotus, quomodo autoritas iudicandæ piæ doctrinæ, tam secularibus Principibus, quam ministris Ecclesia, & priuatis hominibus tribuitur.

Alia Soti calumnia cum insigni mendacio coniuncta est, quod affirmat me omnes totius orbis Christi Episcopos, ecclesiam Aſoticam dicere. Toties testor me sperare inter Episcopos esse nonnullos, qui non curuent genua sua ante Baal, & quibus impudentia Soti ac suorum Fratervorum displaceat: ac significo etiam haud obscurè, me nomine Aſoticæ ecclesia intelligere, non eos Prælatos, qui nostram piam doctrinam non aspernantur, etiamsi non omnia nostra probauerint, sed illos, qui eam doctrinam ita persequuntur, ut cupiant nos, qui ipsam amplectimur, non tantum è uita sublatos, uerum etiam in æternum barathrum coniectos.

Quid autem dicam de uirulenta illa calumnia, qua iterum & iterum

EPISTOL. IOANN. BRENTII

affirmat me dicere, Concilium Nicænum errasse? Hoc enim tam frater dulenter commemorat, ut imperitus Lector existimet me omnia eius concilij dogmata damnare. Verba autem mea sic habent. Nō dubium est, quin, cùm Patres Nicæni Concilij definierunt Christum filium Dei æqualem esse Patri essentia, & maiestate, Christus fuerit in medio eorū, quia tum secuti sunt, non suas ipsorum opiniones, sed sententiam Spiritus sancti, in sacra scriptura traditam & patefactam. Cùm autem postea iudicarent eos, qui Christum professi, ad militiam redirent, damnatione dignos, certè humani aliquid passi sunt, quod damnauerint legitimam militiam, quam Ioannes ipse Baptista approbauerat, nec Christus reiecerat. Hæc mea sunt uerba, quibus alterum eius Concilij articulum ab altero ita seiungo, ut pius & æquus Lector, non habeat, unde offendatur. Quid autem personatus Sotus? Vociferatur simpliciter, & nullo discrimine, me dicere, Concilium errasse, ut Lectori suspicionem iniiciat, me illum quoque articulum Nicæni concilij de diuinitate Christi, affirmare esse errorem. Quid hoc astu virulentius? Petrus Apostolus, & si habuit Spiritum sanctum, cùm confiteretur Iesum esse Christum filium Dei uiuentis, tamen postea in abnegando Christo horribiliter lapsus est. Et quanquam in die Pentecostes accepit unā cum alijs Apostolis admiranda dona Spiritus sancti, tamen postea Antiochiae aliquid humani, simulatione sua passus est. Nunc si quis sine ulla exceptione auctoritate præfatione, & non expositis circumstantijs diceret, Petrum errasse, quid aliud significaret, quam uniuersam doctrinam Petri de Euangelio Christi esse falsam? Credo Sotum ipsum, nisi sua impudentia omnes homines uincat, non approbare omnia seu dogmata, seu constituta Papatus. Existimo enim eum iudicare, Papatum non esse omnino ~~ærumæptum~~ & tamen, nisi fallor, cohorrescere solet ad hanc uocē, si simpliciter enunciatur, Papatus errauit. Cùm igitur Nicænam Synodus, quod tot meis scriptis clare testatus sum, ex animo amplectar, non debet mihi fraudare, quod sentiam eam alicubi non nihil humani passam: & Sycophantæ morsus est, si quis mea uerba ita recitauerit, perinde ac si omnia eius Synodi dogmata erroris damnarem. Hoc est illud humanitatis officium, quo personatus Sotus Lectorem salutat.

Nunc perstringamus etiam quædam, (quis enim ad omnes calumnias Logodædali responderet?) in præfatione, quæ ad Tuam, Illustrissime Princeps, Celsitudinem scripta est.

Prætereo illud, quod queritur se tot opprobrijs, tot conuicijs, totque gravissimis criminationibus à me impletum, & non meminit nos priores multò grauioribus ab ipso sordidatos, proscissos, & conculcatos fuisse, ut cùm permiserit sibi dicere, quæ uoluerit, meritò uicissim audienda erant, quæ non uoluerit. Et quod in scribenda Apologia feci, officium erat, non conuicium, nisi forte Christus conuicium, non officium suum fecit, cùm dixit Pharisæos, hypocritas, ex patre Diabolo esse, & ipsos desiderijs patris sui uelle obsequi. Congratulatur sibi de meo testimonio, quod dixerim, scripsisse eum Epitomen Sophisticæ & Monasticæ doctrinæ, ac existimat se eo ipso, ut uirum uerè Catholicum predicari. Sed heus tu, iam non bone, (auersaris enim tu ipse, præ nimia tua humilitate hoc epitheton) sed male uir, Sophistica & Monastica, non est eadem cum uerè Catholicæ doctrina. Hæc enim pia est, & Propheticis ac Apostolicis literis tradita. Illa autem, quam tu profiteris, & de qua

AD ILLVSTRIS. PRINCIP. VVIRTENBERG.

de qua tibi congratularis, impia est, nec Propheticis & Apostolicis scriptis, sed euentitatis traditionibus, & uanis Sophistarum ac Fraterculorum commentarijs in orbem propagata. Quod in Apologia tam aperi-
te, tam perspicue ostenditur, ut hoc, nisi qui diuinitus fuerit cæcatus, ne-
gare non possit.

Affirmat me hostem totius Catholicae Ecclesiae, & asserere Concilium Nicænum falsum, & contra Euangelion docuisse. De Sycophantæ quidem morsu, quem mihi Rhetor propter Concilium Nicænum infigit, paulò ante. Quod autem scribit me esse hostem totius Catholicae Ecclesiae, extat caput in Prolegomenis, de Catholica ecclesia, extant & alia testimonia, quibus clarè exponitur, quid nomine ueræ catholicae Ecclesiae intelligendum sit. Tantum enim discrimen est inter ueræ Catholicam, & inter Sophisticam, Monasticam, seu Asoticam ecclesiam, quantum est inter oves & lupos, hoc est, inter Cain & Abel, inter Esau & Jacob, inter Pharisæos & Apostolos. Quare si Logodædalus nomine Catholicæ ecclesiae intelligit, suam illam hypocriticam & Asoticam ecclesiam, & si doleo uicem huius ecclesiae, & precor ei resipiscientiam, tam non recuso audire, hostis eius, quod abominer ac detester, non qui dem homines ipsos, pro quorum salute Deum inuoco, sed impiam eorum doctrinam, qua in ueram Ecclesiam Dei graffantur.

Deinde dicit, me occultius quasi susurrantem seminare inter te, Illustrissime Princeps, & uicinos discordias. Et narrat, nescio quæ, de colloquio Tuæ Celsitudinis, cum Cardinali Augustano. Primum, graue certè crimen ac planè diabolicum est, Vincos inter se discordijs committere: quæso autem te, personate Sote, uter discordias inter uicinos seminat? Num tu, qui consensu & autoritate tui Episcopi, ut tu qui seminas, publicè arguis impietatis Confessionem Illustrissimi Principis mei, & uociferaris eum falsum ac deceptum, an ego, qui uero & altero uerbo, significo nos non tam stupidos esse, ut non intelligamus, quorum instinctu tu hanc prouinciam suscepferis? Quasi uero, & uos Papistæ dissimuletis, & nobis sint ignota uestra consilia, quæ aduersus nostram doctrinam, & eos, qui eam amplectuntur, capere soletis. Deinde, quæ narrat Sotus de candore Cardinalis Augustani, (cuius tandem ego nullam planè in his scriptis mentionem feceram) ac de amore eius erga tuam, Illustrissime Princeps, Celsitudinem, & de colloquio, quod inter te & Cardinalem fuit, potest uerum esse, quod ille narrat, potest etiam falsum esse. Nihil enim humani à Soto alienum est. Certe, quod ad me attinet, optarim omnia ea uera esse, quæ de candore & pietate Cardinalis sui commemorat, tantum abest, ut cupiam ei aliquid uitatum, si quas haber, ademptum: atque utinam multi tam constanter ea credere possent, quam confidenter Sotus asseuerat.

Scribit, Impotentiam animi sui & iracundiam potuisse tanta temporis mora sedari, & se impense operam dedisse, ne quid diceret, quod ad causam non esset necessarium. Sed si tot annis, quibus dicit se responsionem meditatum esse, non potuit refrigerescere, quin exclamaret: Deciperis, & Falleris, & de nobis: Synagogam Satanæ, Nouatores, Deceptores, Impostores, Fures, Latrones, & Seminatores schismatum, quid, quæso, factum esset, si statim in ipso impotentia & iracundiæ paroxysmo, librum suum in lucem dedisset?

Recenset etiam, si Deo placet, capita quorundam dogmatum, & qui

PISTOL. IOANN. BRENTII

dem eorum, pro quibus Asotica ecclesia, tanquam pro aris & focis pugnat, Offerendum sacrificium pro defunctis, Ieiunia ecclesiæ obligare homines, Cœlibatum præferendum matrimonio, Venerationem reliquiarum, & usum luminarium esse licita, & sancta, Esse Purgatoriū, Sanctos esse Inuocandos, Orandum pro defunctis. Hæc omnia negare, assertat à Patribus inter hæreses ab Ecclesia damnatas referri, id quod aperiatis testimonij se probasse iactat. Sed aliud est uerbis gloriari, aliud ueritatem dicere. Non continuo hæresis est, quod nonnulli Patres inter hæreses referunt. Nec statim ab Ecclesia damnatur, quod colluuius quorundam Prælatorum damnat. Patres ipsi exigunt, ut scripta ipsorum dijudicemus, & ea probemus, quæ ipsi autoritate Prophetica & Apostolicae scripturæ probant, libertatem nobis relinquentes ea uel agnoscendi uel reiſciendi, quæ non habent Sacrarum Literarum testimonia. Vox enim Dei Patris è celo sonuit, non de Patribus, sed de filio suo, HVNC AVDITE. Et habent Patres multa, quæ posteri in aliis sensum detorserunt, & quibus ad impietatem sunt abusi. Hæc in Apologia diuina clementia adiutus, tot ac tantis testimonij ac rationibus ostendo, ut non dubitem quin apud pios & æquos Iudices obtineā, Sotum non solum esse contumeliosum conuiciatorem, uerum etiam impium calumniatorem.

Dicit Confessionem nostram nullo contradicente editam, ideoq; facile fuerit, mansuetè agere. Quæ est hæc impudens hominis incognititia? An non meminit, quod ipse non negat, uniuersum penè orbem, cum hac Confessionis doctrina hactenus pugnasse, ac plane idem nobis accidere, quod Iudæi Paulo obiiciunt: De secta, inquiunt, ista notum est nobis, quod ubiq; ei contradicitur. Quid? Num oblitus est, Pontificios suos, persecutos nos iam esse multis annis propter hæc doctrinam, non tantum Bullis & Decretis, uerum etiam exilijs, ferro, igni, aqua, deniq; omni genere crudelitatis. Nec ignorare potuimus, hanc doctrinam iam tum magna ex parte à cœtu Tridentino reiectam, & ut ipsi loqui solent, anathematisatam, & tamen bellus homo permittit sibi scribere, Confessionem nullo contradicente editam,

Pergit scribere: Si contumeliaz, conuicia, maledicentiaz & amarulentiaz tollantur è medio Prolegomenorum meorum, uix tertiam partem superfuturā. Scilicet cum hi uenerabiles viri non audiunt, Paternitates, Reuerentias & Sanctitatis, conuicia sunt, & contumeliaz. Et ueritatem aduersus mendacia, ac pietatem aduersus impietatem tueri, est maledicere & amarulentum esse. Sed de his iudicent pñ Lectores.

Cum reiſcio Asoticos Prælatos, & affirmo me colluuiem Asotico rum Prælatorum non alio loco ducere, quam Synedrion Caiaphæ & Annæ, ibi tum exurgit in me Rhetor, tanta proceritate, ut Goliathem ipsum agnoscere possis, ibi reiſcio omnes Christiani orbis, Galliaz, Hispaniaz, Germaniaz, Italiae, & cæterorum Christianorum regnorum Episcopos, quos etiam æquales duco Crucifixoribus Christi, Nec admitto in iudicium, nisi paucos quosdam Principes & populos Germaniaz, qui uix à triginta annis nouam hanc doctrinam sunt sectati. Ego vero videor mihi nunc audire paraphrasim uerborum Caiaphæ, cum discedit uestimenta sua, & ait: Blasphemauit. Quid insuper egemus testibus? Ecce audistis ipsi blasphemiam eius. Quid uobis uidetur? Sed uanus homo non uidet se hisce ampullis & sesquipedalibus uerbis nihil aliud dicere,

AD ILLVSTRISS. PRINCIP. VVIR TENBERG.

dicere, quām quod Phariseus quispiam aut scribā potuisset discipulis Christi obīscere, & dicere: Quid mirum, quōd in oculis pīscatoris aut pū blicani tam deformis & abominandus videar, ut uocet me progeniem uipear, & affirmet me ex patre diabolo esse, cūm ei omnes inter se consentientes & agnoscētes catholicam Israelitarum, seu populi Dei religionem, & Pharisaciam sanctitatem, omnes scilicet totius orbis Iudaici Pontifices, Prīncipes, populi, & qui non tantū in Israelitarum regione, uerum etiam in Parthia, Media, Persia, Mesopotamia, Cappadocia, Ponto, Asia, Phrygia, Pamphilia, Aegypto, Lybia, Roma, Creta & Ara bia habitant, præter paucos quosdam Galileæ pīscatores, & publicanos, idq; uix à tribus aut quatuor annis, videantur hostes Dei: At enim personatus hic Sotus non uidetur mihi status huius causæ meminisse. Quā enim ego doctrinam sequor & profiteor, haudquaquam dubito, quā sit uerè pīa, & consentanea scriptis Propheticis & Apostolicis. Colluies autem Asoticorum Prælatorum non tantū damnat, sed etiam perse quitur eam extrema crudelitate, tanquam impiissimam, & maximè omnium blasphemam. Quid ergo mihi & illis Prælati sic affectis sentiendum & iudicandum sit, non potest esse obscurum, nec ego uolui dis simulare. Et tamen interea non omnes damno, sed toties testor, me spē rare multos esse inter illos qui non curuent genua sua ante Baal. Multis etiam hæc lux Euangeliū nondum est patefacta. Patefiet autē ex clementia Dei, suo tempore. Multi etiam, cūm ad extremam uitæ suæ metanī perueniunt, illustrantur diuino spiritu, ut reiecta omni fiducia meritorum suorum, & inuocatione Sanctorum, conuertant se ad solum filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, & tradant spiritum suum in manum Dei Patris sola solius filij Dei & Passionis ac mortis eius fiducia. Quod quibus diuina clementia contigerit, hi certè nostri fiunt, & ab negata Asotica impietate, ad ueritatem nostræ doctrinæ accedunt, ac salutem consequuntur. Ac ne quidem de Soto ipso animūlum adhuc despondeo. Etsi enim hoc tempore tuetur illas nugas de Pontificis sui primatu, de sacrificio Missarum, de Inuocatione Sanctorum, de Purgatorio, & id genus alijs rebus, tamen cūm fuerit in conscientia sua ad tribunal Dei adductus, & igni diuini iudicij examinatus, ac habuerit Deum propicium, dicturus potius sit: Miserere mei Deus secundum magnam & gratuitam tuam misericordiam, quam mihi ostendisti in unigenito filio tuo, quam ut dicat, Iudica me Domine, secundum merita mei ordinis, & secundum obseruationem mearum Missarum. Quod si ex fide orauerit, certè noster, hoc est, Christi & uera Ecclesia erit. Hic enim est scopus, ad quem omnis hæc controuersia à nobis refertur.

Accedit tandem ad id, quod scripsi, eum ne tuo quidem nominini, Illusterrissime Princeps, pepercisse. Et hic uideas Rhetorem omnes ferē ingeniū sui neruos expedire, ut quæ in tuam Celsitudinē contumeliosē dixit, excusat, atq; fuco quodam coloret. Turpè quidem esset mihi tot, adeoq; pluribus & maioribus, q; quibus unquam dignas gratias referre queam, beneficijs affecto, aliquid de laude nominis tui, quam ei Sotus tribuere uidetur, deterere, ac non potius id encomium, quod de tuis uirtutibus prædicat, grata mente agnoscere: illud autem intelligere non possum, qualis laus sit, de tua Celsitudine publicè in uniuerso Christiano orbe ex clamare, Falleris, Deciperis: præsertim in ea causa, in qua si fallaris, & decipiari, iacturam æternæ tuæ salutis facias, necesse erit.

Nam, quod addit, me referte uerba sua truncata, Sciat mei instituti non fuisse, uniuersum scriptum suum in meum librum transscribere, aut etiam integras semper periodos recitare. Solent Scriptores ea comp memorare, quae ad causam propriæ pertinere uidentur. Reliqua Lectori, si modò liber extat, non subtrahuntur, sed potius legenda ostenduntur.

Quod autem obijcit me in Augustinum, Hieronymum, & alios Ecclesiasticos scriptores, idem mihi, quod ipse in Tuam Celsitudinem exclamauit, permettere, consideret, longè aliud esse, ex officio & uocatione, aliquot dicta ueterum scriptorum expendere, & dijudicanda suscipere, quam talibus uerbis Principem, cui ne notus quidem fueris, tuo ipsius arbitrio, à cognoscenda & iudicanda doctrina religionis reijs cere.

Sed quid opus erat Soto, contumeliosa sua uerba tam sollicitè excusare, & defendere, cum eam contumeliam, alia, eaq; maiori, in præsentia tegendam suscipiat. Sic enim de me scribit: Ut aperte, inquiens, dicam, nullus tibi nocentior inimicus est, quam Brentius, nullus ulla maleficentia tantum tibi nocere potuit, tantum incommodi, & detrimenti, non dicam iam animæ, sed substantiæ, gloriæ, & nomini tuo inferiri potuit, &c. Paulò ante autem in exordio huius præfationis dicit me in primis tuum doctorem, quem audias & suspicias, cuius consilio futus me descripsit, & Tua Celsitudo me non tantum audit & suspicit, uerum etiam meo consilio causas fidei & salutis suæ committit, quid, obsecro, reliquum est, nisi ut Sotus sentiat, te non solum esse rūdem & in doctum, sed etiam tam incogitantem, tam incurium, tam stupidum, tam tuæ ipsius salutis negligentem, tam à lectione sacrarum literarum abhorrentem, tam ab omni Spiritus sancti dono alienum, ut non queas discernere, quis tibi sit amicus aut inimicus, quis te uera aut falsa doceat, quis tuæ saluti studeat, aut insidietur, sed cōmittas potius, haræ omnium rerum cōtemptor, causas fidei & salutis tuæ nebuloni tam insigni. Hæc scilicet est, Illustrissime Princeps, honorificentia, quæ debetur pijs Principib; & qua te isti homines orbi commendant. Ac planè accidit eis, quod fabulæ commenmorant, apud portitorem accidisse alopecia labrant, qui quo diutius recusabat portorium dare, eo pluribus morbis obnoxius deprehendebatur.

Sed expendamus tandem, cur ego personato illi Soto uidear, Tuæ Celsitudinis inimicus longè omnium nocentissimus. Etsi enim testimoniū à uiro non bono profectum, nullam habet apud bonos autoritatem, tamen petulantia hominis non est silentio prætereunda. Recitauit Davidis exemplum è Psalmo: Perfecto odio oderam illos. Et Legem Moli, quæ extat in Deuter. cap. 13. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ &c. ac uolui ex his ostendere, pertinere non tantum ad Magistratum, uerum etiam ad priuatum quemq; iudicare de doctrina religionis, nè quis impiam pro pia agnoscat. Cum enim non tantum contra impios doctores, externo iudicio, uerum etiam cōtra Satanā ipsum, in certamine conscientiæ, coram tribunalí Dei, dimicandū sit, necessarium est, ut nec magistratus, nec priuatus ex alieno tantum iudicio pendeat, sed ut sua quoque ipsius cognitione per Spiritum sanctum confirmetur. Hic suscepit Logodædalus testimonium Davidis & Legem

AD ILLVSTRISS. PRINCIP. VVIR TENBERG.

& Legem Mosi, ac excerptit ex iis uocabulum odij, & uerbum interficiendi, ex quibus tandem eò peruenit, ut affirmet neminem esse præter me, qui Tuæ Celsitudini magis noceat. Quis rogo (inquit) potest tibi maius detrimentum afferre, quam qui te medium constituit inter superiores tuos, & subditos, & utrosq; aduersus te armavit? Itaque ego ille sum personato huic Asoto, qui mea sententia porrigo non tantum sum mis Monarchis, uerum etiam subditis gladium in tuam Celsitudinem faciendi. Sed quæso te, Illustrissime Princeps, memineris hæc dici à uiro, qui suo ipsius testimonio non est bonus, & quem etiam minimè bonum, sed summum Syncophantam esse, tam iniquæ cauillationes, tam virulentæ calumniæ palam testificantur. Primum igitur, quod de exemplo Davidis ex Psalmo recitaui, Perfecto odio oderam illos, Inimici facti sunt mihi, num tu Sote, dices esse falsum? num dices hoc exemplum non esse imitandum? An senties, Principes debere esse stipites & faxa, qui nec impiam doctrinam à pia discernere, nec impiam ex animo detestari, & piam amplecti atq; confiteri debeant? Sed interim (ais) oblitus mihi esse uidetur uestrorum supremorum Principum, quos & Clementissimos dominos fatemini, Cæsar is scilicet, & Romanorum Regis. Et pergis. Quid illi circa religionem iudicarint, & scriptum Cæsar is de damnatione Lutheri in Comicis Vuormaciensibus & aliorum conciolorum recessus, & Decretum illud consensu omnium ordinum Augustæ editum, ostendunt, &c. Ego uero non tam stupidus sum, ut non intelligam, quid hoc loco agat personatus hic Sotus. Nec est mihi illud Psalmi quod de sycophantis dicitur ignotum: Sedet in insidijs cùm diutibus in occultis, ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua, Insidiatur ut rapiat pauperem. Quare & mihi precandum est, quod in eodē Psalmo sequitur: Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperi. Propter quod irritauit impius Deum: Dixit enim in corde suo, Nō requiret. Nec dubito, quin Deus æditurus sit in hoc personato Soto (nisi breui resipiscat) manifestū exemplum, quo probet efficaciam eius precationis, quæ iterū mox in eodem Psalmo sequitur: Contere brachia peccatoris & maligni. Sed ad institutū. Evidem Cæsaream & Regiam Majestatem, ut summos Principes obedienter ueneror, & salutem eorum filio Dei, precibus meis, ut debedo, commendando, atq; suminas ago gratias Deo Patri Domini nostri Iesu Christi, quod mentes eorum hactenus ita gubernauerit, ut cruentis Asotorum consilijs nō sint obsecuti. Sed illud miror, qua fronte audeat hic Logodædalus de his Monarchis spargere, quod de doctrina Religionis iudicauerint. Quid? An non uos Asotici manibus pedibusq; contenditis, Principibus secularibus haudquaquam licere de doctrina Religionis iudicare? Quod si fecerint, repellitis eos, non tantum atrocí vultu, uerum etiam contumelioso dicto, Vade post me Satana. Quid igitur nunc tibi, Sote, accidit, quod tanti facias Monarcharum iudicium in causa religionis? Fortassis autem idcirco tibi hoc iudicium placet, quia uidetur nostram doctrinā damnare, uestram autem approbare, reclamaturus uidelicet, & tanq; Satanam abominatus, si uestra damnasset. Ac profectò huius uarietatis specimen exhibuerunt Asotici, in illo ipso decreto, quod est Augustæ editū, & cuius Sotus in hoc loco mentionem facit, de Ordinatione circa religionis & Ecclesia rū statum, usq; ad definitionē Concilij Ieruanda. Nam quæ ibi de Refor-

matione Clericorum constituta sunt, non est ignotum, quo sermone, qua
prærogatiuaræ allegatione, qua Cesareæ sententiæ refutatione abiecerint.
Scilicet, ubi seculares Monarchæ collocat uos in gradibus dignitatū, &
muniunt uos priuilegijs, ibi sunt Religiosissimi Principes; ubi autē susci-
piunt uestrā doctrinam ac uitā dijudicandā & emendandā, ibi mittūt
falcem suam in alienā messem, & sunt Satanæ. Sed reuertor ad decreta
comiciorum. Etsi enim aliquot eorū uidentur nostrā doctrinā damnata-
re, tamen nō est obscuræ, qui fuerint præcipui eorū autores, & Monarchæ
ea sunt clementia, ut magis sua trahilla, q̄ aliorū uiolenta consilia, diuī
no fauore, se quātut, Accedit & illud, quod qualiacunq; iudicia de nostra
doctrina antea præcesserint, tamē beneficio Dei factū est, ut consensu &
approbatione summoq; Monarcharū, Ordines Imperij publicam pacem
& tranquillitatem ijs qui Augustanā Confessionē profiterent, promiserint.
Quod certè nunq; in animum induxissent, si nostrā doctrinā tam im-
piam iudicassent q̄ eam Sotus, unā cum Logodædalī & Fraterculis suis
proculcandam, & exterminandā censerent. Quare Illustrissime Princeps,
si qua est hominū fides, si qua conuentorū sanctitas, si qua pectorum reli-
gio, non sunt Tuæ Celsitudini ea à summis Principibus pericula metu-
enda, in quæ sycophanta me, Tuam Celsitudinem inducere uociferatur.

Deinde recitauit legem Mosi ex Deut. cap. 13. Si tibi uoluerit persuade-
re frater tuus &c. Ex hac Legē affirmat sycophanta, me armare subditos
tuos, Illustrissime Princeps, & docere eos aduersus terebellare. Hic iterū
in memoriam uocandū est, qualis suo ipsius testimonio, uir sit, qui hæc
loquatur. Quod enim hic meum est peccatum. Recitauit legē ex Mose, bo-
na fide. Et eam esse diuinitū latam, negari non potest. Quid ergo Sotus
de ea mecum rixatur? Si uidetur esse iniqua & seditionis, rixetur cum Mose,
imò cum sp̄itu ipso sancto, qui eam Mosi dictauit. Et si hac lege armā-
tur manus subditorū, cùm in causa fideli alius iudicauerint, aduersus Prin-
cipes suos, certè armavit Israélitas aduersus omnes suos Reges indiscri-
minatim. Alij enim reges fuerūt p̄ij, & instaurarūt, abolitis impijs sacris,
uero ac legitimos Dei cultus, ut Iosaphat, Ezechias, Iosias, & alijs. Nec
dubium est, quin fuerint multi eorum subditū non tantū Laici, ue-
rum etiam sacrificulī, quibus abolitio impietatis uehementer displicuit,
& qui in sua impietate perseverarunt. Quid ergo dicemus? Hęc certè lex
dum extabat. Cur igitur p̄ij Reges nō sunt de hac lege conqueri? & cur
subditū eorū non rebellarunt? In promptu causa est, quia nō fuerunt tan-
ta in explicanda lege Mosi industria, quanta est Sotus. Alij autē reges fue-
runt impij & instaurarunt, abolitis p̄ij sacris, idolomania, ut Hierobea,
Ahab, Ahaž, Manasse, & alijs. Nec dubium est, quin multi eorum subditū
aliud iudicauerint. Quid ergo est, quod Reges suos iuxta legē non inter-
fecerunt? Quia nō fuerunt tales legis calumniatores & sycophantæ, quæ
lis est Sotus. Sed quid pluribus opus? Primū, cùm recito legē Mosi,
nō hoc sentio, hanc legē Politicam omni ex parte Christianę reipub. ob-
trudendā, aut quenq; sine legitima cognitione, priuato tantum arbitrio,
interficiendū. Sed cùm Sotus cōmemoraret legē Mosi ex Deut. cap. 13,
qua reñciebat Principes à cognitione causarū religionis, opponebam
ei alteram legem ex cap. 13, quæ significat non Principes tantum, uerum
etiam priuatos hominēs necesse habere de ueritate suæ religionis quam
sequuntur, cognoscere & dijudicare. Sed addo: si maiores nostri exercer-
issent seueritatem legis huius, aduersus eos, qui primi deserta doctrina Pro-
phetica

AD ILLVSTRIS. PRINCIP. VVIR TENBERG.

Phetica & Apostolica, introduxerunt aliena sacra, quæ ignorauerunt Pa-
tres nostri, non dubitamus, quin rectius se haberentres Christianorum,
& tranquillior esset ecclesia Dei. Quid hic à me peccatur? An nō uos ipsi
iudicatis hæreticos è medio tollendos? Qui autem primi deserūt doctrinā
nā Propheticā & Apostolicā, & introducunt aliena sacra, nō tantum
sunt hæretici, sed etiam Idolatræ. Etsi autem ego hīc loquor, non de præ-
sentibus Principibus, sed de maioribus nostris, nec loquor de discipulis,
sed de primis præceptoribus hæreseon & Idolatriæ, tamen etiam adhuc
hodieq; sperarem statum reipub. tranquilliorem fore, si summi, medios
cres & infimi Principes, cognita uera doctrina Propheticā & Apostolicā,
compescerent pro sua uocatione, insolentiā eorum Asutorū, qui pere-
grina & idolatrica sacra, calumnijs & mendacijs tueri pergunter. Recita-
tione igitur legis, nulla sum personato Soto uerecundia obstrictus. De-
inde uanus homo, siue ex industria siue ex imperitia, confundit inter se
uerbum armandi & Non obediendi. Aliud enim est Armare subditos
aduersus suum Magistratum, aliud est, docere, ut non obediant, in causa
religionis, magistratui, impia præcipienti. Cūm Petrūs dicit: Obedire
oportet Deo magis quam hominibus, non armavit nec suas, nec colle-
garum aut discipulorum suorum manus aduersus Magistratum Hiero-
solymitanum, sed docuit obedientiam Deo debitam præferendam im-
pijs mandatis, & interea quæuis pericula quæ tutores impietatis minan-
tur & inferunt, obedienter expectanda & sufferenda. Paulus, cūm siste-
retur ad tribuual Festi, & accusaretur multorum criminum, respondit,
se neq; in legem Iudæorum, neq; in templum, neq; IN CAESAREM
QVICQVAM peccasse, & tamen sciebat Cæsarem eius temporis lon-
ge alia, quam ipse docebat, esse religione. Quare Illustrissime Princeps,
licut Tua Celsitudo nihil peccat aduersus summos Principes, si secutus
fueris eam religionem, quam tibi uera Propheticā & Apostolicā doctrī-
na commendat; ita haudquam armantur aduersus Tuam Celsitudi-
nem subditorū manus, cūm docetur unumquemuis etiam priuatū
hominem, necesse habere ueritatem religionis inquire ac dijudicare.

Sed fingamus aliquid periculi ad tuam Celsitudinem ex hac doctrinā
na peruenturum, nunquid idcirco sum tuae Celsitudini nocentissimus
omnium hostis? Evidem firmissimè credo non solum hanc doctrinā
partē, sed etiam uniuersam eam, quæ tanquam in epitoma, in Augusta-
na Confessione continetur, esse uerè piam ac Propheticā & Apostolicā
doctrinā prorsus consentaneam. Nec solus ego ita sentio. Reipsa enim
comperi, Tuam in primis Celsitudinem ea huius cœlestis doctrinæ cog-
nitione diuinitus sic ornatam, ut ad ipsam dijudicandam, nec hactenus
meo ministerio indigneris, nec deinceps indigeas. Cūm autem sit ea
doctrina, quæ uoce Propheticā & Apostolicā ac coelestibus quoq; mira-
culis uniuerso orbi commeditatur, nihil certius est, quam quod sit poten-
tia Dei ad salutem omni credenti. Si ergo propter fidem & Confessionē
eius non nihil periculi, uel substantiæ, uel gloriæ, aut nomini, aut etiam
uitæ tuae Celsitudinis eueniret, qualis hæc esset iactura? An nescit Sotus
beatos esse, qui persecutione patiuntur propter iusticiam? An ignorat,
ob tale incomodum & detrimentum gaudendum & exultandum, quod
copiosa sit cōpensatio eius in cœlis? Nō reputo, inquit Paulus, pares es-
se afflictiones præsentis temporis ad gloriam, que reuelabitur erga nos.
Et ô me fœlicē humani generis hostē, si hoc mihi beneficij continget,

EPISTOL. IOANN. BRENTII

ut in tale incōmodum & detrimentū, non meos tantū auditores om̄nes, uerum etiā Sotū ipsum, ac Fratres & collegas eius, meo ministerio coniicerem. Sic enim Apostoli, sic p̄ij Episcopi & doctores, Cyprianus, Athanasius & alijs suos discipulos in detrimentā coniecerunt. Sed Sotus aliter iudicat. Vocab Euangelion nostrum nouum. Credo sic ipsi uideri Apparet enim nondum eum cognouisse, quid uerē sit Euangelion. Afirmat mē nullam Ecclesiam, nullū Concilium agnoscere, sed hoc tam uerē est, quam tuanus nō est & Sotus ipse, & conducticius eius Rhetor. Dicit me pugnantia lōqui, Sed mirum non est, sic uideri homini uertiginem patienti. Quid ergo illud est, quod cum totis uiribus pugnet, ut reiçiat seculares Principes à cognitione & iudicio de causa seu doctrinā religionis, nō tamen desinat te, Illustrissime Princeps, ad eam audiendā & expendendam cohortari. Inīcio præfationis petit à te audiri, ne nō auditum damnes. In fine obsecrat & obtestatur te per salutē tuam æternā, per iudicium, quod omnes expectant, ut attente cogites Brentij doctrinā, & expendas quid tibi sit agendum, & Christo in ultimo illo iudicio respondendum. Atqui agitur hic de causa religionis. Quid igitur Sote, princeps audias? quid attente cogitet, quid expendat? An non tu antea repulisti eum à cognitione causæ religionis? An non me huius doctrinæ gratia tam transuersum agis, & tot calumnijs cōculcas? Quin potius dicas: Nolo quenquā, præter me & meos fraterculos, audias. Nolo quicquam cogites, aut expendas, sed uolo te truncum esse & stipitē, & hoc tantū omni obedientia, & nulla tergiuersatione agnoscere atq; adorare, qd nos fraterculi & Prælati præscribimus & postulamus. Nisi enim hæc Sotus sentiret, non tam sollicitè antea reieciſſet à cognoscendis causis religionis seculares Principes, nec nunc tam uirulenter, tam mendaciter, tam immaniter in me sœuiret. Ac profectò cùm ex unguibus Leodæstimari soleat, facile coniisci potest, quid de toto hoc Soti libro expectandum sit. Postquam enim hæc Sotis præfatio tot calumnijs, tot depravationibus, tot mendacijs referta sit, ut me & piguerit & puduerit omnia itora non allaturum. Quare, Illustrissime Princeps, quod filius ipse Dei Dominus noster Iesus Christus monet, & quod Tua Celsitudo, diuino beneficio, fœliciter cœpit, diligenter, quæſo, caueas ab istorum Scribarum & Phariseorum fermento, qui hoc unum agunt, ut massam uerbo Dei nō nihil repurgatam, corruptelis suis iterum inficiant, & nobis propria purissimo tritico, insipidissimos impietatis suæ panes edendos proſtant. Non hoc peto, ut Tua Celsitudo istorum libros non legat, sed potius, sicut initio exposui, suppliciter oro, ut eos diligēter inspiciat, & cum uera Prophetica & Apostolica doctrina, inuocato nomine Dei, conferas. Sic enim non dubito futurum, quin Celsitudo tua multò certius uanitatem eorum intelligat, & ueritatem p̄iae nostræ doctrinæ cognoscat. Ad quam rem, si quid meæ preces coram Deo Patre Domini nostri Iesu Christi conferre possunt, nullus deero. Dominus conseruet Tuam Celsitudinem saluam & diu incoluēm. Vuormacæ, die ij.

Septembriſ. Anno

M.D.LVII.

Tuæ Celsitudinis obsequentiſs.

Ioann. Brentius.

REFUTATIO PRI- mæ partis Sotici scripti, cui au- tor titulum fecit, De vna, visi- bili, & certa ecclesia Christi, necessariò agnoscenda.

AVTORE IACOBO BEVRLINO DOCTORE,
& Professore Theologiaz in Academia
Tubingensi.

Anno 1561.

REHATATIO PRI
Bartolomei Leibnitii
Dicitur quod Deus
est certa esse illius
accidens sibi longe
superius.

ANNO MDCCVII
TYPIS MAGDEBVRGENS
IN LIBRARIIS THEOLOGICIS
AC ACADEMICIS

anno 1761

AD LECTOREM D^o IACOBI

B E V R L I N I P R A E F A T I O .

CCLESIA DEI, quæ decursu multorum seculorum, quasi per quosdam ætatum gradus, hisce ultimis temporibus ad extremam senectutem usq; peruenit, ne ob languidae senectae debilitatem, inter innumeram potentissimorum infensissimorumq; hostium multitudinem animum despondeat atq; succumbat: eam aduersitates & afflictiones, quas sane plurimas & grauiissimas, inde usq; ab ultimo conditionis suæ initio, diuina ope fortiter patienterq; sustinuerit, ac tandem calcatis hostibus gloriose su perarit, in sui consolationem Psalmus CXXIX. grata memoria repetere, ac certissima futurarum liberationum fiducia ingeminando dicere iubet, Sæpe oppugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel: Sæpe oppugnauere me à iuuentute mea, nec præualuerunt mihi. Nam propter perpetuas & irreconciliabiles inimicicias, inter Dei filium Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, & capitalem eius hostem diabolum positas, hunc non semel, bis, ter aut quater, sed sæpenumerò Ecclesiam illius oppugnasse, primorum parentum nostrorum in paradiſo fraudulenta per satanam deceptio atq; seductio, occisio Abelis illius iusti, seruitus Babylonica, persecutio Antiochi, immanitas Herodis, crudelitas pontificiū & Pharisaorū, Senacherib, Neronis, Juliani, aliorumq; innumerabilium hostiū, persecutio- nem aduersus CHRISTI Ecclesiā mouentiū exēpla testant. Satan quidem diuina uirtute superatus atq; repulsus, cogitur nonnunquam ad respirandum aliquas uel inuitus Ecclesiæ CHRISTI concedere inducias: sed eas, quantum in ipso situm est, nō patitur esse diuturnas, ac diuturniorem quietem bellum aduersus Ecclesiam redintegrandi gerendiq; sauitia compen sare studet. Quanquam enim in totum humanum genus, sibi per peccatum obnoxium, Satan durissimā exerceat tyrannidem: ipsum tamen multo cru delius sauire in Ecclesiam Dei, quam in reliquam humani generis partem, in hoc eodem Psalmo his uerbis Ecclesia conqueritur: Supra dorsum meū arauerunt aratores, prolongauerunt sulcos suos. Hostes & persecutores Ecclesiæ Dei uocatares, quod plagas Ecclesiæ inflictas (si quis cum aliorum hominum calamitatibus conseruat) non vulnera gladij, sed uome ris atq; aratri sulcos recte aliquis appellauerit, quos propter immanem sa uitiam & inauditam crudelitatem, non solum amplos & profundos, sed & propter persecutionis & acerbissimorum cruciatuum diuturnitatem, super Ecclesiæ uelut in terram prostratae dorsum prælongos duxerint. Nulli enim ætati, nulli sexui, nulli hominum generi aut conditioni unquam antehac, usq; in hodiernum diem pepercisse legimus, sentimus & experimur. Nam ex aequo mares & foeminas, pueros & senes, exquisitissimis tormentorum ac suppliciorum generibus miserabiliter excruciatos, non cita, sed lenta morte plerunque perimere truculentissimi persecutores solent. Ad hunc autem miserabilem modum, et si sæpenumerò oppugnata, grauiterq; afflcta fuerit Ecclesia Dei: diuinitus tamen antehac semper, inde usque à iuuentute in hanc debilem & decrepitam senectam ex cruentis hostiū manibus liberata conseruataq; fuit. Quare neque deinceps usque ad summationem seculi, CHRISTO Ecclesiæ suæ defensore nobiscum permanente, metuendum est, ne diabolus cum uniuerso impiorum spirituum & hominum agmine, quantumuis fremant atq; sauviant, Ecclesiæ Christi sint præualituri. Itaque Psaltes mirandis præteritarum liberationum exemplis, quæ plurima passim in sacra atq; Ecclesiastica historia extant, incertā futurarum liberationum ac uictoriarum spem nos erigit, dicen s: Domi-

Aa nus

P R A E F A T I O.

2

Dominus iustus abscondet funes impiorum. Ecclesiam agro, persecutio-
nem aratro, persecutores aratoribus comparauerat. Hi idem sunt, qui tan-
quam boves aut equi, adeoque tanquam diaboli mancipia, funibus ad ar-
trum persecutionis ecclesiae, per diabolum alligati, ipsum per ecclesiae dor-
sum trahendo, tanquam agrum proscindunt. Funes sunt odium Cainicum
atque Pharsalicum, & omnis generis cupiditates, astutissima cōsilīa, uehe-
mentissimi conatus, & undique conquisita & emendicata auxilia, qua
ad opprimendam ac funditus excindendam Ecclesiam Dei adhibere con-
sueuerunt. Cum igitur cum furore diabolico perciti impetum in Ecclesiam
faciunt, atque omnium virium ac neruorum suorum contentionē, funes
oppugnationis persecutionisque Ecclesiae intendunt: tum sanē Deus iustus
& seruans suarum promissionum, quibus se se Ecclesiam suam oppressis
hostibus, conseruaturum pollicitus est, funes impiorum persecutorum ab-
rumpit atque abscondit, ut cum pudore & ludibrio in medijs cogantur cona-
tibus ab oppugnatione desistere. Facti uero ludibrium hominibus, nisi pœ-
nitentiā agendo, ab oppugnatione in posterum abstineant atque quiescant,
miserabiliter de improviso hic oppressi, postea in æternum condemnabun-
tur. Quemadmodum & psalmus 2. comminatur: Qui habitat in ecclīs, in-
quit, ridebit: & Dominus subsannabit eos. Deus persecutores tum dici-
tur irridere, cum ipsos suis consilijs astutissimis, & conatibus uehementi-
simis frustratos, uniuerso orbi deridendos exponit atque propinat. Qua de-
risione, ubi ab Ecclesiae oppugnatione deterriti & emendati non fuerint,
tunc loquetur (addit Psaltes) ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit
eos, celerem & inopinatum interitū ipsis immittēdo. ad eundem planē mo-
dum hic psalmus utramque & pudendi ludibrii, & celerrimi inopinatiōne
omneis ludibrio despectuīque fore prædicit atque optat, si forte pudore ad-
ducti resipiscant, conuertantur, & uiuant. Confundantur, ait, & conuer-
tantur retrorsum omnes, qui oderunt Syon. Vbi enim in persecutione, &
aduersus Ecclesiam suscepta oppugnatione retrocedere, ac Deo resistenti,
ueluti terga sua uertere coguntur, confunduntur & pudefunt in conse-
ctuōne, qui omnium hominum, utpote qui rem viribus suis imparem temere ag-
gressi fuerint, quamque Deo impetum conatumque ipsorum reprimente, in-
fectam turpiter relinquerē necesse sit. Quia benigna ac salutari castigatio-
ne, si nō fuerint admoniti atque permoti, ne contra stimulum calcitrent: sed
(qui dementium mos est) magis irritentur, quod rabiosius & crudelius ad
Ecclesiam oppugnandam ferantur, qui ipsos breui maneat, horribilem ex-
tum eis psalmus aptissima similitudine prænunciat, dicens: Fiant sicut fo-
num tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. De quo non impletum
manum suam, qui metit: & sinum suum, qui manipulos colligit. Visitata est
in scriptura & aptissima similitudo graminis, ad depingendā fragilitatem
humanæ naturæ & omnium virium eius. Esa. 40. Omnis caro scēnum, & or-
mnis gloria eius quasi flos agri. At non cuilibet gramine similes esse dicit
oppugnatores Ecclesie. Nam gramine, quod ex terra in cōualibus, alijsq.
humilibus locis nascitur, diuturnior est uiriditas: nec tam citō & facile ex-
rescit, nisi demetatur: ac demessum in usum pecorum & iumentorum col-
ligitur, & in horrea cōuehitur. Aliud est gramen tectorum, quod altiore
quidem locū, sed nihilo diuturniorem uiriditatem retinet. Citō enim ex-
rescit, idque priusquam euellatur aut demetatur. Nam cum nullius sit ulus
& precij, nemo de ullo uel demetendo, uel colligendo cogitat. Non igitur
instar gramine pratorum aut hortorum, sed tectorum erunt Ecclesiae ho-
stes, qui primum quidem illustri & excelsa loco positi, uirent florentque, ac
nihil non contra Ecclesiam se se effecturos esse superbissime præsumunt
8 glo'

P R A E F A T I O.

3

& glorianter: sed uti deficiente humore gramen in tectis enatum celeriter arescit: ita hostes Ecclesiae, diuinæ opis & benedictionis irrigatione destituti, emarcescentes flaccescunt, atque cum perpetua nominis sui, uel obliuione, uel infamia intereunt, solo Deo ipsos celerrime extirpante per eorum nonnunquam manus, à quibus nihil eiusmodi metuere potuerunt. Sic Sennacherib ueluti gramen in tecto, maxima potentia florere, atque Dei totam Ecclesiam excisurus esse videbatur: sed toto eius propemodū exercitu per angelum Domini delecto, domum cum pudore reuersus, & in templo idoli sui à proprijs filijs imperfectus, sicut tanquam gramen tectorum floruit, ita dicto citius etiam exaruit. Julianus in Imperatoria dignitatis fastigio tanquam gramen in tecto constitutus, nō solum tacitus animo secum cōstituerat, sed & uerbis minitatus fuerat, se deuictis Persis, gratuorem quam antea fecerat, persecutionem illaturum esse Ecclesiae Christi: sed ariditate citò concidens perīit. Is etenim iaculo incerta manu emissus (quod tamen Deus ut certò feriret, direxit) transfixus est. Atq; tum ex uulnere excepto, & in cœlum projecto sanguine, furibundus simulatque moribundus CHRISTO uictoriā tribuit, decedensq; reliquit. Quam sicut hactenus semper obtinuit, ita & in posterum Christus de omnibus suis hostiis, & Ecclesiæ suæ oppugnatoribus reportabit, ipsis celeri & inopinato interitu è medio sublati. Id quo minus mirentur omnes, ipsi etiam Christi & Ecclesiæ ipsius aduersarij & persecutores, hanc in ultimo uersiculo psalmum & Ecclesiae subiicit; Et non dixerunt, qui preteribant: Benedictio Domini super uos. Benedicimus uobis in nomine Domini. Sicut enim graminis in tecto nascenti, uti graminis pratorum, nemo prætereuntium precatur & optat, ut diuina benedictione uirescat, floreat, & ad iustum usq; maturitatem perducatur, sed illud tanquam inutile euilsum perditumq; prius cipiunt quam enascatur: ita ut non modò non precantur p̄ij Deum, ut hostium & oppugnatorum Ecclesiae Christi consilia fortunet, conatus adiuuet atque promoueat: sed communibus & ardentibus uotis omnia ipso rum instituta successibus carere à Deo Opt. Max. optant & orant. Quorum autem res è deuenerunt, ut non solum non pro eis, sed & contra eos instituantur diriganturq; publicæ totius Ecclesiae preces & singulorum priuatae piorum dicentium: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fupsal. 9.

Aa 2 persunt

P R A E F A T I O.

persunt, & qui post hos orient aduersarij Christi ac Ecclesiæ eius, ut alieno
 malo atque periculo territi & edocti, saniora consilia caperent, atque no-
 biscum unà, sicut psalmus secundus hortatur monetq; CHRISTVM filium
 Dei exoscularentur, Euangelium eius amplecterentur, & preciosissimo
 ipsius sanguine acquiritam Ecclesiam defenderent atque fouverent. Quod
 si salutaribus admonitionibus locum nullum relinquentes, Christum Do-
 minum cōspuere quām osculari, Euangelium conculcare quām amplecti,
 Ecclesiam persequi & perimere quām defendere ac fouvere malunt, dolēda
 quidem est & deploranda tanta miserorum hominum Deo repugnatum
 insaniam. Sed nobis aduersus eos petenda firmissima consolatio ex hoc Psal-
 mo, quem breui expositione perstrinximus: ac certò statuendum est, sicut super
 rioribus, ita hisce quoq; postremis temporibus, Ecclesiæ ab hostibus ipsam
 per circuitum obseruentibus, grauissimam quidem oppugnationem esse su-
 stinendam: sed Deo eam propugnante lætam obtenturam esse uictoriæ,
 ac tandem corām omnibus populis, in desideratissimo Christi salvatoris
 nostri unici aduentu, innumerabilem admirabiliumq; uictoriarum glo-
 riosissimum triumphum esse ducturam. Quia quanquam ita habeant, ta-
 men hac certa & indubitata spe, in omnibus certaminibus potiundæ ui-
 toriæ, Christus Dominus Ecclesiæ suæ ciues, non uult nudos & ociosos
 esse talium certaminum & pugnarum spectatores: sed ad impetuofos ho-
 stium insultus excipiendos perferendosq; decenter armatos, & ad clande-
 stinas insidias cauendas prouidos & circumspectos, perpetuas habere ex-
 cubias. Quemadmodum enim in aliarum urbium, ita & in ciuitatis Dei op-
 pugnatione, duo reperiuntur hostium genera. Alij siquidem manifesta fa-
 uitie & cruenta persecutio Ecclesiæ Christi adoriantur & premunt. Alij,
 licet & ipsi minas ac cædes spirent, manus tamen & uim non statim infe-
 runt Ecclesiæ: sed doctrinæ eius depravatione cuniculos agunt, ac per
 insidias, fundamento Ecclesiæ subruto, ruinam ac subuersionem eius mol-
 untur. Hos utroq; Dux exercitus Dei Christus salvator noster, communi-
 nomine lupos alibi uocat. Ecce, inquit, ego mitto uos uelut oves in medio
 luporum. Sed ex his alijs quod sunt, id manifesta etiam rapacitate & sangu-
 nolentia p̄r se ferunt. Alij uestitu ouium induiti, lupinā rapacitatem, quam
 exercent, sedulò dissimulant atque tegunt. Cuius discriminis ostendendi
 causa, Christus suos, suæq; Ecclesiæ hostes, fures & latrones appellauit.
 Quorū hi manifesta uiolentia & crudelitate grassantur: illi occulta & clan-
 destina fraude obambulantes Ecclesiæ insidiantur. Illud saeuī tyranni, hoc
 falsi prophetæ facere consueverunt. Et ad illorum quidem crudelitatem
 & saeuitiam tolerandam, ad horum uero fraudulentiam & imposturam
 declinandam, Christus Dominus Ecclesiæ suæ ciues more militari ad pu-
 gnam instruens hortatur: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices si-
 cut columbae. Tyrannorum uis & crudelitas, simplicitate columbina, agni-
 naq; patientia superanda est. Iuxta illud: In silentio & spe erit fortitudo ue-
 stra. Pseudoprophetarum uero callidas & deceptio, serpentina pruden-
 tia attendenda est, atque auertenda. Porro autem, sicut in oppugnatione
 aliarum urbium occulti hostes manifesti sunt nocentiores, eo quod inco-
 gniti minus caueri possint, & ex occultis longè omnium nocentissimi, qui
 tum, cum proditoris fraudibus & dolis maximè nocent, hoc agunt maxi-
 mè ut boni ciues esse uideantur: ita inter ecclesiæ hostes tyrannis nocen-
 tes sunt pseudoprophetæ siue heretici, & ex his longè omnium pernicio-
 sissimi, qui tum, cum falsa & pestifera doctrina Ecclesiam maximè oppu-
 gnant, eius sese maximos ac præcipuos defensores & propugnatores es-
 tacitant, Inter quos profitetur nomen suum PETRVS quidam à Soto,
 qui

qui nescio ex qua Monachorum cauerña nuper prorepens, mucore ac fœtore suo illustrissimi Dueis Vuirtenbergensis, Domini mei Clementissimi, uerè piam & simplicem Christianæ fidei confessionem, Tridentinæ congregationi exhibitam, indignissimè conspurcauit cōtaminauitq;. Cui cum mucorem fœtoremq; suum Asoticum IOANNES BRENTIVS in os regessisset, & ab Asotica fœditate Confessionem repurgasset, eandem Asotus (sive uerus ille sit, sive alius personatus & supposititus, uterque certe nugator uanissimus, ac propriarum sordium nauseabundus) in piam confessionem, & in eius Autorem, Illustrissimū Principem Vuirtenbergensem, & in eius repurgatorem D. Brentium reuomuit, in Cacolicæ suæ confessionis defensione, quam contra Prolegomena Brentij edidit. Vbi quæso in primis mihi aliquis videat atq; obseruet primam hanc & miram impositionis calliditatem & plusquam vulpinam astutiam, qua quem ex quatuor locis D. Brentius in Prolegomenis postremum tractauerat, eum Asotus primo loco impugnandum resumit. Nam quo id alio consilio fecisse putemus, quam ut Ecclesiam, quam ipse sibi uertiginis sua errore finxit et pinnxit, eiç extra & contra Dei uerbum in scripturis sanctis expressum, quidlibet audendi licentiam uendicasset asseruissetq;, eius postea Ecclesiæ autoritatis prætextu plausibili, quoslibet Asoticos errores & impietates amplexandas non tam uolentibus commendaret, quam inuitis obtrudet. Quo igitur homo uersipellis sua astuta, & garrula putatiua Ecclesiæ defense, ueram Christi Ecclesiam pernicioſius oppugnat, eo studiosius ei occurrentum & resistendum est, non silentio & spe patienter ferendi, quas Ecclesiæ Dei ipsiusq; ciuibus tendit nefarias atque impias insidias, sed præsentí animo, & publica proclamatione: qua qui se propugnatorem defensoremq; Ecclesiæ Christi uenditat, certissimus hostis & aduersarius esse declaretur. Est quidem edenda confessio fidei, coram cruentis occisoribus, sed sicut patienter ferenti illorum iniurias etiam obmutescendum: ita non est coram fraudulentis impostoribus silentio utendum uel ouibus, uel pastoribus ouium Christi: sed uoce tubæ in morem exaltata proclamandi ditoq; monstrandi sunt, qui depravatione doctrinæ Euangelicæ & falsa Ecclesiæ descriptione Ecclesiam Christi potissimum oppugnant atq; devastant, ut agniti diligenter obseruari, prudenter caueri, ac salubriter uitari possint. Inuocato igitur nomine Domini nostri Iesu Christi redemptoris ecclesiæ, ad refellendam nugacissimæ defensionis Asotice primam partem de Ecclesia aggrediar: ac Christo iuuante efficiam ut omnes p̄ij facile intellegant Asotum ne per somniū quidem unquam uidisse aut cogitasse, quam sit uera & nativa uera Ecclesiæ Christi facies atque forma. Cuius ipse non sine summa Christi & Ecclesiæ suæ ignominia, eam imaginem hic expressit, ut haud sciam, an ullum prodigiolius monstrum à quo quam effingi potuerit. Ac nec caput, nec pedes, nec quæ inter caput & pedes sunt, reliqua membra, quæ Asotus Ecclesiæ Christi affingit, unam, sed uariam pro-digitaliter referre & reddere formam, exorsus à summo capite Ecclesiæ, per ordinem membrorum, usque ad imos pedes descendendo ostenderem, nisi responsurus Asoto, ad ipsius ordinem obscurū & perturbatum sequendum inuitus quodammodo adstringerer. Nam qui Asoto in sua defensione magis nostra accusanti quam sua defendantí respondeat, nō quem ipsa rei susceptæ natura & ratio suppeditaret: sed quem accusator obseruauit, eundem ordinem sequi debet: præsertim cum non solum statum controversiæ de ecclesia Asotus disputet, quod breuibus equidem fieri potuisse: sed ueritus ne non satis excresceret uolumen, quod eximia magnitudinis mole magis quam ueritatis assertione suis commendatissimum

P R A E F A T I O.

fore existimauit, multa non necessaria & à proposita questione de Ecclesia prorsus aliena, non minus tamen falsa atq; impia admisceat. Quæ quoniam silentio transeunda non sunt, ut ad ea commodius etiam responderi possit (ne omnino nihil imitemur Asotū) eo ordine pressis vestigijs nobis in explicanda atque illustranda doctrina de Ecclesia Christi sequendus est Asotus, quo ipsi uisum fuit planam & dilucidam in scripturis sanctis traditam de Ecclesia Christi doctrinam inuoluere atque obscurare, ne diccam penitus extingue. Cætera ab Asoto diuersissimus esse studebo. Ille rerum alienarum & inani uerborum coaceruatione, quantum potuit, uolumen extendit suum: nos superfluis omissis, quantum licebit, compendiosa breuitate ipsius prôlixitatî respondebimus. Ille ad gravuandam causam nostram, multa comminiscitur, & impudenter de nobis mentitur: nos de ipso & eiusdem farinæ hominibus, nisi quod uerum omnes fateantur, adeoque nec ipsi inficiari possint, nihil affirmabimus. Ille maledictis & conuicijs amarulentissimis optimè de Ecclesia Christi meritos Doctores & Principes incessit: mos ipsum pessimè de Ecclesia meritum conuiciatorem suo trademus iudici, relinquemusque. Ille bene & commode nostrorum dicta & scripta, malitiosè interpretando calumniatur: nos eius etiam parum commode dicta, quantum quidem res patietur ipsa, candidius, & in partem multo meliorem interpretabimus quam ipse uolebat Asotus. Ille, ut qui lucem oderit, sophisticis nugis & captiosis argumentis pleraq; inuoluens tenebras offundit lectori, ne uerum cernere possit: nos diuinis uerbis lucerna discussis tenebris sophisticis, circa Christi Ecclesiam, errores Asoticos, ut ab omnibus conspiciantur, in clarissimâ lucem protrahemus. Quantis deniq; uiribus ille in ueram Ecclesiam Christi op' primendam incumbit, tantis nos uiribus, aut multo etiam amplioribus in illa propugnanda atq; tuenda annitemur: ac sicut ex animo optamus & oramus, ita nihil dubitamus, quin uictoriâ sit obtentura diuinis uerbi æterna & immutabilis ueritas. Cuius præualido inuictoq; robore & præsidio freti ad rem ipsam accedentes, eam ab inauspicata Asoticæ defensionis inscriptione auspicabimus.

D E F E N S I O N I S A S O T I C A E,
PRIMAE PARTIS INSCRIPTIO.

D E V N A V I S I B I L I , E T C E R T A E C C L E S I A C H R I S T I N E C E S -
C E S S A R I O agnoscenda.



E C T E sane & utiliter quidâ monuit, ut cuiusq; librî titulum sœpè & diligenter inspiciant lectors. Nam tituli diligens & attenta cōsideratio, inter reliquas utilitates, quas lectori affordet primum ad totum librû rectius & facilius intelligendū, uia munniri solet. Titulus enim breuiter argumentū in fronte spicio, pponens, quorūsum omnia, quæ in toto libro cōtinen- tur, sint referenda, lectorē admonet atq; instituit. Deinde inter legendū accuratius iudicū, maioremq; cautionem adhibendam esse hortatur, ne cui forte per incuriam error aliquis obrepat. Asotus igitur, cum suæ defensionis primam partem inscribit, De una, uisibili & certa Ecclesia Christi necessario agnoscenda; satis quidem perspicue lectori significat & disertè proponit,

ponit futuram esse disputationem de Ecclesia Christi. In qua propositione, sicut Asoto per totam primam libri partem uersandum fuit, ita & lectors in ea animū debebant habere occupatū. Verū quā ad hanc suā proposi-
tionem explicandam Asotus adfert descriptionem Ecclesiæ Christi, an sit
vera & Christiana necne, et si perlecto demum toto scripto certius iudicari
possit: de eo tamen non prorsus dubiam conjecturam facere licet ex ipsis
tituli uocabulis, quibus tanquam cancellis quibusdam Ecclesiæ Christi
Asotus circūscriptis, cum eam unam, uisibilem, & certam necessariō agno-
scendam esse pronunciat. Neque enim suspicione caret, monstrī aliquid
subesse, quod disputaturus de Ecclesia Christi, cuius cognitio propriè-
ad articulos Christianæ fidei spectat, plerisque Ecclesiæ Christi epithē-
tis, quae ei symbola Apostolicum nimirum & Nicenum ex scripturis san-
ctis assignant, prætermisis, alia quādam noua & minus usitata, alio &
symbolis inuitato uerbo attribuit. Nam Ecclesiæ Christi, quam unam,
sanctam, catholicam & apostolicam scripture & prædicta duo symbo-
la sece credere confitentur: Asotus unam, uisibilem & certam necessariō
agnoscendam proponit. Vbi ex proprijs & usitatis Ecclesiæ Christi attribu-
tis, solam unitatis notam tanquam magis suo instituto seruientem in inscri-
ptione retinet. Et est quidem unitas necessaria & minime obscura Ecclesiæ
Christi nota: sed tamen cōmunitas Ecclesiæ Christi cum ecclesia malignan-
tium & synagoga Satanæ, quam itidem unam esse & sua quadam unitate
constare, D. Augustinus luculenter testatur, qui uni ciuitati Dei unam Ba-
bylonem, uariorum ac multiplicium errorum confusione & propugnatio-
ne aduersantem opponit. Quapropter ut unam Ecclesiæ Christi ab una
diaboli & malignantium ecclesia sacra scripture & ex scripturis approba-
ta symbola discerneret, non illa Asotica simul atq; exotica (quia malignantium
Ecclesiæ etiam communia, uisibilis uidelicet & certa) sed hæc propria
Ecclesiæ Christi epitheta unitatis notæ adjiciunt, ac se credere confitentur,
sanctam, catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Nam Ecclesia Christi eti-
sit una quedam societas & communio hominum, non tamen quælibet ima-
hominum societas & communio, est Ecclesia Christi: nisi forte pro Christi
Ecclesia habendi sunt, quæ ex Asotico ordine in unum aduersus Dominum
& Christum eius conuenire, fremere atque insurgere cernuntur. Quare ut
coetus aliquis unus mereatur appellationem Ecclesiæ Christi honorificen-
tissimam: ita unus sit oportet, ut simul etiam sit sanctus. Sanctam au-
tem ecclesiam Christi à sanctis hominibus in unam Christi Ecclesiæ socié-
tatem congregatis denominari, preter symbolum Apostolicum, quod Ec-
clesiam communionem sanctorum definit, Apostolus quoque Paulus ad
Ephesios, 5, confirmat: Christus, inquit, seipsum pro Ecclesia tradidit, ut fan-
ticaret illam lauacro aquæ per uerbum uite. Sicut autem non tota Eccle-
sia simul, sed seorsum singuli credentes baptisant: ita seorsim singuli emun-
dati à peccatis sanctificantur. Et quæ est singulorū, eadem est totius Eccle-
siæ sanctitas. Sicut enim nulla est ecclesia sine singulis membris: ita nulla est
alia Ecclesiæ sanctitas, quām quæ est singulorum membrorum. Quare in
quibus Ecclesia suam sanctitatem habet, à singulis hominibus per Chri-
stum sanctificatis iure sanctam appellari existimandum est. Nec uero tan-
cum una & sancta, sed præterea etiam catholica, hoc est, uniuersalis prædi-
catur Ecclesia Christi. Quæ quidem appellatio primaria acceptione nō mi-
nus quām unitatis nota conueniret ecclesiæ malignantium. Cum enim
quām longe latè patet uniuersus terrarum orbis, nihil tam sit catholicum
& uniuersale quam satanæ Ecclesiæ impietas & iniusticia: nihil autem ē
contrario, in latissimo terrarum orbe, tam angustis terminis conclusum est,
q; quæ tribuit Ecclesiæ Christi sanctitas: inde uideri alicui posset catholicæ

prædicationis titulum iustius sibi uendicare ecclesiam malignantium,
 quam Ecclesiam sanctorum. Verum hanc appellationem catholicam usus,
 penes quem uis est & norma loquendi, propriam fecit Ecclesia Dei, qua
 iam non solum intelligimus, Ecclesiam Dei: quæ licet sit una & perpetua
 in hoc mundo, non tamen uni regioni, genti, politia, regno perpetuo esse
 alligata: sed per uniuersas in toto orbe gentes, regionibus dispersas, lin-
 guis diuersas, per prædicationem Euangelij colligi & congregari: uerume-
 est, uniuersalem tueri consensionem in uera fide & inuocatione nominis
 Domini nostri Iesu Christi, ad quam tanquam ad scopum omnes propheticæ & apostolicæ doctrinæ partes diriguntur referunturq;. Ut iam catho-
 licæ appellationis nota, non tam Christiani à Iudeis, Turcis, Ethniciis &
 quibuslibet alijs, à Christiani nominis professione alienis hominibus di-
 stinguantur, q; ipsi inter se Christianismi professores discernantur. Atq;
 inter hos quidem catholici uulgo appellant, qui uniuersalis Ecclesia, uni-
 uersalē in ueræ pietatis doctrina, cum Prophetis & Apostolis cōsensionē
 retineat & tueant. Qui uero, siue multi, siue pauci sint numero, singulares
 & cum uniuersalis ecclesia uniuersali in pietatis doctrina cōsensione pu-
 gnantes opiniones sectantur, haeretici & schismatici nuncupentur. Hanc
 hominum generi alligata, per uniuersi orbis regiones & gentes, quas Chri-
 stus omnis Euangeliū docendas præcepit, spargitur & dilatatur: & qua
 & uera nominis Domini nostri Iesu Christi inuocatione tuetur & colit,
 apostolus Paulus i. Cor. designauit. Nam cum istic gratiam & pacem a
 Deo patre per Christum precatus fuisset Ecclesiæ Corinthiorum, ne totam
 Corinthum & omnes in ea ciueis, quorū maior pars erat impia, Ecclesiæ
 Dei titulo insignire, ipsi sc̄ bene precari putetur, Ecclesiæ Dei descriptio-
 ne subiecta, communionem sanctorum, ab impiorum colluicie secernit, di-
 cens: Sanctificatis per Iesum Christum, uocatis sanctis. Ne uero rursus bi-
 maris Corinthi angustissimis terminis, Ecclesiæ Dei concludere uidea-
 tur, quam à conciuis incredulis segregauerat, eam communī & uniuer-
 sali nominis Christi inuocatione, cum uniuersi orbis terrarum incolis fide-
 libus his uerbis cōiungit, Vna cum omnibus, qui inuocant nomen Domi-
 ni nostri Iesu Christi in quoq; loco, uel suo uel nostro. Hanc autem Christi
 Ecclesiæ notam siue appellationē catholicā, qua certæ regionis & gen-
 tis uinculis soluta & libera, ueræ fidei & nominis Christi inuocatione, ad
 uniuersam Propheticam & Apostolicam scripturam est alligata atque ad-
 stricta, quod illustriorem redderet, Symbolum Nicenum, quartam & eam
 ipsam Apostolicam appellauit. Nam ne quis eam in mundo ignotam late-
 re putaret, aut eam inter omnium gentium societas querendo, fallacia si-
 gna secutus aberraret, peculiare & proprium Ecclesiæ suæ insigne Christus
 Christus esse uoluit, per omnia inter se de Christo cōsentientem propheticam & Apostolicam scripturam. Nam Ioan. 17. Christus pro sua ecclesia a-
 pud patrem precibus intercedens ait: Nō pro eis autem tantum rogo (de
 Apostolis loquebatur) sed & pro his, qui credituri sunt per sermonem eo-
 rum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, ut & ipsi in
 nobis unum sint. Hinc D. Paulus ad Ephesios secundo sic scriptum reliquit:
 Iam igitur non estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorum & dome-
 stici Dei, superstructi super fundamentum Prophetarum & Apostolo-
 rum, summo angulari lapide ipso Iesu Christo, in quo quæcumq; structura
 coagentur, ea crescit in templum sanctū in Domino. Apostolica itaq;
 Eccle-

Ecclesia vocatur, quam Apostoli fundarunt, quæç̄ Apostolorum ecclesiæ ordinariè succedit: non occupatione certorum locorum, in quibus Apostoli prædicarunt: sed confessione doctrinæ, quam Apostoli prædicarunt. Apostolorum enim appellationem sortiti sunt discipuli Christi, non à certo aliquo loco, sed à certo doctrinæ genere, quod mandato Christi nō uno in loco, sed in uniuerso orbe terrarum prædicarunt. Vbi eunḡ igitur in toto terrarum orbe auditur & prædicatur doctrina Apostolorum, quod est Euangelium de Christo crucifixo & mortuo pro peccatis nostris, & re- fuscitato propter nostri iustificationem, etiam si eō nulli unquam Aposto- lorum, dum uerarentur in terris, peruenissent: ibi esse Ecclesiā Apostolica, nihil dubitandum est. Hæc sunt præcipua encomia & insignia, quibus pia symbola ex scripturis ornant atq; cohonestant Ecclesiam Christi. Ex quibus cum non solum excellens ipsius dignitas, sed & luculentum discriminatur, quo Ecclesia ab alijs hominum cœtibus in hoc mundo inter- perficiatur, si Asotus quam ipse ecclesiam defendendam suscepit, unam, san- noscit, si Asotus quam ipse ecclesiam defendendam proposuisset, mo- stam, catholicam & Apostolicam necessariò credendam proposuisset, mo- vere equidem expectationem lectori potuisset, se ueram Christi ecclesiam descripturnum. Ac si singula hæc epitheta de sua ecclesia nobis probasset, quin eadē esset uera Ecclesia Christi, nemo profectò inficiaretur. Sed pro filiorum huius seculi prudentia Asotus facile animaduertit, has proprias Ecclesiæ Christilaudes, recte secundum scripturæ & symbolorum mentem intellectas nequaquam conuenire Ecclesiæ sūræ. Quare ne nil, nisi diuina oracula & articulos fidei loqueretur, & ut articulum symbolorum de Eccle- sia Christi, Asoticæ etiam ecclesiæ commodius adaptaret, sic eum corri- dum formandum censuit: De una, iuisibili & certa Ecclesia Christi neces- sariò agnoscenda. Quanquam enim in explicatione postea crebram faciat mentionem sanctæ, catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ: has tamen appella- tiones de Asotica Ecclesia usurpatas, prorsus uanas esse atque inaneis, res ipsa ostendet. Nam Romanum collocat, unde & Romanam denominat, su- am ecclesiam Asotus: ubilicet Apostoli non solum diligenter & assidue Euangelium docendo sederunt, sed & constanter fidem confitendo ste- terunt, suo uero sanguine ob signando occisi atque obruncati cecide- runt: Apostolicam tamen qui quæso uerè dicere eam potest, quæ Apo- stolicam doctrinam partim suis traditionibus mutat, partim suis corrupte- lis deprauat, necnon Apostolicæ doctrinæ & fidei doctores confessoresq; plusquam Neroniana crudelitate proscribit atq; occidit: Neque uero magis erit catholica quam Apostolica, nisi forte eam ob causam Catholicæ ec- clesiæ appellationem mereatur, quod ad Romanum Pontificem, & ad ipsius omnia decreta alligata, uniuersam Propheticam & Apostolicam scri- pturam sibi suæq; potestati subiicit, nec ipsa scripturæ & Diuinæ uerbilegi- bus uult esse obnoxia atque subiecta: sanctam autem miror, quo tandem ore affirmauerit Asotus, cui manifestè impias & sceleratos Episcopos & Prælatos non modò ad ædificationem sanctificationemq; præesse, sed ue- ram etiam & sanctam Ecclesiam repræsentare, dicere non ueretur? Ex his sati opinor appareat, cum Titulus primæ partis defensionis Asoticæ ab ar- ticulo fidei de Ecclesia, sit uerbis & rebus diuersus, non posse non suspectū fieri ex titulo reliquum librum cordato lectori, ut si ab eo perlegendo non omnino absterreatur: tamen in eo expendendo, maiore cura & cautione ueretur. Quod ut eo diligentius omnes sibi faciendū esse animaduerrat, ipsa Asoticæ inscriptionis uerba iam p̄ prius aliquāto aspiciamus excutiamusq;, quibus non magis Ecclesiā Christi q; Antichristi & synagogam satanæ de- scribere deprehendit. Primum unā Ecclesiā Christi necessariò agnoscendā proponit.

Infrā, cap.
14. suam
et nostrā
Ecclesiam
esse uisibi-
lem: hocq;
concessō,
non statim
dīrīmū con-
trouersi-
am. Ergo.
incerta est
nota ecclē-
sie, uisiblē
esse.

proponit. Recte, fateor. Sed non minus unam necessariò agnoscendam esse Ecclesiam diaboli quām Christi, num Asotus inficiabitur? Deinde uisibilem necessariò agnoscendam esse Ecclesiam Christi, similiter fateor. Num autem idem de ecclesia satanæ negabit Asotus, certam denique Ecclesiam Christi necessariò agnoscendam fateor quoque: sed hoc ipsum al- serenti etiam de synagoga satanæ, num Asotus reclamabit? Ergo cum constet Ecclesiā satanæ nō minus unā, uisibilem, & certā necessariò agnoscendam quām Ecclesiam Christi, quid de hac in sua inscriptione dixit, quod de illa non etiam uere intelligi & dici possit ac debeat? Ita egregius M A G I S T R U S N O S T R U S Asotus, æquè bonus Dialecticus atque Theologus, institutæ de Ecclesia Christi disputationis summam in inscriptione complectēs, ea de Ecclesia Christi cognoscenda proponit, quæ ei sunt propria, nimirum Q V A R T O M O D O perse, quemadmodum Dialectici loquuntur. ut si, seposito ex inscriptione nomine Christi, legas, De una, uisibili & certa Ecclesia necessariò agnoscenda, incertus sis, Christine, an uerò Antichristi Ecclesiam describat. Et hoc quidem, ut alia omnia, ad imitationem scripture & Symbolorum: quæ tametsi non apposuerint in articulo de Ecclesia nomen Christi, tamen cum non aliij quām Christi ecclesiæ uere & propriè accommodari possint, quæ de ecclesia secundum scripturas symbola credunt & confitentur, ijs non alia quām Christi Ecclesia designari ac definiri intelligitur. Nam quæcunq; est una, sancta, catholica & Apostolica ecclesia, eadem necessariò est Christi Ecclesia. Et è conuerso, Quæcunque est Christi Ecclesia, eam unam, sanctam, catholicam & Apostolicam esse necesse est. Ad eundem scilicet necessariæ prædicationis modum formauit Asotus suam propositionem disputandam de ecclesia: ut, quæcunque est una, uisibilis & certa Ecclesia, eam necesse est Dei aut diaboli, Christi aut Antichristi esse ecclesiam, & è conuerso: siue diaboli & Antichristi Ecclesia, eam necesse est unam, uisibilem & certam esse. Qui in disputatione suscepit de Ecclesia Christi tam magistraliter proponit, an eum in progressu aliud allaturum dubitamus quam apodiceas certissimas & insolubiles, ut tandem ex hoc opere auctus nouo & insigni titulo, uocetur quidem, sed non sit irrefragabilis? Sed dicet quispiam, Quid audio, num unam, uisibilem & certam Ecclesiam Christi necessariò agnoscendam Vuirtenbergenses etiam statuūt? omnino uerum, quum idem de satanæ & Antichristi ecclesia sentiendum atque dicendum sit, Asotus inficias ire non poterit. Mirum igitur Asotum in eo tantopere laborare, ut hoc ipsis, quasi negarēt, persuadeat, ac unius, uisibilis & certæ ecclesiæ Christi confessionem uel inuitis extorqueat. Mirum uideri minimè debet, hominem uel oscitatio non attendentem, uel inscitia non intelligentem, uel, quod uerisimilius est, calliditate dissimulantem præcipuum controvēsiæ statum, sese ad ea in odium & contemptum Vuirtenbergenses adducat, quasi quæ in confessio sunt apud omnes, siue impudenter, siue imprudenter negarent. Quare ne quem fortè hęc Asotica siue oscitantia, siue imperitia, siue techna improba fallat ac decipiāt, quod & rectius expeditiusq; de negocio controvēsio iudicare possit, lector, ostensione status controvēsiæ paucis præparandus est ac præmonendus de diuersa unitate, uisibili forma & certitudine utriusq; Dei & Christi, diaboli & Antichristi ecclesiæ. Ac primum quidem, quod ad unitatem attinet, eam utraq; ecclesia potissimum suacitatis ac fundamenti unitate aestimare solet. Nam ecclesia Christi ideo uana dicitur, quia unicum caput sibi à Deo datum, & fundamentum, præter quod aliud ponī non potest in cœlo & in terra, agnoscat & prædicat,

Dicit, solum unigenitum filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum. Breuiter attigimus in quo Ecclesiæ Christi unitatis ratio potissimum consistat: ad Asoticæ ecclesiæ unitatis rationem ostendendam progrediamur. Ea et si sacrificiorum, Monachorum, Nōnarum, fraternitatum, aliorumq; ordinū infinita varietate & confusione de ipsa salutis ratione & via (quam quilibet ordo, quo superstitionem, eo compendiosiorem certioremq; sese ad cœlum tenere, alijsq; monstrare contendit) capitalibus dissidijs nihil magis sit scissum, dissectum & lacerum: una tamen putatur & dicitur, propter unanimem omnium confessionem, de uno summo pontifice Romano, ficticio Ecclesiæ capite in terris. Sic enim Asotus unitatem Ecclesiæ suæ, cognitione unius capitū, uicarij Christi & successoris Petri, saepè postea definiet. Nec ob aliam causam magis extranei & alieni habentur Graeci ab unitate ecclesiæ, quam quod se Pontifici Romano, tanquam summo capiti & uicario Christi in terris, subdere noluerint. Hoc enim si non solum illi, sed & Vvitenbergenses Lutherani, ipsorum iudicio hæreticissimi, facerent, unitatem Ecclesiæ pulcherrimè tueri ac colere censerentur. Nam hoc ueteri etiam more obseruatum fuisse audiūimus & uidimus, ut si quis durius aliquid in pontificem Romanum dixisset, aut alienius aliquid a receptis in Romana ecclesia dogmatibus docuisset: id Ecclesiæ & Pontifici Romano præstandæ obedientiæ & subiectionis professione mitigaret, errorēm q; admissum corrigeret, atq; ita ab unitate Ecclesiæ non excideret. *Iud. 15.*

Hæc aut̄ est illa præposta ac pudenda unitas, quam uulpecule Samsonis nobis adumbrarunt, quæ caudis colligatae, capitib; in diuersa ferebantur, & incendio omnia uastabāt. Nam quotus quisq; est ex scholasticis Doctoribus antiquioribus, & ex recentioribus his, qui ex illorum schola, tanquam ex equo Troiano prodierunt, Asoticæ factionis sophistis, qui cum altero de summis ac præcipuis religionis capitib; & articulis consentiat: Nam quot capita, tot propemodū sunt sensus, quibus tanq; incendio Euangelice doctrinæ messis cōflagravit. Sed qui sensib. & opinionib. diuersissima sentientib. & opinantib. ab anteriore parte longe lateq; inter se distat: illi aposteriore parte, primatus & uicarius pontificij cōseruenti, professio ne, arctissimè colligati, in unitate ecclesiæ suæ permanēt. Ex quibus perspicuum est, ipsos quoq; unitatem ecclesiæ suę, in unius capitū, Romani pontificis, agnitione constituere. Iam priusquam diuersitatem explicemus, qua & ab illis & à nobis uisibilis esse Ecclesia affirmatur, ne quis forte fidem habens uanitati Asoti, nos nullam uisibilem Christi Ecclesiam admittere credit, duplex Ecclesiæ appellationis acceptio siue significatio obseruanda uenit. Quod quidem discrimen ecclesiæ licet, tanquam nostrum commentum, Sotus intrā odiosissimè impugnet: tamē cum in Scriptura extet, illud non sinemus nobis eripere. Sic enim D. Paulus ad Romanos secundo scribit: Non qui in manifesto Iudeus est, Iudeus est: nec que in manifesto fit carnis circumcisio, circumcisio est: sed qui in occulto Iudeus fuerit, Iudeus est: & circumcisio cordis, circumcisio est, que spiritu fit, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Item Rom. ii. Quid igitur: Quod querit Israel, nō est asscutus: Electio autem cōsecuta est: reliquī ue rō excecati sunt. Quibus uerbis Sotus nisi neget in meridie lucere, cōcedat oportet Ecclesiā ab Apostolo diuidi in externā & manifestam, ac proinde in congregationē uisibilem habentem externū uerbi Dei & sacramentorū unum usum: & in internam atq; occultam, ac proinde inuisibilem electorū cōcūtum, promissionum etiam effectus, fructusq; sacramentorū ad salutem percipientem. Horū duorū in ecclesia distinctorū cōcūtū, si manifestū & uisibilē, nō cum occulto illo & inuisibili electorum cōcūtu, sed cum Baaliticis, Pharisaicis, Asoticis, alijsq; manifestis & uisibilibus cōcūtibus cōparemus:

P R A E F A T I O.

12

illum cœtum ueri uerbi Dei, uerorumq; sacramentorum legitimo usu conspicuum, dicimus esse ueram, uisibilem & manifestam Ecclesiam Christi. Quo uerbi & uerorum sacramentorum legitimo usu quoniam Baaliti, Pharisaii & Asotici cœtus aut omnino carent, aut nō nisi corruptissimum habent depravatissimumq; eos pro uera Ecclesia Christi ne externe quidem agnoscimus. Sin uero illos qui sunt in ueræ Ecclesiæ uisibilis externo cœtu inter se cōmixti, hypocritas, cum occulto & inuisibili electorum cœtu contulerimus: solum hunc electorum, non autem illum hypocrita rum cœtum iuxta scripturas & symbola propriissimè ueram Dei & Christi Ecclesiam dicimus. Et hæc quidem inuisibilis & occulta electorum Ecclesia, cum à Deo emissum uerbum, inane & uacuum ad ipsum non re^{et} deat, nunquam in externa Ecclesia Christi abesse credenda est, quam etiā à Deo per miraculum, in Baalitica & Pharisaica ecclesia conseruaram ac sustentatam fuisse, atque etiamnum hodie in Asotica sustentari posse non dubitamus. Quæ si uera sunt, ut certè sunt uerissima, Asotus primum fallò negat Ecclesiam inuisibilem, quam D. Apostolus uocat occultam. Deinde falso affirmat, nos negare uisibilem Ecclesiam, qui cum D. Paulo concedimus præter occultam, etiam manifestam. Sed qua forma eam conspicuam atq; amabilem ab Asoticæ ecclesiæ abominabili deformitate abhorrente uidicemus, et si obiter iam attigimus: tamen ne forte incogitanti excidisse arbitretur, id iam denuò uno uerbo repetitum, si libet, Asoto audire licebit. Palam enim & aperte protestamur, Ecclesiam Christi uisibilem, pura & syn minum conspectui offerre, ac pijs omnibus ita commendare, ut singuli ele gantissimæ formæ admiratione capti, cum Propheta in hanc uocem canendo prorumpant: Quàm dilecta tabernacula tua Domine Zebaoth. Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Et mox, Elegi abiectus esse in domo Del mei magis, quàm habitare in tabernaculis impiorum. Cur autem taberna cula impiorum, ipsorumq; consuetudinem tantopere refugiat, qui uel solius Asoticæ ecclesiæ, de qua nobis in præsentia sermo est, turpitudinem per transennam aspexerit, admirari desinet. Nam præter corruptam uerbi Dei doctrinam & sacramentorum contaminatum usum, nihil non humana traditioñum cœno defœdatum habet. Nam de sententia Asoti ipsius Ecclesia instructa est autoritate condendi leges ad salutem populorum, de numero septenario sacramentorum, de invocatione sanctorum, de cœlibatu, de delectu ciborum, de obseruatione dierum, & si quæ de similibus rebus sunt constitutiones alia in tabernaculo Asoti propemodum infinitæ. Quas quia D. Paulus doctrinas demoniorū uocat, his sentit eam non sonolum Therlitica, sed planè diabolica deformitate terrificā esse atq; formidabilē: præsertim cum tanto rigore istas suas doctrinas demoniorū à D. Apolo stolo appellatas contra uerbum Dei propugnet, ut ab illis recedentes igni & aqua, ferro & laqueo persequatur. Ut ita nō modò sermones contra excelsum loquatur, sed tactu conterat, aspectuq; basilisci more interficiat sanctos altissimi, quorum sanguine aspersa atq; perfusa tota madere ac rubere a cecis etiam cernitur. Hæc autem de horrenda & detestanda deformitate Asotici tabernaculi, à me nō esse calumniosè odioseq; conficta, occurrit demonstratio passim obuia, heu nimium confirmat. Qua porro ratione primum uisibilem & inuisibilem ecclesiæ Christi distinximus, & quam Christi & Asoti uisibilium ecclesiæ formæ uisibilis diuersitatem indicauimus: eodem modo certam & incertam Christi ecclesiæ distingui mus, & eandem Christi & Asoti certarum ecclesiæ certitudinis diuersitatem assignamus. Quam enim inuisibilem diximus, eandem etiā perse

Esa. 5. Psal. 34. 1. Tim. 4. Dan. 11.

certa sit & minimè dubia, tamen etiam incertam eadem de causa qua inuisibilem nominamus, nempe electorum Ecclesiam occultam nobisq; inconnitam, soli uero Deo notam. Quam autem uisibilem & manifestam, eadem etiam certam appellamus. Quia ut uisibilium, ita quoq; certorum signorum indicis manifestis est certa Ecclesia Christi externa, in qua promissio Matt. 13. 24 scie degunt electi & hypocrita. Verum hanc certam Christi ab Asoti ecclesiam separamus diuersis certitudinis signis. Nam Asotus suam ecclesiam certam esse afferit, in qua certa successione certus pontifex triplici coronam redimitus, purpura ornatus, plenaria quidlibet agendi potestate praeditus, certo in loco praesidet. Sic enim infra cap. 74. ait: Restat igitur, ut tertium illud attente consideremus, quo diximus Ecclesiam manifestari, & reuera constare. Hoc uero est cognitio unius capitatis, uicarii Christi, successoris Petri, & unio ad illum & ecclesiam, cui ille praesidet, Romanam, &c. Nos uero certae Ecclesiae Christi haec dicimus certa & minimè fallacia, que diximus etiam uisibilia signa, certi uerbi Dei puram doctrinam & certorum Christi sacramentorum uerum & legitimum usum. Quibus admittantur, tradendis, propagandis, conseruandis in hac certa Ecclesia nec Petrus, nec ullus Petri successor, nec aliquis uicarius Christi, sed Christus ipse praesidet. iuxta illud: Ecce ego uobis sum usq; ad consummationem seculi. Math. ult. Cui soli omnes ministri atq; omnes p̄ij iuxta uerbum expressum, tanquam uni capitii Ecclesiae per omnia obsequuntur & parent. Habes Lector amice, non ab Asoto primū nobis extortam, sed ueterem & spontaneam confessionem nostram, Ecclesiam Christi unam, uisibilem & certam necessariò agnoscendam: sed haec non minus de Satanæ & Antichristi, quam de Dei & Christi Ecclesia confitenda esse: nechis innotescere inter se diuersas Christi & Antichristi ecclesias differre: sed discrimen earum situm esse in utriusq; unitatis, uisibilis formæ & certitudinis diuersis rationibus. quibus breuiter etiam paulo ante expositis, satis equidem liquet, id non haerere in controuersia, quod Asotus probandum proponit: unam, uisibilem & certam Ecclesiam Christi necessariò esse agnoscendam. Sed hoc de utrâq; ecclesia, diversis tamen rationibus, concessio, id in dubium uocatur, quod Asotus produbitate habendum contendit, siram uidelicet ecclesiam, esse Ecclesiam Christi. Hoc suum principale intentum tali arguento firmare debuerat: Quæcunque Ecclesia habet unitatem, uisibilem formam, & certitudinem Christi Ecclesiae propriam, ea pro Ecclesia Christi necessariò est agnoscenda (id quod nemo nostrum unquam negauerit) sed suam ecclesiam (Asotus assumeret) habere unitatem, uisibilem formam & certitudinem Ecclesiae Christi propriam. Hinc conclusionem inferret: Ergo suam ecclesiam pro Christi Ecclesia necessariò esse agnoscendam. Hic cum non ignoraret, nos nequaquam concessuros huius syllogismi, qui totam causam presentem continet, propositionem Minorem: eam igitur probandā sic in inscriptio-ne primæ partis defensionis suæ proponeret, unitate, uisibili formæ & certitudine Christi Ecclesiae propria suam ecclesiam unam, uisibilem & certam necessariò agnoscendā esse. Hoc ordine per primam libri partem probato, nullus relinquebatur tergiuersationi locus, quin Asoti ecclesiam tanquam Christi Ecclesiam amplecteremur. Medium autem probationis, nifallor, firmissimum fuerat futurum, articulus fidei, in quo Christi Ecclesiae unitatem, sanctam, catholicam & apostolicam confitemur. Quare si suę ecclesiae & unitatem & uisibilem formam & certitudinem sanctam, catholicam & apostolicam esse euicisset, sequebatur, eam necessariò agnoscendam pro Ecclesia Christi. Quanquam enim articulus fidei propriissime de Ecclesia inuisibili electorum credenda potius, quam alio quoq; modo cognoscenda sit, accipiendo: tamen externa & uisibilis Ecclesia Christi, ne-

14
 cesse est, ut suam quocq; unitatē, uisibilem formā & certitudinē, sanctam, ^{ea}
 tholicā & apostolicā habeat, qua à pfana, cacolica & diabolica unitate, uisi-
 bilī forma & certitudine cūm aliorū coetuū, tum unius, uisibilis & certe con-
 gregationis Asotice disce. nā. Summā cōtrouersiæ obiter conieci in argu-
 mentationis formā, qua iuxta p̄cepta artiū differēdi, in pponēda ac dige-
 renda cause suę defensione Asotus sequi debuisse uideba. Asotū natu' am-
 grandiorē nō quidē ad puerileis artiū p̄ceptiones reuoco: eātū tamen u-
 sum in homine scholastico desidero. Nam pueris hæ p̄ceptiones ideo in
 scholis tradunū inculcanſ q̄, ut adultiores facti, hs & in sua sententia aptius
 pponēda, dilucidiusq̄ explicāda, & in aliorū dictis scriptisq̄ facilius intel-
 ligendis, rectiusq̄ iudicandis utant. Asotus igitur, siue id facere nō potue-
 rit, q̄ artis usum non teneret: siue noluerit, quo rem planam data opera ob-
 scuraret: operæ premium me facturum existimau, si quod ille neglexerat, e-
 spicuē ob oculos ponerem: quo & lector, quid potissimum controvēta,
 alſequi, & à nobis commodius aptiusq̄ Asoto responderi posset. Breuiter
 aut̄ respondentes, cōcedimus quidem quod Asotus in titulo primę partis
 proponit, unā, uisibilem & certā Ecclesiā Christi necessariò agnoscendam.
 sed quam ipse in huius tituli explicatione postea describet unā, uisibile &
 certā ecclesiā, eam esse Ecclesiā Christi, id uero negamus: eo q̄ unitas, uisi-
 bilis forma & certitudo, quas suę ecclesię Asotus in hac descriptione attri-
 buit, nō conueniat Ecclesię Christi, sed ab ea sint alienissimę. Quare ut uni-
 parua & exigua, de ipso Christo & ipsius Christi nomine in ipsa inscriptio-
 ne posito inter nos nō conuenit. Nam Asoto dicenti unam, uisibile & cer-
 tam esse Ecclesiā Christi, & quidē eo modo unā, uisibile & certā esse, quem
 in defensionis suę prima parte exponet, in nullo cōtradicimus, preterq; in
 nomine Christi: quod ad ecclesiā à se descriptā Asotus perperā apponit.
 Vno igitur Christi nomine excepto, & ex inscriptione submoto, eius aut̄
 in locū uel Asoti, uel Antichristi nomine subiecto, cum primę partis titulo,
 uti sanè fieri debet, subsequēs de Ecclesia tractatio aptissime cōgruet. acne
 mo ferē piorū nō consentiet, omnia de ecclesia, nō quidē Christi, sed Alo-
 ti, sed Antichristi, sed malignantiū ecclesia uerissimę dīci atq; affirmari. Hac
 unica respōsione uti breuiss. ita q̄q̄ uerissima, si Asotus me i clīqua respon-
 dendī molestia liberaturus bene uellet esse contentus, pollicerer ei de hac
 prima defensionis suę parte perpetuū cōsensum nostrū, adeò ut de ea diffen-
 sionis significādē, ipsiusq̄ sententiā refellendī causa, nullū deinceps uerbū
 facerē: quinimō ueridicī scriptoris laudē lubens ei tribuerē. Verūm Aso-
 tus q̄niā nō uolet admittere, ecclesiā à se descriptā, esse aliā q̄cuius nomen
 p̄tēdit, Christi (neq; id adeò mirū, nā cum satā trāsfiguret in angelū lucis,
 & ministri illius in se trāsferat personā ministrorū iusticie) nō magnū aut mi-
 rum est, si, q̄ sunt defensores ecclesię Antichristi, personā in se trāsferat de-
 lector fam deducēdus est ad Alosticę de Ecclesia disputationis tabulā, ubi
 autopisía ipsa edocitus, haud obscurè & difficulter animaduertet & intelli-
 get, aut mōstrosissimā fore Ecclesiā Christi gerentē formā & imaginē Anti-
 christianę ecclesię: aut nō Christi, sed Antichristi ecclesiā suis colorib. ab A-
 foto hic depictā descriptāq̄ fuissé. Adsit unā, si ita placuerit, & Asotus ipse,
 nosq̄ sequaf & obseruet, qua fide & cādere omnia lectori mōstremus, ut si
 nō habuerit cor excēcatū, aures aggrauatas, oculos clausos, q̄ fōde detur
 pauperit de honestaueritq̄ ecclesiā Christi, spōsam unigeniti filij Dei, uideat,
 audiat, atq; intelligat, ac humilimā tāti peccati per Christū depreciatione,
 cōuertat; & qđ ex animo cupimus, à Deo misericorditer sanēt, serueturq;
ANNO'

Principio conuenit nobis cum Asoto, Ad Ecclesiam, unicum Christi sponsam, simul non pertinere, qui de cultu Dei & humanæ salutis ratione diuersa & contraria sentiant atq; doceant. Conuenit & hoc, Nos ab Asoto de uero Dei cultu & certa ratione nostræ salutis diuersa ac planè cōtraria & in animis nostris sentire, & alios quoscunque possumus, docere. Non potest igitur non etiam nobis de hac hypothetica disiunctiua conuincere: aut nos, aut Asotū cum suis fraterculis, de facto alienos & extraneos, ac propterea etiam sententia disiungendos esse ab Ecclesia Christi, cum de summa rerum religionis Christianæ dissentientes ciues, una Ecclesia Chri sti nō recipiat. Sed quod Asotus, nobis exclusis, se solum cum suis in Ecclesiam collocat, adeo q; ipsissimā Christi Ecclesiā se esse afferit: id nos negamus, & contraria affirmando, nō nouam & antehac inauditā cōtrouersiā mouemus, sed antiquissimā ac omnib. p̄pemodū temporib. acerrimē inter homines de ueris cultib. & certa salutis ratione dissentientes agitatam de Ecclesia cōtrouersiā nō libidine cōtendendi impulsū, sed uerorū cultū Dei et salutis eterne cōsequende necessitate adducti, Asoticē item ecclesię impietate doctrinę iuxta ac impuritate uite puocati renouamus, ac p̄ijs omnib. iudicandū relinquimus, Asotus ne, an uero nos titulū Ecclesię Christi, iustitiae titulo uendicemus ac possideamus. Ac dījudicatio nō erit difficilis meioris natura furor nō cohiberet, quin iuniorē, Deo iudice, iustiorē causam fortaminū exempla, quæ corā Deo iam in rem iudicatā abierūt. Hac eīm memoriā repetentib. nec nō cū p̄senti causa cōfidentib. vetera eiusmodi cōtrouersia primorū fratrū Cain & Abelis gratia disiliit, adeo ut Deo i. Gen. 4: p̄so autoritatē suā interponēte, ac p̄ Abele, p̄nunciāte sententiā, fratris mai- Gen. 16. 21. Gen. 25. 27. capitales inimicitias exercuerūt. Quid Heliam, Eliseū, Esaīā, Hieremiā, aliōs p̄phetas memorēt, q; licet omniū cōfessione constet suisse p̄cipua Ecclesię Dei mēbra, tamē coacti sunt audire, turbatores Israelis & Ecclesię 3. Reg. 18 Dei, ab illis qui falso sibi Ecclesię Dei titulū arrogabāt, p̄phetasq; ueros ir ridebāt ac occidebāt. Quē aut̄ fuit eadē de re alia maior & acrior cōtentio, p̄ qua Pharisei & Scribe Christū in crucem adegere, ipsiusq; Apostolos ac reliquos discipulos persecuti fuerūt. Quae de Ecclesia certamina postea sae p̄issimē publicē & priuatim redintegrata legunt̄ in historia Ecclesiastica, usq; dum Deus pater noster cœlestis benignē respicēdo Ecclesiā suam, ab Asoticis simul atq; exoticis errorib. eam repurgaturus, uerbi sui lucē extinxit. Ecce eīm statim & unā etiā omniū etatū exemplo, grauissimū de Ecclesia certamē, inter nos & Asoticos renouatū est. Quapropter nemo cōtrouersiā de ijs qui ad Ecclesiā Christi pertineat, tanq; nouā mirēt, aut nouā cōtentio inuidia nos grauet, quin potius singuli excitent ad curam & sollicitudinē cogitādi, & ex veterib. antiquissimē cōtrouersię exēplis cognoscēdi, utra pars dissidentiū uerius iustiusq; Ecclesiæ Christi titulū sibi adscribat atq; retineat, ut ei se se adiungere possint. nam & hoc est extra cōtrouersiā, qd Asotus prēterea dicit, homines cōstitutos extra Christi Ecclesiam nō magis saluari, q; in diluvio seruati fuerūt, qui extra arcā Noah repe rieban̄. Quare quanto salutis eterne desiderio unusquisq; teneat, tanto studio in id incubere debet, ut reperiāt in Ecclesia Christi, & ut se se in eam recipere possit, studiose ubinam sit querēda atq; agnoscēda est. Nec displicet à nostris seculis sectarū sœcundissimi cīrcūstantia petita amplificatio exhortationis, diligēter & studiose agnoscendā esse ueram Ecclesiā. Quin huius

IN CAPVT II.

¹⁶ amplificationis amplificatione adiecta, nō solum propter hereses & sectas cum renato Euāgelio Christi in agro Dominico recens exortas, hortor & moneo omnes, ut in Christi Ecclesia cognoscenda tanto plus operē ponāt, quanto acrius cū alij sectarū recētores Asotus instat & urget, ut nos in suā ecclesiā, veterū plerarūq; omniū hāresum sectarūq; sentinā retrahat. Nam præ studio Asotica colluīcē p Christi Ecclesia, plausibili quidē, attamē fala fucataq; specie uenditandi à uanitate & calumnia, Ecclesiæ aduocato & patrono indignissima minus sibi statim in sequenti capite temperat.

ANNOTATA IN CAPVT II.

A Ntilogiā em̄ falso & calūnioso obiūcit atq; exprobrat Vuirtebergen sibus, quasi stipitiib. stupidiōres unā & candē Ecclesiā, uno & eodem respectu & agnoscendā ad salutē & occultiore nihilominus incertiorēm̄q; esse dicerent, qđ ut agnoscī queat. At id Asotus proprię ipsorū confessionis testimonio cōfirmat? Sed eadem fide citato, qua afferuit Vuirtenbergen s̄es & agnoscendā Ecclesiā & incertiorē occultiorem̄q; statuere qđ ut agnoscat. Asotus etsi manifeste & uisibilis, occulte & inuisibilis Ecclesiē di- scrimen ex scripturis à nobis allatū nō probat, si tamen se nobis bonū uirū probare uoluisset, id hoc in loco non reticuisset aut dissimulasset. Nam Ecclesiā, quam ad salutem agnoscendā amplexandamq; nos in primo capi- te Asotus secū confessos dixerat, eam, ut agnoscī possit, uisibili & manifesto signo, externo uerbi & sacramentorū ministerio, manifestā & uisibilem es- se docemus: quæ uero in hac uisibili, manifesta & certa Ecclesia, est abscon- dita electorū Ecclesia, eam inuisibilem & occultā à solo Deo manifestē co- gnosci, à nobis tamen per fidem nō ignorari. Asotici igitur cādoris est, cum disserimē hoc Ecclesiē, eiusdemq; discriminis reddita ratio, ipsum nō latē- ret (alioqui em̄ illud refellere conatus nō fuisset) Vuirtenbergenses apud alios traducere, quasi sine ullo discriminē, unam & eandem Ecclesiā, una & eadem consideratione & agnoscendā, & tamen agnoscī nō posse ab- surditatis habere uidef Asoto, si absurditate ipsi nō carent suorū magistro- rum hoc dogma, neminem de sua propria salute & electione certum esse posse, nisi per singularē reuelationē, quod est fundamentū laudatē illius in ecclesia Asotica dubitationis, de Dei certa gratia & fauore erga nos pro- pter Christū: Si em̄ citra singularem reuelationē, iudicio Asotiorū, singuli- suam electionē ignorant, ostendat nobis Asotus in quānā uisione prophe- tica ipsi aliorū electio & electorū Ecclesia manifesta, uisibilis ac sensib. cras- sioribus perceptibilis apparuerit, quam constat ne humani quidē ingenij perspicacia, sed sola fide, diuinī uerbi cōmuni reuelatione nitente, cognosci. Quo magis miror Asotum dicentem, nos docere, ne fide quidem Eccle- siam cognosci posse, in summa etiam quiete & tranquillitate, cum electorū Ecclesiæ, quam in symbolis unam, sanctam, catholicam & apostolicā nos crederē confitemur, nō sit alia qđ fidei cognitione, quam D. Apostolus rerum nō apparentiū hypostasiū describit. Nec em̄ puto Vuirtenbergensiū quen- quam ita locutum fuisse de Ecclesia occulta electorū, eam à nullo manife- stē cognosci posse, etiam per fidem. Quasi uero per fidem res aliqua mani- festē cognoscere, & nō potius sub inuolucro per speculum & in ænigma

^{1. Cor. 13.} te, ut idem Apostolus ait. Quæ tamen obscuritas noticiæ fidei, eius certitu- ^{2. Cor. 1.} dini nihil officit, quæ non perceptionis aut cognitionis nostræ claritate & perspicuitate, sed infallibili diuinī uerbi ueritate metienda est. Ergo sic po- tius loquimur, occultam & inuisibilem electorū Ecclesiā, à nullo manife- stē cognosci posse, quia manifesta cognitione nō est de occulta & inuisibili, sed tantum de manifesta, uisibili & promiscua tam electorum qđ hypocritarum Ecclesia. Electorū autem occulta, inuisibilis & electa ecclesia, sola fide tam intu-

in turbulentio quam tranquillo Ecclesiae statu cognoscit, ac cognoscenda
 hac uoce diuina commendatur: Reliqui mihi septem millia uirorum, qui non fle
 xerunt genu imagini Baal. Sed nihil opus est plurib. ad depellendā Asoticā ^{3. Reg. 19.}
^{Rom. 11.}
 calumniam. Siquidem ipse aut se se confinxisse, nos Ecclesiā, quae manifeste
 cognosci possit, eandem occultā & incertam dicere, aut nostram sententiā
 nō candidē & bona fide retulisse, suo se iudicio infra cap. 13. prodit, dicens:
 Docet & ipse Brentius Ecclesiam esse uisibilem, cum sibi ad sua afferenda
 utile uidetur. Quorū hoc posterius suarē uidelicet utilitatis, & non ueritatis
 causa Brentiū afferere uisibilem Ecclesiā uerē ab Asoto dictum putari pos-
 set, nisi Brentius anteç̄ audiuīt nomen Asoti sibiç̄ cum ipso in hoc de Ec-
 clesia certamen descendendū esse somniare potuit, pueros in catechismo,
 & adultiōres in suis homelijis, Ecclesiā uisibilem esse agnoscendā, docuisset.
 Et hoc quidem prius, Brentiū uidelicet docere uisibilem Ecclesiam, ne pro-
 more finxiſſe putet, & manifestior calumnia deprehendat, locum etiam, u-
 bi Brentius uisibilē Ecclesiā docuerit, indicat dicens: Docuit inquā in suis
 Prolegomenis. Cur igit̄ id de Brentio tam sedulō hic dissimulat, ut id ipsum
 nunc à Brentio potissimum in Prolegomenis impugnari affirmet? Ne ipsi,
 quam uenatus est, deperiret occasio & materia ostendandæ suæ loquentię.
 Nam si uel uerbulo Brentiū cūm alias, tum in Prolegomenis uisibilem do-
 cere Ecclesiā hic monuisset, & antea in assertione sua se hoc omittere, & in
 præsentia superuacuo labore contra Brentiū probandi, uisibilē esse Eccle-
 siam, supersedere debuisse, qui uis faciliē intelligeret. Quas porro suscipien-
 dæ disputationis de uisibili & sensib⁹ perceptibili Ecclesia Christi, præter
 conflictam de nobis absurditatē, utilitatis & necessitatis causas adfert, q̄ in
 de uel maximē & salus hominū & controversiarū finis dependeat, eas nos
 quoq̄ nō improbamus. Nam antē cōcessimus, extra Ecclesiā neminem fal-
 vari: & Ecclesiam colūnam & stabilimentū esse ueritatis scimus, cuius mani-
 festatione per ministeriū Ecclesiæ controversijs finis imponit, quæ uerita-
 tis ignorantia plerūq; oriri & existere solent. Sed hoc de controversijs per
 uisibilem Ecclesiam cōponendis, et si ipsis uerbis ab utrīsc̄ dicitur, nō ta-
 men eodem modo ab utrīsc̄ dictum intelligit. Nam nos Ecclesiā ideo sta-
 bilimentū & columnam ueritatis ab Apostolo uocatam arbitramur, q̄ sicut ^{1. Tim. 3.}
 idem Apostolus scribit, ei cōmissa sint oracula Dei, ad quæ præcise sequen ^{Rom. 3.}
 da in disjudicandis controversijs, Ecclesia adstringit, iuxta illud, Lucerna pe ^{Psal. 119.}
 dibus meis uerbum tuum. Item, Ad legem magis & testimonium. Et, Habent ^{2. Pet. 1.}
 Mosen ac Prophetas, illos audiāt. Nec alia cōditione ad Ecclesiam audien- ^{Esa. 8.}
 dam quisq; obligatus est, nisi quatenus ipsa audit & audiendū annūciat uer- ^{Luc. 16.}
 bum Dei, sine quo ne cogitari quidem potest uera Ecclesia Christi. At Aso-
 tus suarē ecclesię autoritate tribuit, immutandi uerbum Dei, & ab eo receden-
 di in dirimendis controversijs & cōdendis nouis decretis, quibus nō aliter
 standum sit atq; diuinis oraculis, quemadmodū suo loco, præsertim aut in
 secunda parte Defensionis eius est uidere. Atq; hinc accidit, quod sicut ple-
 ric̄ omnes aduersarij suos libros ordiun̄, non à tierbo Dei & scriptura fa-
 tra, sed ab Ecclesia: ita & Asotus locum de Ecclesia in Prolegomenis po-
 stremum, in sua Defensione fecerit primum: ut hac licentia suarē Ecclesiæ sta-
 bilita, contra diuini uerbi accusationē condēnationemq;, defensi sint & sal-
 ui, quilibet quantūq; palpabiles errores Asotici. Nouit opinor Asotus in
 omni genere doctrinarū sua esse & certa singulis probationū siue demon-
 strationū principia, ut uocant, atq; axiomata, de quib. nisi inter disputantes
 prius cōuenerit, aut nulla, aut frustra omnis disputatio instituit. Cum aut de
 autoritate Ecclesię & uerbi Dei, quod solis sacris literis cōprehensum est,
 inter nos disceptat hīc, atq; ab illis Ecclesię autoritas supra uerbum Dei, a
 nobis aut uerbi Dei autoritas supra Ecclesiā extollit, quæstio est de primis

IN CAPUT II.

¹⁸ Christianæ religionis ac theologiæ principijs. Quia non prius decisa, relata
quas in religionis negocio contouerrias componi non posse, multe hacte
nus institutæ cum aduersarijs actiones ostendunt. quas sicut antehac instru
giferas experti sumus, ita deinceps etiam sentiemus, nisi aut nos cum illis
Ecclesiâ, etiam non sequentem & retinente diuinî uerbî præscriptū, sum
mam ueritatis magistram, agnoscamus: aut illi nobiscum morigerâ Christi
sponsam fateantur. quæ sicut sponsum suum unicè amat, colit, ac ueneratur:
ita fidelis & sedula in obeundo suo officio ac ministerio promouendi salu
tem hominum & componendi, cum de alijs articulis, tum de ipsa Ecclesia
contouerrias, uerbum à sponso traditum unicè spectat atq; exequitur. nā
nisi uelit in iudicando haberri suspecta, nō minus de seipsa ex uerbo Dei, q;
de alijs causis in ipsa Ecclesia contouerlis, ipsam iudicare conueniet: præ
sertim cum de ipsa peculiaris extet in symbolis articulus fidei, quem sicut
& reliquos articulos negari non potest, summa ac sola uerbi diuinî autorita
tate nos persuasos atq; permotos firmissimè credere. Ergo Dei uerbum au
toritate in omnibus Ecclesiæ præualere censendum est. Nec ipsa igitur ul
lius autoritatem potiorem ducere debet, q; uerbi Dei: sine cuius autorita
te nec esset, nec esse credere Ecclesia Dei. id quod Asotus, licet alias à uer
bi Dei & scripturarum autoritate, ad autoritatem Ecclesiæ, utpote superio
rem, prouocet: tamen hic fateri cogitur, aut in firmissima propositi sui pro
batione deficiet. Nam sub finem capitilis, certam & manifestam Ecclesiam
ad salutem necessariò habendam, se se confirmaturum promittit, scripturæ
& fidei rationibus atq; autoritate patrum. Non præterit autem Asotum, i
gnatum atq; incertum, per æquè ignotum atq; incertum non posse proba
ri. Aut igitur præpostorum & peruersum fuerit, Ecclesiam certam & mani
festam uelle probare scripturis, si harum autoritas suspensa est ab autoritate
Ecclesiæ: aut scriptura, qua continetur uerbum Dei, autoritate præponde
rabit Ecclesiæ per scripturam probandæ. Quanquam, si uelimus proprièlo
qui de Ecclesia Christi retinente uerbum Dei, nō minor sit Ecclesiæ quam
uerbi Dei autoritas, cum nullam sibi neque arroget, neque usurpet quam
solius uerbi Dei autoritatem, cuius custodiam & ministerit in terris à Deo
commendatum habet. Quemadmodum autem recipio tacitam Asotum de
summa autoritate scripturæ cōfessionem etiam imprudenti e lapsam: ita de
diuersis probationum generibus, quibus se usurum dicit, peruersum iudi
cium eius reprobo. Cuius significationem non obscuram dedit, cum pra
ter consuetudinem etiam Maiorum & Patrum suorum ait, se Ecclesiam cer
tam & manifestam confirmaturum scripturæ & fidei rationibus, & Patrum
autoritate: cum dicendum potius fuerat, Scripturæ & fidei autoritate & Pa
trum rationibus. Innuere enim uidetur se scripturam & fidem (qua puto si
dei symbola designari: quorum articuli ex scripturis iam confirmati, dubijs
probantis adhiberi etiam solent) ad rationis examen reuocare, & ad inge
niū humani captum exigere: Patrum autem autoritatem, nulla redditia suo
rum dicatorum ratione, suspicere & amplecti. Hanc nostram conjecturam,
quam ex uerbis Asoti capimus, manifestum ipsius suic̄ similiū factum com
probat, quo Patres ipsorumq; autoritatem nō solum nobis potissimum ob
tendunt: sed iuxta eam etiam scripturæ autoritatem, certam alioqui atq; in
flexibilem, inflectunt, ac manifesta violentia detorquent, cōtra sanctorum
Patrum iudicium & uoluntatem, de ipsis Patribus, & ipsorum autoritate.
Nam ueterum Patrum & theologorū facile princeps Augustinus, tantam
autoritatē sacræ scripturæ ubiq; tribuit, ut quantumlibet humanæ rationis
iudicium reclamitet & repugnet, scripturae sacræ de articulis fidei & qui
busuis rebus alijs, sine ulla hæsitatione credendum esse dicat. Alijs uero te
stibus, inquit, uel testimonij, quibus aliquid credendum esse sua detur, tibi
credere

credere uel non credere liceat, quantū meriti ea admonenteri, ad faciendā fidem uel habere, uel nō habere perpenderis. Non igitur Patres omnino reūcimus, sed cum D. Augustino propheticis & apostolicis scripturis subiici mus. Quo nihil nos honorū ac Patribus debitē uenerationi derogare, ab eo dem Augustino defendimur. Neq; enim quorūlibet disputationes, inquit, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, uelut scripturas Canoni cas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis ho minibus debetur, aliquid in eorum scriptis improbare & respuere, si forte inuenerimus q; aliter senserint q; ueritas haberet, diuino adiutorio uel ab alijs intellecta, uel à nobis. Et addit: Talis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellectores meorum. Quæ ideo usum fuit huc adscribere, ut Asotus nouerit, autore præcipuo Patre Augustino, quo loco Patres habi tur simus. Quorum autoritate in probando postea Asotus, præter scriptu ram & fidem Catholicam, se usurum dixerat. Quanquam autem ad omnes Asoti partim impias, partim imperitas absurditates & ineptias non dico refellendas, sed tantummodo detegendas mihi subsistere uolenti, testudineo gradu progressum nostrum tardiore fore uideam, ac propterea ne odio tarditate prolixitateq; molesti simus, multa intacta relinquenda, ac silen tio deinceps quidem transilienda, at ob id non approbanda erunt: tamen quoniam Asotus hic etiā gloriatur, se Ecclesiam non solum certam & ma nifestam, sed etiā uisibilem & sensibus perspectam docuisse, priusquā ad alia transeam, libet ex Asoto querere, ubinam locoru hoc de Ecclesia Christi docuerit, ipsam esse sensibus perspectā. Ac primum mirarer, cur nō ad diderit etiam sensui communī eam esse perspectā, ut uel nos sensu communi carere, uel Christi Ecclesiae agnitionem communem esse probaret qui buslibet hominibus, Iudeis, Turcis, Tartaris, alijsq; communī sensu utenti bus, nisi de externis & corporeis sensib. se loqui nominatim expressisset. quanq; haud sciam, an non etiam necessariò sequeret communī sensu percipi ab omnib. hominibus, si omnib. externis & corporeis sensib. hominis, hoc est uniuersali experientia Ecclesia Christi cognitam & perspectā esse docuissest Asotus. Quod ubi fecerit, meminitisse non possum. nam præter ui sum, quem maximè urget propter ecclesiæ suæ mundanū splendorem in currentem in oculos, & auditum, quem nos multo magis requiri mus, propter sonorā administrationē uerbi, ex cuius auditu fides est, ostendere pre Rom. 10. Ecclesia Christi sentiref? Id si sentiret ipse, cum extenorū sensuum obiecta sensilia alia sint cuiuscq; sensus propria, alia omnī communia, docendo ex plicaret, quomodo ratione priorū sensilium, quo item modo cōmuniū sensiliū ratione, sensilis esset Ecclesia Christi, & in primis electorū, quos ip se cōspectui oculorū & reliquorum sensuū perceptioni expositos esse con tendit. A narratione quidem priorū sensilium ostenderet, secundum gustum, dulci ne an amaro sapore: secundum olfactū, grātōne an in grato odo re: secundū tactū, humida an sicca, calida an frigida, mollis an dura, lenis an aspera perciperet. Ratōne uero cōmuniū sensiliū, q̄ta numero, quanta magnitudine, qualis figura, q̄ diurna tēpore, q̄ motu uelox aut tarda, q̄ de quiete ociosa & beata sentiref. Hæc in quam oportebat singula dilucide & copiose explicuisse eum qui sensib. corporeis perspectā Ecclesia Christi se docuisse gloriaret. Videor fortassis in re seria ludere & ridere Asotū. Egō uero etiā fatear tam insipidā esse ipsius insulsitatem, ut non sperem fore, ut aliquando sapiat, nisi salibus aliquanto acrioribus aspergat ac probē saltat, non tamen omnino ioculariter dixi, quæ præstanta fuerint glorianti, se sensibus perspectam esse Ecclesiam Christi, docuisse. Dixit quidem in sua assertione, oportere Ecclesiam certam esse, uisibilem scilicet & sen

sibus ipsis corporeis perspectam non minus quam sunt aliae res publice, sed solummodo dixit, non autem docuit, quia rem eam ignotam, obscuram & dubiam, explicando probandoque notorem, planiorum, certiorumq; istuc non fecit de Ecclesia Christi, de qua disputatur. Nam Alosti ecclesiam omnib. corporeis sensib. perspectam esse non negat. Plura enim eius rei ac pertiora documenta passim extant q; uelimus. Nam prætermis reliquo, rum sensuum testimonij, solus qui toto corpore iudex sentit, crassissimi tactus experimento, multi p; & sancti homines nostra memoria, aquis suffocati, humidæ: fame & siti necati, aridæ & siccac: bonis suis spoliati & in exilium eiecti, frigidæ: igne exusti calidæ, & quidem in summo caliditatis, sicut etiam reliquarū tactilium qualitatū gradu, Alosti ecclesiam senserūt cognoveruntq;. Sed missa hæc facimus, quæ licet Alosti ecclesiæ sensib. corporeis perspectam luculenter ostendant, à nobis tamen sine ingenti dolore come morari non possunt, quæ consortes nostræ fidei maximis atq; acerbissimis cruciatib. in Alostica ecclesia etiamnum hodie sentire, experiri ac perferre coguntur. Quare iam ad alia transeamus.

ANNOTATA IN CAPVT III.

Rem ipsam, quam proposuerat, rationib. & autoritatib. quibus dixerat probandā, in hoc capite, aggredit: ac Ecclesiæ esse cœtum pluriū hominum Deum recte & publicè colentium, probat rationib. politicis, petitis ex Platone, Aristotele & Cicerone, alijsq; philosophis docentib. naturales esse societas & cōgregationes humanorū cœtuum, & ab humanæ nature cōditione, qua sociale & politicū animal ab Aristotele dicit: & à singulariū hominū indigentia, qua alij aliorū ope & auxilio egeant, unde neminem sibi nasci, sed omnes homines hominū causa generatos esse, Stoicorū etiā sententia fuit. Nec nos unius hominis Deum colentis solitudinē, Ecclesiæ dicimus. Nam ipsum nomen Ecclesiæ habet significationē cœtus & multitudo, & in symbolo Apostolico cōmunionis nomine definitur, & ob id Dominus & Ciuitas Dei alias appellari solet. Quidamq; aut̄ Ecclesia sit cœtus & societas hominū, nō tamen est societas politica, à reliquis societatib. separata, sicut diversarū rerump. societas à se invicem separantur & distinguuntur nō solum legib. sed & terminis locorū, contrāq; Alostus sentire uidet, qui Ecclesiæ non secus atq; alias resp. humanas, constitutā, & ab alijs separatam esse putat in terra, habentem propriū caput, propriā iurisdictionē, propriā sedem: sicut olim politia Iudaica cōparata fuit, & nunc constitutā uidemus ecclesiam Alosti, quæ neminem in terra superiorē agnoscit. Hoc tamen quō modo cum eo quod in assertione sua Alostus confitetur, cōgruat, non video: ideo Ecclesiæ catholicam dici, q; ad nullam sit gentem aut prouinciā restrita, sed in fines terræ extendatur. Id enim de Ecclesia intelligi nequaq; potest, quæ propriā & peculiarem & ab omnib. alijs rebusq; sedem & iurisdictionem separatā habere dicit. Quare etsi Ecclesiæ concedimus esse societatem & cœtum hominū: nō tamen eam ab aliorū hominū politicis societibus & cœtibus. ita separamus atq; diuellimus, ut propriam constitutā politiam in terris. Corinthus non fuit Ecclesia, sed Corinthi fuit Dei Ecclesia, quæ nō constituebat Corinthi propriā & peculiarem politiam. Ducatus Vuirtenbergensis & singulæ in eo ciuitates non sunt Ecclesia, sed tamen si- cut in hoc ducatu nō alibi reperiunt homines q; in politica societate hominum hunc Ducatum & singulas ciuitates pagosq; incolentium: ita nullibi alias q; in his politicis societatibus. hominū per prædicationē Euangeliū colligit, nec ab his societatibus. separata queritur aut inuenitur Ecclesia Christi. Nam qui ad Ecclesiæ pertinent, nō prohibent, sed tenent nihilominus esse ciues aliqui reip. in terris. nō enim desinit esse ciuis Tubingensis, q; amplexus doctrinā Euangeliū, nomine suū dederit Christo: nec liberaūt legib. reip. Tubingensis, quise-

quise Ecclesie, cœlestis in terra reip. legib. subdiderit. Vera qdem agnitiōe
& cultū Dei, qui ad Ecclesiā pertinent, distinguunt ab alijs eiusdem reip.
ciuib, sed ad propriā cōstituentiam remp. ab ipsis nō separant. Ita que in
fines terre extendit Ecclesia, non ut propria politia, in certa collocat sede:
sed in omnib. politijs continet, à quibus admissa p̄edicatione Euāgelij, ho
spitio excipit. In ecclesia aut que est societas pluriū hominū, publicos etiā
cœtus instituendos ac celebrādos, & in illis Deum unanimiter ab omnib.
publicē colendū esse, quis nostrū negat, ut sibi id Asotus tam anxie & co
pīose probandū existimarit. Sibi potius ac suis fraterculis hæc narret: ac si
potest, habitū peculiarem, cultum singularē, loca solitaria & uota monasti
ca, quibus se, ut singulares & meliores ab alijs Christianis segregarūt, con
ciliet cum hac Deum colentium cōmunitate unitateq̄ externa, quam tan
topere hic omnib. cōmendat, nosq; ut Deo gratam in publicis conuentib.
frequentandis studiose seruamus ac ritē colimus. Quæ, cum, iudicio Asoti,
nihil obster, quin laudis, confessionis & gratiarūactionis interiora cordis
sacrificia ab homine solitario oblata, Deus etiam grata & accepta habeat:
feri aut nequeat, ut Deus extra Ecclesiam sibi aliquid placere patiat; quæ
ro ex Asoto, qui extra uisibilis Ecclesie congregationem, solus in cubiculo
suo ita orat, laudis ac gratiarūactionis sacrificia ita offert, ut Deo probatus
exaudiat: in qua tandem is ecclesia alia orationis & gratiarūactionis sacrifici
cia obtulerit, q̄ in Ecclesia inuisibili, cuius membrorum etiam solitariorū
ac locis disunctissimorū multo acrior est cōiunctio spiritualis, q̄ ulla sit ui
sibilis ecclesie siue corporalis, siue localis unio atq; cōmunio. Nam et si fo
lus est, nō tamen solus orat, qui patrem nostrum qui in cœlis est in nomine Matth. 6.
Domini nostri Iesu Christi, cum tota Ecclesia inuocat, eiq; gratias agit. Et 10. 14. 15.
ut Patrem in spiritu & ueritate tam priuatim solitarij q̄ publicē cōgregati Psal. 50.
inuocare possumus, ut celebrandi sunt ac frequentādi publici cœtus, in qui Iohann. 4.
bus sincera traditur ex uerbo Dei doctrina ueræ adorationis, inuocationis
& gratiarūactionis, qui est proprius cultus Ecclesie Dei: ita fugiendi
sunt, in quibus nec recte Deus adoratur, nec ueræ inuocationis & gratia
rum actionis doctrina ex uerbo Dei traditur. Id Asotus in sua ecclesia fie
ri, si antea ignorabat, ex primo loco tertiae Periscopes Apologiae Confes
sionis illustrissimi Principis cognoscere interea potuit. Non igitur studio
singularitatis, aut contemptu alicuius hominis, ut suspicatur Asotus, sed
odio impietatis Asoticæ à Deo in uerbo suo damnatae, nos ab Asoti eccl
esiæ seiuinximus. Odit Deus, scimus, separationē & discessionem ab Ecclesia,
& eam cum salutis æternæ periculo cōiunctam esse, Asoto etiam non mo
nente, nō ignoramus. Sed non ab ea ecclesia, que proiectione & deprava
tione doctrinæ uerbi Dei & uerorū cultuum, iam antea à Deo ipso recessit;
sicut constat fecisse ecclesiam Asotii. Hanc igitur relinquendam præcepit
qui dixit, Cauete à pseudoprophetis: qui dixit, Fugite idola: qui dixit, Exi
te de Babylone: qui dixit, Si angelus de cœlo prædicauerit uobis aliud E
vangelium, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit. Iḡitur rece
dentes ab Asoti ecclesia, Deo obsequimur, nec nos retineri sinimus cōmu
nis creationis uinculo. qua licet Deus æquales omnes creauerit, hec tamen
creationis æqualitas & cōmunicatio in natura humana, discessionem ab im
piorum consortio non impedit. nisi forte existimet Asotus nos non debuiss
se nos disiungere à Iudeis & Turcis, quos Deus æquè atq; nos ueros ho
mines creauit. Sic nec in Asoto humanam naturam, sed impietatem despī
cimus atq; odio habemus. Et propterea, ut Deo nos obsequentes præbe
remus, ac simul & Dei nominis gloriæ & salutis nostræ, quæ in Asoti eccl
esiæ plurimū periclitabant, consuleremus, ab illius nos ecclesia seiuinximus,
paratissimi redire, ubi in doctrina & cultib. impietatem, in uita & moribus
impus

22

impuritatem notoriam, ad præscriptum uerbi Dei correxerint. Quod se facturos, si Aſotici unquam in animum induxissent, iam pridem uel unico manifestissimoru Ecclesiæ ſuæ errorum correcto, ſpecimen quoddam edi- diſſent, nec piam illuſtriſſ. Principis Vuirtebergenſis Confessionē Aſotus, nō quidem eam expugnaturus, fed ſeipſum oppreſlurus iam oppugnaret. Testimonia & exempla ſcripturæ, que plurima cōgerit ad ostendendū cœ tuſ ecclesiasticos inde uſq ab exordio Ecclesiæ perpetuò celebratos fuisse, nihil obſcuritatis aut dubitationis, plurimū aut̄ momenti habent, ad homi- nes, qui ſunt unius Ecclesiæ membra cōmuendos, ut inter ſe pacem & con- cordiam colant. Idcirco hiſce & ſimilib. testimonij ac exemplis noſtros q̄c̄ pie & studioſe colendā exhortamur. At ut ſtudio pacis & amore cōcordie, quo tenemur ardentifimo in doctrina & cultib. nos coniungamus cum ec- clesia Aſoti, id uero nullo testimoniorum nobis iniungit, que Aſotus pluri- minū concordia & ſocietate colenda loqui, qui Ecclesiā agnoscūt, & in eius unione Deū colūt, Aſotus ipſe ex contextu uerborū Chriſti declarat. Mat- thei aut̄. Fratris appellatio eiusdē religionis & fidei cōſortem significat. Et congregatio in nomine Chriſti nō aliorū q̄z uerorū Christianorū intelligit. Nec Malachias alios q̄z Iudaicę gentis homines alloquit̄, qui tū ſoli in terra titulū populi & Ecclesiæ Dei obtinebāt. Eodem ſpectant Cypriani uerba, quibus innuit, nemini cum quoq̄z alio cōuenire poſſe, cui cum corpore ip- ſius Ecclesiæ & tota fraternitate nō conuenerit. Eo iplo enim Christianos admonet, ne quid ſibi ſinguli uel de manifestis Ecclesiæ hostib. uel de hypo- critis & falsis fratrib. ipsorumq̄z pace & cōcordia polliceant̄, cum conſtitue- rit ipliſ malē cōuenire cum toto corpore Ecclesiæ & tota fidelī ſtate. Cui enim membro fouebit parcerq̄z, qui totum corpus oderit perdiſuq̄z cupit? Nam ſi Cyprianus ſenſiſſet, ſtudio pacis & cōcordiae, diſciſſionem ab impijs & idolatris non eſſe faciendā, nō omneis homines inimicos cape- re, ac uitam potius profundiſſe maluſſet, quam ſe cum idolatris coniunge- ret. Hortat quidem D. Paulus Rom. 12. ut Christiani cum omnib. hominib. in pace uiuāt. ſed hiſ duab. p̄miffis cōditionibus, ſI FIERI POTES T, test, ſi eorū caſtra ſequamur, qui ſicut Aſotici fraterculi maniſta impie- te & crudelitate aduersiſ Deum & ipliſ Eccleſiam indiſiñenter bellige- rantur: & QVANTVM IN VOBIS EſT. Quod Apoſtolus ideo ad- dit, ut etiā extra cauſam fidei & religionis (in qua ab idolatris diſcen- diſſere non ſolum non prohibitū, ſed etiā p̄ceptum eſt) in alijs re- buſ nō ſint ipli autores diſlidiorū, nec cuiq̄z iuſtam cauſam p̄beant offen- ſionis, adeò ut ad pacem & cōcordiā colendam cum omnib. nō modō nulli iuferant ipli iniuriā, ſed & aliorum iniuriā patienter ferant, eaſdemq̄z omni genere officiorū profequant̄. Hanc pacem uinculo dilectionis erga Aſotum, quantū quidem in nobis ſitum eſt, adiuti diuina gratia, iniuſtatā ualere nō ſinemus, qui ſicut Apoſtoli ludeiſ obſtinatē reſiſtentib. ue- ritati & perſequentiib. Christianā fidem, diſciſſionem ſuam diſerte & aper- tē deniſciarent, dicentes: Vobis p̄mū oportuit annūciare uerbum: ſed quia uos indiignos exiſtimatis uita æterna, ecce cōuertimur ad gentes: ita nos Aſotici Prælatiſ renunciāmus: Vos in p̄mī ſi oportuit audire, & alijs Mar. ult. uerbum Euāgelij de Chriſto annūciare: ſed quia & uestre & aliorum ſalutis Math. 23. negliſgentes, neq̄z ipli Euāgelium diſcere, neq̄z alios docere, neq̄z diſcen- tes docētesq̄z Euāgeliū ferre uultis, ecce diſcellimus à uobis, nō ante re- dituri, ut dictum eſt, q̄z uos ad Deum & ad officiū faciendū reuerſi fueritis. Quid

Quid enim aliud faceremus, nisi cum manifestis Dei & Ecclesiæ Christi hominibus colludere, ueritatemq; Euangelicæ doctrinæ prodere uel abnegare uelimus?

ANNOTATA IN CAPVT IIII.

Quæ porrò in hoc quarto capite exempla Pauli, Antonij, Cornelij, & testimonia Pauli & Augustini colligit atq; accumulat prioribus, ad ostendendum, nihil esse Deo gratum extra Ecclesiam: id non tantum non negamus, sed diligentius etiam quām ulli faciant Aſoti, eiusmodi exempla & testimonia inculcamus hominib. nostris: non quidem ut iplis persuadeamus ut redeant ad ecclesiam Aſoti, quo consilio ab ipso hæc omnia dicuntur: sed ut maneat in illius Ecclesiæ societate, in qua per prædicationem Euangeli præsident prophetæ & apostoli. Extra quam tam certum est nihil Deo gratum esse, quām certum est in ecclesia Aſoti Deo omnia esse ingrata. Quod satis fuerat in hoc capite breuiter monuisse, niſi quædam obscuritas siue ambiguitas uerborum Aſoti discutienda prolixorem me esse cogeret. Sic enim sub finem capituli scribit: Denique hac ratione, Ecclesia ueræ Dei templum esse ostenditur, dicente Paulo: Templum Dei sanctum est, ^{1. Cor. 3.} quo d' estis uos. Ostenditur inquam cum Deus ex Ecclesia sua oracula, sua uerba nobis edit, nostrasq; orationes ac cultus, quos ei exhibemus, & sacrificia non aliunde suscipit quām ex Ecclesia, &c. Etenim si in eam sententiam dicit, Deum ex Ecclesia edere sua oracula & uerba, ut tanquam fidelis ministræ, testis & uestos oraculorū diuinorum, que in scripturis propheticis & apostolicis, tanq; in arcu data & concredita habet, ea sine ulla immutatione in toto orbe prædicet atq; obseruet, nec alia quām quæ propheticis & apostolicis scripturis sint consignata oracula Dei, uel expectet uel pro diuinis oraculis agnoscat, uel alijs obtrudat, placeret sententia Aſoti. Si uero Deum oracula sua ita ex Ecclesia edere sentit, ut si quæ præter ea quæ in Scripturis continentur, ad salutem credenda & seruanda, ab Ecclesia proponuntur, sint habenda pro oraculis Dei, hanc licentiam pro priam Aſoticae ecclesiæ, ab Ecclesiæ Christi obedientia alienissimam esse D. Iohannes uoluít, qui dixit, Filiū Dei nobis enarrasse, qui est in sinu Patris, quæ de Deo ad salutem cognitū sunt necessaria. Et postremis temporibus nobis Deum loquutum fuisse per filium, autor est apostolus Paulus, qui cum reliquis Apostolis fideliter legatione pro Christo prædicando & scribendo defungens, nihil uel ignorantia, uel imprudentia, uel ignoratio prætermisſe censendus est, quod scitu quidem esset necessarium toti Ecclesiæ & singulis membris, ut Iohannes in suo Euangeliō prætermisſionem multorum miraculorum Christi, hoc uel solo nomine non semel excusat, quod multa quidem alia Christus in conspectu discipulorum sutorum fecerit, quæ non sint scripta in hoc libro: hæc autem esse scripta, ut credamus Iesum esse Christum illum filium Dei, & ut credentes uitam habeamus per nomen eius. Quemadmodum autem quod ultra uitam æternam queritur, non aliud quām infernus inuenitur: ita quæ in ecclesia Aſoti ultra ea quæ Scripturis sunt comprehensa, iactantur oracula Dei, ijs homines aberrantes à uita æterna, in barathrum inferni præcipites feruntur, & ab Aſotis deturbantur, qui afflati à m'alo spiritu, sunt nouorum istorum oraculorum autores. Quæ notat, est amboiguitas in uerbis Aſoti, de uerbis & oraculis Dei ex Ecclesia edendis, eadem notanda est de orationibus, cultibus & sacrificijs ex Ecclesia à Deo suscipiendis. Nam si hoc uult, non aliorum quām eorum orationes, cultus & sacrificia exaudiri, probari, & acceptari à Deo, qui per fidem C H R I S T I sint membra Ecclesiæ C H R I S T I, non est quod contradicamus. Si autem quæ præstantur Deo obsequia & sacrificia, Deū tum demū grata habere existimat,

cum

IN CAPVT V.

²⁴ cum ea ecclesia Asotí approbat atq; commendat, assentiri non possumus. Nam cultus sibi exhibitos à singulis in communione Ecclesiae, Deus non alio quàm Christi nomine commendatos habet, sicut nec alio nomine ipsam Ecclesiam & singula eius membra diligít. Nec ob aliam causam singulari sunt membra Christi, quàm propter quam uniuersa Ecclesia est corpus Christi. Eadem igitur de causa singulorum membrorum & totius corporis cultus à Deo acceptantur. Sed totius Ecclesiæ fides, quæ non est alia quàm singulorum fides, cultus totius Ecclesiæ Deo gratos & acceptos redit. Ergo non Ecclesia ipsa, sed singulorum Ecclesiæ membrorum cultus &

Abac. 2. orationes, uniuscuiuscq; propria fides Deo commendat. Cur enim Abeluberiorem hostiam obtulit quàm Cain, cum non minus hunc quàm illum in publico Ecclesiæ cœtu obtulisse, supra cap. tertio Asotus dixerit: nisi quia non Ecclesia, sed sua cuiuscq; fides, singulorum cultus commendat & sicut

Heb. 11. nominatim de Abele ad Hebræos scribitur. ut satis demirari non possim Asotum capite tertio inter alia scribebentem: Nónne clamant hæc omnia, ut prius nobiscum inuicem conueniamus homines, prius cōcordemus, prius cognoscamus consortes, ut deinde non priuata cuiusquā, sed cōmunia placent Deo creatori omnium obsequia? Quasi uero quæ priuata singulorum non placuerint, ea cōmunia omnium Deo sint placitura obsequia: aut

Luce 6. quasi paucitas & multitudo Deum etiam recte colentium aliquid faciant, ad cultum Deo gratiorem reddendū, ac nō potius propria cuiuscq; Deum adorandi & colendi magister Asotus tam pueriliter desipiat, quales adoratores & cultores Dei putandi sunt ipsius fraterculi, quos ipse instituit?

ANNOTATA IN CAPVT V.

Postquam nemine repugnante, sibi uidetur acriter pugnando euicisse, Ecclesiam esse societatem hominū Deum recte & publicè colentium, ex eo necessariò statuendum esse in hoc capite infert, Ecclesiam esse uisibilē. & in eo rursus usq; ad caput decimum quartū occupatissimus erit, non secus atq; si summa uirium suarum cōtentione à nobis extorquendū esset, quod ultrò nos confessos esse, non semel de nobis ipse deinceps confitebitur. Atque ita suo ipsius testimonio conuincitur uel improbè hoc de nobis confinxisse: uel ut dictum fuit, parum candidè nostram sententiam retulisse. Quam quoniam satis uidemur nobis suprà exposuisse, non est cur hoc loco eadem cum fastidio repetamus.

ANNOTATA IN CAPVT VI.

Nihil opus erat crebris interrogationibus rhetorice urgere, acueteris & noui Testamenti tot ecclesiarum exemplis adhibitis nos adigere, ut Ecclesiam uisibilem & cognoscibilem esse fateamur: quod nunquam inficiati sumus de externa & promiscua multitudine electorum & hypocritarum, quæ Christum & cultum ueri Dei iuxta uerbum ipsius profitetur, & seruat. cuiusmodi sunt omnia ecclesiarum adductarum exempla. quarum sicut quadam habuerunt hypocritas, ita nulla earum caruit electis. Quos Asotus, nisi cum ratione insiniat, sibi uisibiles esse affirmare non potest. Esi autem sunt nobis incogniti electi ratione electionis occultæ: sunt tamen in externa & uisibili ecclesia uisibles, iuxta communes & externas uisibilis ecclesiæ notas, ita ut nullus sit electus, qui uisibili in hoc mundo Ecclesiæ Christi non sit aggregandus. Nam ab æterno electi uocandi sunt & iustificandi in hac uita, ut in futura glorificantur. Constat autem uocationem & iustificationem electorum sine uerbi Dei & sacramentorum externo ministerio perfici non posse. Igitur electi à societate uisibilis ecclesiæ abesse non possunt. Sicut Paulus fuit electus, ideo etiam uocandus & iustificandus, ac propterea aggregandus Ecclesiæ uisibili Christi in hac uita.

ANNO.

ANNOTATA IN CAPVT VII.

Quare concedimus, non sufficere ut sese aliquis Ecclesiæ electorum nobis incognitæ, soli autem Deo cognitæ coniungat: cum qui se uisibili Ecclesiæ Christi, Christi inquam & non Asoti non coniunxerint aliquando in hac uita, eiusdem fidei professione, pro electis nō posse reputari. Sed rursum hoc nobis Asotus concedat oportet, non sufficere ad salutē, ut se aliquis adiungat Ecclesiæ uisibili Christi, nisi in ea sese ab hypocritis fictam fidem habentibus, sciunxerit & electorum soli Deo cognitæ Ecclesiæ, per fidem electorum, de qua ad Titum primo, coniunxerit. Neq; igitur Brentius, neque ullus Vuirtenbergensium negat, quin omnes polhabita & repudiata Asotica colluuie, Christi Ecclesiæ uisibili, habenti synceram uerbū Dei doctrinam & legitimū sacramentorum usum, sese coniungere, illius iudicio stare, illius sententijs & decretis parere debeant, quum illa ecclesia nihil nisi verbo Dei consentaneum iudicet atq; decernat. Verū cum in hac ipsa Ecclesiæ Christi externa & uisibili, electis multi hypocritæ sint admixti: horum sunt omnes ad Ecclesiam hanc uisibilem pertinentes, ut nō discessio- Matt. 13. et 22. ne locorum externa, sed interna fide electorum ab hypocritis sese dislunge re, & inuisibili ac soli Deo notæ ecclesiæ electorum sese associare studeant: ne Christus reuersus ad iudicium, in repurgatione area, partem eorū cum Matt. 3. et 24. in fine. hypocritis ponat, & tanquam paleas fide electorum uacuas, & sola externa professionis & conuersationis specie triticum mentientes, igni inextinguibili exurendos in infernum proieciat. Hoc Asoto absurdum uidetur in Brentij dictis, quod eos, qui sunt in uera Christi externa & uisibili Ecclesia, velit per fidem electorum, ex scripturis non ignotam, sese cum electis igitur nobis, soli uero Deo notis, coniungere. Et absurditatem nullam habere putat, quod mox ipse subiungit: quod utrumq; inquit, tolerabile foret, si nostra cum Ecclesia coniunctio, sicut à Deo exigitur, ita etiam soli illi debemus, ut scilicet illius stemus iudicio & pareamus sententijs. Quis enim uel mediocriter in sacrarum literarum studio uersatus, non intelligit, nostram cum ecclesia coniunctionē, nos non Ecclesię, sed soli Deo debere, qui eam solus exigit & præcepit, eamq; à nobis neglectā punit. Nec nostri cum Ecclesia coniunctionē, Ecclesia uel suo nomine, uel sua autoritate, sed Dei omnino, autoritate, & mandato eam à singulis requirit, & non præstiram puritate & mandato debemus secundum omnia alterius decalogi tabulæ præcepta, nec quicquam proximus aliud quam Deus ei præstandum præcepit, Dei nomine exigere potest, nec aliud quicquam ei præstare tenemur. Ac propterea cum debitā proximo dilectionē nō exhibuerimus transgressionem alicuius præcepti de diligendo proximo nobis traditi, non proximo, sed Deo soli peccamus. Nam David commisso adulterio & homicidio esti 2. Sam. 11. grauiter proximum contra legem dilectionis læserat: tamen tibi soli pecca Psal. 51. ui, & malum coram te feci, Deo cōfessus est. Ita solus Deus præcepit, ut nos 2. Sam. 12. audiamus: nec ulli ecclesiæ iudicio aut sententiæ, cum doctrina Christi non congruenti parere tenemur. Quod cum non ignoret uera Christi Ecclesia, præter uerbum Dei nihil cuiquam seruandum uel imponit, uel proponit. Luxta quod & ipsa de rebus omnibus ad gloriam Dei salutemq; nostram pertinentibus iudicat & pronūciat. Quare nihil facimus Asotū peruersum iudicium & absurdam sententiam, de obedientia præstanda iudicijs & sententijs suae ecclesiæ, quibus seruandis Deo nos seruire non posse, exemplis decretorum Asoticorum cum uerbo Dei collatis demonstratur. Verae au- tem Ecclesiæ Christi, quæ nihil sibi uult deberi & præstari, quod Deo nos debere, expresso Dei uerbo ex scripturis non docuerit, nos coniungimus,

& ad obedientiam Deo potius quam Ecclesiæ debitam prestandam, illius iudicio stare & sententijs parere, nos paratissimos offerimus atq; exhibemus. Nam quod Deo nos non debemus, id nec Ecclesiæ debere, nec tanquam debitum ei soluere uolumus. Quod ipsam quoq; Ecclesiam Dei & uelle, & facere debere, ex scripturis persuasissimum habemus.

ANNOTATA IN CAPVT VIII.

ET quid opus est, inquit Asotus, de his plura dicere? Nihil opus erat. Nam & nos iam saepē repetiuimus, nos non negare Christi Ecclesiam uisibilem agnoscendā esse, idq; nos fateri Asotus ipse non diffidetur. Quare nisi loquaculus garriēdi ansam & occasionem candida actione sibi præscindere noluisset, in eo probando tam diu non insisteret, quod nos uerbis & factis approbare, non ignorabat. Itaq; D. Augustinum docentem, Ecclesiæ & uisibilium sacramentorū cōsortio, amplectimur & sequimur. Non enim nostri conuentus Ecclesiastici sine signis & cæremonijs externis prædicationis uerbī, administrationisq; sacramentorum peraguntur. Sed cum Augustinus sacramentum definit inuisibilis gratiæ uisibile signum, quī fit, quod Asotus rem externam & elementarem in sacramentis tantopere uerbis extollat, ut internam & spiritualem gratiam subticendo supprimatur. Etenim perceptionis sacramentorum fructus omnis est situs in participatione posterioris partis sacramenti, quæ est inuisibilis gratia, qua qui in usu sacramentorum ad salutem perfruantur, si Asotus dixit nobis monstrare poterit & dicere, Hi sunt, quibus usus sacramentorū est salutaris: eum & uide oculis electos, hosq; ab hypocritis internoscere posse, non solum fatebitur, sed tanquam cognitorem cordium & ponderatorem spirituum, hoc est, tanquam Deū ipsum adorabimus. Nam præter solum Deum, nemo alius in terra cognoscit electos. Iuxta illud: Nouit Dominus, qui sint sui. Nec ulli hominum, præterquam Christo filio hominis à Deo traditum est uenitalabrum repurgationis area, & iudicium discretionis & separationis tritici & palearum.

ANNOTATA IN CAPVT IX.

Exemplum humanarum & ciuium societatum placet, ad quarum similitudinē certis quibusdā ritibus & signis externis & colliguntur & colligantur qui unius Ecclesiæ Dei cōmunioni accensent. Sed quod discriminē est inter ritus & signa politica & Ecclesiastica: hoc etiam interest inter societatem politican & Ecclesiasticam. Signa autem politica sunt ita uisibilia, ut rerum inuisibilium nihil contineant aut significant. Sed Ecclesiastica sunt uisibilia inuisibilis gratiæ signa. Idcirco tantum ratione uisibilis Ecclesiæ ualid comparatio cum societatis politicae congregatione, & non ratione inuisibilis ecclesiæ electorum, ad quam solam pertinet inuisibilis sacramentorum gratia. Cum qua nihil commune habent societas politicae. Etharum quidem congregationis, sicut & iusticie ciuilis fundamentum est fides, quæ est dictorum conuentorumq; constantia & ueritas: ita & societatis & iusticie ecclesiastice fundamentum est fides, quæ est certa cordis persuasio cum manifesta oris professione coniuncta de Dei dictorum conuentorumq; constantia & ueritate. Est enim diuinarum promissionum & pactorum, quæ Deus nobiscum de sua erga nos gratia, remissione peccatorum & uita æternâ per & propter Christum facit, immota certitudo & indubitate ueritas, qua sola & fidei Christianæ constantia & certitudo nititur. Hanc fidem ei iusq; symbolum qui tanquam fundamentū retinent, in Ecclesia permanet, etiam si lignum, foenum, stipulas propriarum de alijs rebus opinionum superstruendo aberrent. Hac autē fide abnegata & prodita, etiam si in alijs pro ciue se se aliquis gerere uideatur, pro alieno & desertore habendum est. Nō solum

2.Tim.2.

Matt.3.

Rom.10.

1.Cor.1.

solum autem Asotum, sed & totam ipsius Ecclesiā sub anathematis poena
præcipientem & approbantem dubitationem, de Dei erga nos fauore &
gratia per Christum cōfirmata, & remissionem peccatorū uitamq; æternā
non solis Christi, sed & nostrorū operū meritis adscribētem, fidem Christi
abnegasse & p̄didiisse, qui nō uidet, cecus est: qui uidet, & nō fateſ, Deo in-
gratus est: qui fatetur, & ab Asoti ecclesia non recedit, atq; eam insuper etiā Tit. 3.
pro Ecclesia Christi defendit, p̄prio iudicio damnatus est. Nam qui lactis 1. Cor. 3.
potu in Christiana religione aluntur, nescire nō possunt, fidem Christi cum
dubitacione de Dei erga nos gratia, & fiducia, p̄priorū meritorū, nullo mo-
do cōsistere & cōciliari posse. Quare si iuxta Asotū, qui in bello pro milite
p̄ditor, in pace pro ciue hostis est iudicandus, qui fidē politicā fregerit atq;
uiolarit, ne similitudo inepta & ex hac parte claudicare videatur: qui queſo
Asotus pro alieno, desertore, hoste & oppugnatore Ecclesię Christi nō po-
test iudicari atq; censerī? In quam sententiā me nō prauus aliquis aduerſus
Asotū ipsiusq; ecclesiā affectus impulit, sed ratio ipsa paulo antea exposita
deduxit, ne quis forte existimet grauiora & in Asotū duriora dicta nō ne-
cessitate defendendi ueritatē aduersus eius oppugnatorē nobis extorque-
ri, sed ea aliqua animi impotentia nos effutire, p̄ter mansuetudinē & mo-
destiam Christiano homine dignam. cæterū ne hoc quidem hic prætere-
ndum est quod contra suum de dubitatione proprium dogma, fidem ue-
ram unumquemq; in ſe agnoscere afferit.

ANNOTATA IN CAPVT X.

In accommodatione similitudinē aliarū rerump. ad ſocietatem externā &
uifibilis Ecclesiæ, multa in ſua ecclesia uifitata, ſed ridicula & inepta pru-
dens p̄tereo. Vnum tacitus p̄terire nō possum, quod scripturas & earū
verba, eadem ratione dicit exponenda, qua exponunt noſtra. Hoc em̄ ob-
ſeruato, definet mirari Lector, Asotis scripturarum allegationes tam eſſe im-
pertinentes, earumq; interpretationes tam iuſſas & ineptas. Si quidē ſcri-
pturas nō alio modo legit & exponit, quam quo modo legunt, intelligunt
& exponuntur pphani autores. D. Petrus scripturā propheticā diuinitus in- 2. Pet. 1.
ſpiratā, negat eſſe interpretationis priuatē, ſicut ſunt hominū ſcripturæ. Sed
quemadmodū in ſtinctu ſpiritus sancti, locuti ſunt sancti Dei homines: ita
ſine dono prophetiæ & interpretationis à ſpiritu Dei profecto, nemo ipſo-
rum loquela intelligit. Ideo nō statim meliores ſunt ut aliorū autorū, ita etiā
ſcripturæ interpretes, qui meliore ingenio, maiore ocio, uehementiore stu-
dio, longiore temporis ſpacio in enarrandis ſcripturis uerſati: ſed qui dono
etia prophetiæ p̄diti fuerint, cum quo medio crīa etiā ingenia optimè ſcri-
pturā interpretati ſunt. Deus, inquit D. August. cum de illo nihil dignē dici De doctrin.
poſſit, admifit humānū uocis obſequium, & uerbis noſtriſ, in laude ſua, nos, na Christia
gaudere uoluit. Sed nō idem in laude ſua & in rebus noſtriſ ſignificatiibus, na lib. 1.
ut Asotus ait, nec eodem modo exponendis. Nam hoc ipsum nomen Deus cap. 6.
aliud in ſcripturis ſignificat, aliterq; exponit q̄ illud exponit Aristoteles in
libro de mundo: In frequentissimo uolu ſtūt uocabulum iuſticiæ apud profa-
nos ſcriptores, Platонem, Aristotelem, Ciceronem: ſed nō idem ſignificat,
nec eodem modo exponit in ſcriptura. Quin & in ipsa ſcriptura nō eadem
habent ſignificationē ubiq; iuſtitiæ & iuſtificatiōis uocabula. Nam cum &
lex & Euangelium de iuſtitia & iuſtificatione cōcionentur, iſdem uocabu-
lis res diuerſiſmas exprimunt. Quare hæc eadem uocabula ubiq; in legis
& Euangeliū diuerſa doctrina occurrentia, non eandem ſignificationem &
interpretationem admittere poſſunt. Sed attente & prudenter discernendi
ſunt loci ſcripturarum: & uideñdū, ubi legalem, ubi uero Euangelicā ſigni-
ficationem habeat. Quod cum ideo nō faciat Asotici, quod uerba ſcriptu-
rarum eandem habere putent ſignificationem & interpretationem, quam

habet & recipiunt apud quoslibet homines. Legis iusticiam non aliam aut non perfectiorem quam philosophicam integratem uitae aut pharisaicam sanctimoniam interpretantur. Et postea apostolum Paulum ex professo ad Romanos differentem de iusticia Euangelica contra iusticiam legis, illi contorta interpretationem, de operum iusticiam, quae legalis est, & propter quam nullam nouit humana ratio, enarrant. Talem sese enarratorum praebuit nuper etiam Latomus, ubi scurriliter, sed non minus acerbata atque impie infectat iusticiam imputatiuam tanquam nouam & a nobis excogitatam, conferens eam mulieri uterum gerenti, quae ferta capitum imposita simulet se uirginem: & diabolo induito ueste sacerdotali, qua se pro anno Cor. ii. gelo uenditet. Ad hanc scurrilem blasphemiam profecto cohorrescit, qui non solum Apostolum scriptisse legat, Abrahamo fidem imputatam esse ad iusticiam, Rom. 4. quam ob id ex natura conjugatorum iusticiam imputatiuam vocare, quid criminis & impietatis habet; sed & nullam prorsus esse iusticiam, quae coram Deo ualere dicatur, quae non etiam imputatiuam iusticia dicenda sit. Quam enim Deus non imputat, ea non iustificat. Itaque ne opera quidem ipsa dici ab aduersariis possunt iustificare hominem, si ea non cocesserint esse iusticiam imputatiuam, cum iustificatio per opera non sit aliud quam operum imputatio ad iusticiam coram Deo. Et propterea eo in loco Paulus non discernit iusticiam imputatiuam a non imputatiuam, cum nulla non sit imputatiuam: sed imputatiuam distinguat & dividat in imputatiuam secundum debitum propter opera, & in imputatiuam secundum gratiam propter Christum & per fidem. Hac est sola & non alia nos coram Deo exemplum Abrahame iustificari pronuntiat. En quod deueniant homines, qui in scripturam interpretatione iuxta Alost regulam uersantur. Latomus utpote malleus hereticorum uno ictu non solum hereticorum iusticiam imputatiuam, quam D. Apostolus docuit, in puluerem comminuit, sed & suam in nihilum redigunt, secundum simul in pacem impietatis contrivit. Quod idem hic Asotus accidit in disputacione de Ecclesia Christi, qui cum totus heretereat in imagine societatis politicae, ac quilibet aliorum ceterum profanorum, quos Ecclesiae nomine appellare soliti fuerunt scriptores etiam profani. ideo illis simili afferit societatem Ecclesiae Christi, eo quod haec vox eandem significacionem retineat & interpretationem requirat etiam in scriptura. Atque ita quod sese ad sanctam Christi Ecclesiam adducaturum promittit, illos ad colluviem, qualibet politica societate profanorem, abducere reperietur. Quod enim nequaquam eventurum fuerat, si non solum nostra uocabula in sacra scriptura translatata, non profanam significacionem & interpretationem retinere, sed ea deposita, sacra, & cum mente spiritus sancti scripturarum autoris consentientem assumere cogitaret: sed hoc etiam in enarratione scripturis studiose faceret, quod pleno ore hic de ambiguum locorum expositione dicere noluit. Sic enim loquitur: Ideoque nonnunquam ambigua sunt ex collatione etiam locorum atque contextu explicanda. Cur enim nonnunquam, hoc est, aliquando & quidem raro, ac non potius semper & ubique ambigua explicanda dixit, ex parte priorum scripturarum locorum item, in uno orationis contextu antecedentium & consequentium uerborum collatione, cum non alia interpretatione etiam in plurimis scriptis uerae & genuinae eruendae sententiæ, secundum regulas artium descendit, sit accommodationis, nulla scripturæ & menti autoris proprior, nulla deinde ipsi interpreti & alijs, quos instituit, tunc ac ad salutem utilior: praesertim cum nulla probabilis causa assignari possit, cur aliquibus, & non in omnibus locis nonnunquam & non semper, uno & eodem modo, per collationem totius orationis contextus, tum aliorum scripturarum locorum, ambigua sint explicanda? Sed ut non sim emunctæ naris, semperque pituita molesta sit, cur hoc sic dixerit Asotus, causam olfacere mihi videor. Noluit enim omnem interpretationem scripturas autoritatem apud ipsam scripturam & eius autorum spiritum sanctorum in scripturis loquentem, & sua dicta hinc inde explicantem residere: sed eam a scriptura & eius autore, transferre ad suam Ecclesiam & ad eius mostrosum caput,

caput, Pontificem Romanum, qui contra apertiorū locorū & in eodem contextu praecedentium & subsequentium uerborū significantissimorū sententiam locos nō solum ambiguos, sed certissimos, & apertissimē cum hac Asotica Ecclesiæ, eiusdemq; capitis autoritate atq; omnib. alijs & perniciofissimis errorib. ac pessimis moribus, q̄s in Ecclesiam Dei hactenus inuexerat, ac nisi diuinitus impia hæc temeritas atq; audacia repressa fuisset, deinceps inuecturus fuerat, pugnantes, ad eosdem ppugnando ppria & à scripturis aliena interpretatione detorqueret. Quo singulari & eximio scripturas interpretādi artificio cōcesso & approbato, facile Asoto fuerit Alcoranū Turcarū nō secus atq; Euangeliū Christi seruandū Christianis persuadere.

ANNOTATA IN CAPVT XI.

Chorda semper oberrat eadem, obtūditq; lectorem sexcēties hic repe-
tendo, quæ nec uerè, nec necessariò in assertione semel dixisse contra
nos, nemini nō manifestum est. Nō em̄ nos negare Ecclesiā Christi uisibilē
esse, & externis quibusdā signis diuinitus institutis cōgregari, quoties tan-
dem ipse Asotus nō solum affirmat, sed & infrā cap. 13. cōfirmat: Verū in
hoc uisibili Ecclesiæ cōetu, pmiscuo, dicimus esse Ecclesiā electorū inuisibili
lem & soli Deo notam: qđ nec ipse negat in hoc ipso capite dicēs, Cui certe
soli cognita est, & sua de nobis electio & uera fides omnia. quæ Ecclesia si-
cut est in hac uita uereq; & ppriissimē uocat Ecclesia, ita in omnē æternita-
tem etiam manebit & uocabilē Ecclesia Dei: cum titulus Ecclesiæ, quem in
hac uita cum electis gerunt, sc̄p eo, nō habentes uestem nuptialem, palliat Matt. 22.
hypocrita, ipsis in tenebras exteriores & tartareas aliquādo eiectis, sit de-
trahendus. Quæ nos quoq; siue importunitate, siue impudentia Asoti coa-
ctos iterare, lectorem æquiore animo laturū speramus: & quo Asotica ma-
gis aliena à scriptura sacra, & quo nostra magis scripturis uidet esse cōfenta
ne. Itaq; ne longiore ac simili etiā molestiore faciā respōsionē in hoc capi-
te, accipimus cōfessionē Asoti (id qđ dicit in cōfessiōe nostra) catholicā ui-
delicet & Apostolicā Ecclesiā, nō ad unū certū locū, nō ad unū certū homi-
nū genus alligata esse, uerū sensum habere posse. Sed aliū sensum horū uer-
borū uerū nō esse addimus, qđ eū, quem interprete D. Brētio didicimus, &
suprā in tractatione inscriptionis Asotice exposuimus. Eò & Asotū nūc re-
mittimus. Vbi uidere quoq; licebit, qđ uerè hic scribat, se ecclesiā certam, ui-
sibilem scilicet & sensibus corporeis perspectā dixisse, quo omnia essent a-
perta. Cum hisce epithetis Ecclesiæ Dei & Christi, ecclesiæ satanae & Anti-
christi cōmuni bus, nō solum tanquam tenebris cōsperserit, sed in eas tene-
bras demerserit Ecclesiā Christi: ut qui Asotū doctōrē secutus, p Christi Ec-
clesia sit inuenturus ecclesiā Antichristi. Ita sua obscura diligētia omnia red-
dit apertiora, ut nusquā appareat Ecclesia Christi in terra, si nulla sit alia qđ
ipsius Asotici ecclesia. Hæc em̄ nō est inuisibilis Ecclesia Christi, cum nō ad-
mittat aliquā Ecclesiā inuisibilē Asotus. Nec est uisibilis & externa Ecclesia
Christi. Nā ut maximē iam nūc cōcesserimus & qđ iam anteā in cōfessione
de ecclesia in articulo tertio & quarto, clara uoce cōfessi sumus, & qđ Asotus
hīc ferē repetit, nec gratiā, nec interiorē aliquā uirtutē regrendā uel in
mēbris uel in ministris Ecclesiæ externe & uisibilis, pter publicā & legitimā
cōfessionē & uocationē, ut ad eā pertineat & eius munera integra perficiāt:
Asotus tamē humano more cōgregata ecclesia, nō ob id agnoscēda est, p Ec-
clesia Christi: qđ nec q̄s ipse tanq; mēbra ad eam pertinere censem, habent le-
gitimā cōfessionē fidei, nec qui in ea ministrat habēt legitimā uocationem.
Non em̄ sine causa in confessionis articulo quarto de Ecclesia additū est de
hypocritis legitimē uocatis, eos per se nihil ueritati sacramentorū incōmo-
di adferre, nūlī institutionē Christi peruerterat & impia docēat. Asotū autem
cum suis fraterculis peruertere institutionē sacramentorū & impia docere,
& eos qui sunt addicti seruituti Asotice Ecclesiæ, nō aliam qđ peruersio-

Cc ; sacramen-

sacramentorū & impie doctrinæ fidem profiteri, toti propemodum orbis
Deo per uerbum suum manifestante, innotuit, ac magis magisq; subinde
omnibus, Deo fauete & Soto nos huiusmodi præclaris scriptis suis extimū
lāte, innotescet. Quare etsi Christi Ecclesiā uisibilē esse fateamur: eam tamē
esse negamus, quā Asotus nobis describit. Id quia facimus, uno fasce nō ob-
scurū mendaciū & apertā calumniā complectif. Mendacium est, nos incer-
tam reddere Ecclesiā Christi. Quia in cap. de Cōcilijs cōfessi sumus & dixi-
mus: Non quiuis hominū cōetus pro uera Ecclesia haberī potest: & ut maxi-
mē multi in nomine Christi cōuenire uideant, tamē pauci sunt electi, & nō

2. Th. 3. est omniū fides. His enī nolumus in certā reddere ecclesiam: sed Ecclesiam,
quam certā statuimus, singulosq; in ea ciues monere & excitare uolumus,
ut examinatis & perpensis conciliorum decretis, certiores de ipsorum ue-
ritate reddi studeant ex uerbo Dei, ne forte ab aliquo cōcilio decipiant eo
quod nō quiuis hominū cōetus sit p ecclesia habendus. Id qd nos de Asoti
ecclesia sentimus, & ille uicissim de nostra iudicat. Deinde ut maximē ali-
quando in uera uisibili Ecclesia aliqui in nomine Christi cōueniant: tamen
pauci sunt electi, & nō est omniū fides. Atq; idcirco fieri possit, ut pars ma-
ior sed deterior hypocitarū uincet et suffragijs meliore electorū, uti nō nun-
quam etiā in rebus humanae rationis iudicio subiectis fieri cōsuevit, ubi nu-
merant, nō ponderant sententia. Quid q; electos ipsos per infirmitatē, per
imprudentiā, per incuriam, sicut priuatim s̄æpe labuntur, ita publicè in con-
cilio aliquando & ad tempus errare posse, cum ab illis humani nihil sit alie-
num esse, res ipsa fateri cogat. Quare cum non quilibet cōetus sit habendus
pro uera ecclesia, & qui cōetus uera fuerit ecclesia externa & uisibilis, pau-
ciores plerūq; habeat electos q; uocatos. Et electi ipsi, etsi seduci & à funda-
mento Christo finaliter auelli, & ex manu Dei, qua eos uel in Christo sem-
per retinet, uel lapsos erigit, uel recedentes, anteq; decebat, reuocat, & con-
firmat, ne fides eorum deficiat, eripi nō possint: attamē eos suas stipulas ha-
Luc. 22.

1. Cor. 3. bere posse, quibus seducant & seducāt, fallant & fallant, decipiant & deci-
piāt, cōcedendū sit: ac pp̄terea nunq; nō metuendū, ne cōgregatis in cōci-
lio error aliquis subrepat: quo circa tutissimū ac utilissimū, adeoq; necessa-
rium erit, si omni metu erroris & deceptionis nos liberare uolūt, ut in syno-
dū cōuentuq; cōgregati, in cōciliū adhibeāt Prophetas & Apostolos, ac
iuxta ipsorū uota in scripturis expressa decernāt. Ob quorū autoritatem fa-
crosanctā ab omnibus, etiā in cōcilio cōgregatis, eos audiēdos diuina & q;

Luc. 16. terna ueritas præcepit, Habent Mōsen & Prophetas, illos audiant. Et iterū:
Ioan. 17. Nō aut pro eis rogo tantū, sed & p̄ his q credituri sunt per sermonē eorū in
me. Hæc demum cōcilia hanc uocē Apostolorū iurre sibi usurpare poslunt:

Avt. 15. Sic uisum est sp̄itui sancto & nobis. Quia sic uisum esse Prophetis & Apo-
2. Pet. 1. stolis, per q̄s sp̄itus sanctus locutus est, ex scripturis liquet. Quare & hæc
demū cōcilia, q̄a sunt Prophetica & Apostolica, ab omnib. sine cōtradicō-
ne sunt audiēda, & nō alta. Hæc est sentētia uerborū Cōfessionis nostræ de-
cōcilijs. Quæ uerba male interpretādo deprauauit Asotus, ac nō sine uani-
tatis criminē effutiuūt, ihs nos conatos esse, in certā reddere Ecclesiā. Iudicet
pius Lector, nosne in certā reddamus Ecclesiā Christi, qui eā, & q ab ea ce-
lebrant cōcilia, ad certā Propheticā & Apostolicā scripturā per omnia uo-
lumus esse adstrictā & alligatā: an Asotus, qui eam cum suis cōcilijs malē li-
berā & uagabundā q̄rumlibet hominū in cōcilio cōgregatorū uoluntates
mobiles & erraticas, consuetudines prauas, traditiones incertas, Patres &
inter se, & secū ip̄sis pugnātes pererrare, atq; ex his decreta sua cōsuere &
cōsarcinare dormitās somniat, qd uigilās à suorū Prælatorū ecclesia fieri ui-
det: sicq; fieri debere, suo patrocinio cōtendit qdem, sed nō defendit. Nam
insulissimū est glossema hoc Asoti, quo Confessionē Illustriſ. Principiis in
loco de cōcilijs cōspurcauit: Sed quia rogo, inqt, cum prælati manifesti sint
pastores

pastores scilicet & doctores popolorū, si illi cōueniat, nō erit certū cōuenis
 te illā Ecclesiā, cuius illi doctores sunt. Et asseueranter addit: Cōuenisse, in-
 quam, ita ut qd illi statuerint, illa debeat suscipere, & ab illa factū esse, qd illi
 fecerunt, dicendū sit, non minus qd cum conueniūt capita & gubernatores
 ciuitatis. Hæc uerē sunt Asotica. Sed ostendat Asotus, ubi in scriptura Ec-
 clesia distinguaſ in Ecclesiā Prælatorū & subditotū. Item ubi Prælatiſ no-
 men & autoritas Ecclesiæ tribuat: Id dum faciat, ego interea Ecclesiā Præ-
 latorū Asotū, p̄babo scripturæ ignorā. At quo autore? Eo, cuius autoritatē
 cōtemnere nō facilē licebit Asoto, nempe Petro de Aliaco, qd Cōstantiensi
 cōcilio interfuit, qui libellum de reformāda curia Romana fruſtra ideo scri-
 psit, qd multa repræhēdendo Orco demittit, quæ tu Asote in curia ſimul &
 tota Ecclesia Romana laudando in cœlum uſq; impudentiſſime extollis.
 Hunc, ut uideſ, alioqui bonū virū, eti cōmunis ſui ſeculi error & falsa per-
 ſuſio de regno Pontifici, transuersum abriſuerit: is tamen in tractatu de
 recōmendatione scripturæ ſacrae, diuerſas Ecclesiæ acceptiones recitās in-
 ter cætera ait: Alio modo ſumif ſpecialiter p̄ tota cōgregatione clericoſ.
 Et ſic nunq̄ accipit in textu ſcriptutæ diuinæ. Sed clericinomen ECCLE-
 SIAE ap̄ p̄priauerūt ad ſeipſos, uocātes ſe ECCLESIASTICOS. Asote ar-
 rige aureis, & attēde qd Petrus Aliacus dicat Petro à Soto: Ecclesiæ nomē
 nunq̄ in ſcriptura ſacra pro cōgregatione clericoſ ſumif. Sed præter auto-
 ritatē ſcripturæ per iniuriā abſtulerūt nomē hoc ſubditis clerici, ad & ſeip-
 ſos ap̄ p̄priauerūt. Ergo cōuentus Prælatorū, qui ſunt clericoſ ſumim, omni-
 no nō habēdi erūt, p̄ Ecclesia, aut certē erūt ecclesiæ ſcripturæ ignota. Quo
 igitur argumento certum erit cōueniſſe Ecclesiā, cum cōuenient Prælatiſ
 Quo autē iure tenenf ſuscipere alijs, qd in ſuis conuentibus ſtatuerint Præ-
 lati, nomine & autoritatē Ecclesiæ, quam ſcriptura & in ſcriptura Deus pro
 ſua ecclesia nō agnoscit? Doleo uicē Ecclesiæ Asotū, qd ſuus Petrus eā tam
 inhumaniter eiecerit ex ſcriptura, cum aduersarij multo ſint aequiores, qui
 eam in ſcripturam recipiunt, edocti per ſcripturam quæ nouit Asoti Eccle-
 ſiam, eam quidem nō pro Dei & Christi ecclesia, ſed pro Ecclesia Antichri-
 ſti agnoscunt. Hæc referēte Asoto, ſibi idem purat licere, quod magistrati
 ciuili, Regibus & Principiū, licet, in gubernāda Rep. iuxta uerbum Christi, LUC.22.
 ſcillacet, Vos autem nō ſic. Quanquam enim ratione extenorū ſignorū, mo-
 re aliarum ſocietatum politicarum congregetur Christi uisibilis & externa
 ecclesia: tamē multis alijs rebus ecclesia eft diſſimilari non debet. Reges & principes ſunt
 buſ ob id Ecclesia per omnia aſſimilari non debet. Reges & principes ſunt
 domini ciuitatū & populoſ. Prælati ſerui ſunt & miniftri Ecclesiæ, Præla-
 torū uero Dominus Christus, & Domina Ecclesia Christi. Prælatorū con-
 uentus, ſiue concilia non ſunt Regū & Principū comitia, in comitijs Reges
 & Principes de rebus ad huius uitę neceſſitatem, honestatem & tranquilli-
 tatem pertinētibus, & humanę rationis captū non excedentib. ſuo arbitra-
 tu decernunt, quod ipſorū iudicio optimū & aequitati conuenientiſſimum
 uidetur. Ac non redditis rationibus commendant, ſed pro imperio ſua de-
 creta ſubditis ſeruanda mandant. Quibus etiam ſine recuſatione parēre te-
 nentur, etiam ſuo incommodo, adeo ut iniuriā nobis factam à magistratu,
 reip. condonare iubeamur. Alia res agitur in concilijs. In illis enim delibera-
 tiones instituuntur de rebus ad gloriam nominis Dei & ad ſalutē aeternam
 ſpectantibus, quæ ſunt ſupra humanę rationis captum positæ, ſed eas Deus
 per uerbuſ ſuum patefecit in ſcripturis sanctis. Quare cum miniftri Ecclesiæ, 1.COR.4.
 qui ſunt myſteriorum Dei diſpensatores ſi quod debent, fideliter officiū fa-
 cere uolunt, in medium conſulunt quid ēre ſit Ecclesiæ, atq; non ex pro-
 prijs capitibus, ſed ex ſcripturis sanctis decernunt: ac quæ decreuerunt,
 Ecclesiæ ſeruanda, non ut domini imperat, ſed ut miniftri ex ſcripturis red- 2.COR.1.13.
 dita ratione docent & persuadent Ecclesiæ, ſua decretā eſſe consentanea fine.

uerbo Dei. Id si fecerint, omnes non tam ipsis q̄ Deo parere tenentur: sin minus ab obedientiæ debito, à Deo ipso absoluuntur. Sed de his plus satis, quæ & alio loco commodiùs tractantur: & quæ h̄c dicta sunt satis, uanitatem Asotí coargiunt, qua nos traducit, quasi incertā reddere conemur Ecclesiā & ipsius cōcilia, cum ea ad certam propheticam & Apostolicā scripturam adstringamus. Restat ut quam huic uanitati calumniā cōnectat, iudicent æqui lectores. Ideo em̄ incertā nos conari reddere Ecclesiā calumnia, ut uidelicet nullum sit concilium certū, cui parere debeamus. Cui parere debemus, parati sumus parere. Sed ut scias, tuæ ecclesiæ cōcilijs, quæ exclusis Prophetis & Apostolis celebrant, sicut nō debemus, ita neq; parere uolumus. Dereligionis rebus, quæ inter nos & uos controuertunt, in his si nos partem ream, à nobis impiæ defectionis à Deo & eius uerbo accusata contra omniū iudiciorū æquitatē iudicem ferre atq; agnoscere nolimus, quis quæso uir bonus & æquus, iure nobis succenseat, aut meritò reprehēdat. Tamen si Prophetas, Christum & Apostolos, præsides suorū cōciliorum esse patient, adeò non diffidimus nostræ causæ, ut ipsis aduersarijs nostram causam iudicandā cōmittere nihil uereremur. Cuius fiducia, bene sibi conscientia an tenue & obscurū specimen Asotus nos edidisse putat: cum forum reorū, sibi iudicis parteis uendicantium, seuti, Tridēti cōparuimus, atq; data ipsis optione, nos obtulimus, uel ad audiendū ex ipsis, quid in illis striss. nostri Principis pia cōfessione desiderarent: uel ad ostendendū ipsiis, quid nos in ipsorū doctrina desideraremus. Nec negligenter & tepidē nos eam rem egisse, norunt cum quibus acta est. Quæ malum, igī, intemperiaz agitāt, male sibi cōsciam calumniā, h̄c falso nos nō semel criminantē, incertam nos statuere Ecclesiā, ut iudiciū eius subterfugiamus. Reorū est fugere, & cause cognitioni obſistere. Id nō ne an quidā alij hactenus semper fecerint, si homines apertis oculis nondum uident, est qui uideat, norit, & iudicet. Cui nos causamq; nostrā, quæ sua est, cōmendatā esse scimus. Ideo coram ipso nos causa nō casueros securi, ad alia huius capitū, pperemus. In quibus sese primò offert Ecclesiā uisibilē esse, cui facta sit pmissio, portas inferorū aduersus eam nō esse præualituras. Si Asotus patet sibi placere nostrā explicationē suorū uerborū, annuimus: sin minus, renuimus. Nam ad Asot Ecclesiā nihil prorsus pertinere hanc pmissionem dicimus, nisi fortè alii cui eam inter ipsas inferorū portas aduersus Christi Ecclesiā pugnates refendam esse placeat. Tum em̄ quedam Christi pmissionis uerba ad eam pertinere non refragamur. Sed pmissio tantum pertinet ad Ecclesiā Christi,

Matt. 16. & ad inuisibilē quidem electorū in primis, ad q̄s à Dei dilectione, quæ est in Christo Iesu separandos, nulla creatura, neq; in cœlis, neq; in terris, neq; in inferno præualebit unquam: ad uisibilem uero ratione durationis in hoc mundo usq; ad cōsummationē seculi. Tantis per em̄ uisibilis Ecclesia Christi, Rom. 8. si durabit in mundo, dum Christus nobiscū manserit, quod se usq; ad consummationē seculi facturū pmisit. Neq; em̄ ante consummationē seculi satana in aliū disiūcere à Deo permittat. Quin & ipse Deus quiescente etiā satana nō ita alligauit unī loco, genti & generi hominū ecclesiā, ut nō eā latius, p̄ pagare, & quō placuerit transferre soleat. Sicut & de translatiōe sedis & ecclie Romanæ male ominatus est, quem paulo antē citauit, Petrus Aliacut. Posset fieri, inqt, ut summus P̄otifex cum cōcilio iudicaret Ecclesiæ uniuersali esse utile, q̄ Ecclesiā Romanā omnino dimitteret, & se alteri copularet, & hoc ex causa rationabili, ut si Roma aut diocesis Romana subuerteret, ut Sodoma: aut à fide euerteret, ut Hierosolyma: aut ppter aliud grāde citimē & graue schisma. Hæc ille. Si mutari potest & trāsferri, ergo nō est stabiles Romana sedes, & in eadē sede collocata alligataq; Ecclesia. Si sunt hec rationabiles cause sedis mutādæ, iā pridē mutatā oportuit. Nā si res differat, donec

Matt. ult. sti durabit in mundo, dum Christus nobiscū manserit, quod se usq; ad consummationē seculi facturū pmisit. Neq; em̄ ante consummationē seculi satana in aliū disiūcere à Deo permittat. Quin & ipse Deus quiescente etiā satana nō ita alligauit unī loco, genti & generi hominū ecclesiā, ut nō eā latius, p̄ pagare, & quō placuerit transferre soleat. Sicut & de translatiōe sedis & ecclie Romanæ male ominatus est, quem paulo antē citauit, Petrus Aliacut. Posset fieri, inqt, ut summus P̄otifex cum cōcilio iudicaret Ecclesiæ uniuersali esse utile, q̄ Ecclesiā Romanā omnino dimitteret, & se alteri copularet, & hoc ex causa rationabili, ut si Roma aut diocesis Romana subuerteret, ut Sodoma: aut à fide euerteret, ut Hierosolyma: aut ppter aliud grāde citimē & graue schisma. Hæc ille. Si mutari potest & trāsferri, ergo nō est stabiles Romana sedes, & in eadē sede collocata alligataq; Ecclesia. Si sunt hec rationabiles cause sedis mutādæ, iā pridē mutatā oportuit. Nā si res differat, donec

donec etiā Roma ut Sodoma subuertā, sicut per ecclesiā Asoticā iam prī-
dē eversa est à fide, & immersa nō nominādis honestatis causa criminibus:
verendū est, ne tum parū cōmodum & opportunū sit futurū celebrare cōci-
lum de sede trāsferēda. Multa Asote signa minant Ecclesiæ tuæ, qd ei omi-
natus est Aliacus. Quare cum periculū sit in mora, si sapis, in tempore desi-
miles eam alligare Romā: ut si forte iuxta omen Aliaci, Romē Sodomítico si-
tuā expeditiusq; posset, ne eodē incēdio cum Roma simul corripiā & cō-
burā. Postremo in hoc cap. querit sua dicta cōtemni, irrideri & exhibilari à
Domino Brentio. Ego uero euanida ipsius somnia de ecclesia fumosq; q; s
tendicat, mirarer D. Brentium ac quemlibet aliorum alio q; derisionis &
ludibrij responso dignari: sicut Helias sacrificulis Baaliticis respondit: nisi ^{3. Reg. 18.}
non solum quid Asotus mereret, sed & quid pio lectori deberetur conside-
rarent. Lector cordatus de causa erudiēdus atq; informandus est. Asotus
insulsus & derisor ueræ Ecclesiæ Det, interim ridendus iuxta suā insipien-
tiam, ne sibi sapere uideatur. Et Tridentē dicere uera quid uerat: ne suam Aso ^{Pro. 26.}
tus uanitatem, ipsum etiam ridentibus affingat atq; exprobret.

ANNOTATA IN CAP V T XII.

Hic uero ingenti hiatu promittit, se conaturū, ut nō solum Ecclesiā certā
& uisibilē adstruat, sed exhibeat oculis ita, ut q; ueræ fidei credere uo-
luerint (mirabilis loquēdī ratio) uideat oculis teneantq; manib. Ecclesiā. A-
lius fortassis, q; ueræ fidei credere nolit, nihil dignū tāto hiatu à summis Aso
tīconatib. expectaret. At ego, ne suis hyperbolis paruā apud me fidem esse
existimet, suā pmissioni ipsum abūdē satisfecisse puto, adeò ut ipsius Eccle-
siam nō tantū manibus, sed & pedib. teneri & sentirī uideamus, in q; se cōij-
cere cogunt, qui ad effugieāa supplicia, quæ pijs etiā nō auditis in Asotī ec-
clesia parata sunt exquisitissima, ad nos quotidie pfugiunt exules. Sed audia-
mus Asotum propter eos, qui ueræ fidei non credunt, accingentem sese ad
perficienda magnifica promissa, atq; dīcentē: Prīmū igitur, inquit Brentius
de me: uide q; faciat ecclesiā uisibilē & sensibus corporeis perspectā. Delen-
tius erit igit illi articulus symboli Apostolici, Credo Ecclesiā sanctā catholi-
cā: & sic reponendus, Video & sentio Ecclesiā sanctā, catholicā. Hic prius-
quam ad argumentū respōdeat, rhetorico artificio ad personā autoritatēm
eleuandā declinat, nosq; negligentiā & oscitatiā arguit, qui Brentio homi
& fides tractādi sacra, et si suis nota sit satiā, nimiumq; Asoticis, multo tamē
notior euadet, ubi Asoti cīrcūspectissimi oculatissimiq; ac tantū non semi-
dei, puidentiā cōsideraueris, Is em̄ per instantiā, ut Dialectici uocāt, solutu-
rus argumentū Brentij, duos articulos fidei, unū de baptismate, alterū de
Christo, Brentio opponit. Prīmū de Baptismate dicit, Si qa video Eccle-
siā, delendus mihi est articulus: Credo Ecclesiā. Deleaf igit Brētio & omni-
bus, etiā iuxta hūc eiusensū ille alter: Cōfiteor unū baptismā in remissionē
peccatorū, uidet em̄ ille & uidemus nos baptismā, resq; est exterior sensib.
exposita. Queso te mi Asote uidistine oculis & sensib. exteriorib. baptismā:
Baptismāne aliquādo uidisti? Et qd mirū est, idem de D. Brētio nobisq; o-
mnibus nō tam oculatis & cōsideratis affirmas? Sæpē quidē pp̄ius adstīti,
cum baptizaren̄ infantes, sed aquā elementarē me uidisse memini, nō aut
uidisse baptismatis gratiā: qua nō uisa, nō possum dicere me uidisse totū sa-
cramentū baptismatis. Et quo minus ad eam uidendā intēderē oculos, ne-
gigentiorē reddidit D. Augustinus, qui eam dixit esse inuisibilem ac pī-
ne, non uisu, sed fide perceptibilem. Quis enim oculis uidit sanguinē Chri- ^{1. Ioan. 1.}
sti, quo abluuntur in baptismate non sordes corporis, sed animae: & efficiit, ^{1. Pet. 1.}
ut iuxta uerbum D. Petri conscientia bene respondeat apud Deum: Quis
regenera-

regenerationē, quis quovis Argo aut Lynceo oculatior, gratiā adoptionis in numerū filiorum Dei uidit, aut alio quopiam exteriorem sensuum percipit: Ego cum ad aquā elementum uisibile, audio accedere uerba institutio[n]is Baptismatis, non uideo, sed credo fieri sacramentum Baptismatis, in quo baptizato, conferatur inuisibilis gratia remissionis peccatorum, peccata coram Deo conscientiae, regenerationis & adoptionis in filiu[m] Dei. Quārum benedictionum spiritualium nulla sub aspectum oculorum cadit. Itaq[ue] Eph. 1. quanquam aqua accessione uerbī credatur fieri sacramentum Baptismatis; tamen ratione aquā & externae administrationis uidetur, & non creditur. Ratione uero gratiae & internae uirtutis, creditur & non uidetur Baptisma. Sicut ipse Asotus uictus ueritate: Similiter, inquit, uidemus baptisma. Acmox uisionem hanc suam ad elementarem aquam & eius administratiō[n]em externam restringit dicens: Videmus exterius admoueri aquam corpori. Et de fide adiicit: Credimus id fieri in remissionem peccatorū. Hoc & nos credimus, sed non uidemus, sicut & prius illud uidemus, & ideo non credimus. Nam fides & oculorum uisio circa unum obiectum baptismatis, respectu eiusdem nō uersant: cum id quod oculis uidendum in baptismo obijicitur, necesse sit apparere: quod uero fidei in uerbo credendum propo[n]itur, necesse sit nō apparere: ut fides iuxta Apostolum, sit, & quam diu fuit, maneat earum rerum quā speratur, hypostasis, & elenchus eorum, quā nō uident. Itaq[ue] iuxta Asotum, nō solum delendi erunt singuli articuli fidei: sed h[ec] p[ri]mo omnium Apostolica fidei definitio, & correctore Asoto, sic erit formanda: Fides est earum rerum, quā non sperantur, sed re ipsa possidentur, substantia, & non eorum, quā non uidentur, sed quā uidentur, argumentum. Summa, circa unum obiectum respectu eiusdem non simul datur locus uisioni oculorum & fidei. Vnum est baptisma, sed unum baptismū non una re, sed durabus constat: uisibili signo, & inuisibili gratia. Secundum illud, baptisma tantum uidetur: secundum hanc, tantummodo creditur. Nisi forsitan Asotus baptisma accipiat pro aqua salsa & uncta, & cereo paschali tincta, & in baptisterio, extra administrationis usum, in suis templis reposita: hoc sanē baptisma non negamus uideri. At eiusmodi baptisma negamus esse sacramentum Christi & Ecclesiae. Cuius potissima pars non oculis, sed sola fide percipitur, & à potiore fit denominatio, ut unū baptisma nos credere confiteamur. Quemadmodum autem res sese habet in sacramentis Ecclesiae, ita res sese habet cum ipsa ecclesia. Qui enim cōtus retinet extēnum usum & administrationem legitimam baptismatis sacramenti, et si cessationem ad hunc cōtum: tamen externam & promiscuam electorum & hypocitarū cōgregationem, uisibilem esse nunquam negauimus. Sed quā Phil. 1. nis prauæ per miraculū conseruat, Ecclesia electorum, eam in hoc mundo esse inuisibilem, saepius iam ostensum est. De qua cum symboli articulus, ac iuxta symboli articulum D. Brentius loquunt, Ecclesia tantummodo ab ipsis credit. Quam si Asotus uisibilem & sensib. corporeis perspectā facit, ut uerbis certe facit, symboli articulum corrigit: Videmus, inquit, congregationē in fidei confessione: uidemus Christianum populum: Christi ministros: uidemus Ecclesiam. Hactenus nō male. Sequit: Credimus uero illam, quam uidemus congregationem, esse ueram Ecclesiam Dei, sanctam esse, catholicā esse, apostolicāq[ue]. Hic correctorē corrīgere presumo. Nos quidē nō negamus, quin ppter uerbi doctrinā & legitimū usum sacramentorū cōtū aliquem uisibilem credamus esse uerā Dei Ecclesiam uisibilem, & in ea absconditā Ecclesiam electorum inuisibilem. Quicquid enim ratione diuini uerbi à nobis cognoscitur, etiā de uisibili cōtu, id credere dicimur: sed cum symboli

symboli articulus non de alia ecclesia loquatur quam quae uera electorum
 fide in Deum patrem & filium & spiritum sanctum credendo in hac uita remis-
 sionem habet peccatorum, & post resurrectionem mortuorum uitam aeter-
 nam consequitur: ideo non quam uidemus, totam etiam credimus esse illam
 ueram Ecclesiam, sanctam, catholicam & Apostolicā: sed hæc in symbolo
 de sola & tota electorum ecclesia nos credere confitemur. Nam si totam ui-
 sibilem Ecclesiam, sicut uidemus, ita etiam crederemus sanctam, catholicā
 & apostolicā: & in visibili cœtu multi sint hypocrite, & illi iuxta symbo-
 lum Apostolorum, sancta & Apostolica Ecclesia essent habendi, & per co-
 sequens saluādi essent unā cum electū Ecclesia. Nam symbolum sicut tan-
 tum de fide saluifica, ita propriè etiam de Ecclesia saluandorū agit & loqui-
 tur. Sic, si Deo placet, de sentētia correctoris nostri cum electis simul salua-
 buntur & hypocritæ, qui ab ipso sicut uidentur in externo cœtu Ecclesiæ,
 ita creduntur etiam esse sancta, catholica & apostolica Ecclesia, quam con-
 fitentur sacra symbola. Ut nostro etiam merito, scilicet, in fine capitis in
 nos debacchetur: aut oscitanter nos dixisse, quæ considerationibus & cir-
 cumspectioribus reticenda: aut fraudulenter reticuisse, quæ apertis & can-
 didis hominibus dicenda fuerint. Ipse uero non sit improbus conuiciator,
 qui prouidè circumspectus, & candidè apertus, etiam iuxta sacra symbola
 una cum electis hypocritas, ut pote uere sanctos, catholicos & apostolicos
 saluandos credit, & in eo bene suę ecclesiæ, aliō qui damnandæ, prospexit.
 Sed ad alterū articulum, Credo in Iesum Christū filium Dei: quem itidem
 delendum Asotus D. Brentio obiicit, nisi fateatur Apostolos filium Dei ui-
 disse, quem se credere confessi sunt, Matthæi 16. Christo interroganti, quem
 se diccent homines, ita Apostoli responderunt, ut quamuis homines de
 ipso honorifice sentirent, nihil tamen ei ratione personæ & officij supra ho-
 minem tribuerent. Christus igitur pleniorē & perfectiore noticiam sui
 ab Apostolis exigit, dicens: At uos quem me dicitis esse? Hic Petrus, os A-
 postolorum à Chrysostomo appellatus, communī omnium nomine, sicut
 omnes interrogati fuerant, confessus est, non solum quod oculis cum alijs
 hominibus Apostoli uiderant, ipsum uidelicet esse hominem & insignem
 Prophetam: sed quod de Christo tantummodo crediderūt, Tu es Christus Luc. ult.
 filius Dei uiuentis. Atq[ue] ita de uno & eodem Christo Domino, aliud soli, ac
 solum crediderunt Apostoli: aliud cum alijs hominibus non credentibus
 in Christum, uiderunt: sicut de Thoma recte cixit Gregoriū ab Asoto ci- Ioan. 20.
 tatus. Quapropter Christus de se Apostolorum fidei confessionem nō carni
 & sanguini, ut aliorum de se hominum opinionem, sed cœlestis Patris sin-
 gulari revelationi acceptam retulit. Nec unquam leguntur Apostoli fidei
 attribuisse, quod oculorū fuit uidere in Christo: nec oculis, quod fuit pro-
 prium fidei de Christo cognoscere. Nam Ioannis sexto circa finem, Christo
 quærenti ex Apostolis: Num & uos uultis abire? respondit pro more, suo
 & aliorum nomine Petrus: Domine, ad quem ibimus, uerba uitæ aeternæ
 habes. Et nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius Dei uiui.
 Quid? An Petrus Asotus etiam Petrum apostolum corriget, ac non solum
 credimus, sed & uidimus & cognouimus, quod tu es filius Dei uiuentis,
 dicendum fuisse contendet? Sed huic correctori non admodum bene cor-
 recto, Apostolus responderet: In sulce, nescis scriptum esse: Deum nemo ui-
 dit unquam: Ergo nec Christum filium Dei uiuentis uidere quisquam di-
 cendus est, sed tantum credere. Eisi enim oculis coram uiderim hominem
 Christum, qui uerus Deus etiam fuit: non tamen Deum uidi, sed tantum
 credidi. Ac si uidere diuinitatem Christi contigisset, eam quidem co-
 gnouissem, sed non credendo. Nam ubi oculorum manifesta uisio
 incipit, fides theologica definit. Quare fidem destruit, delet, & ex-
 tinguit, 1. Ioan. 1. 2. Pet. 1.

tingit, qui se etiam uidere in Christo afferit, quod se credere confitetur, & conuerso. Quod ne uideretur facere Asotus, nihil pro sua uerecundia, motus & redditia iam ratiōe & apostolica Petri autoritate latius instaret, mutus nimirum autoritate alterius, & quidē non multò minoris & Christo dilectissimi Apostoli dicentis: Quod erat ab initio, quod audiuiimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae contrectauerunt, de sermone uitæ & uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitam æternam, &c. Hic pro Petro apostolo indignante hominem nulla solida doctrina Christianæ fidei præditū Petri nomine uecari, ac propterea auersante eum cum tota sua matæologia, nos in gratiæ storum uno uerbo respondemus: Ioannes nō sentit, se uel quenquam aliorum Apostolorum uidisse uerbum uitæ, quod fuit ab æterno apud patrem.

Exod. 33. Nam illud non minus quam Deum ipsum patrem & spiritū sanctum uide re potest & uiuere: sed de uerbo uitæ, quantum quidem ipsis & alijs ad salutem & uitam æternam cognitu necessarium sit, & ipsis manifestatum fuerit, uidisse, audiuisse & manibus contrectasse. Quare Ioannis uerba non iuvant Asoti sententiam: quem uiderunt Apostoli Christum, eundem etiam credi disce. Etsi enim qui ipsis, ut homo, fuit uisus, erat etiam Christus filius Dei uiuentis & saluator mundi: hanc tamen, homine uiso, non uiderunt, sed tantum crediderūt. Quia iam facile fuerit Lectori ad articulum de Ecclesia accommodare, cuius declarandi causa, Asotus contra seipsum, hosce duos articulos de baptismate & de Christo adhibuit. Nam nos alioqui in ijs explicandi, aduersus falsam criminationem Asoti, qua nos uel supina negligentia, uel intolerabili impostura, nescio quid reticuisse & dissimulasse, in huius capititis fine uenenatae calumniae relicto aculeo, scripsit.

ANNOTATA IN CAPUT XIII.

Hoc caput prolixum est, quia plenum mendacijs & cōuicijs, in quibus fingendis & faciendis multo Asotus ingeniosior & disertior est quam in suis probandis. Ideo nos breuiores erimus. Nam & ad pleraq; ipsius conuicia responsum est antea, & de discrimine uisibilis & inuisibilis Ecclesia, nostra sententia & ex superioribus non potest esse ignota atque obscura. Atque initio non contemnendus locus habetur, in quo si calumnias demisperis Asoti, ipsum nobis tacentibus, D. Brentium ac Vuirtenbergenses omneis à sua, contra eos instituta accusatione, excusare atque defendere licet: nam sicut supra monuimus, non tantum fatetur, sed indicato etiā loco probat, Brentiū statuere ecclesiam uisibilem. Contra quem nihil erat, quod hactenus diceret, nisi eandem etiā Ecclesiam inuisibilem dicere Brentiū finxisset. De qua re nihil ex superioribus repeto, sed hoc unicū illis breuiter adiiciens quæro ex Asoto, uisibilis Ecclesiæ agnitionem ad salutem necessariam omnino statuente: quid de cæco nato, aut alio aliquo casu luminibus orbato futurum siet: sunt profecto cæci miseri & miserabiles personæ in hac stante sententia Asoti, uel in ecclesiam, quam uidere nequeunt, nunquam peruenient, aut amissis luminibus & Ecclesiæ gremio & uitæ æternæ dono excident. Suprà enim dixerat: Videmus Ecclesiam, credimus uero illam, quam uidemus. Ergo credere eam prius non possunt cæci quam uideant.

Gen. 27. 4 Quorum multi prius moriuntur quam uisum recuperent. Sed cum Isaac oculos caligasse præ senectute, Tobiae item oculos hirundinum stercore corruptos legamus fuisse, qui erant ueræ Ecclesiæ Dei ueteris Testamenti membra: atq; in Euangelio cæcos quosdā, Christum caput Ecclesiæ agnoscerisse, & in eum credentes sanatos fuisse audiamus: quid prohibet cæcos ad salutem fide etiā agnoscere Ecclesiam Christi, quam oculis, quibus careat, cernere.

Tob. 2.

Matt. 9. 20. &c.

cernere in hac uita non possunt? Asotus nūm solitus pro nobis, quasi
 quemlibet sine delectu & iudicio probationis spirituum sequamur ducto 1.Johann. 4.
 rem, sub finē capitis ait: Videant qui Brentium sequuntur, qui illi se com-
 mittunt, quem habeat ductorem fidei, qui nec oculos habet, &c. Videant
 Asoti potius fraterculi, si quidem cæci non sunt, ut uidere possint, & obser-
 uent sui ductoris & magistri cor excæcatum & mentem obtenebratam,
 qui sua acerrima defensione Ecclesiæ, ab eius congregatione & uitæ æter-
 na communione arceat cæcos homines miseris, quos Christum & ipsius
 Ecclesiæ collegisse ac recepisse in scripturis legimus. Sed ex eodem spi-
 ritu profecta est iniuria, qua Asotus nō tam Principes quām Deum ipsum
 creare & gubernatorem uniuersi mundi, civilis magistratus autorem
 affecit. Ad quam ulciscendam rectè quidem & uerè hīc dicit D. Brentium
 in se esse inuectum; sed acerbius inuectū esse, id uero mentitur. Quid enim
 potest acerbius dīctum uideri, etiam si acerbissimē dicatur in eum qui in
 iniuria perseverans, in secunda parte Defensionis suæ non solum nostros,
 sed optimos quoq; etiam suæ partis Principes & Reges cum suis Praela-
 tis comparando, tantum interesse dicit inter Praelatos suos & seculares
 Principes, quantum inter Deum & qui ei seruiunt: & Principem huius se-
 culi, & eos qui ipsi seruant, intersit. Caput Asoticæ ecclesiæ hactenus con-
 culeauit pedib. magistratū ciuilē, & in eo constitutos Reges & Principes.
 Draconis uenenatissimi squama putidissima Reges & Principes in offi-
 cio suo seruos ac ministros facit Diaboli. At quos homines tam atroci inju-
 rīa afficit: Eos, de quibus Deus de coelo loquitur, Ego dixi, Dī estis, & si-Psal. 82.
 lii excelsi omnes. At quod officium tam contumeliosè in diabolicū mini-
 sterium conuertit: illud quod D. Paulus uocat potestatem diuinitus ordi-Rom. 13.
 natam: illud cui omnes Prophetæ & Apostoli paruerunt: illud cui unige-
 nitus filius Dei Iesus Christus Dominus cœli & terræ subjici, ac quod non
 debuerat, ne alijs offendiculo esset, atq; ut ad debitam magistratuī obedi-Matth. 17.
 entiam iuxta diuinam ordinationem reddendam suo exemplo omnes ho-
 mines inuitaret, soluere non est dignatus. Hac demum atrocissima atq;
 Asotica ciuilis magistratus iniuria, impuris Asotī manib; scripta & à me-
 lecta, uirum Dei sanctæ memorie D. LVTHERV M alibi deplorantem
 uerè detestandam mundi ingratitudinem, uerissimē dixisse animaduerti,
 mundum pro restauratione Euangelicæ doctrinæ longè aliam gratiam
 Deo debere, uel propter solum magistratum ciuilem, quem uindicatum
 ab indignissimo iniquissimo & contemptu Asoticorum, suæ à Deo ipso
 concessæ dignitati restituerit. Sed hanc ingratitudinem, si mundus impu-
 nè non feret, quod prēmium, putas, recipiet Asotus pro tam cōtumeliosa
 in magistratum iniuriar ad quam D. Brentius pro suo officio uindicādam
 multo lenius Asotum tractauit quām meruerat. Quarenihil habet, quod
 de Brentij acerbitate conqueratur. Priusquām autem ad caput sequens
 progedior, hoc etiam hīc notatu dignum est, quod Asotus aliquot Apo-
 stolicarum Ecclesiarum exempla commemorādo inter cætera hæc uerba
 Pauli ad Gal. citat: Eram autem ignotus facie Ecclesijs Iudeæ, quæ erant in
 Christo. Achis sua uerba assuit: Nam Ecclesiæ istæ uisibiles erant, uide-
 bantq; alios. Quibus ideo Paulus ignotus erat facie, quia non adierat illa
 loca post conuersionem. Dicat igitur nobis Asotus, an Paulus Ecclesiæ
 esse Christi crediderit, sicut eas etiam appellat, quas nondū uiderat, tam-
 eti externe uisibiles erant: Et an Ecclesiæ illæ Paulum uisibiliter quidem,
 nondum tamen facie, sed sola fama notum crediderint uerum Ecclesiæ
 Christi membrū: Quid hæsitas Asote: Dic inquam, an illæ Ecclesiæ fuerint
 à Paulo creditæ Ecclesiæ Christi, quas Paulus non uiderat, ac aliquas ea-
 rum nunquam fortassis uisurus fuerat, cum tu contendas eam solum nos

credere Ecclesiam Christi, quam uideamus. Quid? quod uniuersalis Ecclesia uisibilis à nemine unquam tota est uisa oculis, sed tantum particulares uidentur: & à quibus non uidentur, creduntur, ut Paulus à se non uisas creditit Christi Ecclesias. Et si maximè extenororum signorum ratione uideantur, in illis tamen electi oculorum aspectui nō sunt expositi. Lectoribus hic coniūciendum relinquo, quid respondere possis.

A N N O T A T A I N C A P V T X I I I .

Hic autor commendat seipsum, & ambitiosè commemorat aliquot Ecclesiæ, in quibz. ueluti per gradus progrediendo à sacro baptisme ad pharisaicū monachatum defecit: & postea in monachatu usq; ad sacerdotium Missificum ita profecit, ut se in Toletana Ecclesia, sacerdotio esse consummatum glorietur. At eiusmodi profectu non modò, ut dicit solet, ab equis ad asinos, sed à superis ad inferos descenditur. Cùm natus es ex tuis parentibus filius iræ, omnium hominum communī generationis modo, Complutensi ecclesiæ, in qua renatus es, ut dicas, sacro fonte, plurimum debes. Illius enim ministerio per baptisma receptus es à Deo in gratiam, & adoptatus in numerum filiorum Dei, & Christiano ordini adscriptus. Cur autem in hac gratia prima non persististi, sed desertor huius ordinis factus excidisti? An Christianorum ordine alium quærebas Domini, Francisci, Benedicti, aut aliū cuiuslibet hominis, sanctiorem? At Christianorum ordo est omniū sanctissimus, quem unigenitus filius Dei, Sanctus sanctorum instituit. Sicut autem sanctissimus, ita & perfectissimus. luxta uerbum Christi: Si uis esse perfectus, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, ueni & me sequere. Qui me uult sequi, abneget semet ipsum. Quod in baptismate te facturum uoueras. Quid ergo in monachatu pharisaico, quid in sacerdotio missifico quærebas? Nec sanctum, nec perfectum, nedum Christiano ordine sanctiorem & perfectiorem, sed faciliorem, sed molliorem, sed delicatiorem, sed tutiorem. Tales enim sunt omnes monachorum & sacerdotum ordines uestri quantumvis uera stra opinione duri & difficiles, si cum ordine Christianorum & cum ipso, rum uiuendi & moriendi regula conferantur. Hic enim est ordo difficultus, durissimus, periculosisimus, in quo tamen solo & in nullo alio homines saluari possunt. Age igitur mihi Asote, memor esto, unde excideris: & redi citò ad primam gratiam, qua per baptisma cooptatus fueras in

Matth. 19.

Matth. 16.

Matth. 24.

numerum & ordinem filiorum Dei, & agnosce non hanc uel illam, sed solam Ecclesiam Christianam. Nam nos propriè loquendo nullam Tubingensem, aut Stutgardianam, aut Vvritenbergensem: sed quæ in Vvritenbergensi est ducatu Stutgardiae & Tubingæ per prædicationē uerbi colligitur & hospitatur, solus Dei & Christi Ecclesiam agnoscimus. Non enim ita Christi una Ecclesia in plures distinguitur, ut monachorum & sacerdotum collegia siue monasteria diversis regulis, forma uestitus, coloribus & alijs notis dividuntur. Cùm autem Asotum non sui tantum honoris causa, sed suarum etiam Ecclesiarum, in eis se tam præclarū profectum fecisse proculdubio commemoret: quare ut ipsæ intelligent quam hoc tanto suo Doctore sint insignes, audiant saltem hoc ipso loco Asotum primum dicētem: Itaq; nos uisibilem & illi uisibilem agnoscimus Ecclesiam. Et post pauculos uersiculos interiectos hoc ipsum de nobis rursus negantem: Quare illam, inquit, quam credunt ueram Christi Ecclesiam, inuisibilem esse afferunt, atque ita incertam & absconditam. Hic Asotus seipsum conciliet cum seipso, ne contradictoriè de nobis affirmarit, quod de nobis è uestigio negauit. Id nō fecerit, efsi nihil aliud dedecoris accesserit, non erit magno ornamento suis Ecclesijs, qui sibi in re una & eadem, & in eodem uestigio tam manifestè contradicit, ne desit quod contra ueritatem dicat

Ephes. 2.

dicat. Nos quidem (quoniam fastidiosum sit toties repetere) utrumq; & uisibilem & inuisibilem Ecclesiam dicimus, sed aliam atq; aliam, siue alio atque alio modo consideratam Ecclesiam Christi. Quam distinctio nem, quia Asotus ut commentitiam infrà rejicit, ideo seipsum secum, si ne calumnia, nunquam conciliabit. Nam Ecclesiam habentem uera externa signa Ecclesiæ Christi, uisibilem: quæ uero in cœtu uisibili abscondi ta est, & ab oculis nostris remota, electorum propriissimè dicta Ecclesia Dei, eam inuisibilem esse ponimus. Et quam uisibilem dicimus non propterea certa est, quia uisibilis: sed quia certa sunt Ecclesiæ externæ signa, uerbi Dei prædicatio, & legitimus uerorum sacramentorum usus: quibus uisib; signis, cœtus aliquis hominū pro Ecclesia Christi certa, certò cognoscitur. At nihil incertior est Ecclesia electorum, etiam si à nobis oculis nō conficiat. Multa enim non uident, quæ tantummodo credita sunt certissima. An Deus, quem nemo uidebit unq;, non est certus? Si, quia non uideatur, incerta est anima hominis; incertum erit Asotum esse hominem, & habere animam. Quapropter Ecclesia inuisibilis non incerta redditur & dubia, et si certa non sit propter certam gentem aut certum hominum genus, cui sit alligata, ut uideri possit. Qualem certitudinem suræ Ecclesiæ se deinceps probaturum promittit, ita tamen, ut in eo ipso arundinea mobilitate sibi metipsi non constet. Quod uero, si Asoti animum spectes, nouo conuicio NOVATORES nos h̄ic uocat: adeò nos non offendit, ut etiam delectet. Nam & olim Christo Domino nostro prædicante doctrinam antiquissimam, & in paradiſo ex ipsis Dei ore omnium primò prolatam, homines obstupefacti, inter se cōquirentes dixerunt: Quid est hoc? Quæ doctrina haec noua? Eiusmodi autem nouitatis admiratio Scribas & Pharisæos uehementissimè arguebat. Quorum officij neglectione, doctrina de remissione peccatorum & uita eterna, gratis per solam gratiam Dei iudicis, per solam obedientiam & satisfactionem Christi mediatoris, & per solam fidem hominis peccatoris consequenda, & quæ his sunt cognata atq; affinia, ita obsoleuerat atq; interciderat, ut quæ pueris & senibus, masculis & foeminis, liberis & seruis, diuitibus & pauperibus, omniq; hominū generi, lippis etiam & tonsoribus, publicanis & meretricibus, ut à peccatis suis ad Deū conuersi saluarētur, debuerat esse notissima tristissimaq;, ea ab his non solum pro noua & hactenùs inaudita, sed & ab ipsis Doctribus Ecclesiæ, scribis & Phariseis pro impia atq; hæretica haberetur, ut Nicodemus etiam non magis Christi doctrinam, sibi nouam fuerit admittatus, dicens: Quomodo possunt haec fieri? Quām Christus Nicodemus admiratione, incredibilem ueræ doctrinæ salutis ignorantiam in summo Ecclesiæ doctore testificante (de Christo humano more loquendo) obstupefactus fuerit dicens: Tu es ille magister Israelis, & haec ignoras? An non igitur in stuporem uerteretur Christus, si quidem Asotum noſſet (Nam pseudoprophetis se etiam aliquando confessurum prædixit; Nunquam Matth. 7. noui uos, discedite à me qui operamini iniuriam) atq; audiret non uulgarem doctorem & gregarium militem, sed factantem & cōstantem se sacerdotio consummatum & primarium defensorem ueræ Ecclesiæ, Nouatorum conuicio incessere eos, qui non nouam doctrinam afferunt, sed omnium uetusſiſſam salutis doctrinam ex Propheticis & Apostolicis scripturis ipsius Christi diuina adiuti gratia renouant atque restaurant. Quam in sua Ecclesia obsoletam & extinctam iam pridem sua & suorum Prælatorum negligentia fuisse, Asotus hoc suo cōuicio tanquam proprio indicio satis prodit. Poteram h̄ic & losiæ Regis laudatissimi temporum 4. Reg. 22. pluribus meminisse. Quibus cum esset liber Legis, qui impiorum etiam doctorum negligentia iam diu amissus fuerat, Deo monstrante repertus:

Dd : Nouato-

Nouatoris conuicium impiorū sacrificiorū tantopere nō exhorruit, quin cultus ueteres nouis, si quidem temporis successionē spectemus: sin uero doctrinā in libro antiquo Legis nouiter reperto contentā, considerare uoluerimus, falsos & impios, pijs & ueris cultibus, longo ante tēpore per prophetā Mosen à Deo ipso traditis & institutis cōmutando renouauit. Verum ut sim breuis, exemplo Christi & losiæ regis, propheticae & apostolicae doctrinæ nouitatē apud Asoticos contemptū, ipsorū doctrinæ & cultuum (quam his falso p̄t̄exunt) antiquissimæ antiquitatī præferētes, ueros & pios Dei cultus ab Asoticis ac quibusuis alijs, partim deprauatos, partim abolitos, nec conuicío Asotū deterriti, nec ullo labore defatigati, sicut cœpimus, ita Deo, uti hactenus, sic & deinceps nos iuuante, ubi cūq̄ loco rum poterimus, nouare atq̄ renouare, restaurare atq̄ reformare p̄grediemur: iamq̄ in ipso opere sumus, ut & Asotus, si non omnino deploratus fuerit, ab inueteratis erroribus reuocetur & renouetur spiritu mentis suuicere, agnitionē nobiscum uerē ac perpetuō colere possit.

Ephes. 4.

A N N O T A T A I N C A P V T X V.

Priusq; ad certam Ecclesiam ostendendā accedat, ab eo proposito sibi aliquantis per digrediundū hīc ait, ppter impedimentorū nescio quorum abolitionem, q̄ ab aduersarijs ipsi opponant. Mos omnino hīc gerendus est Asoto, & ipsius modo nobis uiuendum: sequendusq; ordo, qui ipsi uisus est optimus, quanq; sit admodū & confusus & obscurus. Impedimentorum aut, quorū mentionem faciet, ponit ordine primum, sanctitatem Ecclesiæ: quam quoniam Asotus ipse in Prolegomenis D. Brentiū potissimum predicasse fateſ, atq; de sanctitate Ecclesiæ, et si multa hic blateret, sanctio- ra afferre Asotus nō possit: & ego, quæ Brētiū de uera sanctitate uere Ecclesiæ Christi uerissima dixit, illis hic: et petendis actū agere nolim: præferebam cū in marginalib. nostræ Confessionis glossematibus suis Asotus affirmet & dicat: Hæc quæ ad sanctitatē pertinent Ecclesiæ, sufficienter explicata & certissima sunt. Quo magis mirandū, hominē nō morte mentis hoc loco ausum dicere, D. Brentiū sanctitatis Ecclesiæ dilucida & copiosa p̄di certissima, & tua ipsius sententia, à nobis sufficienter explicata, rursus tuo ipsius iudicio incertā & ignotā reddit Ecclesiam: Negat Philosophus problemata illius aut positiones in disputatione p̄positas esse considerandas, qui nō certe aut probabilis ratiōis assignatiōe egeat: sed uel p̄cōna dignus sit, ut qui quereret, an Deus sit colendus, & parentes sint honorandi: uel sensu indigeat, ut qui dubitaret, nix albâne sit an nigra: His addo, uel elleborō opus habeat, ut Asotus uolēs esse Doctor legis, animo captus nō intelligit q̄ loquaf: neq; hīc attendit, quid pro se aut pro nobis, contra se aut cōtrans uel affirmet, uel neget. Ad alia igitur, quibus sibi pulchrius uidet sapere, pcedimus. Iustā impudētię reprehensionem, in quam apud D. Brentiū inciderat, q̄ dixisset, nullā requiriendā gratiam aut interiorē uirtutē in membris, uel ministris Ecclesiæ, hac rimula effugere conaſ, q̄ non dixerint, & eius munera integra perficiat, sufficere & publicā p̄fessionem fideli in membris, & legitimā uocationē in ministris. De quo loco cap. etiā 9. nō nihil attigimus. Num autem Asote nesciebas D. Brentium loqui de ue- riſſimē & p̄prijsimē dicta & credita electorū inuisibili Ecclesia: Cur igit̄ non de inuisibili Ecclesiæ gratia & uirtute interna, quid sentires, apte re- spondisti: Sed cum tua responsione ab inuisibili electorū Ecclesia, de qua erat questio, ad uisibilem Ecclesiā, & eiusdem Ecclesiæ membrorū externā & publicam fidei professionem, & ad eiusdem ministrorum legitimam uocationem

cationem te cōvertisti? necdum tamen in ecclesiē ministris rite defungen-
tibus munere suo, & in membris eius ad eandem ecclesiam pertinentibus,
nullam internam gratiam & uirtutem requirendam, planum fecisti. An' ne
etiam externa profēsione aliquis dicere potest Dominum Iesum, nisi per ^{1. Cor. 12.}
Spiritum sanctum? Ad ministerium uero docendi qui adhibebuntur, quæ
erit alia legitima uocatio quam qua iam accepta gratia & uirtute spiritus
ad docendum sanam doctrinam, & adcontradicentes conuincendos ido-
nei reperti elīgantur in ministros Ecclesiæ. Falsum igitur est, quod nullam
gratiam aut uirtutem internam requirendam dixisti, sed sufficere externam
professionem fidei & legitimam uocationem, ut aut aliquis membrum sit
Ecclesiæ, aut rite eius munera obeat, cum sine interna Spiritus sancti gra-
tia & uirtute, nec publica fidei profēsio, nec legitima ministrorum uoca-
tio fieri & constare queat. Quanquam hæc gratia & uirtus requiſita ad ex-
ternam fidei professionem, & ad legitimam ministrorum uocationē, adç
totius Ecclesiæ ædificationem, non sit illa uirtus & gratia saluifica, quæ à
Deo solis in Christo electis per Spiritum sanctum conferri solet. De qua,
ut dixi, quia D. Brentius in disputatione de Ecclesia saluandorum potissi-
mum uerba facit, Asotus aut ineptus de eadem Ecclesia eiusdemq; interna
gratia & uirtute saluifica non respondit: aut impudens in eius membris &
ministris gratiam ac uirtutem internam nullam requirendam aſteruit. Ve-
rū rimulam, quam ad elabendum hic ſibi aperire uoluīt, ut maximè non
poſſemus obdurare, ne tamē elaberetur, alia parte teneat poſſet. Ponamus
enim ualere, quam ſuorum uerborum explicationē hic adſert, gratiam ui-
& internam uirtutem nō requiri, ut ad Ecclesiam aliquis pertineat,
& eius munera integre perficiat, ſed ſufficere ad hoc externam fidei profes-
ſionem & legitimam uocationem. Tum ergo dicat nobis Asotus, nunquid
non multi in Ecclesia ſine gratia & uirtute interna electorum ſolam ha-
beant externam professionem fidei & legitimam uocationem? Nonnulli
uerò an in eodem cōtu præter professionem externam fidei & legitimam
uocationem, habeant etiam gratiam & uirtutem internam? Dicat de-
inde nobis, an' non hi ab illis in extremo die, ſicut oues ab hircis, triti- ^{Matth. 25.}
cum à paleis ſint segregandi? Si horum nihil negari potest, nec illud ſaluo ^{3. Et 13.}
pudore quifquam negauerit, Ecclesiæ congregationem in hac etiam uita,
in Ecclesiā uisibilem habentem externam professionem fidei & legiti-
mam uocationem, & in electorum inuisibilem Ecclesiā eſſe diſtinguen-
dam, quæ ultra externam & publicam profēſionem fidei, internam ha-
beat uirtutem & gratiam, qua ſaluetur. Atque ita fieret, ut Asotus ſi ma-
ximè gratiæ & internæ uirtutis de Ecclesia à ſe negatae repræhensionem,
ad hanc Ecclesiæ diſtinctionem clanculum hic & tacitè confugiendo effu-
geret: huius ipſius tamen diſtinctionis à ſe poſteā reprobatae atq; reiectæ,
impudentiæ impudentioris iuſtiorem repræhensionem apud omnes in-
curret. Id quod magis colligunt ex testimonij, quæ in ſequenti capi-
te ſibi de ſanctitate Ecclesiæ producenda putauit.

ANNOTATA IN CAPVT XVI.

His, quæ in Scripturis extant, ſanctitatis Ecclesiæ encomijs, Spiritus
Domini profecto non laudat manifeſtè falsam & profanam Ecclesiæ
Asoti & quorumlibet aliorum non retinentium uera & certa signa Eccle-
ſiæ Dei, nec ornat in uera Christi externa Ecclesia numerosam hypocrita-
rum turbam: ſed ſolam ſelectam paucitatē electorum tantis preconijs cele- ^{Luc. 12.}
brat atq; exornat. Dē quib. ſolis D. Apostolus ad Ephesios ait: Elegit nos ^{Eph. 1.}
in Christo, antequam iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti &
irrepræhensibiles coram ipſo per charitatem. Ac Asotus quantus quantus
ſit, tantum tamen hypocritam eſſe (ſiquidem hoc nomine dignus eſt, qui

sibi nullum locum in uera Ecclesia externa manifestæ impietatis defensio
ne, ne quidem ut hypocrita reliquit) aut hypocritarum patronum: uix mihi persuadere possum, ut uerè existimet locos de sanctitate Ecclesiæ à se
citos ad hypocritas etiam, & non ad solos electos pertinere. An ad Ephesios hypocritæ intelliguntur esse sponsa Christi dilectissima? An Christus hypocritarum caput? An ipse saluator eorum tanquam sui corporis? An pro hypocritarum Ecclesia se tradidit, ut eam sanctificaret glorirosam sibi sponsam sine ruga & macula, sanctam & immaculatam redideret? Tradidit quidem se Christus, quod ad opus redemptionis attinet, pro omnibus hominibus, sed qui redemptionis fructum sentirent: se pro solis electis tradidit, ut eos sanctificaret lauacro aquæ per uerbum uita.

1. Tim. 3. Quia uero quæso columna & firmamentum ueritatis dicentur hypocrita, cum ipsa hypocrisia uerbis & factis sit longè omnium mendacissima? An Matth. 16. in æternum fundati sunt à Deo hypocritæ, ut portæ inferorum aduersus eos non præualeant? cum hypocrita nullus dici possit, quin portas inferorum ipsa hypocrisi armatas contra eum iam præualuisse significetur. Nisi forte hypocrisia una cum alijs peccatis ad inferorum portas non pertineat. An uero Esaias sensit misericordiam Dei nunquam recessuram ab hypocritis, ac scodus pacis perpetuum fore cum eis? Verum prætermisso reliquis locis, quæ solos electos concernunt, uel hæc sola cautionum de hypocritis & Christo sponso canitur: Tota pulchra es, & macula non est in te? An non hypocritæ assimilantur sepulchris de albatis, quæ non tota, sed externe tantum splendent, interne autem fœtent? Aut hypocrisia non est macula? Quare ut breuiter concludam, eximiæ promissiones & præclara encomia sanctitatis Ecclesiæ, ad solam electorum Ecclesiam spectant, quæ uera & syncera Ecclesiæ nihil uel manifestæ falsitatis, ut Asotica: uel occultæ simulationis, ut hypocritica habet.

ANNOTATA IN CAPUT XVII.

Quæ in hoc capite ex scripturis recitantur nomine & dono sanctitatis partim collata, partim in posterum conferenda Ecclesiæ priuilegia, ea ueræ Dei Ecclesiæ non adimimus: sed Asoticæ Ecclesiæ non concedimus, in eo nobis ad stipulante ipsa experientia, euidentissima rerum dubiarum probatione. Vbi enim, quam Asotus iactitat, in ipsis Ecclesia querenda est cognitio ueritatis cum uitæ puritate coniuncta? Hoc priuilegium Asoticam Ecclesiam non utendo, profectò amississe, si quis dubitat, doctrina omnium omnino hominum iudicio collata, non solum certior, sed & longe omnium certissimus reddetur. Quam uero tu Asote nobis narras in Ecclesia tua perpetuam assistentiam Christi & Spiritus sancti cum omnib. suis donis, Dei item gratiosam & liberalem misericordiam, ueramq; peccatorum remissionem & conuersiōnem: cum syncera prædicatio Euangelij & eidem certa persuasio credendi, sine quibus Deus pater, Christus filius & Spiritus sanctus nulli cœtui hominum uult assistere, quantum cœlum à terra, tantum absint ab ecclesia tuta. Monstra nobis unum in tua ecclesia locum, ubi syncerè prædicetur Euangelium. Id enim simul ut facere uit aliquis bonus & pius apud uos cooperit, aut docendi officio submouetur, aut in exilium ejicitur, aut uita priuatur. Hec à te tuisq; fieri, nisi sis iniactare non puder, synceram Euangelij prædicationem apud uos florere. Exulante autem à uestra ecclesia Euangelio, in quoniam angulo abdita latuit indiuïdua Euangelij comes, certa uidelicet Euangelio credendi persuasio, ne una cum Euangelio expelleretur; Agnoscisne quam Eccle-

siam sonet hæc uox: Sed neq; illud afferendum est, oportere eos qui uerè *Vide decre*
 iustificati sunt, absq; ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se *ta Tridentina cap. 9.*
 esse iustificatos, neminemq; à peccatis absolui & iustificari, nisi eū qui cer-
 tò credat se absolutum & iustificatum esse, atq; hac sola fide absolutionem
 & iustificationem perfici. Hanc opinor uocem agnoscis. Si igitur in scri-
 pturis præsertim Euangelicis tam aperta promissio remissionis peccato-
 rum, tam aperta prædicatio gratiæ, tam certa destructio omniū meritorū
 nostrorū in remissione peccati, ut ipse hic admirari cogaris: unde tam ob-
 scura & dubia persuasio credendi aperto & certo Euāgelio de gratia Dei
 & remissione peccatorum, ut uerè iustificatis (sic enim loquimini) absque
 ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuendum non sit se esse iusti-
 ficatos: Siccine apertæ & certæ promissioni gratiæ & remissionis pecca-
 torum nobis in Euāgelio propter Christum factæ correspondere debet
 nostra credendi dubia persuasio: quid absurdius & monstruosius, ut non
 addam etiam, in Deum contumeliosius à quoquam dici potest? Si qui-
 dem nostra obscura & dubia persuasio aperto & certo uerbo Dei creden-
 di, Deum manifestè mendacij arguit. Quod tanquam benefactum lau-
 dant, qui uerbo Dei aperto credendi dubiam persuasionem, hoc est, sacri-
 legam dubitationem prædicant. In qua uerò ecclesia certissimam creden-
 di Euāgelio p ersuasionem, hoc est, certam propter Christum & indu-
 bitatam fidem gratiæ, remissionis peccatorum & iustificationis nostræ
 non inuenieris, in eâne certam spem salutis æternæ & patientiam conso-
 latiōnēmque in omnibus temptationibus & afflictionibus te inuenturum
 spes, quæ sine fide non modò non certa, sed prorsus nulla esse potest:
 Quemadmodū autem non nisi ex certa fide spes etiam certa & quæ non
 pudefaciat, oritur; ita ex utroque, fide uidelicet & spe simul, Dei & pro-
 ximi gemina dilectio progeneratur per Sp̄ritum sanctum diffundentem *Rom. 5.*
 eam in corda nostra. Quare quæ uidetur esse in ecclesia Asotí Christiana
 charitas, non est nisi ethnica quædam humanitas, cum ex fide & spe tan-
 quæ necessarijs & legitimis parentibus per S.S. non sit progenita. Verùm
 per impossibile posito, eos sine uera in Christū fide & spe posse habere cha-
 ritatem Christianam, ea etsi virtus sit omnia adimplens præcepta diuinæ
 legis: nō tamen, ut Asotus uult, in hac uita omnia præcepta per charitatem
 nostrā perfectè adimplentur. Alioqui em̄ caput subsequens x. v. 111. Aso-
 xi esset superuacuum de peccatis sanctorum, quæ nulla esse possent præsen-
 te uirtute, qua præcepta Dei in hac uita impleantur. Impleta enim lege, nul-
 la reliqua manent peccata. Quare inchoatur quidem acceptis in hac uita
 Sp̄ritus sancti primitijs per charitatē in renatis noua secundū omnia præ-
 cepta legis obedientia, sed ea in futuro demum seculo absolvitur atq; com-
 pletur, cum Sp̄ritus sancti decimas acceperimus. Idem iudicium facien-
 dum est de exauditione precum in ecclesia Asotí, cum ipsa pias preces nul-
 las fundere, inuocationem nullam nominis Domini facere posse cōstet, in *Rom. 10.*
 quem non credere firmissima ratione probatum est. Verorum autem sacra
 mentorum legitimū usum quis eis cōcesserit, qui licet in nomine patris,
 & filij & Sp̄ritus sancti, quod etiam heretici possunt, uerè baptisent: tamē
 præterquam quòd hoc baptismatis sacramentum multipliciter contami-
 nant, alterum coenæ Dominicæ sacramentū, mancum, mutilū & truncatū,
 ita profanarūt, ut iam non integrū ac propterea nullum habeant sacramen-
 tum. Hic aut̄ ubi de participatione Sacramentorum declamat, obiter no-
 bis Asotus specimen sui doni interpretationis scripturarum edidit locum
 Esaiæ L X V I. ad sacerdotij missifici ordinem, ut ipse uocat, detorquendo.
 Quasi uerò sacerdotes & Leuitas à Deo assumendos Esaias designavit
 Leuitas & sacrificulos Asoticos, ipsorumq; & absolutionē & missificatio-

nem histrionicam suo uaticinio approbarit. Procul, procul inquam, absit a Propheta Dei sanctissimo tanta uesania. Non enim propheta de rasis & rando oleo unctis sacrificulis missificis uaticinatur, sed de sacerdotib. & Le-

Rom. 12. uitis à Deo constituendis ac cōsecrendis unctione Spiritus sancti, ad offe-

renda corpora sua in hostiam uiuentem, sanctam, rationabilem, Deoq; ac-

ceptam. Christus enim, qui sacerdotium Leuiticum cōpletis omnibus figura-

tis finiuit, nullum aliud missificum externum, sed spirituale sacerdotiū insti-

tuīt, secundum quod omnes nos Deo fuisse dicimur Reges & sacerdotes.

1. Pet. 2. Nam locus, Hoc facite in mei commemorationem, non magis ad eos spe-

1. Cor. 11. stat, qui sacramentum administrant, quam ad eos qui illud sumunt in me-
moriā Christi. Nam in sui memoriam nō solum administrandum, sed &
sumendum praecepit. Ex his tamen sibi aliquos delegit, non ut externo ali-
quo sacerdotio sacrificando, sed ministerio uerbi docendo Euangelium

Mar. ult. fungerentur, & de sacrificio Christi semel in cruce peracto, & perpetuo p-

Heb. 9.10. nobis orandi & intercedendi ad dextram Patris sacerdotio, dicens: Ite do-

Heb. 7. cete omneis gentes, &c. Item, Accipite Spíritum sanctum: quorum remise-

Matt. ult. ritis peccata, remittunt eis, &c. Porro de diuinorū munera affluētia, de Ec-

Ioan. 20. clesiā in omnem terrā propagatione, de perfecta eius usq; in finem perse-
uerantia, de concordia & unione in fide, de obseruantia mandatorum, de
peruentione ad primam, ut Asotus ait, & ultimam beatitudinem, omnia
ab Asoto bellē dicuntur: sed ea nō in Asotica, sed sola Christi Ecclesia in-
ueniuntur. Vbi rursus, ut antea sāpe, ad piorum Lectorum iudicium pro-
uocamus: ipsi ut iudicent, an aliquid calumniosē aut sinistrē interpretādo,
ut Asotus in huius capitī fine criminatur, in ipsius dictis deprauauerimus.
Sciens prudensq; nunquam committam, ut falsus testis in Asoti uerbis uel
intelligendis, uel exponendis reperiatur.

ANNOTATA IN CAPUT XVIII.

Quis nostrū, obsecro, unquam negauit, sanctissimos quosq; peccatorū
nō esse expertes, ut in eo probando Sotus sibi tantopere sudandum esse
putarit: fortassis ignorat, hanc ipsam sententiā, omnes sanctos esse pecca-
tores, nostros, & quidem nouos homines D. Lutherum, Philippum, Bren-
tium, in omnibus suis scriptis, afferere atq; tueri, cōtra ueteres utres plenos
ebria persuasionē, se non solum debitam diuinæ legi obedientiam præsta-
re, sed & ultra debitam diuinæ legi obedientiam aliquid tum pro seip̄sis, tum
pro alijs supererogare posse: aut Sotus nobis ostendat in ecclesia aliqua
alia, quam in sua doceri, Christum ad legis diuinæ præcepta obseruat ne-
cessaria, adieciſſe libera cōſilia euangelica: Item prædicari & celebrari, que
uocat, supererogationis opera. Quid, malum, igitur sibi uult hęc Sotii simu-
lata & fucata peccatorum in omnibus sanctis confessioꝝ nemo certe diui-
næ legis exactioni debitam obedientiam præstat, qui peccato nō omnino
carere dicitur. Nec enī alia de causa nemo omnium in hoc mundo uiue-
tium hominum peccato carere dicendus est, quam quod nullus reperitur,
qui integrum obedientiam præstanto, per omnia diuinæ legi satisfactat.
Quid igitur, quæſo, supererogare honorū operum censendus est, qui pro-
pria confessione peccati obedientiā integrā, ac diuinæ legis exactioni co-
respondentē, se nō soluisse fateatur? At humilitatis est, in iusticia etiā perse-
ctillima peccatum agnoscere. Nouimus uanam esse & mendacem humili-
tatem pharisaicam, siue monasticam. Nos autem uerā & Christianam
humilitatem agnitionis & confessionis peccatorum in omnibus sanctis
Lib. ult. epi- requiri mus, in qua, ut D. Ambrosius ait, nihil non solidum, huiusq; bo-
ftolarū, epi- ni proprietas in confessione est gratiæ Dei, quæ tota repellitur, nisi rota-
ftola ult.
ma, ad De-
metriadem choantē nouam legis obedientiam in hac uita per Spíritum sanctum adiu-
uirginem. uat: sed

ut: sed debitā quidē, at nō prestatā integrā legis obediētiā, omnesq; trā-
 gressiones ppter solius Christi integrā, indebitā ac p omnib. supereroga-
 toriā obedientiā, omnibus sanctis per fidem in Christum cōdonat atq; re-
 mittit. Hoc Ioannes & Iacobus apostoli, hoc Daniel & Esaias sanctissimi
 prophete senserūt. Quocirca uanū est, quod Sotus Danielem sua abstinē-
 tia & puritate, magnā futuorū cognitionē, Esaiā autē uisionē Dei, sua ma-
 gis dignitate promeruisse, quam gratuita Dei dignatione consecutos esse
 scribit, qui ambo sese in conspectu Dei peccatores esse, sine ulla hypocrisi
 & simulatione sunt cōfessi. Sacerdotē uero Zachariam qui potest Sotus
 dicere p suis peccatis obtulisse secundū apostolum Paulum, quē cum sua
 cōiuge iustum fuisse coram Deo & in omnibus praeceptis & iustificatio-
 nibus Domini irreprehensibilem uersatum fuisse Lucas Euāgelista testat,
 nisi de iusticia fidei coram Deo, & de uita inculpatæ cōuersatione coram
 hominibus Euāgelistā locutum fuisse Sotus cōcedat. Nam iusticia fidei
 coram Deo, & uita inculpata corā hominibus, nihil prohibēt, quin sua na-
 turā sint in hac uita & maneāt peccatores omnes sancti, qui nō parentia o-
 minis peccati, sed omnium peccatorū suorum uenia & ignoscētiā, ppter
 Christū, per fidem coram Deo iustificant. Id qd oratio Dominica sanctis
 omnib. ex æquo dicēda, tristissima D. Pauli 7. ad Rom. querimonia, & cō-
 munis omniū sanctorū experiētiā abunde cōfirmat. Quā de peccatis, qui
 bus omnes sancti in hac mortali uita sunt obnoxij, sentētiā apertissimis
 testimonij & exēpli scripturā firmatā sanctos etiā Patres secutos fuisse,
 Dei dono, multo melius nouimus, p Sotus alios unquam docere pos-
 sit, siquidem ipse Patres nō modō nō intelligit, sed & iudicio ex scripturis
 nō informato, nedum cōfirmato, multa quē in Patribus culpanda fuerant,
 tanquam laudāda adprobat atq; cōmendat. Nam inter ueteres Patres san-
 ctissimus ac cōstantissimus martyr Cyprianus, q̄tidiana peccata in sanctis *in sermonē*
 nunq; deesse rectē censuit: ihs uero extergendis in cōspectu Dei, q̄tidiana de *Eleemo*
 sacrificia nō deesse, nō rectē statuit. Nam interrogāti, Quæ nam sunt illa sa *syna*.
 sacrificia q̄tidianar. Respōdet Cyprianus, iusticiæ & misericordiæ opera, for-
 des eī quascūq; post baptismū cōtrahimus, eleemosynis abluimur. Et sta-
 tim addit: Loquit̄ in scripturis sp̄ritus S. & dicit, Eleemosynis & fidei deli-
 citapurgant̄, nō utiq; illa delicta que fuerāt ante cōtracta, nā illa Christi san-
 guine & sanctificatione purgant. Quid audio sanctissime martyri Cypria-
 ne? An ullum est genus peccati, quocunq; tēpore, & à qbuscunq; cōtraha-
 tur, quod nō per solius Christi sanguinē, sed per aliqd opus nostrū, tanq;
 per q̄tidianum sacrificium extergat expieturq;. Longē, lōgē inquam, alia
 mēs est & sententia Ioannis apostoli & euāgelistæ, qui de peccatis quæ &
 in carne relinquentur, & à sanctis per omnē uitā cōmittunt, sic scriptū reli-
 quit: Et sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Si cōfiteamur *1. Iohann. 2.*
 peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & e-
 mundet nos ab omni iniquitate nostra. Si quis peccauerit, aduocatum ha-
 bemus apud patrem, Iesum Christum iustum. & ipse est ppiciatio pro pec-
 catis nostris: non pro nostris aut tantum, sed & pro totius mundi. Habere-
 mus quidē, quo excusare Cyprianum possemus. nam Cyprianus uideſ re-
 spexisse ad suorum temporū cōsuetudinem, qua recens conuersis ad fidē
 nulla imponebat satisfactio præteriorū peccatorum canonica: sed quæ à
 baptisatis in Christū postea peccata cōmittebātur, ea publica poenitentia
 & satisfactione erant expianda, non quidem coram Deo, ubi nulla nisi so-
 lius Christi satisfactio locum habet, sed tātum corā ecclesia. Hanc uerborū
 Cypriani interpretationē si A. Sotus admittit, habebimus excusatū Cypria-
 num duriter admodū loquentē de nostris sacrificijs q̄tidianis, quibus ex-
 plentur peccata post baptismū cōmissa: sin uero Sotus urgens uerba Cy-
 priani

priani cōtendit, nostra opera esse sacrificia quotidiana, hoc est, merita expiationis & remissionis peccatorū coram Deo, excusare Cyprianum atq; eum in hac re sequi nullo modo possumus, aut debemus. Quæ sacrificia enim quotidiana nobis fingit Cyprianus ex operibus nostris, ad extergenda peccata coram Deo, non sine iniuria sanguinis Christi, quo solum peccata ante baptismum, nō autem post baptismum cōmissa purgari, nō uerius est literis mandare Cyprianus, deceptus nimis ambigua significatioe uerborum, purgandi delicta, aut redimendi peccata, quibus scriptura frequenter utitur. Nam purgari dicuntur delicta in scripturis & peccata redimi, aut cum nobis coram Deo remittuntur & condonantur; aut cum à nobis cauentur, ne indulgendo concupiscentiae, carnis peccatum perpetremus. Ac quod ad remissionem & condonationem peccatorū coram Deo attinet, sola Dei misericordia, propter Christum per fidem, nos redimit, purgat & emundat ab omni peccato, ne nos condemnet. Credentium aut in Christū peccatum postea Spiritus sanctus per mortificationē carnis & renouationē uitæ ita redimit, purgat & emundat, ne regnet in mortali corpore nostro de qua redemptione, purgatione siue emundatione peccati, 6.7. & 8. cap. ad Romanos, & multis alijs in scripturæ locis multa dicuntur. Peccatum, inquit apostolus, uobis nō dominabit, & 1. Cor., Expurgate uetus fermentum. Sic auaritia & rapina, liberalitate & eleemosyna, sic iniquitas iusticia, ebrietas sobrietate, libido pudicitia & castitate, ira māfuctudine, sic alia omnīa uitia, contrarijs uirtutibus purgantur. quod non attendens Cyprianus, uerū alias nō semel, ita hic quoq; grauiissimè lapsus est, dum scripturas loquentes de expurgatione peccatorū per renouationē uitæ & studiū honorū operū, interpretat de purgatione peccati coram iudicio Dei per gratuitam remissionē & condonationē peccatorū, quam à Deo propter solum Christum credentes accipiunt & consequuntur. In quo cum Sotus Cyprianū sibi præpostere imitandū esse existimat, libet cum D. Augustino aduersus eum exclamare, O' quam detestandus est error hominū, qui clarorum uirorum quedam nō recte facta, laudabiliter se imitari putat, a quorū uirtutibus alieni sunt. Quare nos hūc Cypriani lapsum illis annumeramus, quæ idem Augustinus ipsum purganda habuisse, eaq; si nulla re alia, ut suo more Augustinus loquīt, certe passionis falce ultima, sublata fuisse dicit. Nam de saluatorē, & preciosissimi sanguinis eius ualore, tantum errorem, cum ipso fidei fundamento pugnantem, in finem usq; uitæ Deus Cyprianū retinere nō permisit, quē iuxta Euangeliū per solius Christi sanguinē iustificatū saluare uoluit. adeò ut uel inter manus carnificū ab eo errore diuinitus liberatū fuisse persuasiſsimū habeamus. Manet igit̄ semperq; manebit, purgādīs, redimēdīs & extergendīs peccatis nostris omnibus corā Deo quotidianū ac perpetuū sacrificiū, unica crux & passio Christi saluatoris nostri. Vnica em oblatione perfectos efficit in perpetuū eos qui sanctificantur. Cuius unicæ oblationis incōparabili dignitati, & merito immenso tantum detrahit Sotus, quātum in quotidianis peccatis purgādis atq; extergendīs coram Deo, omnium hominū operibus tribuit. sed facile est suspicari quō Sotus respiciat, cum confert suorum peccata, cum infirmitatibus sanctorum. sed de hac consequentia postea.

ANNOTATA IN CAPUT XIX.

Ex necessitate confitēdi peccata, quam omnib. sanctis, & toti ecclesiæ sanctorū uerbum Dei imponit, hāc questionem emergere prudenter quidem Sotus intellexit, quomodo uidelicet ecclesia, iuxta suam propriā, & in hac uita perpetuam confessionē, peccatrix, sine macula & ruga esse p̄dicitur in scriptura sacra, sed ad eam quātione soluendam parum sapienter his uerbis respōdit: Quod itaq; Christus exhibitus est suā ecclesiā

siam sine macula & ruga, non ad hoc tempu, snon ad hanc uitam pertinet.
 At D. Paulus haec de praesentis uitae ecclesia, deq; modo sanctificati eccle-
 siam, in hac solummodo uita usitato scripsit. Christus, inquit Apostolus, di-
 lexit ecclesiā, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret. Quod
 ne quis de sanctificatiōe ecclesiæ in futura uita, dicitū putaret, semetipsum
 Apostolus statim interpretatur, cum adiicit, Mundans eam lauacro aquæ
 per uerbum. Quid an Sotus existimat, uerbo Christi institutum baptismina
 in remissionē & ablutionem peccatorum, in usu etiam futurum in uita æ-
 terna? Sed deliberatio Soti ex sequētibus apostoli uerbis manifestior eu-
 det. Ut exhiberet eam sibi ipsi gloriosam. Nō ait ut Ecclesia per propriā o-
 perū suorū iusticiā se Christo in hoc uel infuturo seculo gloriosam exhibe-
 ter, sed ut Christus eam sibi ipsi per p̄ememoratā sui ipsius oblationem in
 cruce, & emundationem baptismatis gloriosam exhiberet. ac rursum Apo-
 stolus, ut solet, agens interpretē suū ipsius, in ihs rebus dicit gloriosæ eccle-
 siæ gloriam & celebritatem per Christi mortem per lauacrum aquæ, per uer-
 bum euangelij adeptam consistere, quæ per fidem in hoc seculo praesentia
 habet coram Deo & Christo saluatore suo, nō autem quæ in futuro demū
 seculo sese accepturā perspem expectat. Postquam enim dixerat, ut eam
 sibi ipsi exhiberet gloriosam, quasi quispiam interrogasset quoniam modo
 sibi eam Christus sit exhibitus gloriosam: id dilucide explicaturus Apo-
 stolus responderet, Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut quic-
 quam huiusmodi, sed ut esset sancta & irreprehensibilis. nec enim Apo-
 stolus de gloria futuræ immortalitatis, qua ecclesia immunis ab omni fen-
 si peccati & mortis eterna beatitudine perfretur, sed de gloria perfectissi-
 me iusticie & sanctitatis loquif, qua ecclesia in hac mortalī uita licet ob-
 noxia peccato, à Deo tamen propter Christum per fidem pro iusta atq; im-
 maculata habetur. sicut & ad Eph. 1. scribit: Elegit nos in Christo, ut esse
 mus sancti & irreprehensibiles coram ipso per charitatē, qua uidelicet nos
 ab ipso in Christo diligimur & iustificamur. Haec est de absolutissima iu-
 sticia & sanctitatis perfectione ueræ ecclesiæ in hac uita misera & mortali-
 tate apostoli Pauli sentētia. Cui nihil aduersat D. Augustinus cum
 ait, Homo in sancto baptismate totus abluitur, non pr̄eter pedes, sed totus
 omnino. & quā nquā postea pedes, quibus terra calcatur lauādi sint per
 omnem uitam, non tamen ab alio lauantur, quam ab eo qui totum abluit
 in baptismate. Finita enim baptismationis actione, non desinit uis & effica-
 cia baptismatis, sed durat ualeatq; per omnē uitam ad abluenta omnia pec-
 cata nostra coram Deo. & secundum hanc Christi ablutionis peccatorum
 rationē, ecclesia Dei in hac uita est sancta, iusta, ac sine omni macula & ru-
 ga. Si quis uero ecclesiæ sanctitatem non Christi obedientia Deo pro no-
 bis pr̄estita, sed nostra noua & propria obedientia aestimare uelit, quæ
 in hominibus iam iustificatis secundum omnia præcepta legis, de Dei &
 proximi dilectione requiritur: tum sane ecclesia, et si abnegata impietate
 & mundanis concupiscentijs sobrie & iuste & piē uiuat in praesenti secu-
 lo, non tamen in hac uita, sed in futuro demum seculo omni peccati ruga-
 & macula carebit, id circō docemus nos nouam legis obedientiam in cre-
 dentib, inchoari in hac uita: in futura uero ita perfici, ut diuinæ legis execu-
 tionē per omnia respōdeat. reseruata igitur in futurā uitam legalis iusticiæ
 perfectione, ad continuos prospectus in hac uita faciēdos, scriptura nos co-
 hortatur, dicens: Qui iustus est, iustificetur adhuc: qui sanctus est, sanctifi-
 cetur adhuc. Hoc de iusticia & sanctitate Ecclesiæ discrimē cum Sotus nō
 teneat, atq; inter se Christi & nostrā obedientiā cōfundat: hinc fiat ut locū
 Apostoli ad Eph. 5. perperā interpretē de perfectiōe pprię iusticię quā ec-
 clesia cōsecutura sit in futuro seculo, & nō de perfectissima iusticia Christi,
 qua

qua in præsenti seculo adepta per fidem in conspectu Dei caret omnibus peccati. Atq; insuper etiā proterue & petulanter sese nobis opponat, quos omnia de sanctitate Ecclesiæ recte explicare in suo quodam glossemate fassus est, propter hanc proteruiam & libidinē aduersandi ueritati, & scripturas deprauandi lasciuiam, nemiretur, si quis Petri à Soto, cognomen generis uel patriæ non repræhendendæ, quò ingenio & moribus Sotii magis responderet, in Petri Asoi nomen conuertit. Habet huius facti auctorem Apostolum Paulum, qui circuncisionem, olim laudatissimè gentes appellationem, in nocentissimæ impietatis eius detestationē conuerten-
philip. 2.
Galat. 5.
Apocal. 22.

do, concisionem uocat, ad quam & alibi his uerbis alludit: Utinam & ab- scindantur, qui uos labefactant, mutato animo & moribus: non solum no- men turpisimum Asoi, Sote mutabis, sed cauebis etiam, ne quod de Aso ticiis scribitur, in te quadrare possit: Qui nocet, noceat adhuc: qui sordidus est, sordecat adhuc. Nam in progressu disputationis seipso subinde Aso- tus deterior & impurior & sordidior fieri depræhenditur.

A N N O T A T A I N C A P V T X X.

OMNIA peccata, quantumuis opinione Sotileuia, si pugnant cum di- lysis Monachorum pugnantibus nobis hic non est sermo) sunt sua natura mortalia. iuxta illud, Stipendiū peccati mors est. sicut autem omnia pecca- ta sunt mortalia, ita sunt sanctitati & salutis Ecclesiæ contraria, nisi Christus sua iustitia & sanctitate quælibet, tam leuia, & grauia peccata Ecclesiæ redderet uenialia coram Deo. Cur igitur Sotus huius capituli initio afferit, quædam peccata non esse contraria sanctitati Ecclesiæ? An quod pœni- tentiam agentibus remittuntur? At eadem ratione & peccata illa atrocia, quæ non sunt communia naturæ corruptæ uitia, sed singularia quædam flagitiorum ac scelerorum crimina, sanctitati Ecclesiæ non erunt con- traria, siquidem ea pœnitentiam ueram agentibus non minus quam leuia remitti constet. Et leuissima hæc minimaq; peccata, quo ore negat Sotus Ecclesiæ sanctitati esse contraria, quæ pœnitentia remittenda esse scribit. Cur enim pœnitentia sunt remittenda, nisi quia non remissa cōdemnantur quæ uero peccata pœnitentia non remissa condemnant, sicut cum salute, ita cum sanctitate Ecclesiæ pugnant. Hic ignorato discriminis mortalitatis & uenialis peccati in renatis per fidem in Christum, non habet quod re- spondeat Sotus: ideo nugatur quædam, de immoderatiore usu rerum con- cessarum, de profusiore risu, de uerbo parum necessario ex regulis mona- chorum, de continentia, de silentio, de risu, de sedendo, de stando, de in- cessu, & id genus alijs traditionibus, quæ ad superstitionem magis mona- chorum, quam ad religionem Christianorum, ad morum ciuitatem magis, quam ad cordium pietatem pertinent. Nam quæ Christus de uerbo ocioso monuit, quæ Paulus de licito uel illicito usu rerum media- rum, secundum Christianæ fidei & charitatis regulam præscripsit, ea, sicut & ipsam fidem & charitatem, ad religionem & pietatem Christianam spe- ctare scimus. ut aut̄ ijsdem de rebus regulæ monachorū, ex quibus Sotus hæc sumpsit, præcipiunt, adeò nihil ad eam pietatem faciunt, ut propter impias opiniones meritorum & cultus, cum ea ex diametro pugnent. In- ter minima peccata sanctorum quæ hoc loci ueluti insigniora recitat So- tus, immoderatiorem usum rerum concessarum, profusiorem risum, uer- bum parum necessarium, dum quotidie flenda, cauenda, ac timenda esse dicit Sotus, excolat culicem, & deglutit camelum. Nam quam sanctorum haud insimus D. Apostolus Paulus in persona omnium sanctorum amarissimis lachrymis deplorat, legem membrorum, rebellantē legi men- bris, & captiuum trahentem ipsum ad legem peccati, quæ est in mem- bris,

bris & impellente ad facienda quæ nolit & oderit, eam præ illis, iudicio A-
sotí & fraterculorum eius timendis atq; tremendis peccatis, æstimabimus
rem ludicram, & dissimulandam quandam humanæ naturæ infirmitatem:
ad quam tamen tanquam fontem & radicem omnis mali, Apostolus ocu-
los animi sui intendens, continere se non potuit, quin miserabilis eiulatu-
exclamaret: Miser ego homo, quis me eripiet ex corpore hoc morti obno-
xiō: hic nihil nostris lachrymis, nihil nostra cautione, nihil nostro timore
ad effugiendū hoc malum intimis membrorū nostrorum medullis insitum
proficiimus. idcirco Apostolus in tanta miseria, desperato omni alio auxi-
lio, se ad Deum conuertit, eiç gratias agit per Iesum Christum Dominum
nostrum: cui qui sunt perfidem insiti, & si sint, & dum in hac uita commo-
rantur, maneat peccatores, tamen sunt immunes à condemnatione & ira
Dei externa. Ad hūc modum, cum in peccata sanctorū inquiritur, omnes
cordium latebræ, omnes membrorū anguli, Soto fuerant excutiendī: nec
de uerbo minus necessario, de profusiore risu, & similibus delictis contra
regulas monachorum & morum ciuitatem pueriliter ludendum, quasi
sancti nulla iam alia haberent maiora atq; sua natura æterna condemnati-
one digna peccata, quæ ueris lachrymis deflerent.

A N N O T A T A I N C A P V T X X I.

Attentionem Lectoris conciliaturus ad subsequentē disputationem
audiendam, quod dicit, id re ipsa præstat: atq; ad maiora peccata nō
tantum cōmemoranda, sed & cōmittenda contra ueritatem & genuinam
scripturæ interpretationem, iam nunc accedit. Nam de occultis sanctorū
peccatis Sotus hic differens, stupidiōr ne sit, an insulsior, non immeritò ali
quis dubitauerit, qui planissimos scripturæ locos, in alienissimum sensum
detorqueat. Nam locus 1. Corinth. 9. Castigo corpus meum, & in seruitu-
tem redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobis efficiar: significat in ele-
qua, ut alibi etiam scribit, membra nostra exhibeamus arma iusticiæ ad
sanctificationem. Et iterum: Si secundum carnem uixeritis, moriemini: si
spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. In hoc uero loc. 1. Corinth. 4.
Nihil mihi sum conscientius, sed per hoc non sum iustificatus: loquitur Apo-
stolus de ministerio suo, & de fide ac diligentia in eo obeundo adhibitus, ac
negat se hisce laboribus esse iustificatū: non negat aut̄ se iustificatū propter
Christū: uerū ut maximè in genere locutum fuisse Apostolū putemus de
bona conscientia totius conuersationis uitæ sūæ, tamen non dubitauit de
certa sui iustificatione coram Deo. Nam hisce uerbis & bonæ conscientiæ
testimonio, quod studiose cauendis peccatis, & faciendis bonis operibus
sibi p̄i omnes parare debent, causam iustificationis transfert ad Dei cœle-
stis patris indubitatā gratiam propter Christi satisfactionē pro nobis suffi-
cientissimam: nam cur testimonio nostræ conscientiæ niti in iustificatione
me iudicat: qui cum cor intueri non possit, contentus testimonio meæ con-
scientiæ me iustificaret. Qui autem iudicat me, Dominus est: is quoniam
est cognitor cordium & ponderator spirituū, nouit me plura habere pec-
cata, quām ego mihi ipsi sum conscientius. peccata enim quis intelligit, præter
solum Deum: qui nouit peccata nostra nobis meti ipsiſ, licet bonam consci-
entiam habentibus, incognita, propter quæ iure nos damnaremur: ideo re-
cte sane negat per hoc se esse iustificatum, quod nihil sibi sit conscientius. Per
quid igitur aliud iustificatus est? Per gratiam Dei gratis, per redemptio-
nem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem, per
fidem, interueniente ipsis sanguine. Ad Rom. 3. Hæc est uera & genuina
præcedentium duorum locorum scripturæ sententia, quos Sotus in eam

Ee senten-

sententiam accipit, quasi apostolus Paulus de sua iusticia & salute coram
 Deo dubius & incertus non ausus fuerit certò credere & affirmare, se iam
 esse iustū, & cum electis in futuro saluandū. En tibi egregiū Scripturæ in-
 terpretem Sotum, qui apostolū etiam Paulum, de sui coram Deo iustifica-
 tione & æterna salute dubium & incertū reddere possit, idq; singulari sua
 dexteritate interpretandi ea potissimū uerba Apostoli, de sua scilicet iusti-
 cia & salute dubiū & incerti: quibus ne quid omnino dubitatiōis in animo
 ipsius, de sui corā Deo iustificatione & salute, relinquere, iustificationem
 à causa dubia & incerta, nempe bona sua cōscientia, qua irrepræhensibilis
 erat secundū legem, ad certissimā & firmissimā Dei erga nos gratiā, à Chri-
 sto nobis impetratā, transferre non dubitauit. Si uerborū Pauli perspicui-
 tas, si testimoniū Dei de ipso, quo uas uocat electum, si q; fuit raptus in ter-
 tium cœlū, si deniq; totū corpus doctrinæ iustificationis corā Deo impu-
 dentissimū hominē non deteruerunt, quo minus tanto Apostolo sacra-
 gam istam dubitationē affingeret: moueret saltē magistrī sui Aquinatis au-
 legio sua prædestinatio fuerit revelata: q; pfectō revelatio (si qd esset) spe-
 cialis priuilegiū, nullū amplius dubitationi de iusticia corā Deo & salute &
 terna locū in animo Apostoli reliquisset. Nam certitudo p̄destinationis,
 tollit omnē ambiguitatē, de cōsecutione æternæ salutis. Sed cū Sotus suo
 rū magistrorū & doctrorū placita nō teneat, quid miremur, si Prophe-
 tarū & Apostolorū Christi dicta & scripta suis corruptelis depravet, ac cō-
 tortis interpretationib. etiā deinceps peruertere perget: Nā ne exemplorū
 copia deesset specimen capere uolētibus, ad Asoticū modum interptandi
 Scripturas, superiorib. duob. adiūcit hūc tertiu Apostoli locū: illud in dispē-
 satorib. requirit, ut fidelis aliq; reperiat. Hic Paulū egisse scribit de fide, re-
 grauissima & ad salutē necessaria, & de qua re sibi sp̄li timuerit, nec se iustū
 credere ausus fuerit. Quis cerebrum esse credit isti homini, enarrati uerba
 Apostoli, de fide iustificāte corā Deo, & necessaria ad salutē: cum Paulus
 nō de fide Christianorū, qua iustificant & saluent, sed de fide, hoc est, fide
 litate ministrorū loquaf, qua fideliter delegato dispensationis mysteriorū
 Dei munere fungant, quam fidem habere, & in obeundo suo officio adhi-
 bere possunt etiā illi q; fide iustificāte & saluāte destituunt. Et ab ea fidefi-
 delis siue fidus in officio dici potest, qui fide cordis, quo ad iusticiā credit,
 est infidelis corā Deo. Hāc sententiā, si quis forte minus ex uerbis Apolo-
 li elicere posset, Sotus qui omnes Patres perlectos perspectosq; ac tātum
 nō deuoratos habet, nescire nō debuit, hāc p̄sentis loci sententiā extare in
 cōmentarijs Ambrosij super epistolā ad Corinth. & Lucam Euangelistā,
 de iniquo dispensatore. Finem expectabā deprauationū Asoticarū: sed à
 nefando peruerendi Scripturas incepto desistere nequit. Hoc Scripturæ
 loco, Nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat Dominus, qui illumi-
 nabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū: Sotus existimat
 nos phiberi, q; minus sententiā aduersus impios hypocritas in scripturis
 latam, p̄nunciemus, & dicamus eos qui Petros & Paulos simulant, animū
 aut Epicureū & Lucianicū gerūt, de facto alienos esse ab ecclesia, nō qui-
 dē externa illa & uisibili, sed ab interna illa & inuisibili electorū Ecclesia. à
 qua Ecclesia, si nō alienū faciūt occulta peccata, cur Prophetæ se ab occul-
 tis petit mūdarī: à quib. qui per sanguinē Christi nō mundarī, certo certius
 culta peccata, nī fallor, numerabit. de qua Christus: Qui nō credit, iā cōde-
 mnatus est, q; nō credidit in nomē unigeniti filij Dei. At qui iā cōdemna-
 tus est, et si sit in externo cōetu uisibilis ecclesiæ p̄cipiū membrū, eum iā ab
 inuisibili & soli Deo nota electorū Ecclesia separatū esse coram Deo, qui
 quælo

Quæso sine manifesta impudentia Sotus negabit? Quemadmodū aut cognitio
nem & manifestationē occultorū, ita & ppter occulta peccata separatio-
nem reproborum ab Ecclesia uera & aeterna electorū, Christus sibi soli in ex-
tremū diem reseruauit. Interea dum pia doctrinæ professione & honesta uite
cōuersatione, manent in externa societate Ecclesiæ, p eiusdē Ecclesiæ mem-
bris atq; ministris sunt agnoscendi. Iuxta illud: Super cathedrā Mosi sedent Matth.23.
scribæ & pharisej: omnia ergo q̄ iuſſerint uos seruare, seruate & facite; secun-
dū opera eorū nolite facere. dicunt em̄, & non faciunt. Verū in Mosi,
sed in pestilentie cathedra sederint, & doctrinā nō Dei, sed dēmoniorū do-
cuerint, uti palam uera, pia doctrinæ à Deo traditæ cōtradicunt, & sanctos
Dei interficiunt Asotici, illi nō solū p eternæ & uisibilis Ecclesiæ Christi mem-
bris & ministris nō sunt habendi: sed & pcul, tanq; mēbra & ministri diaboli
fugiendi, eti gubernationē Ecclesiæ per tyrannidē occupatā tenent. Quare
te Sote tuos q̄ fraterculos ne quidē inter externæ & uisibilis Ecclesiæ Chri-
sti uel membra uel ministros recensemus, sed ecclesiæ malignantium annu-
meramus. Neq; propterea, contra prohibitionem Pauli, ante tempus iudi-
camus. Iam enim iudicatus es, cum tota fraterculorum tuorum cohorte, Ga-
lat.1. Si quis aliud Euangelium docebit, anathema sit.

ANNOTATA IN CAPVT XXXII.

Ecclæsa de manifestis iudicat, atq; in iudicio suo excommunicatiōe se-
gregat manifestis & grauibus peccatis pollutis: idq; ut faciat, in mādatis
a Deo accepit. Cor.5. Si quis cū frater appelleſt, fuerit scortator, aut avarus,
aut simulacrorū cultor, aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusmodi
ne cibum quidē capiatis. Et pfigate malū ex uobis ipſis. Ea in re cū ecclesia
Corinthiorū negligentiore ſele p̄buſſet, grauissimē eos obiurgauit, ac ſeu-
rissimē p̄cepit, ut inceſtū à consortio ſuo excluſum, ſatang ad interitū car-
nis traderent, ut ſpiritus ſaluuis eſſet in die Domini nostri Iesu Christi: & hoc
addito: An nescitis, q̄ paululū fermenti totā conſperſionē fermentat? Quid
igī ſotus ſcribit ab initio huius capitū, ne manifesta quidē & grauia pecca-
ta ab ecclesia excludere, aut Ecclesiā ipſam sanctā maculare; ratio in p̄mptu-
ſi. niſi em̄ hoc cōtra Paulū aſterat, p̄clarus ecclesiæ patronus Asoticos tueri
nō poterit, quin ex ſentētia uerbī Dei inter excōmunicatos habeant. Vitia
in morib. ſunt diſcernēda. q̄dam ſunt infirmitates in morib, omnīū homīnū,
quas tolerare & Christiana charitate operiri, ac mutua lenitate & mansue-
tudine ſanare oportet: ppter has labes & nauos in quorūlibet morib. Do-
natistæ & Cathari, qui ſibi uidebanū ~~avauāgīnū~~, refugiebat conſuetudinē re-
liquæ ecclesiæ. contra q̄rum ſuperbiſſimū furorem Augustinus plurima ſcri-
pſit. Quædā uero in morib. uitia, ſunt manifesta & grauia flagitia, q̄ ab ecclæ-
ſianon ſeparare, cui uerisimile fiaſt Augustinū ſenſiſſe, niſi qui cum flagitiis
ſorū patronū & defensorē fuifſe arbitret. Quæ enim potest excogitari atq;
inſtitui firmior manifestorum & grauiū peccatorū defenſio, qua ſimul etiam
fenefra omnibus flagitiis aperit, q̄ docere ijs neminem excludi ab Ecclesia
Christi: Tā pia & honestæ cauſæ ſcilicet ppter Augustinū, patronos etiā ad-
hibet Prophetas & Apostolos Christi, quali parū ſit iniuriosum fuifſe in D.
Augustinū, niſi etiam contumeliosus ſit in S.S. Dei Prophetas & Apostolos
Christi. At faciliū mihi, nec etiā iniucundū, alijs uero, ut ſpero, nō omnino
inutile foret, ſi Prophetarū & Apostolorū testimonia, q̄ plurima hic cōgerit
Sotus Asoticis ſordib. cōtaminata, ueris & ppter interpretationib. eluenda
uuius atq; alterius loci Asotica depravatione detecta, falsarij crimen in reli-
quis locis quiuis facile deprehendet. Verba Psal.14. Nō eſt qui faciat bonū,
non eſt uſq; ad unum: Sotus de Ecclesia Dei accipienda ſomniat, in qua nō
nunq; nullus, inquit, bonus ſuperereſſe uideſt. Sed Psalmū eſſe concionē legis,
que nō ſolum ecclesiā, ſed totū humanū genus arguit peccati, testis eſt locu-

Ee 2 pletiſſi-

pletissimus apostolus Paulus, qui huius & aliorū quārundam Psalmorū testimonijs adductis ostendit Iudeos & Grēcos, nondum etiā cooptatos in numerū ciuium Ecclesiæ Christi, omnes peccato esse obnoxios. nihil igit̄ confert hic Psalmus ad probandū, manifesta peccata nō excludere ab Ecclesia, cum de omnib. hominibus, etiā extra ecclesiā cōstitutis, qui quoniā intra ecclesiā non sunt, separari ab ea, p̄priè dicī nō possunt: & de omnib. hominū peccatis, nō solum manifestis, sed etiā occultis, adeoq; de radice omniū peccatorū, peccato originali loquaſ. Nā recitationē catalogi peccatorū totius humani generis Psal. ordī, à peccato longē omniū occultissimo dices: Dixit insipiens in corde suo, Nō est Deus. Increpationes aut̄ prophetarū penitentia ad gentē ludaicā, cui alligata fuerat ante natū Christū Ecclesia, in qua semper diuinitus qdām piorū reliquiae cōseruabantur: nec unq; in eo populo tota fuit extincta Ecclesia Dei. Reliqui mihi septem millia uirorū, ait Domi nus ad Heliā, qui non flexerunt genu imaginī Baal. Et Esaīas clamat, Nisi Dñs nobis reliquisset semen, ut Sodoma factū fuissimus, & Gomorrhā affilii milati fuissimus. Propter has piorū reliquias p̄ij se nō se iunxerūt ab ea gēte, in qua tum sedes erat ueræ Ecclesiæ, ad quam scelerati & flagitiosi nō pertinebat. An em̄ Sotus apud Esaīā principes Sodomorū & populū Gomorrhā putat fuisse de ecclesia: à quorū impietate & flagitijs sese disiunixerūt Esaīas, Hieremias, & alijs Prophetæ, ac diuina uoce ipsos excōmunicarunt, sententiā excommunicationis Deus est executus multiplicib. p̄ennis, in primis aut̄ exilio Babylonico, interea Hieremias habuit suam ecclesiā retinentē cultus diuinitus institutos, cui adhæsit: sed, p̄ mēbris Ecclesiæ non agnouit impios & sceleratos in populo, sed, p̄ uirili sua laborauit, ut per penitentiā ad Dñm cōuersi, fierent Ecclesiæ membra, à quib. tamen sese nō separauit loco rū terminis, cum impios multi p̄ij essent permixti, & Deus in hoc populo Ecclesiā conseruaturū promisisset. Etsi aut̄ idem sit sp̄ritus Prophetarū & Apostolorū, alia tamen nunc sunt tempora post Christū natum, q; fuerint antea. Tum em̄ soli Iudæorū genti, tradito uerbo p̄missionis de Christo, in ea gente Deus sibi collegit Ecclesiā, ideo nō licuit Prophetis sese ab illa gente sine mandato Dei se iungere, & aliō cōferre: id em̄ grauissimē in Helia Deus reprehenderat. Nunc uero postq; Christus nulli certæ genti, sed omnib. gentibus Euangeliū prædicandum esse præcepit, ad nullā earū etiā Ecclesiā uinculo uerbi sui alligauit. quare si qua gens, quæ titulū Ecclesiæ gesserat, abiecta doctrina uerbi Dei efficiāt impia & scelerata in Deum & sanctos eius, definit esse Ecclesia Dei. Quapropter acriter obiurganda est, ut per penitentiā revertat ad Deū. qd si parere noluerit mandato Christi, de pedib. excusso puluere, ab ea discedendū, & aliō diuertendū est. Sicut Paulus cū collegis suis discessurus à Iudæis his uerbis ualedicit: Vobis primum oportuit annuntiari uerbum, sed quia uos indignos iudicatis uita æterna, ecce cōuertimur ad gentes. & Christus. Et quicunq; non receperit uos, neq; audierit sermones uestris, exeunte foras de domo, uel ciuitate, excutite puluerē de pedib. uestris, &c. Quantum suppliciū uos Papistas maneat, uel hoc unū dictū admonet, Amen dico uobis, tolerabilius erit terra Gomorrhegorū & Sodomorū in die iudicij, q; ciuitati illi. Exemplis igit̄ Prophetarum permanentiū cum populo Iudaico, maiore plerunq; ex parte impio & flagitioso, Sotus nō retinet p̄ios in sodalitio Asotico. Cuius deserēdi Apostolorū exempla, & tēpora usq; ad consummationē seculi duratura, nobis nō solum copiā faciūt, sed & necessitatē imponunt: Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iusticiæ cum iniuitate: & mox: Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus.

Vdæ exemplū, quo conās planum facere, manifesta peccata nō excludeant ab Ecclesia, nihil p̄bat. Iudas in oculis Christi semper fuit alienus ab electorū

storum inuisibili, & soli Deo & Christo nota Ecclesia, quia non fuit electus, sed reprobus hypocrita. Non autem extraneus fuit ab Ecclesia externae & visibilis cōgregationis Apostolorū: quia fuit hypocrita, & non manifeste impius & sceleratus. Idecirco licet animo tacite concepto, nondū tamen opere aperte patrato pditionis scelere, à Christo mensa sacræ cœnæ & lotione perdum nō excludit, nec Apostolorū cōtubernio ejicitur. Postq; autem impiū & sceleratum pdendi Christū consilium erumpit in externū facinus, statim eo ipso facinore, laqueo, ad quem cucurrit, atq; omniū piorum iudicio, à uisibili etiā Ecclesiæ societate explosus fuit. Malū igit̄ hypocritæ, quantumuis suspecti, monendī quidē, sed tamē in Ecclesia tolerādi sunt, donec in speciem pia & sancta hypocrisis, in manifestā impietatē & turpitudinē abierit: tūc sa nē piorum & sanctorū hominū cōmunione iure priuant. Hoc idem sibi plenerū facit, quod omnēs parabolæ uolunt, quib. Christus significauit bonos & malos cōtinuerū in uisibili & externa Ecclesia præsentis uitæ, malos enim non aperte imponunt mali, ostendunt. Nam palea, cum speciem habeat tritici, nō manifeste impios aut flagitosos, sed hypocritas intelligēdos esse, similitudines, quib. de accensæ flagrabant, fomentū subministrante uerbī Dei oleo: quo per somnolentiā & fatuitatē neglecto, aliae uirgines lampades vacuas oleo & extinctas gestabant: hoc est, pfectionem externā Christianismi retinebat, sine ardente fide in corde, quæ non nisi uerbo Dei accendit, ac tanq; oleo fouet. Quare prudētes in aduentu sponsi, cum ipso intrabat ad nuptias: fatuē uero tanq; Christo ignotæ excludunt, quæ tamē castimonia uitæ, uirgines etiam fuerunt, & pfectione externa fidei lampades habuerunt, & à prudentib. uirginib. inuisibili Ecclesia segregate non fuerant. Eodem modo iudicandum de similib. parabolis, quæ manifeste impiū & sceleratis nullum locum concedunt in Ecclesia Christi: quales etiam sunt Asotici.

A N N O T A T A I N C A P V T X X I I I .

Amanteā distinximus peccata hominū in morib. herentia, atq; ea quæ infirmatum appellationē merent, diximus non facere alienos ab Ecclesia hominēs: alioquin ab ea nemo non esset alienus, cum à nemine quantūlibet sancto, istæ infirmitates sint alienæ. Delicta uero infirmitatis sunt censenda, ut Apostolus nō obscurè discernit ab alijs, quibus homo p̄occupat, ac de improviso qdammodo obruit, nō autem ea peccata, q̄ homo ipse p̄occupat, & in q̄ sese prudē sciensq̄ reclamāte cōscientia p̄cipitat, cuiusmodi sunt quæ Paulus 1. Cor. 5, commemorat: quæ profectō nemo p̄textu infirmitatis uel extenuare uel excusare poterit, quin ijs obnoxius efficiat alienus ab Ecclesia, quem Paulus etiā uult esse remotū à priuatis singulorū piorū mensa. Nec id pugnat cum uera humilitate, quæ ex cōsideratione & agnitione propriæ infirmitatis nascit, ut humilimus Sotus somniat. Non em studio humilitatis & lenitatis erga infirmos, Apostolis conniuendū censet ad ea quæ nō sunt communis & agnatæ infirmitatis delicta, sed priuatæ & affectatæ mali & flagitia. Hæc nō auersari, nō detestari, nō procul ab ecclesia remouere & excludere, nō Christiana & Apostolica, sed præpostera est & Asotica humilitas, quæ sic sub finem huius capitū, demissō capite loquitur: Grauiora delicta etiā manifesta & publica, alienū ab Ecclesia nō efficiunt eum qui nō sit publico iudicio ab ea separatus. An publico iudicio oportebat prius esse segregatos, quos aduersantes doctrinę Christi phibet Ioannes salutari? An cū idololatra, scortatore, raptore & alijs flagitiolis cibū capient pīj, cōtra interdictū Pauli, donec publico iudicio ejiciantur ex Ecclesia: an uerò nō alieni censendi sunt ab Ecclesia, quib. bene precari, & cum eis communē mensam habere Apostoli phibent? Hęc non eo dicunt, quasi improbent aut tollantur.

54

tur publica Ecclesiæ iudicia, quæ ad obscurarum & dubiarum causarum cognitionem & publicam excommunicationem sunt necessaria: sed hæc non impediunt, quin propter notoriæ impietatem nondum publico iudicio exclusi, à præ singulis uitentur, tanquam alieni ab Ecclesia: sicut Paulus Titum iubet, hominem hæreticum post unam aut alteram admonitionem uitare, tanquam proprio iudicio damnatum, et si nullum accederet publicum iudicium, quo separaretur à publica Ecclesiæ communione. Sed uideor mihi olfacere, cur neminem impiorum & manifestè flagitiosorum contendat sine publico iudicio alienum effici ab Ecclesia. Nam in eo astutæ consulti suorum prælatorum ac fraterculorum securitati & impunitati in manifesta & notoria ab ipsiusmet confessâ impietate doctrinæ & impunitate uitæ: quæ si neminem ab Ecclesia alienum efficiunt, nisi accedente publico iudicio Ecclesiæ: & sicut in ciuilibus penes seculares principes, ita in controuersijs Ecclesiasticis, uult omne iudicium esse penes suos prælatos: secundè igitur & impunè ipsis licebit esse impij & flagitiosi, cum preter se ipso, iudicem nullū in terris metuere possint. Et propterea Sotus iudicat Lutheranos temere facere, quod ab Asoticis prælatis, tanquam alienis ab Ecclesia, seipso segregant, cum nullo peccato alieni ab Ecclesia effici possint, nisi suo ipsorum proprio & publico iudicio separati fuerint. Has suas cogitationes satis quidem astutas, sed non minus improbas atq; impias, de publico iudicio, sine quo nemo, quantumvis impius & flagitiosus, alienus reddatur ab Ecclesia, postea manifestius proferet.

ANNOTATA IN CAPVT XXV.

IN fine capitî uicesimisexti dicit, se non potuisse omittere, quæ hoc & sequenti capite scribit, motum nimirum indignitate distinctionis Ecclesiæ, qua Ecclesiam in uisibilem & inuisibilem diuidemus. At non indignitas, sed summa huius distinctionis dignitas bilem in nares Soto conciuit. hac enim distinctione indignatur subuersi omnia sua machinamenta aduersus uerè unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, & tanq; graculum Aesopicum alienis pennis suam Asoticam ecclesiam exui omnibus ornamentiis uerae Ecclesiæ Dei & Christi saluatoris nostri, quibus eam condecorare atq; exornare studuit. Hoc, inquam, male habet uirum, ac propterea manibus pedibusq; laborat, si quo modo hanc Ecclesiæ distinctionem conuellere atq; infirmare possit. At rumpantur ut ilia Soto, nunquam eam Ecclesiæ definitionem nobis extorquebit, quam non à nobis excogitata, sed à D. Paulo aduersus Iudeos ad Rom. 3. & 11. usurpatam esse suprà ostendimus: ideo breuiter hic Soto ad suas futilis & insulsas obiectiones contra hanc distinctionem respondemus. Tantum hoc nouum duarum Ecclesiarum discrimen à suis excogitatum Brentius nouit, quasi ad ueram pertineat sanctitas, ad alteram porrò falsam & infirmam peccata: ad utramq; pertinent peccata: sed ad alteram tantum remissio peccatorum gratuita, propter Christum per fidem, quæ est sanctissima Ecclesiæ sanctitas, de qua Sotus magis mutus est quam piscis aut rana Seriphia. Sotus querit, Regnum cœlorum putat' ne Brentius falsam esse Ecclesiam: Ego ex te Sote uicissim quero, an regnum Dei putas esse ueram & firmam, adeoq; perpetuam Ecclesiam Dei: (nam de Ecclesia propriissimè dicta Brentius loquitur) non negabis, scio, dic igitur qui possunt malit aliquando colligendi & eliminiandi ex regno Dei, esse uera, firma & perpetua Ecclesia: & ego uerissime dicam tibi, an putemus regnum Dei falsam esse Ecclesiam: Hic ex Soto libens audiam, non admissa nostra illa distinctione Ecclesiæ, quid responde re possit. Nos igitur fatemur, Ecclesiam in hac terra dici regnum Dei, sed cum ea constet ex bonis & malis, à potiore & digniore parte bonorum Ecclesiam sic denominari. nam boni non solum sunt in regno Dei, sed ipsi sunt etiam regnum Dei, & proinde uera Ecclesia, sicut Christus ait: Regnum

Regnū Dei intra uos est. Māli sunt quidem in regno Dei Ecclesia, sed ipsi non sunt regnū Dei, & proinde sunt falsa ecclesia, quia tantū externis signis cum bonorū uera ecclesia cōmunicant. Itaq; uerā esse ecclesiam, quae malos habet, Soto concedimus: sed mali non sunt uera, sed sunt falsa ecclesia. Māli sunt: in regno Christi, cōcedimus: sed nō sunt regnū Christi. nam regnum Christi sicut nō finiet, ita neq; minuet in cōsummatione seculi. At collectio omniū scandalorū ex regno Dei, & segregatio malorum, nō posset fieri sine maxima diminutione regni Christi, si mali etiam sicut sunt ad tempus in regno Christi, ita quoq; esset regnum Christi. Ergo mali non sunt dicendi regnum Christi, qui tamen negandi nō sunt esse in regno Christi. Nam illi nō sunt regnum & Ecclesia Christi, quos Christus rex non nouerit, sed non misericordia extra, sed intra regnum & ecclesiam suam in hac uita degentibus, respondebit in extremo die. Nunquā noui uos, discedite à me omnes operari iniquitatis. Nam fatus uirgines non fuerunt extra ecclesiā, nec illi fuerant alieni, quos Christus in extremo die sibi dicturos esse prædixit, Domine Domine, nōne per nomen tuū prophetaūmus, & per nomen tuum demonia eieimus, & per nomen tuum multas uirtutes præstimus: his uero & uirginibus fatus, idem responsum, Non noui uos, Christus est daturus. ergo licet sicut in regno & ecclesia Dei, non tamen sunt regnum & Ecclesia Dei vera, firma & perpetua: ergo falsa, infirma & temporaria ecclesia. Quod igitur Christus uocat uerum regnum suum, Brentius nō ideo dicit esse falsum, verisimile tantum aut apparet regnum, quia negat ueram & firmam ecclesiam esse malos. Verum est enim regnum Dei propter ueram ecclesiā bonorum, non propter falsam malorum, licet sint etiam in uera ecclesia. Contra hæc non habet sycophāta quod probabili specie opponat: quare suam insulitatem armat uenenata calumnia, qua D. Brentium in suspicionem sectæ Manichæorū adducat. quae calumnia cum sit manifesta, confutazione nulla eget. Ad alias igitur nārias descendamus. De una & eadem Ecclesia, inquit, Paulum audio dicentem de se, quod primus sit omnium peccatorū: de eadem audio Christū dicentē, Vas electionis est mihi: nunquid propterea duos Paulos cogitabo, aut duos Petros: quia modò dicitur de eo, Beatus es: modò, Vade post me satana: &c. Paulum' ne igitur: & Petrum Sotus secundum commendatiorem Christi, bonis in ecclesia, secundum propriā peccatorum confessionem & repræhensionem Christi malis associabit: ut sicut non est nisi una ecclesia collecta ex bonis & malis, ita non sit nisi unus Petrus & Paulus, qui secundum bonitatem bēnīs, secundum maliciā malis sit aggregandus in una & eadem ecclesia: cum autem ipsius Asoti etiam confessione mali à bonis sint olim separādi, ex Soti sententia sequetur, Paulum, similiter & Petrum à se ipso separandum atq; etiam dissecandum esse: & qua ex parte bonus uterq; fuit & à Christo predicatorus, Christo eos remāsuros: qua ex parte mali, cum malis segregandos & abiiciendos in æternam cōdemnationē, habes de duobus Paulis & Petris, tuæ, qua tibi misericōde plācebas, obiectionis consequentiā nequaquam uiolenter ex tua obiectionē extortam, sed fluentem & obuiam: quae te tamen, nisi perficitissimæ sis frōtis, non nihil torquebit. Nostra hæc est sententia: In una ecclesia, in qua sunt duo cœtus, alter bonorū, alter malorum, nemo unus ut de duobus Paulis & Petris Sotus delirat, utriq; cœtui est annumerādus. nam in una ecclesia nemo unus potest simul esse bonus & malus, electus & reprobus. Itaq; sicut mali & reprobi etiā habent aliquid dignū cōmendatione, inter bonos propterea non sunt recensendi: ita boni si quid habent dignum reprehenzione, inter malos propterea non sunt numerandi. nam de bonis & electis in ecclesia scriptura alia loquitur, secundum gratiam Dei qua iusti & beati prædicantur: alia secundum propriā natūram, qua peccatores & miseri deplorantur. Sic de Paulo Christus testatus est secundum suam gratiā, Vas ele-

Etionis est mihi. secundū propriā iusticiā de se ipse Paulus confessus est, Peccatorū ego omniū sum primus & maximus, nec hac sua ingenua peccati cōfessione, malis & reprobis in ecclesia sese cōiunxit, sed in honorū & electorū numero permanṣit. Idem de Petro & pījs omnībus est sentiendū; idem & de uera Ecclesia Christi dīcēte, Nigra sum, sed formosa, neq; em̄ formosa dicta est, propter bonos, nigra autem propter malos: sed una uera honorū & electorū ecclesia, agnoscens suā indignitatē propter deformitatē & afflictionē peccatorū priorū, se uocat nigrā: sed per fidem em̄ data à peccatis, & induita iusticia & pulchritudine Christi, se appellat formosam. nam malorū cōplexum spōsus nō expetit, ideo nō dicitur nigra propter malos, sed boni ipsi dicuntur nigri, propter sua peccata, qui sunt formosi, iusticia Christi ipsi cōmunicata per fidem. Ex his q̄ firmæ sint etiā subsequentes subiectiones Asoticae, cōtra distinctionē nostrā ecclesiæ facile est iudicū. Quare lectori eas expendendas relinquamus, atq; iudicandū, iurēne, an atrocissima in nos iniuria scriperit, saniore mente fuisse Donatistas, negātes esse duas ecclesiās: quām nos, qui unam quidem asserimus Ecclesiā in terris, sed ea esse diuersos cōetus, honorū uidelicet & malorū, sicut scripture testatur: & nō ne, qui bonos & malos in una uisibili ecclesia distinguimus, Donatistarum errori simus propiores: an Asotici, qui indistincte bonis & malis cōmunia faciunt omnia priuilegia Ecclesiæ Christi. Sed hoc cōſilio facit Sotus, quicquid facit, ut Papistarum Monachorum sacrificiorum dignitatem tueatur, & in summa etiam impietate & impuritate habeantur non solum uulgaria membra, sed summa etiam capita.

A N N O T A T A I N C A P V T XXVI.

SVperius nō semel iam dictum fuit, ab ēterno electos, in tempore uocationis sacramentorū ministerio, in uisibili & externa Ecclesia, uocat & iustificat electos, ac uocatione eos efficit externæ & uisibilis ecclesia mēbra: nec alibi electos ullos esse somniamus, nisi in hoc ipso cōetu uisibili uocatorū. sed qd hēc faciunt cōtra distinctionē nostrā ecclesiæ, quā Sotus tanq; litigiosam & sophistica exibilat, ac ne cum suis fraterculis in parte malorū cōſtitutis (siquidē eis locus aliquis cōcedendus in ecclesia uidet) alienus à uera ecclesia esse cōuincat, indignabundus respuit: Sed cur tandem hēc ecclesiæ distinctionē apostolica, Soto tanquā sophistica uidet explodēda: An q; electi nullib; in hoc mundo sint quārēdi & inueniendi, præterq; in externo & uisibili cōetu uocatorū profitentium Christianā fidem? Ex eo em̄ infert Sotus, præter uisibilem ecclesiam uocatorum, in qua necessariō sunt etiam electi, nō esse cōſtituendam alibi ecclesiā electorū inuisibilē. Quasi uero, ut Sotus sophistica cauillatur, nos uisibilem ecclesiam sumamus, pro manifeste profitētibus fidem, inuisibilē pro occultis, & occulto Dei iudicio prædestinatis absq; externa professione fidei: quasi, inquam, Ecclesiā, quā inuisibilem asserimus, à uisibili locis separemus: & nō tribuamus ei sicut ut uisibili eandē & unam externam profesonem fidei, sed occultam, tanquam inuisibili & occulte ecclesiæ, cum nulla possit esse occulta professio fidei. Nos ipsum cōetu uisibili uocatorum profitentium fidem & utentium sacramentis Christi distinctionem in uisibilem & manifestam, in inuisibilem & occultā ecclesiam, nam qui externe eandem profitentur fidem, alij uero & syncero corde hoc faciunt, alij ficto & simulato animo, qui solam habent professonem sine fide cordis. illos inuisibilem dicimus & soli Deo notam Ecclesiam, qui solus est inspecto & cognitor cordium, licet ratione externæ professio etiam uisibilis sit, cum reliquo toto uocatorum cōetu externo, in quo totam esse & contineri etiā fateamur, non tamen inter se confundendos esse Soto concedimus. confundit enim, qui negat esse distinguendos. Distinctionem autem hēc ipsa Christi uerba nobis etiam suppeditant: Multū sunt

sunt uocati, pauci uero electi. Vniuersa multitudo uocatorum, est uisibilis & manifesta ecclesia: sed quae in eadē multitudine nos latet, soli uero Deo partet electorū paucitas, est & uocat à nobis inuisibilis ecclesia & occulta. hæc manifestam distinctionem multitudinis uocatorum, & paucitatis electorū Christi struerbis expressam, sicut nulla sophistica cauillatione eludere, ita neq; uisibilis & inuisibilis ecclesiæ distinctionem infringere unquā Sotus poterit. eam quam uerè dicat, primū nos nulla ratione inuexisse, ex ijs quæ dicta sunt, nō est obscurū: deinde nulla autoritate maiorū suffultā hanc distinctionem priusquam incipiat probare, negat se à Lutheranis & Vvittenbergensib. accepturū sensum scripturæ. Nos uero cur nō acciperemus ab Aſoto, quem dominus: neq; id adeò mirum, utpote qui Clemētis salubre cōſiliū fecutus, ab eo intelligentiā scripturarū dicit, qui eam à maioribus, secundū ueritatē sibi traditam feruat. An secundū ueritatē uel à maioribus tradita, uel à minoribus seruata dicitur intelligentia scripturarū, quæ cum manifesta scripturæ ueritate apertissimè pugnat? In scripturis nos nō sequimur intelligentiam ingenij propriā, nec etiā recipimus interpretationes eorum, quos siue ex veteribus siue ex recentioribus, p̄ priam ingenij intelligentiā secutus fuſſe, ex scripturis per scripturas intellectis depræhēdimus. quam libertatē ab Augustino usurpatā, & nobis nō ſolum cōceſſam, ſed imperatā etiā, Aſotus nobis nō eripiet. Qui ſensum scripturarū de præſenti negotio diſtinctionis ecclesiæ à quo nam ei uifum fuerit petere iam nunc etiā uideamus.

ANNOTATA IN CAPVT XXVII.

TIconius quidam librū ſcripsit ſeptem Regularū, quibus quaſi clauibus diuinarū ſcripturarū aperirent occulta, ait August. De doctrina Christiana lib. 3. cap. 30. inter illas regulas ſecundū ordine locū obtinet, quæ eft de Domini corpore bipartito. Huius regule nō obſeruationē, ſed in cōmodam appellatiōnē abhorrentē à rei ueritate, D. Augustinus reprehēdit, & his uerbis cap. 32. corrigit: Scholastica regula eft de Domini corpore bipartito, qd quidē nō ita debuit appellari. Nō em̄ reuera Dñi corpus eft, qd cū illo nō erit in eternū. Sed dicēdū fuit, de Dñi corpore uero & permixto, aut uero atq; simulato, uel qd aliud: qd nō ſolū in æternū, uerū etiā nūc hypocritæ nō cum illo eſſe dicēdi ſunt, quāuis in eius eſſe uideant ecclesia. Vnde poterat & iſta regula ſic appellari, ut dicereſ, de permixta Ecclesia. Hæc Augustinus. Ab his Augustini diſertissimis uerbis, & firmissimis rationibus, cur hypocritæ nō ſint in externa ecclesia agnoscēdi cū bonis & electis p̄ uero corpore & uera ecclesia Christi, ſed ab his diſtinguendi, nō ſecus atq; à ueritate ſimulatio diſcerniſ, qd diuersi haſtenus nos diximus: nihil proiſuſ. Quid uero Sotus cum hac ſententia Augustini cōſentaneū habet: nihil omnino. Nam ex bonis & malis cōtendit unā ſiue uisibilis & inuisibilis ecclesiæ diſtinctione, cōſtitui ueram & ſolūmodo uisibilem Ecclesiā Christi, nec minus ad uerum regnum, ad ueram & firmā Ecclesiā Christi pertinere malos, q; bonos, ſicut ſunt, pra cap. 25. in hec uerba ſcribit: Rursus ſi hec nō eft uera & firma ecclesia quæ malos habet, quomodo uerum regnum Christi eft, dicēte Christo: Mittit angelos suos, & colligēt de regno eius omnia ſcandala. Ab igitur Brenti, & dic uerū regnum Christi, nō eſſe ueram & firmā eius ecclesiā: aut quod uocat Christus regnum ſuū, tu dicito nō eſſe uerum regnum, ſed falſum, aut uerisimile & apparens. Hæc, ſi po teſt, uerba ſua cōciliet, cum uerbis Augustini dicētiſ: Non ſolum in æternum, uerum etiā nūc hypocritæ, nō cum illo eſſe dicēdi ſunt, quāuis in eius eſſe uideant ecclesia. negabit quidē Sotus ſequēti capite, hæc uerba Augustini, quāuis in eius eſſe uideant ecclesia de uifione falſæ, ſed, ut loquunt̄, ueræ appariſtionis eſſe accipiēda: ſed id nō cōgruit cū p̄xime p̄cedentib. uerbis Augustini. Nā hypocritæ q; nō ſolum in æternum, ſed etiam nunc, nō cum Christo eſſe dicendi ſunt, quomodo tandem aliter quam

quam secundū extēnā appārēntiā, absq; rei ueritātē, in eius esse uident̄ ecclēsia? nam qui posſunt uerē esse in Ecclesia Christi, & ad uerā eius ecclēsā pertinere, qui nō ſolum in futuro, ſed etiā in p̄fēſti ſeculo, nō cum illo eſſe dicendi ſunt, & ut ſuprā audiuimus, qui in hoc & futuro ſeculo, Chriſto etiā ſunt ignoti? Quis ſit ſenſus ſcripturārum, ſecundum Auguſtinū, de diſtinctione corporis Christi, quæ eſt ecclēſia, ſatiſ perſpicuū eſſe exiſtimō, negat eſſe bipartitū, ut Ticonius uocabat, quālē aequaliter tanq; partes, bōni & mali, ad totius uerī corporis Christi cōſtitutionē cōcurrant, ſed cū corpus Chriſti bonū & uerū, quæ eſt uera ecclēſia: mali & hypocritē, tanquam partes uel ſubſtāiales uel iñtegrales, totum cōſtituere nō poſſint: quod Ticonius bēpartitū, id corpus Auguſtinus uerum & permixtum, ſiue uerum & ſimulatū uocādum eſſe dixit: quōd illud qđ ſimulatū eſt, nihiſ pertineret neq; cōſteret ad ueri ac perpetui corporis Christi & ecclēſiae cōſtitutionē, etiā ex terna & ſimulata p̄feſſione fidei, in hac terra uideat eſſe in Ecclesia Christi uera, ueroq; eius corpore. Porro Ticonij ne, an Auguſtinū ſenſum magis ap̄bet ac acueatur in hac cauſa de diſtinctione ecclēſiae Sotus, lectors ip̄li iudicēt, ab Auguſtino quidē ſe diſſentire, ei religio eſt dicere, qui omniū patrū omnia dicta & ſcripta p̄mifcū & ſimpliciter prohet, ab Auguſtino tamē, in Ticonij ſententiā, ab Auguſtino reprobatā, Sotum cōcedere, quis nō uidet: ſiqdem Auguſtinus hypocritas malos negat eſſe partē uerī corporis & uerā Ecclēſiae Christi, etiā in hoc ſeculo, Sotus bonos & malos ex ari quo afferit pertinere & cōſtituere in hac terra regnū Christi, corpus Christi uerum, & eius ecclēſiā, id quod & Ticonius fecit, dum corpus unū Christi uocat bipartitū. Neq; em Ticonius, ut falſo in ſequenti capite de eo dicit Sotus, fecit duo corpora, aut duplex corpus Christi: ſed unū corpus Christi dixit eſſe bipartitū, hoc eſt, ex bonis & malis tanq; duab. partib. unā uerā Ecclēſiā cōſtarē. Hoc iigis ipsum eſt (ibidē Sotus ſcribit) qđ nos afferimus, unā eſſe ecclēſiā, nō duas, quæ tamē cōſtet honorū uidelicet & electorū, malorū & hypocritarū dupliči cōtū. atq; ita Sotus egregius opifex unā uerā ecclēſiā Christi fabricat & cōponit, ex bono & malo, electo & repbo, ex conuerto & integro, ut nugigerulus. Quā absurditatē cū animaduerteret Auguſtinus atq; p̄be intelligeret, in eſſe uerbis Ticonij ecclēſiā p̄fēſti ſeculi, nō corpus Christi uoluit appellare bipartitū, ſed Dñi corpus uerū & ſimulatū: atq; ita duplex corpus, uerū qđem honorū & electorū, ſimulatū uerò malorū & hypocritarū. Atq; ita nobiscū Auguſtinus, aut nos potius cū Auguſtinō facimus dupličē Ecclēſiā, & duplex corpus Christi, uerū & ſimulatū: ſecundū Ticonij unū uerū corpus Christi, bipartitū eſſe dicimus, quālē ex bonis & malis, ueris & fictis, tanquā ſuis partibus cōponere, cum ſimulatio & hypocriſis ueri & ſolidi nihiſ cōſtituere poſſint. Si iigitur Sotus, qđ quidē uerbis non dicit, ſed facto ipſo ab Auguſtino recedens, Ticonij ſententiam amplectitur, qui, ut D. Auguſtinus autor eſt, nocentissimus fuit & absurdissimi cordis Donatista, ex eo primū facile colligit, noſtrā ne ſententia de diſtinctione Ecclēſiae magis p̄banda ſit, an uerò Sotis, qui falſo negat eam carere ſuffragijs antiqtatis: ſiquidē eam cōtra Ticonij, & eius ſectatorē Aſotū ex p̄fesso afferuit Auguſtinus. Deinde pulchro declarat Aſotus exēplo, uerba illa ſua ſuperiore capite poſita, Nos uerò, dixerat, nō à uobis V̄irtenber gensibus aut Lutheranis ſenſum ſcripturæ accipiemus, ſed à legitimis & maioriſbus patribus, nam de corpore Christi nō bipartito, ſed uero & ſimulato: ſenſum ſcripturæ ab Auguſtinō optimē expreſſum, & grauiffimis rationib; cōfirmatū Sotus repudiat atq; respuit, & Aſoticae opinionis ſuffragatoriū Ticonij Donatistā, ſanctissimo Patri Auguſtinō facto ipſo p̄ponit. poſtremq; ubiq; conat nos ſuſpectos reddere de hærefi Donatistarū Sotus, Ticonij Donatistā aduersus Auguſtinū ſequēdo, dubitatione lectorē liberabit, nōs ne, an uerò Aſotici, iuſtius & uerius censendi ſint Donatista: Quare, quotti-

quotiescumq; false hæ & Asoticae criminatioes occurserint, lector Ticonij
Donatistæ, & eius sectatoris Asoti meminerit, & nos excusatos habebit.

ANNOTATA IN CAPVT XXVIII.

Sensit nimirū Sotus suo errori, quem cum Ticonio Donatista cōmunē
slibi ipsi in hoc capite eam obijceret, & ad eam respōderet. qd quidē anxiē
admodum facit, ac nihil nō tentat, quo Augustinū in suū errore pertrahat.
sed ut omnia & maxima Siculorum tyrannorū tormēta cōuehat, & cōtor-
queat in quamcunq; partem uerba Augustini, & retorqueat quotiescumq;
uelit, nunq; Augustinū adigit ut Asotū errorem p̄bet. Verba Augustini,
quibus suā sententiā exp̄ressit, clariora & significatiōra sunt, q̄i ut aliena alt
firmiores sunt, q̄i ut cōtrarijs infirmari possint. quemadmodum in capite
præcedente annotauimus. Nam & illi 86. episcopi, inter quos & ipse Augu-
stinus fuit, et si in ecclesia bonos & malos esse statuerunt, non tamen pro-
pterea inter bonos & malos nō distinxerunt secundū distinctionē Augu-
stini, qui bonos in Ecclesia corpus Christi uerum, malos autē corpus Chri-
sti simulatum appellat, qui propter externā p̄fessionem fidei, & sacramen-
torum participationē, in ecclesia quidem esse dicūtur: sed sicut re uera nō
sunt corpus Christi, ita re uera nō sunt ecclesia. nec re uera sunt in Ecclesia
uera, sed in ea esse uident̄, propter externā ueræ Ecclesiæ signa, quæ malī
cum bonis cōmunia habēt. Nam quod Augustinus dicit, Nūc in uno sunt,
nō tamen semper in uno erunt: accipendū est de externa specie secundū
quam malī sunt in unum cōgregati cum bonis: & secundū eandem exter-
nam speciem nō semper in uno erūt. nam semper in uno erunt illi soli, qui
nō solum secundū externā speciem, sed & secundū rei ueritatē sunt in una
societate ueræ ecclesiæ, quod ne nunc quidem sunt malī. Ultimū ait Sotus
externæ felicitatis tempus considerās Augustinus dixit, nō re uera corpus
Domini est, qd cum illo nō erit in æternū. Augustinus uero nō tātum ulti-
mum æternæ felicitatis, sed & pr̄sentis uitæ tempus cōsiderās dixit, nō so-
lū in æternū: uerumetiā nūc hypocritæ nō cum illo esse dicēdi sunt, quāuis
in eius esse uideant ecclesia. Hæc Augustini uerba apertissima, cum inter-
pretationē Soti omnino non admittant, missas facimus reliquas eius argu-
tias, quibus in hoc capite nititur suam scabiem affricare uerbis Augustini.

ANNOTATA IN CAPVT XXIX.

Nobis omnino probaſ causa, quam S. Patres cōtra Donatistas defen-
derunt. In externa ecclesiæ societate nō solum esse bonos, sed etiā
malos, sed ex hac sanctorum Patrum sententia, nō consequit̄ quod Sotus
infert, malos etiā pertinere in hac uita ad uerā Ecclesiā Christi. Nam 86.
Episcoporū sententiæ, optimus interpres Augustinus, negat eos etiā nūc,
& in hoc pr̄senti seculo, in quo uidentur esse in Ecclesia Christi, ad ipsius
corpus pertinere. an putat Asotus ad uerum corpus Christi pertinere mor-
tua membra, qui sunt hypocritæ, bonis & electis associati in externa Eccle-
siæ Christi societate, ut unum uerum corpus Christi, ex uiuorū membrorū
parte, uiuum, ex mortuorū membrorū parte, sit corpus mortuum? Quid
ni putaret qui à uero corpore Christi uiuētis & uiuificatis corpus suū, alie-
na etiā esse nō sentit putrida membra, hoc est, manifeste impios & flagitio-
los, antequā legitimo iudicio reseruentur, etiam si putredinē impietatis im-
puritatisq; eorū fœtor intolerabilis prodat, atq; pijs omnibus nauseā mo-
veat. An potest aliquid indignius cogitari & dici de uero corpore Christi,
que est ipsius uera ecclesia? Scripsit quidē Augustinus, cū in ecclesia tol-
erantur peccatores (quod tamen cōtra ecclesiasticæ disciplinæ leges à Deo
pr̄scriptas fieri non debebat) nō ppter ea inficiūt alios qui eis participat̄
eodem

eadem templo, sacrificijs, orationibus, confessione fidei: nec efficiunt, ut non sit uera Ecclesia, in qua peccatores sunt. Sed interea nusquam sensit, dixit aut scripsit, illos antequam ejciantur & excludantur ex ecclesia, esse ueritatem corporis Christi & uerae Ecclesiae membra. Eos enim Augustinus uix ficerat recepturus intersimulati corporis Christi membra. nam quantum a bonis & electis distant mali & hypocritae, tantum ab hypocritis ferre differunt manifeste impij & flagitosi. sicut igitur hypocritae, iudicio Augustini, nunc quidem pertinent ad uerum, sed ad simulatum corpus Christi ita manifeste mali, impij & flagitosi, non pertinent ad corpus Christi simulatum, sed ab utroque sunt alieni, & omnino ab ecclesia extranei, siue in ea tolerentur, siue ex ea ejciantur iudicio legitimo. nam iudicium publicum non efficit, ut sint extranei: sed tantum quales sunt antea, tales alios eos declarat. Quod iudicium de manifeste impijs, non solum ferunt electi, sed etiam hypocritae. & ea quidem disciplinæ severitas non erat negligenda: sed sine negligitur, tamen ministerium ualeat.

ANNOTATA IN CAPVT XXX.

Primum Asotus in alia significacione, quam apostolus Paulus utitur distinctione exterioris & interioris hominis. Nam exterior homo ueterem, & interior nouum hominem Paulo significat. Soto uero exterior homo significat corpus, interior animam: quae sunt substantiales hominis partes. Et in hac significacione Asotica non conuenit exterioris & interioris hominis comparatio cum ecclesia. non enim sicut unus homo constat anima & corpore, ita una uera ecclesia Christi constat bonis & malis, tanquam suis partibus, sicut paulo ante ex Augustino contra Ticonium auditum, alioqui enim uera ecclesia uenturis seculi, in quo mali separabuntur a bonis, esset futura anima sine corpore. & ecclesia falsa, corpus sine anima. Et anima unius Ecclesiae Christi foret beata, & corpus eiusdem damnatum. Quarto rectius igitur Augustinus & bonos & malos in Ecclesia uocat corpus Christi: sed illos uerum corpus Christi, hos uero simulatum appellando, satis innuit, se non unum, sed duo diversa statuere corpora Christi in ecclesia presentis uitæ congregata ex bonis & malis. Verum corpus est quod Christus, uia, ueritas, & uita, uerè uiuiscitat, uera, uiua & saluifica fide per spiritum sanctum. Simulatum est, quod cum uero Christi corpore fidem quidem profitetur ore, sed non nisi fictam & mortuam fidem habet in corde. Nec uero solum falsum est, quod solus uti hominem unum ex corpore & anima, ita unam ueram Ecclesiam Christi, ex bonis & malis cōponit. sed hoc etiam addit: Huic ecclesiae, huic externæ congregationi, quasi uni homini, ex corpore & anima constanti, promissa est sanctitas: sed in iustis & prædictinatis, tantum est perpetuò permanitura. Nequaquam enim toti congregationi externe, sed in ea soli uero corpori Christi, & non simulato, promissiones factæ sunt de uera sanctitate. Nam Deus quanquam omnibus in universum hominibus etiam extra Ecclesiam constitutis, promissiones de Christo annunciaris sinat: tamen non nisi eos sese propter ipsum sanctificaturum promisit, qui ueram & uioram in Christum fidem habuerint: malis autem, uera & uiua fide destitutis, sicut non fuit promissa sanctitas, ita quod que illis a Deo non confertur, cum non nisi in eos qui uerè crediderint eam conferre soleat. Ac si malis etiam esset promissa sanctitas, eam Deus ipsis profecto etiam conferret, nec postea eam ab ipsis in perpetuum auferret. Nam si ecclesiae sanctitas est promissa, sequitur eam esse gratuitum Dei donum, sed ita comparata sunt dona & uocatio Dei, ait Apostolus, ut eorum Deum paenitere non possit. Quare si Deus malis in ecclesia sanctitatē etiam promisit, & cōtulit, eam ipsis Deus quoque in æternum cōseruabit: ac per consequēs, malos etiam cum bonis saluabit, ita subinde error errorē alius alius tradit:

trudit: quos ut alijs obtrudat, scripturis quidem, sed à se prius disceptis, & peruersa interpretatione dilaceratis, sic palliare consuevit, ut oculato lecto ri per scissuras illas turpitudo Asoticorum errorum satis sit manifesta. nam loci Cantic. & 4. & Psal. 45. nihil fuware sententiam Sotij, lector per se facile intelliget. Nos ad alia properabimus.

A N N O T A T A I N C A P V T X X X I.

IN distinctione sanctitatis Ecclesiæ fermè ubiqp silentio præterit, sanctitatem & iusticiam Christi, quæ Ecclesiæ communicatur per fidem, sine qua propriarum uirtutum sanctitas, quæ inchoatur in hac uita, iuxta primi tias spiritus, quas in præsenti tempore accipimus, & compleetur in futura: iuxta decimas spiritus, quas in futuro seculo accipiemus, existere nunquā poterit. Quare Sotus tanquam imperitus architectus edificat, non prius iacto fundamento, præter quod aliud ponī nō potest, qui est Christus Iesus, eusp perfectissima sanctitas & iusticia. & secundū hanc sanctitatem Paulus credentes in Christum perfectos appellat in hac uita: & ideo hæc sanctitas & perfectio Ecclesiæ nō est in spe, sed re ipsa eam præsentem possidet Ecclesia per fidem, eo quod nobis illa opus & utendum sit aduersus afflictiones. Quod uero attinet ad sanctitatem Ecclesiæ, quæ in propria observatione mandatorum Dei, per auxilium spiritus sancti adiuuantis nostram infirmitatem consistit: eam recte Sotus facit duplicem, alteram huius, alteram futuræ uitæ. & quæ est huius uitæ, est imperfecta: nec secundum hanc Paulus uel se uel alios perfectos, sed tantum imperfectos appellant. quæ uero in futuro seculo expectatur, ea erit omnibus numeris absoluta, & per omnina diuinæ uoluntati in lege expressæ conformis. & hæc sanctitas & sanctitatis perfectio est spei: quia pertinet ad conseruationem futuræ nostræ salutis quam per spem expectamus. & secundū hanc sanctitatem, sicut Paulus scribit, spe salui facti sumus, ita spe eadem sanctificati sumus, eo quod in resurrectione mortuorū saluificatio nostri sine perfecta hac sanctitate non perficietur. de qua re superioribus etiam capitibus quædā annotauimus. Hæc si Sotus teneret, locos scripturæ loquentes de sanctitate & perfectio ne qua Christus credentes in hac uita sanctificat & perficit, non accommodaret ad sanctitatem quam Christus non per fidem nobis communicat, sed quam per spiritum in nobis ipse operatur: nec in inextricabilem pugnatiā incideret, secundum nostram imperfectam sanctitatem præsentis uitæ Paulum se & alios sanctos perfectos appellare consueuisse.

A N N O T A T A I N C A P V T X X X I I.

Sanctitas uera tam fidei quam charitatis soli ueræ est promissa Ecclesiæ, quæ uerum est corpus Christi, & non simulatum, secundum distinctionem Augustini. Et hæc totius ueræ Ecclesiæ sanctitas, singulis ad eam pertinentibus est promissa. nec alia est totius ueræ Ecclesiæ, quam singulorum bonorum & electorum sanctitas. nec extra omnes & singulos sanctos quæ renda est totius Ecclesiæ sanctitas: siquidem totius corporis sanctitas nulla potest esse, nisi quæ fuerit omnium & singulorum membrorum unum totum corpus constituentium. Sotus uero qui unam ueram Christi Ecclesiæ, non solum ex electis & uocatis sanctis, sed etiam ex reprobis & profanis hominibus, tanquam suis partibus constare aduersus Augustinum contendit, in sua assertione non potuit non asserere hanc absurditatem, non omnibus & singulis qui in Ecclesia sancta sunt, sed quibusdam tantum promissam esse & conferri sanctitatem. nam & reprobis hypocritis, & manifestemalibis & improbis, neqp promittitur neqp conferit sanctitas Ecclesiæ propria. Cum autem negari non possit, quin toti Ecclesiæ ueræ, ac proinde omnibus eius Ecclesiæ membris Deus promittat & conferat sanctitatem: malis impenitentibus autem siue occultis siue manifestis Deus sanctitatem ne-

Ff que

que promittat, neque conferat: relinquitur, malos in uera Ecclesia non esse. Atque ita Sotus hac assertione, non omnibus & singulis qui in uera sint Ecclesia, promitti & conferri sanctitatem, confutat & destruit illam suam priorem assertionem, malos & reprobos non solum uideri, sed apertere & re uera esse in una uera, sancta & catholica Ecclesia. Quod, uerè assertum non posse de ihs certissimum est qui ueræ Ecclesiæ sanctitatis participes fieri negentur: ut maximè tribus sequentibus capitibus hoc suum paradoxum Sotus nobis probabile conetur reddere.

ANNOTATA IN CAPVT XXXIII.

Nam parabola, qua Ecclesia in Euangelio comparatur areæ habenti paleas & triticum, docet quidem Ecclesiam præsentis uitæ permixtam esse bonis & malis. Non igitur imaginamur nobis Ecclesiam in qua nulli sint peccatores, sed sicut triticum & palea distinguuntur, et si ante repurgationem areæ non separantur, ac triticum conuehendum in horreum, paleam exurendam igni inextinguibili dicitur: ita eis boni & mali in Ecclesia præsentis uitæ non separantur, tamen distinguuntur, ut saluandi & damnandi. Ac non malos & damnandos, sed solum bonos & saluandos dicitur pertinere ad eam Ecclesiam, quæ uerum est corpus Christi, & huius sui corporis saluator esse dicitur Christus. ideo omnes promissiones ad solos bonos & saluandos in Ecclesiæ area pertinent, & non ad malos & damnandos: quia ob hoc ipsum quod mali sint & damnandi, non uere possunt dici, esse in uera Christi Ecclesia, quanquam ei externa societate sunt permixti. Quare & alienum est à uero, malos esse in uera Ecclesia Christi: & calumniæ proximum, illos qui promissionem sanctitatis communem faciunt, omnibus & singulis, qui sunt in Ecclesia, eam etiam extenderet ad malos in Ecclesia: non secus ac si quis ueritatem grani & frumenti putet etiam conuenire paleis. Non enim ignorat Sotus, nos de uera & perpetuò Christi mansura Ecclesia loqui: à qua sicut malos, licet sint in eadem externa societate, secuti D. Augustinum, dicitur esse abalienatos, quas ueræ Ecclesiæ suæ Deus fecit, de eius per Christum iustitia, sanctitate & æterna salute, & stabilitate immobili.

ANNOTATA IN CAPVT XXXIV.

Sepono in præsentia disputationem de libero arbitrio, & ut Sotus loquitur, de humani cordis & conditionis incerto, deçp nonnullis alijs locis, quos Sotus perperam intellectos, principalis argumenti tractationi obiter hic admiscet: & paucis respondebo ad ipsius collectione, quæ sic habet: Si omnibus in Ecclesia est promissa sanctitas, nulla esset inter paleam & frumentum, inter bonos & malos transmutationis uicissitudo: sed testimonia & exempla tum priuata singulorum hominum, tum publica experientia non desunt, declarant & ostendunt, ex malis saep effici bonos, ut ex latrone martyr, & ex Paulo persecutore fidelissimus apostolus: & viceversa ex bonis malos, ut ex apostolo Iuda proditor, è Symone Christiano Symoniacus. Ergo sanctitas non est promissa omnibus qui sunt in Ecclesia. Promissio gratiæ & sanctitatis, ut à Deo procedit, omnibus non solum in Ecclesia, sed etiam extra eam constitutis promittitur & offertur. Deus enim uult omnes homines saluos fieri, & Christus Euangelium prædicandum præcipit omnibus creaturis. Ut autem promissio non solum à Deo offertur, sed ab hominibus etiam recipitur, ita solis credentibus facta est promissio gratiæ & sanctitatis. Euangelium enim est potentia Dei ad salutem omni credenti. In hac oratione, non omnibus in Ecclesia est promissa sanctitas, &c. Si Sotus, Omnis, nomine collectivo, simul bonos &

nos & malos comprehendit, certe non est omnibus promissa sanctitas. alioqui non modò nulla esset transmutatio malorum in bonos, aut bonorum in malos: sed nulli prorsus in Ecclesia reperirentur mali, sed omnes essent boni. Nam cum Deus in promissionibus sit fidelis & uerax, promissa sanctitas Ecclesiam nunquam deficeret. ea uero Ecclesia à Deo præstata, nullos in ea malos relinqueret, sed omnes ex malis efficeret bonos. Quare non negamus, non omnibus promissam esse sanitatem qui sunt in Ecclesia, si, iuxta Sotum, omnium nomine ueniunt etiam mali, quos Sotus contra Augustinū dicit cum bonis esse in uero corpore Christi. Nos uero, quia solos bonos ad uerum corpus Christi, quae est uera Ecclesia, pertinere existimamus, quos & nunc cum Christo esse, & in aeternum cum eo permanuros esse: malos uero non solum in aeternum, sed ne nunc quidem cum Christo esse Augustinus affirmat, quamuis in eius esse videantur Ecclesia: ideo solis bonis, ijsdemq; omnibus & singulis sanctitatem promissam esse à Deo, eisq; solis & omnibus conferri, cum ea in ipsis à Deo nō collata, ne boni quidem essent habendi, eamq; ipsi in perpetuum conseruat, ut eam per peccatum etiam amissam ipsi per poenitentiam restitut, & ut in ea usque ad finem perseverent, ipsi confirmat, ut salutem consequantur aeternam. Quod autem ad uicissitudinem transmutationis bonorum & malorum, tritici & palearum attinet, quam Asotus suæ opinionis errori prætendit, sciendum est, quod electi priusquam uocentur & iustificantur, non sunt accensendi Ecclesia, sicut neque reprobū: sed ex hominibus constitutis extra Ecclesiam, uocantur omnes, tam reprobū quam electi, & adscribuntur in numerum ciuitatis externæ societatis Ecclesiae, qui fidei professione externa se uocantur parere testificantur. Atque tum demum intra Ecclesiae & non extra Ecclesiae aream incipit notari & obseruari distinctio paleæ & tritici, malorum & bonorum. nam extra Ecclesiam non merentur homines appellationem tritici uel paleæ. Quod discrimen locum habet tantum in cœtu uocatorum & profitentium fidem Christi. Et qui in cœtu uocatorum est palea, quantumvis uideatur in fide proficere, nunquam fiet triticum: qui est triticum, nunquam mutabitur in paleam, quantumvis uidetur deficere. Nam qui defecerint, omnino redduntur alieni: non autem, ut Sotus ait, paleas & triticum, bonos & malos sentiendum est in Ecclesiā uel ut mali & paleæ, uel ut boni & triticum: ita per defectionem pariter boni & mali, paleæ & triticum, intra Ecclesiā non in se inuicem transmutantur, sed abalienantur omnino ab Ecclesia. Nam Iudas eti diu sese pro bono & tritico in Ecclesia gesserit, tamen semper fuit palea & mala hypocrita. Postquam autem prodidit Christum, non ex bono factus est malus, aut ex tritico mutatus est in paleam, alioqui mansisset in externa societate Ecclesiae. sed proditione Christi, tanquam uenti vehementis procella ex Ecclesia proiectus est, ut ne paleæ quidem locum, sicuti antea, in ea obtineret, sed prorsus ab ea esset alienus & extraneus. Petrus qui fuit triticum in Ecclesia, abnegatione Christi, non transmutatus est in paleam. Nam palea, retenta externa professione nominis Christi, manet in Ecclesia externa societate, à qua Petrum separauerat abnegatio Christi, ipsius nominis confessioni contraria. Nam pro extera Ecclesiæ societatis membro agnoscī non potest, qui cum attestacione iuris iurandi affirmat se Christum non nouisse. Quod Petrum fecisse, quis nescit? Fuerunt igitur ambo, Iudas & Petrus, in area Ecclesiae: sed

64

ille ut palea, hic ut triticum. Ab area etiam Ecclesiæ ambo exciderunt, ut essent quidem ambo ab ea alieni & extranei. sed in hoc tamen discrimine positi, quod Iudas & similes irretiti Diaboli laqueis, à Deo non liberantur. Petrus uero, & qui ut triticum in Ecclesia fuerint, si maximè à Diabolo expetantur, ut cribret eos, Christus tamen pro eis orat, ne deficiat fides ipsorum: sed ut resipiscant, & conuertantur. De quibus Psalmus tricelimus septimus ait: Cum ceciderint, non collidentur. Quia Dominus supponit manum. A lapsu enim resurgunt, & retinente eos Domino, & reducente in Ecclesiam, ex qua exciderant, & retinente eos usque in finem in Ecclesia, ad quam eos reduxerat. Ad Ecclesiam autem non redeunt, qui ut palea excidunt: quia non curantur, non colliguntur, non reducuntur à Domino. sic ut triticum rediit Petrus, Iudas ut palea abiit in locum suum. Hæc de extraneorum uocatione & conuersione ad Ecclesiam: de uocatorum duplicitate, bonorum uidelicet & malorum cœtu in Ecclesiæ externa societate: de lapsuum ipsorum discrimine, quo non in se inuicem, boni & mali, triticum & palea in Ecclesia transmutantur, sed ab ea abalienantur, ita tamen, ut boni per pœnitentiam redeant, mali uero impenitentes emaneant. Hæc, inquam, Sotum sumentem sibi alios docendi magisterium in Ecclesia turpiter ignorare, indicio sunt imperitissimæ, nec non etiam impiæ ineptiæ, quibus suum humani cordis & conditionis incertum hic nobis declarare studuit: ut una & eadem opera, sive ut de promissa Ecclesiæ propter Christum, per fidem sanctitate: ita quoque de æterna beatitudine nos dubios & incertos redderet. Nam operæprecium est audire quædam eius temeritatis uerba. Vide, itaque, inquit, quam diserte omnia, quæ ad salutem nostram pertinent, sub libertatis nostræ incerto, posita sunt. Qui omnia quæ ad salutem nostram pertinent, sub libertatis nostræ incerto, aut sub incertitudine nostræ arbitrii (nam & hac formula loquendi utitur) posita esse assertit: is profectò non solum dubiam & incertam, sed planè desperatam reddit salutem nostram. Est enim hæc nostri arbitrii incertitudo perpetua in hac uita, & ea propter dubitationis & desperationis mater. Quis nunc tibi uidetur Sotus, amicissime Lector? Nonne summi Doctoris Ecclesiæ partes egregie tuetur, qui de æterna nostra salute, re longè omnium maxima, & quam Deus per fidem nobis in nibus uoluit esse persuasissimam, non solum dubitationem nobis iijicit, sed & in certissimam desperationem nos coniicit, aut, ut uerius dicam, certissimæ desperationis doctrina omnem de salute dubitationis doctore, sed pro constantissimo rei indubitatæ assertore, & certissimarum assertionum scriptore celeberrimo non immerito haberi debet. Sed cum hac sua assertione maledicta ualeat, aut potius pereat Sotus, in reprobum sensum traditus, quo certissimæ salutis nostra, non sub incerto nostræ libertatis, non sub arbitrii nostri incertitudine, sed in certissima diuinæ erga nos in Christo dilectionis & gratia certitudine positæ, fiduciam portis inferorum, atque omnibus aduersarijs potestatibus insultantem, ex piorum omnium cordibus excutere molitur. Si non totus furit & insanit Sotus, expendat secum ipse, has Apostoli & piorum omnium uoces, atque iudicet, ex propriæ libertatis incerti & arbitrii nostri incertitudinis consideratione: an uero ex Dei erga nos propter Christum dilectionis certissima persuasione sint

D. IAC. BEVRLINI ANNOT:

ne sint profectæ. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: qui fieri potest, ut & non cum eodem omnia nobis donauerit? An salus nostra pluris est aestimanda, quam saluator noster Iesus Christus, Dei unigenitus filius, ut qui sibi hunc à Deo donatum esse, robustus fide factus persuasissimum habeat, salutem & omnia quæ ad eam pertinent, Deum sibi daturum esse, sit dubitaturus. Etsi enim arbitrij nostri, & libertatis nostræ hoc non sit incertum, sed certum, quod Apostolus aper-te confitetur: Non enim quod uolo, facio bonum: sed quod non uo-lo malum, hoc ago: non tamen est desperanda salus. Peccatores su-mus, & quidem propter peccata digni æterna condemnatione. Fa-tor. Sed quis accusabit, quos Deus defendit? Quis condemnabit, quos Christus absoluít? Non enim salvantur homines, quod pecca-tores non sint etiam sanctissimi quique; sed quod propter peccata nostra non accusentur & damnentur à Deo. quemadmodum Aposto-lus ait: Quis intentabit criminâ aduersus electos? Deus est qui iusti-ficat. Quis ille qui condemnet? Christus est qui mortuus est, immo qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos separabit à dilectione Dei? Num afflictio, num an-gustia, num persecutio, num fames, num nuditas, num gladius? Nam mihi persuasissimum habeo, quod neq; mors, neq; uita, neq; angeli, ne-que principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, ne-que altitudo, neque profunditas, neque ulla creatura alia, poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Nam dilectionis Dei erga nos propter Christum, & non dilectionis nostræ erga Deum tanta fiducia Apostolus tenebatur. Nam sua erga Deum dilectione quamvis ardenter contra potentiam omnium ad-versariorum tantopere confidere non poterat. Si tanta certitudo sa-lutis reposita est in certa erga credentes in Christum dilectione Dei, cur Scriptura, obijciet Sotus, nostræ nos passim imbecillitatē admone-nens, dicit, Qui stat, uideat ne cadat? Hæc est admonitio necessaria non ad delendam fidem in cordib; in se dubitationis scrupulo, de Dei erga nos dilectione, de salute à Deo consequenda propter Chri-stum, ad obuiandum infirmitati carnis, ad retinendam fidem in Chri-stum, de certa Dei Salvatoris nostri erga nos dilectione. Stat enim, qui uerè humilis se gratuitæ Dei dilectionis propter Christum, certa per-spiratione fidei sustentat: cadit autem, qui Pharisaico fastu, repudiata iu-sticia Dei, iusticiam propriam constituat, qui suæ dubitationi indulgeat. quod etiam faciunt Asotici. Sed quid ego pluribus hanc rem contra So-tum dispu-to, qui ipse semetipsum sibi suo iugulat gladio, dicens: Apo-stolus bonitati diuinæ tribuit omne nostrum bonum, quod fide stemus, quod perseveremus. Si enim benignitatis Dei est fidei constantia, & in-eadem perseveremus. Si enim benignitatis Dei est fidei constantia, & in-eadem perseverantia finalis, quæ ad salutem nostram pertinent, ea certe non erunt posita sub nostræ libertatis incerto, aut arbitrij nostri incerti-tudine. Si autem bonitas Dei erga credentes propter Christum debet esse certa & indubitata, certa etiam erit constantia & perseverantia in fi-de. quam consentiente Asoto, Paulus bonitati Dei acceptam retulit. Quia autem benignitate Deus omnibus ad ueram electorum Ecclesiam per-tinentibus largitur fidem, qua corda credentium purificat atque san-tificat, eadem etiam bonitate propter Christum hanc sanctificationem & purificationem omnibus & singulis promisso censendus est. Cuius

⁶⁶
cōtrarium Sotus dum rursus alia ratione probare conatur, in sequentiā
pīte, suam stulticiam manifestiorem facit omnibus.

ANNOTATA IN CAPVT XXXV.

Eccl̄iam comparat humanæ reipublicæ. Quemadmodum igit̄
gulis in ea ciuib⁹ : ita non omnia quæcumque toti promittuntur Eccle-
siæ, promittuntur omnibus & singulis eius membris. Non omnibus pro-
mittitur omnium scientia, et si dictum sit, Ponam omnes filios tuos do-
ctos à Domino : non omnibus gratia miraculorum, et si Christus dixe-
rit, Signa eos qui crediderint hæc sequentur: non omnibus potestas iu-
dicandi, absoluendi & retinendi peccata conceditur, et si dicatur, Dic Ec-
clesiæ. Ad eundem modum colligit Asotus, Quæ toti Ecclesiæ promit-
titur sanctitas, non omnibus & singulis in ea membris promissam esse,
sentiendum est. Si enim hæc omnia passim omnium essent, quid aliud es-
set Ecclesia, quam confusa quædam & inordinata res publica? Nihil iam
dīcam de Asoticis & usitatis locorum Scripturæ depravationibus, inter
quas in hoc capite omniū primam sese offert ea qua promissionem Dei,
Ponam omnes filios tuos doctos à Domino : interpretatur de rerum o-
mnium scientia, quam non modò nullum singulare Ecclesiæ membrum,
sed nec ipsa tota Ecclesia unquā in hoc mundo habuit, sed loquitur Pro-
pheta de scientia uera Dei & cognitione Christi, quam à solo Deo, sola
uera Ecclesia Dei, & eiusdem Ecclesiæ omnia & singula membra acci-
piunt. Hæc enim est Ecclesiæ propria scientia, de qua Paulus scribit, q̄
non iudicari se quicquam scire inter Corinθios, nisi Iesum Christum, &
hunc crucifixum. Quis crederet Sotum, qui confidit seipsum ducem el-
se cæcorum, & lumen in tenebris uersantium, nescire, magnum esse disci-
men inter dona Dei, quæ ad Ecclesiæ iustificationem saluationem q̄ co-
ram Deo necessariò requiruntur, & quæ ad Ecclesiæ ædificationem, ad
ministrationis ordinem & decentiam coram hominibus adhibentur.
Quæ quidem utraque Ecclesiæ promittuntur. sed illa sicut omnibus &
& singulis etiam conferuntur, ita & promissa esse, quis neget? Hæc uero
ita promittuntur Ecclesiæ, ut non nisi paucissimis ad Ecclesiæ gubernau-
tionem adhibendis conferantur. Illa solis & omnibus bonis & electis &
promittuntur & conferuntur: hæc tam malis & reprobis, quam bonis &
electis distribuuntur. Illa in æternum saluant Ecclesiam: hæc eam in præ-
senti seculo ornant & cohonestant, & magnam ei auctoritatem & admi-
tiationem inter homines conciliant. Prophetia quæ sita est in præscien-
tia certa futurorum eventuum, ea nō confertur omnibus, sicut neq̄ pro-
mittitur. non enim est priuatim necessaria ad salutem. Scientia uero Chri-
sti, quæ iuxta Prophetam iudicabit multos, eam ita habet Ecclesia, ut illa
nemo, qui ad eam uerè pertineat, carere possit. Donum miraculorum,
est paucorum in Ecclesia, nec minus malorum quam bonorum. Donum
uerò sa n̄ clitatis & iusticiæ, est toti Ecclesiæ bonorum & electorum pro-
prium, & omnibus ac singulis in ea membris commune: ideo omnibus
etiam & singulis promittitur, confertur, & amissum subinde restituitur,
donec tandem post multa certamina, & uariam uincendi & succuben-
di uicissitudinem, usque ad finem diuinitus conseruetur, quo contra por-
tas inferorum præualidas, ultima atq̄ promissa in Christo potiatur uicio-
ria. Portæ enim inferorum Ecclesiæ & membris eius præualuisse nō dum
censendæ sunt, cum durante certamine, aliquis, iuuante Deo, ex mani-
bus por-

bis portarum inferni eluctari potest. De qua invicta constantia Ecclesie & singulorum in ea membrorum, uerba Christi sicut & plerosq; alios scripsit, locos quos hic citat, quam deprauet Sotus, uix mihi tempore quin longiore oratione persequar, ac Asoticas corruptelas confutem: sed aliud monet & hortatur instituta breuitatis ratio. Vnus hic locus ab Asoto de prauatus, qua fide etiam reliquos tractet, satis lectori ostenderit. Paulus Act. 20. ait: Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo posuit uos spiritus S. regere Ecclesiā Dei. Quis hoc dicet, querit Sotus, nō fuisse in Ecclesia? nō fuisse ueros episcopos & presbyteros? Et tamen illis ipsis dicit: Ex uobis exurgent uiri, docentes perueria, ut abducāt discipulos post se. Quid tuu seductores, fuisse in uera Ecclesia Christi: cur igitur Iohannes de his contra Sotum pronunciat, ideo exisse ab Ecclesia uera electorum, quia non fuerint ex ipsis? Nam si fuissent ex nobis, ait Apostolus, nobiscum utique permanissent. Quos autem Ioanines in uera Ecclesia uere aliquando fuisse negat, eos nos in externa uera Ecclesiæ societate, ut paleam & hypocritas, & in ea ueros episcopos & presbyteros fuisse non negamus. ueri eū ministri Ecclesie possunt esse, qui nō sunt uerē Ecclesie membra.

A N N O T A T A I N C A P V T X X X V I .

Indigne fert Sotus sibi stuporem & furorem obiectum fuisse à D. Brentio, eo quod piam & simplicem ueritatis confessionem ab Illustrissimo nostro Principe editam non modò non intelligeret, sed non intellectam etiam suggillaret. Cum uero postea admonitus à D. Brentio in Prolegomenis, stupidior fit, q; ut errorem suū adhuc agnoscere uelit: furiosior, q; ut ab eius uirulenta & calumniosa propugnatione desistere possit: quis nō uideat, ex stupido stupidissimum, & ex furioso furiosissimum interea esse redditum? Nam iudicent sana mente homines, simplē ne sit stupor atq; furor, quo Sotus desipiens atq; insaniens dicit, Perpetuā Spiritus S. præsentia non promissam etiam illis qui sunt uera Christi membra: quan doquidem excidunt à gratia, & nonnulli eorum perpetuò separabantur. An aliqui ex ueris Christi membris perpetuò separabuntur? Quid stupidi, quid furiosius cogitari potest? Etsi eū promissa sit Ecclesiæ perpetua præsentia spiritus, quod Ecclesia nunquam in hoc mundo sit destituta spiritus gubernatione, eo quod in mundo nunquam desint electi, habentes spiritum Dei, & constituentes ueram Christi Ecclesiam: tamen quos ex electis delinquentes spiritus S. contristatus deserit, eos pœnitentes aliquando reuulsit. Atq; ita singuli nō quidem continuò spiritum sanctum retinent etiam electi: sed tamen perpetuò eo non carent, qui ex cussus peccato, per pœnitentiam redit. sicut David orat: Cormundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ne proijicias me à facie tua, & spiritū S. tuum ne auferas à me. Redde mihi leticiam salutaris tui, & spiritu principalí confirma me. Luget quidem Paulus peccatores non resipescentes: sed hunc luctum suum solatur his uerbis: Solidum stat fundamentum Dei, habens signaculum hoc. Nouit Dominus qui sunt sui, quorū nullus excidit, nō redditurus & diuina gratia usq; ad finem permanens in Ecclesia. Ergo plus quam stupidū & furiosum est, Sotum asserere, nōnullos eorum qui sunt uera Christi membra, quos & suos esse nouit, ubi exciderint, perpetuò separados esse. Nemo, inquit, rapiet oves meas de manu mea. Huic nō multū dissimile est, q; negat Christum eodem modo singulis membris adesse, q; adsit toti Ecclesiæ. Nunquid, ait, singulis adest perpetuò; nūquid singulis cōuenit, Nō te deserā, nō te derelin-

quam? Det igitur nobis Sotus Ecclesiam, sine singulis suis membris: monstrat nobis in Ecclesia Christum & eius spiritum extra singula eius membra? Nam cum tota Ecclesia non sit aliud quam singula sua membra, & spiritus Christi adest toti Ecclesiæ: qui potest hoc aliter fieri, quam qua ratione adest omnibus & singulis membris? An alio modo anima adest in corpore toto, quam qua est in omnibus & singulis membris? Si omnia & singula membra anima sua operatione deficeret, an in corpore maneret? Ecclesiæ Christus & eius Spiritus non adest extra sua membra, cum sine suis membris nulla sit Ecclesia. Semper igitur adest Ecclesiæ Spiritus sanctus, sed non aliter quam quietura sunt Ecclesiæ. Nec propterea sinimus nobis placere commentum louiniiani, quemadmodum Sotus calumniatur, neminem accepto baptimate posse peccare. Nam electi, etiam baptisati, nonnunquam contra conscientiam peccant, peccato Spiritum sanctum amittunt, a resipiscant, alieni & extranei à uera Christi Ecclesia sunt censendi. Nam Christi & eius Ecclesiæ membrum non est, qui Spiritum Christi non habet, etiam si externam Ecclesiæ societatem non deserat, in qua hypocrita manentes non solum in æternum, sed ne nunc quidem sunt Christi, Augustino autore. Quamdiu igitur electi sunt membra Ecclesiæ, tamdiu illis non aliter adest Spiritus sanctus, quam toti Ecclesiæ, cum huic non nisi illis adesse possit. Nec obstat argumentum, quod Sotus amplius instat, De tota Ecclesia tenemur credere, quod Spiritu sancto gubernetur, nec ab eo deseratur. quod de hoc uel illo Christiano credere non tenemur. Ergo alio modo adest Spiritus toti Ecclesiæ singulis membris. Si credendum est, semper aliquam in mundo esse Ecclesiam, semper credendi sunt aliqui in mundo electi, qui tanquam membra constituant Ecclesiam. Et si credendum est, Ecclesiam gubernari Spiritu sancto, id fide tenendum est, & de eiusdem Ecclesiæ singulis membris. Sed sicut electi nobis sunt incogniti, & ipsorum Ecclesia est inuisibilis: ideo de hoc aut illo Christiano non tenemur credere Spiritum sanctum ipsum inhabitare per gratiam. quia scrire non possum, an hic uel ille sit ex electorum numero, quos in uera Ecclesia Spiritus inhabitatione & gubernatione non destitui, non minus credere tenemur, quam ipsam Ecclesiam gubernari à Spiritu sancto, cum, ut sæpe dictum est, non nisi in singulis membris, totam Ecclesiam gubernet. Nam si desereret singula membra, sua gubernatione Spiritus tota deserta iaceret Ecclesia. Non deserere autem dicitur Spiritus singulos, non ea solum ratione, qua in officio eos perpetuo retineat, sed qua delinquentes etiam in uitam reuocet, & in Ecclesiam reducat. Hæc quoniam Sotus non solum non assequitur, sed furiose etiam persequitur, cui se hominum conuictu expelli queritur, quem ut bouem foenum esse oportebat, donec tandem superba sua inscitia agnita, potentissimæ ueritati modestè & humiliter cedere, eisq; se submittere in animum induceret.

ANNOTATA IN CAPVT XXXVII.

IN tria capita dixerit Brentij sententiam de tota controversia Ecclesiæ: ac cum illis suam sententiam conferendo & conciliando Sotus, encomium canit ante uictoriam, ad quam in hoc certamine obtinendam

dam, hæc tria à Brentio concessa sibi dicit sufficere. neque enim se aliud dicere & sentire, quam Brentius ipse scripsit. Primum est, malos admisceri uera Ecclesiæ, & in eius externa congregatiōne esse. Secundum est, malos tamen illos non esse uera ueræ Catholice Ecclesiæ membra. Tertium, nihilominus tamen horum ministeria non esse infrugifera & inefficacia in Ecclesia. Ecquid te pudet Sote, de his tribus locis consensum simulare nobiscum? qui si uerus firmus que esset, non tantum laborares in nostra sententia, tanquam Donatistica aut Iouiniana refellenda. Nos uero in superioribus ostendimus ex Augustino, Asotico modo malos, hypocritas, paleas non esse in uera Ecclesia catholica inuisibili electorum: sed solummodo in eius Ecclesiæ externa societate, in qua nunc etiam sint Christo incogniti hypocritæ, & ut Augustinus ait, à Christo alieni, eti in eius Ecclesia esse videantur. Hoc sine distinctione uisibilis & inuisibilis Ecclesiæ dicere non possumus: quam cum tanquam falsum commentum reijciat, ubi manet de hoc primo capite Soti nobiscum consensus, quem iactitat? De altero membro, Malos non esse uera Ecclesiæ membra, siue, ut Sotus ait, non esse uita membra, si concordat nobiscum Sotus, non potest afferere, malos esse in uera Ecclesia. Nam qui uera & uiva Ecclesiæ membra non sunt, in uera & uiva Ecclesia profecto non sunt, sed tantum externa professione in ea esse uidentur. Quod rursus dici nequit, sine obseruatione distinctionis Ecclesiæ, quam Sotus pessime odit. Et in hac parte simulata suæ confessionis exploranda nouum errorem spargit, quem in altero uersu statim ipse refellit. Et addimus, inquit, Charitatem necessariam esse, ut quis sit uium Ecclesiæ membrum, certe mortua non sunt uera membra. Encharitatem facit uitam uiuentium membrorum Ecclesiæ. Et mox: Loquimur enim de ueritate uitæ illius quæ est à Christo. Quasi uero charitas sit ueritas uitæ illius quæ à Christo nobis proueniat ac non potius ipse Christus, sit uia, ueritas & uita, quæ omnes in ipsum credentes coram Deo uiuiscet. Qtos uerè in Christo per fidem uiuere, charitas testimonium coram hominibus perhibet. In hoc enim, inquit Christus, cognoscet omnes quod mei discipuli sitis, si uos inuicem dilexeritis. Sed Sotus causas effectum uitæ præcedentes, cum sequentibus signis, ut cocus multa iura confundere, atque omnia commiscere solet. In tertio membro non multo firmior consensus est, quam in prioribus duobus. Quid enim attinet fateri nobiscum, malos retinentes uerbum & institutionem Christi, posse utiliter fungi ministerio Ecclesiæ, si uero à doctrina & institutione sacramentorum Christi recesserint, auctoritate priuari, & ab Ecclesia ejici, atque interim suos Prælatos non uelle agnoscere pro ijs qui cœlesti doctrinæ contrarium doceant, uerum & legitimū usum sacramentorum peruertant? Hoccine adhuc dubium est, tot annis iam in totius orbis theatro agitata causa? Quod igitur ad hanc litem finiendam iudicium illud constituetur incorruptius? Nempe illud, in quo sui Asotici Prelati, de impietate doctrinæ & impuritate uitæ notoria accusati præsideant, ac contra semetipsos sententiam condemnationis ferant. Id quo nam Sotus, omnium secretorum optimè conscius, ipsos ante Kalendas Græcas nequaquam esse facturos perswasissimum habet, ideo causa propria non prius ab ipsis iudicata & pronniciata, nobis cum ipsis perma-

permanendum, ipsi sc̄q; parendum fuisse censet. iuxta illud, Cauete uobis à pseudoprophetis. Si angelus è cœlo aliud Euangelium annunciarit, anathema sit. Fugite idola. Eamus iam, & insimulemus Asotum, ipsum nobiscum de Ecclesia consentanea non docere, qui trimembri sua nobiscum confessione abunde probata, tanquam parta in hoc certamine uictoria exultans coronæ loco sibi cornua sumit.

ANNOTATA IN CAPVT XXXVIII.

Dilemmate bicorni assumpto, Brentium Sotus adoritur, inquietans Hæc de nostra inter nos confessione minimè obscura aut considerasti & nouisti, & à grauissima impostura & manifesta calumnia excusari non potes: aut non considerasti atque aduertisti, & à magna incogitantia & supina negligentia non excusaberis. Quid cornuto Asoto faciet Brentius, ne eum alterutro horum cornuum feriat: in quacumque partem evitaturus alterum Asotum cornū declinauerit, præcipitum famæ & estimationis suæ uidet: in tantas angustias eum iste cornutus redegit, sed non diu in ijs ipsum detinuit. Nam, nisi me diuini uerbi ueritas fallit, in tribus Apologiæ partibus Brentius Soto cornupetæ ita cornua detinet, ut ad nocendum non facile renascitura existimem. Quin hoc locetiam nimis uiolento impetu sibi ipsi sua cornua confringit. An non considerauit & attendit Brentius, Asotum dixisse, neque ex electione, neque ex fide, neque ex charitate interius pendere, ut quis ad Ecclesiam, cui dictum est, Portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, pertineat, siue subditus siue Prælatus: sed ut uiuum membrum eius sit, hæc requiruntur. An non etiam considerauit Brentius, Ecclesiam cui dictum est, Portæ inferorum non præualebunt ei, esse electorum solam Ecclesiam, ac non nisi ex electione & fide & charitate pendere, ut quis ad eam pertineat. Nam ad hanc Ecclesiam nulli uel subdití uel Prælati pertinent, sine electorum ac uiuorum membrorum fide. Nam ad uiuam & ueram uiuorum membrorum Ecclesiam nulla pertinent membra mortua, multo uero minus iam putrescentia, cuiusmodi sunt manifestè impi & flagitosi, quos Sotus ad ueram Christi Ecclesiam etiam pertinere, sa penumero repetit. Alterutrum igitur horum Sotus eligat, sed cornibus suis interea caueat. Aut sine iusta impudentiæ reprehensione non dixisse, ut quis ad Ecclesiam illam, aduersus quam portæ inferi non præualebunt, pertineat, nec ex electione Dei, nec ex uera fide & charitate pendere. siquidem malos etiam tam occultos quam manifestos, ut membra mortua & carentia uiua electorum fide, ad eam pertinere affirmat. Aut si ad eam Ecclesiam malū etiam pertinere censendi sunt, malis & mortuis Ecclesiæ membris cum bonis & electis communis erit facienda electio Dei, uera fides & charitas, sine quibus nemo ad ueram Ecclesiam illam pertinere dicendus est. In his uepribus cornute hærebis, donec nobiscum fateare, Ecclesiam distinguendam esse in occultum & inuisibilem electorum, & in manifestum ac uisibilem cœtum, ad quam boni patriter & mali, electi & reprobi tantisper pertinent, dum externam professionem fidei retinent: hac autem distinctione à te non approbata, nobis tecum non conueniet.

ANNOTATA IN CAPVT XXXIX.

Dominus Brentius manifestè distinguit in Prolegomenis inter iudicium de doctrina & administratione sacramentorum. hanc cōcedit ijs

ij's etiam qui carent uera fide & Sp̄itu sancto. Iudicium autem de doctrina committere, uel ab illis petere, qui ipsi fatentur ad id fidem & charitatem non requiri, Brentius tutum esse negat. Malorum ministerium ualidum & efficax esse in Ecclesia fatetur Brentius, sed eorum qui à doctrina & institutione sacramentorum Christi non recedant: quod Annas, Caiphas, Vrías, & alijs impij in ueteri Testamento ordinaria successione sequuntur, sicut Annas & Caiphas Aaroni & alijs sacerdotibus pijs successerunt. Ab eorum pontificatu, ait, Christus & Apostoli se non subtraxerunt, qui licet in eodem cum ipsis loco manerent, publicè tamen contra eos doceuerunt. Ac relictis Pontificibus, Phariseis & Scribis, turbæ Christo & Apostolis adhæserunt. Quod summa cum indignatione Pharisei ipsi fatentur: Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex Phariseis: sed turba hæc, quæ non nouit legem, execrables sunt. Iohannis septimo. Dixit quidem Christus, Phariseos & Scribas sedentes in cathedra Mōsi audiendos in omnibus quæ dixerint, nempe ex Moysi & Prophetis. Nam qui à Mōse aliena docuerit, et si in docendi officio ei ordinariè successerit, nequaquam in Moysi cathedra sedere censendus, ac propterea nequam audiendus est. Sic Christus ipse suum hoc præceptum limitat, & Apostolis renunciantibus, quodam Christi sermone offensos esse Phariseos, Christus respondit: Sinite illos: cæci sunt, & cæcorum duces. Porro si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadent. Nónne his uero quinimò præcipit, & ostendo periculo hortatur ut illos omittant. Cum igitur & Asotici, tum illo eodem, tum alijs plerisque omnibus sermonibus Christi offensi, Christi doctrinæ contraria asserant, sicut ex Illustrissimi Principis Confessionis & Asotice assertionis collatione uidere licet, à Christo libertate nobis concessa utentes, aut eius potius præceptum sequentes, turmatim indies ab Asoticis discedemus, nosq; Christo & eius Apostolis, doctrinam ipsorum amplexantes coniungimus.

ANNOTATA IN CAPVT XL.

In næ & Caiphæ, ac totius concilij contra Christum congregati patricium susciperet. quorum impium & blasphemum, crudele atque immagine facinus occidendi Christum, unigenitum filium Dei, omnes creaturæ reliquæ contremiscentes exhorruerunt: Sotus pro suo candore eti negare non possit, tamen pro sua pietate erga Christum, & pro reuerentia eruditum ipsi laudando defendere conatur. Vocat errorem, & qui quidem obrepserit permittente Deo. Sed nunquid non etiam fugeret eum Diabolo? Quo errore si quid peccatum est, cur ueniam non mereretur eius magna utilitas? Nam illorum cæcitas, ex Paulo inquit Sotus, salus fuit gentium, & reconciliatio mundi, non quidem illorum merito, sed prouidentia Dei. Denique errorem etiam hunc appellat necessarium, quadam tamen moderatione adhibita, ne nimis uidetur impudens. Sed hic tam necessarius (ut ita dicamus) error irrepsit in eos eo tempore, quo iam impletis promissis legis, & præsente Christo, non ab eis necessario pendebat salus populi & doctrinæ. His si tantum adderet, iustum & honestum, pium & sanctum fuisset istorum errorem, nullus commendationis locus fuisset prætermislus. Nam iucundum ipsius fuisse non dubium est, Christum aduersantem ipsorum impietati, suis fuisse è medio ignominiosissimo crucis supplicio. Quis non uidet hoc patro-

patrono causam suam etiam nonnulla ex parte tueri posse diabolum? Sed heus Sote, tuam prius tuere causam, tuam uidelicet ecclesiam nunquam errare posse: nec ullum concilium eius destituendum spiritus S. præsentia: Opponitur tibi uniuersum concilium Christum cruci adiudicantium, in quo præsederunt Annas & Caiphas, gubernante eos spiritu diaboli. Nam & tua Ecclesia, & in ea celebrata concilia, spiritu Christi carere atq; errare similiter possunt. Sotus concessu errore de concilio Pharisaico, eum de A-sotica ecclesia & ipsius concilijs negat: & hanc friuolam diuersitatis ratione assignat, Promissionem de perpetua spiritus sancti presentia & gubernatione ueteris Testamenti sacerdotibus factam, tantisper uiguisse, dum a sacerdotibus pendebat gubernatio populi, & obligatio ueteris legis ualebat. Sed durauit tempus legis usque ad Christum: siue, ut Christus ait, usque ad Iohannem Baptistam, ante quem nunquam cessauit scientia à facydotibus, propter promissam præsentiam spiritus Dei. quod prauum & perniciuum est mendacium. Nam de concilio sacerdotum & reliquorum in regno luda, manifestè dicit Hieremias capite octavo: A' minimo usque ad maximum omnes avariciam sequuntur, à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. Et capite uicesimo sexto: Concilium sacerdotum & prophetarum uociferantur ad uniuersum populum: Iudicium mortis est uiro huic: morte moriatur. Sed prædicante Iohanne penitentiam, & Christum ostendente, & incipiente tempore gratiæ, permitti sunt caderre legi doctores & sacerdotes. Quod ante finem mundi non accidet in doctoribus & sacerdotibus noui Testamenti, cum quibus Christus se usque ad finem seculi permansurum esse promisit. Quasi uero hæc promissio Christi ad Asotum & Asoticos sacrificulos, infensissimos hostes & persecutores Euangelicæ doctrinæ pertineat. nam quod de termino & fine, quem promissioni ueteris Testamenti sacerdotibus factæ, attulerit prædicatio Iohannis Baptistæ, suum hoc uafrum commentum uel solus hic sensus Asoticus confutat, quem de hoc loco Matthæi uicesimo tertio habet: In cathedra Mosis sedent Scribæ & Pharisei. Hoc enim Sotus capite precedente dicitum esse affirmat de ihs qui legitimè adepti sint autoritatem docendi & gubernandi Ecclesiam. Quo nomine Sotus sentit à Christo commendatos fuisse Scribas & Phariseos. At longo antè tempore in carcere ab Herode obtruncato Iohanne, eius ministerium finitum fuerat; at iam finitam ministerij Christi instabat, cum Phariseos & Scribas sedentes in cathedra Mosis audiendos esse præcepit. De dicto Christi, Lex & Prophetæ usque ad Iohannem: à diebus Iohannis regnum cœlorum uim patitur, & nolenti rapiunt illud: breuitatis causa nihil dicam, cum nihil suffragetur Asotius dicti Christi, de Phariseis & Scribis sedentibus in cathedra Mosis. Et non semel ad sacerdotes à se mundatos leprosos remittit Christus: & ut breuiter dicam, usq; ad diem Pentecostes ueteris legis sacerdotiū durauit.

ANNOTATA IN CAPVT XLI.

Si hodie reuiuisceret Basilius, magis deploraret falso nomine catholicis uniuersam doctrinam Prophetarum & Apostolorum, quam olim hereticos manifestos persecutionem mouisse aduersus catholicos ueros, ac quæ tum reprehendit in illis, quos Sotus dicit uiolentos usurpatores fuisse ecclesiarum, eadem nunc in fraudulentis etiam usurpatibus Asoticis reprehenderet. Exemplo Theophili concedit errorem singulorum episcoporum, sed non totius Ecclesiæ. sed si singuli errare possunt, qui totam constituant Ecclesiam, potest & tota Ecclesia errare quam uocantrepræsentantiam: hoc est, Episcopi in concilijs congregati, nam huic Ecclesiæ non facili-

Et a est promissio de perpetua Spiritus sancti praesentia. Itaque errabant quidem fœdissime & imp̄issime Annas & Caiphas cum toto suo cōcilio: sed uera tamen ecclesia piorum multorum nō cōgregatorum in hoc concilio Spiritus sancti praesentia & gubernatione non destituebat. De Lucio alio Episcopo Alexandrino, ad institutum Brentij satis erat, Moysen eremita noluisse ordinari à Lucio oris professione catholico, sed corde Arriano. Nam à minore ad maius hoc Brentij argumentum bene procedit. Moyses eremita à Lucio, et si profitebatur rectam fidem, tamē cum persequeretur alios episcopos, noluit ab eo ordinationē suscipere. multo igit̄ minus nos debemus eam suscipere ab Asoticis, qui non solum sunt sc̄utia illo Lucio crudeliores, sed doctrinæ Christi depravatione non multo minus imp̄ij. Ideo fateor Sote tuā causam longe à Lucij causa distare. Tua namq; quam illius multo est deterior. Ille unū errorē, quem aperte tamē noluit agnoscere, defendendo, diuīorem sese gessit erga alios episcopos: tu excepto Lu- cij errore, in omnibus ferē reliquias articulis cum tua ecclesia aberras, erroresq; tuos propemodum infinitos aduersus omne genus hominum inimicissimam crudelitatem exercendo, pro diuinis oraculis, & summis articulis fidei defendere conaris.

ANNOTATA IN CAPVT XLII.

VTrumq; crimen & crudelitatis & impietatis Sotus alienissimum esse dicit à suis fraterculis. nec probare poteris, inquit, nostros manifestē damnatā hæresim in ecclesia sequi, aut persecutos fuisse ullos pios. An putat Sotus superioribus seculis, una foecura simul erupisse omnes hæreses, ut secunda errorum ingenia Asotica, nouas párere nullas possint: aut nullæ sint aliæ hæreses, quam quæ quondam in Ecclesia publicè damnatae fuerint. nec tamen ab his ipsis omnibus alieni sunt Asotici. nam, ut unam mulierum loco cōmemorem, Pelagianam hæresin proximè contingunt doctrinæ Asoticae, de peccato originali, de viribus liberi arbitrij, de merito congrui & cōdigni, de perfecta obediētia legis, de operibus supererogatiōis, de proprijs satisfactionibus pro peccatis, & id genus alijs portetolis erroribus, cum Christi doctrina, in propheticis & apostolicis scripturis tradita, ex diametro pugnantib. Nolo singulos Christianæ doctrinæ locos in prece, ne, quod dicisolet, actum agere videar Quid enim quadraginta perseuntia percurrente, Asoticis suæ doctrinæ impietatem ob oculos statueris annis egerunt, atq; etiamnum hodie agunt doctissimi quiq; quam ut toti Christiano orbi, errores, quibus Asotica ecclesia scatet, manifestaruntur. Verūm ne omnia nostrorum scripta, longioris inquisitionis labore, Soto essent euoluenda, D. Brētius hoc tēdij deuorauit, & ex Asoticis autoribus, in compendium trium Pericoparum contraxit, præcipuas & manifestissimas impietates Asoticas: ad eas remitto atq; ablego Sotum, rogantē Brenniū. Vbi ostēdisti docere nostros, quæ pugnat cum cœlesti doctrinā: nam perfectis Pericopis illis, crediderim Sotum agnitus locum, ubi ostensum fuerit à D. Brentio, doctrinā Asoticā cum cœlesti doctrinā Christi pugnare. Sed contra Brentiū & alios nostros doctores Sotus apponit exceptionem, ut iurisconsulti dicunt, omni exceptione maiorem. ait enim: Illud tantum in hoc loco agimus, ut apertum fiat, de causa impiæ doctrinæ, nihil contumos probasse, nouos hos Doctores nullo iudicio nos cōuicisse, & supertranos probasse, nouos hos Doctores nullo iudicio nos cōuicisse, & omnium iniqliissimē sentētiā ferre. & paulo antē: Nonne ergo, inquit, alieni omnia est ab omni humana æquitate, & in ea causa, in qua discipuli Lutheri sunt accusatores, nostrorum sibi usurpare iudicium & sententiā ferre? Quorum summa hæc est, Sotum nō agnoscere, quantumuis manifestam, & ex apertis scripturis manifestatam doctrinę suæ impietatem, nisi per sententiam legitimi iudicij Prælatorum Asoticorum hoc definiatur. Verūm

cum Sotus ipse nos facit & fateatur accusatores suorū, reos igitur se se ipsi agnoscunt. Si igitur iudicio Soti, ab omni humana aequitate alienum est, accusatores sibi iudicium usurpare & ferre sententiam, nō minus profectio ab omni humana aequitate alienum etiam fuerit, Asoticos, quos nos reos impietatis agimus, se constituere iudices suorum accusatorum: ac contra nos, nullo legitimo iudicio conuictos, non solum sententiam ferre, sed & crudelissimam iniquissimā iudicij & propriæ sententiae executionem sibi sumere. Nam quibus iudicibus, ab Asoticæ doctrinæ impietate dissentientes occiduntur, quam Asoticis? Si igitur Sotus querit, Quis vos constituit super nos iudices, cū sitis accusatores? nos uicissim ex illo querimus, Quis iudices super nos constituit Asoticos, cum se fateatur esse reos? Sotus reorum causæ propter semetipsum impensius fauens, semper prouocat ad legitimum iudicium, quod contra omnem equitatem uult esse penes sodalitatem Asoticorū, qui actionem suam ab executione, & persecutione cruentas doctrinæ Asoticæ, est consensus propheticæ & Apostolicæ scripturæ, quæ continet indubitatum uerbum Dei. hoc stare à partibus nostris, contra Asoticos quoniā Sotus cum suis præfractè & pertinaciter non solū uerbis negat, sed pios etiā crudelissimè persequitur, Deus non sine maximo Asoticorum malo, aliquando uniuerso orbi luculentissimè comprobabit, excitatus clamore sanguinis innocentis, quem plurimum paucorum annorum spacio fuderūt Asotici. De dijs minorum gentium, de fiducia agricolæ &c. satis superç̄ responsum est à Brentio.

ANNOTATA IN CAPVT XLIII.

DE morib⁹ prælatorum in hoc capite Sotus agens, humiliter confiteatur omnia delicta suorum, de quibus à suis grauius accusantur, quam ab aduersarijs: adeò manifesta & decata sunt omnibus, ut sine summâ pudentia, nec à suis autorib⁹, reticeri, nec Sotus ab alijs sua fidei consortib⁹ confessi negari potuerit. Quę em̄ grauior cēsura mortu suscepta fuit in ecclesia Sot⁹ præter eam, & quam delecti Cardinales Paulo Tertio detulerunt, & quam apostolicæ sedis legati patrib⁹ Tridentinæ synodi proposuerunt: qui ut catalogum infinitorum criminum (sic enim Soto ipsi libet appellare suorum delicta) abrumperent, uno atq; altero uerbo, omnia nefanda flagitorum genera comprehendens: Si pro meritis nos castigaret Deus, inquiunt, iam pridem sicut Sodoma & Gomorra fuissimus. Quo magis miranda est uesania Sot⁹, qui in extremam contumeliā dicit prorupisse Brentium, eo quod cōfusus testimonio ueritatis illorum legatorum, quod de se, alijsq; perhibuerunt, Sodomiticos & Gomorriticos appeleret prelatos, quorum iudicio non sit cōmittenda salus Ecclesiæ. Nam illi se non dignos faterentur Sodomorum & Gomorræorum incendio, nisi sibi probè essent eorumdem conscij criminum, fatentur enim ingenuè, se pro Sodomiticis & Gomorreijs meritis, misericordia Dei, nondum sustinuisse condignas Sodomorum & Gomorræorum poenas. Hosce igitur cum Brentius non pretet ferendos esse in religionis doctrina iudices, Sotus respōdet horum testimonium esse sensum membrorum ecclesiæ, & dolorem ex morbis corporis, qui doloris sensus testetur aliquid sani esse reliquum in toto corpore, & adhibita medicina quod corruptum est, etiam sanari posse, ac præstissimum illorum malorum remedium esse agnitionem & confessionem peccatorum, que delecti Cardinales & Legati, suo & aliorum nomine confessi sint, Planè, inquit, spiritu Danielis, qui confessus est sua & populi sui peccata. Ex quo infert Sotus: Quem non hoc merito edificare debeat & docere, spiritum prophetarum unum esse in ecclesia, ubi est uera cognitio peccati. Verū hīc nouerit Sotus, aliam esse agnitionē & confessionē peccati, qua

qua impudentia negandi omnibus manifestissima cauetur: aliam, quæ ad poenitentiā agendā requiritur. Nam delectos istos Cardinales & legatos, ex mandato consultantes de Romana curia & ecclesia emendanda, nō attendisse atq; agnouisse peccata omnium oculis obuersantia, summæ profecto fuisset nō solum oscitatiæ, sed & impudentiæ. poenitentiæ autem ueræ fuerat, peccata non solum agnosceræ & cōfiteri: sed & illis correctis, uitam & omnia alia in melius emendare. Hic igit̄ Sotus nobis indicet, quod nam peccatum ex illis omnibus, quæ in consilio delectorum Cardinalium & legatorum recitatūr, Romanæ ecclesiæ prælati correxerint, quod nō interea cumulauerunt: ut nihil de ipsa peccatorum mutila & manca cōfessione dicam, in qua nulla impietatis doctrinæ & cultuum peccata, contra primam Decalogitabulam cōmissa agnoscūt, quæ in uera & seria peccati cōfessione uel in primis fuerant & agnoscenda & corrigenda. Quare concedimus quidem Soto, sicut Caino & Iudæ Iscariotæ, agnitionem peccatorū: impudentissimus em̄ sit, si aperta negarit. quod autem uero sensu peccati tangatur, uero dolore afficiatur, uera poenitentia ducatur, quis quælo credat, qui emendationē nullam uideat. Quare nō est quod Sotus spiritum Danielis cōfidentiæ peccata, in sua ecclesia esse iactitet, nisi eum nobis Danielis poenitentia proberet. Ac si Asoticor etiam impietatum in doctrinæ & cultibus nō argueret, eiusmodi, quæ certissimā impietatem in doctrinæ & cultibus Dei cōtemptus Dei cōtrouersiis religionis & nō recusaremus ipsorum ministeria & iudicia in cōtrouersiis religionis & fidei. nam seruata forma ueræ doctrinæ à Christo traditæ, malī ministri morales, non redundit irritum ministerium. Sed sunt quædam uitia ut reprobæ mētis, ita quoq; impietatis in doctrinæ & cultibus Dei certissima documēta, eo quod sint ignorantiae & cōtemptus Dei coelestisq; doctrinæ, grauis simē poenit. de qbus Paulus ad Romanos cap. 1. in hęc uerba scribit: Quēad dum nō probauerūt, ut Deum agnosceret: ita tradidit eos Deus in reprobam mentem, ut facerent quę nō cōueniebant, repleti omni iniusticia, scorbutione, uersutia, avaricia, malitia: pleni inuidia, cede, cōtentione, dolo: malis prediti moribus, susurrones, obrectatores, Dei osores, cōtumeliosi, elati, gloriosi, excogitatores malorū, parentibus immorigeri, expertes intelligentię, peccatorū haud quam tenaces, alieni à charitatis affectu, nesciū fēderis, immisericordes, & si quę sunt alia fēdiora & atrociora criminā, quę in eodem capite Apostolus enumerās, ignorantię & contemptus Dei pœnas esse pronūciat. quibus Asoticos obnoxios esse, prēter delectorum Cardinalium & legatorum ingenuam confessionem Paulo Tertio & consilio expositā, res ipsa etiam palam testatur. quomodo igit̄ possimus illos scientiam Dei & uerorum cultuum tribuere, aut doctrinam de Deo & ueris Dei cultibus ab ipsis petere, aut illos iudices de dubijs doctrinę fidei & religionis admittere? Hęc Soto de malis moribus suorum modestius respōdere uolui, quām ipsorū turpitudō merebatur. à qua multos bonos uiros, in ista Babylonica captiuitate adhuc detentos, alienissimos esse scio, atq; Asoticorum impietatem doctrinę iuxta ac impietatem uitę totū pectore detestari: nihilq; magis in uoti habere nihil dubito, quām ut ipsos Deus ab Asoticis impietibus benignè ac quām citissime liberare dignetur: quos uoti sui quām primū compotes fieri ex animo opto. nec cōtra illos quicquam hīc ago, sed cum Asoto, & qui Asotica probant, mihi res est: quos propter notoria crimina, à iudicijs de doctrina fidei & religionis iure rejiciendos doceo.

ANNOTATA IN CAPVT XL IIII.

Probauit hactenus, sed seipso teste, Sotus, uerā Christi ecclesiā electorum, cui eternę stabilitatis cōtra portas inferi promissio sit facta, manifestam & uisibilem esse, ut etiam à nobis cognosci possit. hinc iam facturus

transitionē ad ostendenda signa mōstrantia uerā ecclesiā, quibus cognoscit
possit, in hoc capite exordij loco cōmendat istorū signorū diligentē obser-
uationem, utpote ad salutē necessariā, his em̄ nō obliteratis, facilius à uera
ecclesia aberrat, extra quā nulla est salus. Vera & grauis ratio, cur diligēta
inquirendum sit de ueris Ecclesiæ Christi signis externis, idq; eo diligēta
tius & attentius faciendum esse, lectorem moneo, quo pleraq; signa Asotici
æ ecclesiæ, à uera Ecclesia Christi sunt alieniora. Nam lī is qui dicit, Hic est
Christus, aut illuc, conat ostendere ecclesiā, ut ait Sotus: quia in cōfesso sit,
Christū nō esse extra ecclesiam; sequit, ubi Christus nō est, ibi nō esse ipsius
Ecclesiā. Sed Christus ait, Si q; uobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illuc
nolite credere. ergo si quis nobis dixerit, Ecce hic est Ecclesia Christi aut il-
lic, nō debemus credere. Sotus aut̄ dicit hic ecclesiam uel illuc esse, quia suis
signis alligat eā ad certā sedē, ad certū genus hominū, ad peculiare & p̄prium
caput, cum sicut fulgur pateat per uniuersum orbē: ergo nō est ei credēlū,
nec quā ipse designat, agnoscēda, p̄ Christi uera ecclesia: quæ, sicut & Chri-
stus, nulli certo loco aut hominū generi aut peculiari capitī est alligata.

ANNOTATA IN CAPUT XLV.

Precibus omnino opus est ad Deum, ut mōstrat ecclesiā: & tanto quā
bus Sotus synagogā satanæ conat nobis obtrudere pro ecclesia Christi.
sed tuis atq; tuorū precibus nihil apud Deum aliud agit, q; quod à te ma-
gis offendatur. cum em̄ careas uera fide, ex qua oratio Deo grata p̄ficiſit,
ac cum dubitatiōe & formidine, neforte nō exaudiaris, ores, oratio tua cō-
uertit in peccatū. nos uero oramus quidē assidue, ut ecclesiā quam nobis in
uerbo suo mōstrauit, nō patias nobis obscurari tenebris Asoticiis: sed ne, ne
glectis & à Deo, p̄positis ordinarijs medijs, Deū tentare uideamur, scriptu-
ras sanctas, in quibus Deus Ecclesiā suam manifestat, diligentissimē scruta-
mur. Nam cum sit indissolubilis coniunctio Christi & ipsius ecclesiæ, non
alibi, nec alijs signis quærenda est ecclesia, quam Christus ipse, qui in solis
scripturis sanctis, quæ de ipso testificantur, inuenitur. Rom. i. Quod ante
promiserat Deus per prophetas in scripturis sanctis de filio suo.

ANNOTATA IN CAP. XLVI.

Quæ igitur & q; sunt signa Ecclesiæ Christi, secundum Sotū? Tria, quæ
hic ordine recitat. 1. Cōsensio in apostolica doctrina fidei & cultibus. 2. Suc-
cessio continua atq; ordinaria. 3. Agnitio unius capitī, & unius pastoris uicarij
Christi. Christus pro sola ecclesia orauit: orauit autem pro apostolis,
& qui per sermonem eorū in ipsum crediderint. Ergo consensio fidei in ser-
mone & doctrina Apostolica, est infallibile signum ecclesiæ. Sed ubi in scri-
pturis ulla mentio ordinariæ successionis, & agnitionis unius pastoris uicarij
Christi: quæ signa duo posteriora cum primo, siquidē sit uerum & in-
tegrū, ita pugnant, ut stante consensione in doctrina apostolica fidei, cadere
necessit pugnātem cum cōsensione in apostolica doctrina ordinariæ suc-
cessionem & agnitionem unius capitī & pastoris uicarij Christi, & ē con-
trario. Quare falsum est quod Sotus ait, hæc omnia necessaria esse Ecclesiæ
Dei ita coniuncta, ut sine eis nulla ratione esse ualeat. si enim Asotus de sua
ecclesia loquitur, non potest posterioribus proprijs Asoticiæ ecclesiæ si-
gnis esse coniuncta uera consensio in apostolica doctrina: sin uero de ec-
clesia Christi uerba facit cum uera & orthodoxa consensione, in apostoli-
ca Christianæ fidei doctrina, non potest conciliari ordinaria Asoticiæ suc-
cessio & agnitio unius capitī & pastoris uicarij Christi. fuit em̄ Ecclesia Christi,
longo tempore antē quam de ordinaria successione de unius capitī,
vicarij Christi agnitione, ulla quæstio moueretur, uel ulla, cogitatio animis
hominum subiret.

ANNO'

ANNOTATA IN CAP. XLVII.

SVpra capite 40. dixerat, à prædicatione Ioānis & Christi cœpisse ecclesiā nouī Testamenti. sed facile cōdono obliuionē hanc suorū dictorū Asoto, qua suū ipsius cōmētū, de errore cōcīlī Annæ & Caiphæ cōtra Chriſtum cōgregati refellit, ac fatebor, Ecclesiam nouī Testamenti originem ducerē à prædicatione apostolorū. Atq; tum in illa sua prima origine & nativitate, iam perfectā & integrā fuisse ecclesiā. Nam perplacent, quæ Sotus his uerbis scribit: Nec eñ credenda est tūc utcunq; & imperfecta, sed integrā certe, & perfectissima. nihil ei quod ad ueritatem & perfectionē attinet, nō sacramēta, nō uerus Dei cultus, nō cognitio & fides mysteriorū nō mīnistrī, nō deniq; aliquid qđ ad salutē desiderari posset. Iam Spīritus S. docebat apostolos omnē ueritatē. Vix alibī magis placuisti Sote, dummodo tibi ipsi cōstares. Nam haud facile sustinebis tuorū q̄rundā cōmilitonū indignationem, quorū telū sua opinioē ad nos p̄sternēdos ualidissimū ipse cōfregisti. Nō eñ, opinor, ignoras, eos, & p̄sertim Bartholomēū Latomū, qui Spīritui S. auctori apertissimos quosq; errores ecclesiæ tuæ adscribunt, dicere solere, apostolos pueros & infantes, in infantili & puerili ecclesiæ ætate, multa nō potuisse portare, quæ postea Spīritus S. adultioris & puectioris ætatis ecclesię reuelarit: Christo dicēte Ioan. 16. Multa adhuc habeo quæ uobis dīca, sed nō potestis portare nūc: cum autem uenerit spīritus ueritatis, ducet uos in oēm ueritatē. Hic te Sote, cū tuis, tuo periculo cōmitto, qui cōtra illos tuos cōplices doces, spīritū S. apostolos docuisse oēm ueritatem, nec quicq; ecclesiæ per prædicationē apostolorū recēs exortæ ad perfectionē defuisse.

ANNOTATA IN CAPVT XLVIII.

Fuit sane prædicatio Apostolorū prior scriptura nouī Testamenti: sed utrāq; posterior fuit tempore, uerbo Dei & euāgeliō Christi: quo cœlitus per Christū allato, & per Apostolos prædicato, orta est, & per eosdē scripto propagata est ecclesia usq; in hodiernū dīcē, & propagabit usq; ad finem seculi. Quid eñ predicarūt apostoli: nōne uerbū Dei: nunq; nō etiā idē uerbū Dei, qđ prædicatiōe diuulgārūt in totū orbē, sua scriptiōe, propagarūt in oēm posteritatem: cuius causa, tam sacræ q̄p, pfanæ literæ, monstratore Deo, sunt inventæ: sicut aūt uiuentib, apostolis citra ipsorū prædicationē nō potuit audiiri euāgeliū Christi: ita uita iam defunctis apostolis, extra apostolicas scripturas nō potest inueniri. Nam & prædicationi & scriptiōni apostolorū includsum fuit unū & idem uerbū Dei & euāgeliū Christi. quod imp̄ssimē nō minus hodie cōtemnūt, q; ut Asotici, tam cōtemptim sentiūt & loquunt de scripturis, sine qbus nobis dare nullū euāgeliū possunt, q̄ qui ip̄ssimā apostolorū prædicationē spreuerūt. Quę ipsa ex scripturis ueteris Testamenti cōtexebat. Ut satis mirari nequeā imperitiā ne dicā an stupiditatē Soti, q̄ dicit, non paucis dieb. in exortu ecclesię, nullā fuisse scripturā eius fidei, quā certō sequeban̄t. An aliū Christū, & in Christū aliā fidem putat Sotus, scripturas prophetarū docuisse, q̄p apostolos, qui Christū & fidē sunt securi, prophetarū, & ex scriptis propheticis eundē Christū eandemq; fidem docuerūt. Stabat quidē, ait Sotus, prophetarū literæ de Christo uēturo: cāterū de eius iam præterito aduētu, rationēq; & mysterijs eius iam cōpletis, de incarnatione uidelicet & nativitate ex uirgine, & alijs redēptionis nostrē operib. iam peractis, in quorū omniū fidē cōgregabant̄, & uiuebāt, qui apostolos p̄dicantib. crediderant, nullę erāt scripturæ. Nullæ erant Apostolorū manibus scriptæ, que oēs p̄missiones exhibito Christo cōpletas esse nominatim dicerēt, sed p̄pheticis literis nō magis edificatā & cōfirmatā fuisse fidē de Christo uēturo, q̄ de eo iam missō, multa extāt clarissima nouī Testamenti testimonia. Cur eñ Petrus omnibus p̄ijs tanto pere cōmendat scripturā propheticā tāquam lucernam in obscuro loco apparentē; Apostoli & euāgelistę rerū à Christo

Gg ; gesta-

gestarū & præteritarū historiā, insertis ubiqꝫ prædictionibus prophetarum de Christo uenturo, cōprobarunt Ioanni Baptistæ per discipulos suos que renti, Tu es ille qui uenturus est, an aliū expectamus? nō alia Ioanni renūciandum ipsius discipulis præcepit, qꝫ que de Christi exhibiti & miseri operibꝫ prædixerat pphetae. Aut existimat Sotus Iudeos nō recipiētes scripturā noui Testamēti, per prophetas nō posse conuinci Christum iam uenisse, ac fruſtra eum ab ipsis adhuc uenturum expectari; fide digna non fuissent habite apostolorū prædicatio & scripturæ, nisi scripturis ppheticis fuissent cōfirmatae. Necqꝫ cōcionāte apostolo Paulo, auditores in Actis legunt cōsuluisse scripturas propheticas, atqꝫ quæ siuisse, num hæc ita haberet, que Apostolos ex prophetis docebat. Itaqꝫ manifestā cōtradictionē in seipſis hæc Sotis uerba habent, Prius siuisse fidem scriptā in cordibꝫ apostoli Dei per Apostolorū linguis, qꝫ ulla esset scripture mentio. Nam ipſi apostoli suis linguis docentes fidem in desinenter scripturæ propheticę mentionem fecerunt. Et Christus Apostolis dicitur exposuisse, quæ de se scripta erant in Moysē, Prophétis & Psalmis. Qui apostolos misit, prædicationem Euangeliū iniunxit, nec ullum de scribendo tunc præceptum dedit. Asotus obiicit, Vbi igitur postea datum est de scribendo præceptum? Ergo deleatur, abiicitur tota scriptura apostolica, & damnetur quæ Deo non mandante, sed priuato apostolorum consilio fuit scripta. Cuperem ex Soto cognoscere, an nō scribendo assertiones & defensiones Asoticas sibi ipsi non minus uideretur prædicare suā doctrinā, qꝫ cum uel in ecclesia uel schola clara uoce docet: Scimus quidē prædicationis euangeliū appellatione, in primis in docendo euāgeliō, ueruę & humanę uocis officium designari: sed hoc nomine etiam comprehendendi scriptiōnem, & testificatiōnem de Christo per propriū sanguinis effusione, & quo libet alios modos propagandi doctrinam euangeliū de Christo saluatore nostro. Quid enim quod Petrus ipse sanctos Dei homines cōdendo sacram scripturam locutos siuisse diserte dicit. quod autem sicut noui, ita quoque ueteris Testamenti ecclesiam priorem dicit siuisse scriptura prophetarum, fatemur: sed uerbo Dei priorem siuisse, negamus. cum igitur Deus consignari uerbum suum curarit sacris literis, sicut sine sacris literis nullum potest monstrari uerbum Dei, ita sine illis ipsis nulla potest ostendī Ecclesia Christi.

ANNOTATA IN CAPVT XLI.

Quid attinet, Sote, plurimis hinc inde conquisitis leuisimis nugis immīnuere ac labefactare autoritatem & dignitatem scripturæ sacræ? quin nulla circuitione & dissimulatione usus aperte profers: quod te in corde sentire, hæc contra scripturam instituta oratio Asotica prodit: nempe omnem scripturam diuinitus inspiratam, inutilem esse ad docendum & consolandum: seminarium esse omniū controversialium & discordiarum in ecclesia, materiam & officinam omnium hæresum: ac proinde sicut præter dignitatem suam fecerint apostoli, eam scribendo: ita sapientes & graues uiros se indignum facere, si eam lectione sua dignentur. in nullo enim discrimine ponno, siue simpliciter damnes ac reprobes scripturā sacrā, siue cōtemptissime de ea loquens, omniū manibus eam excutias. Quid enim cōtemptius ullus Appio aut Pophryrius contra scripture autoritatem & dignitatē dicere potuit, qꝫ hoc loco Sotus scripturā cum uiuæ uocis prædicatione apostolorum cōferens scripsit: Vix uocis prædicationē apostolorū quā habere nō possimus, extollere & omnibꝫ cōmendare: apostolicarū uero literarū prædicationem quam habemus, negligere, & in omniū contemptum adducere, nonne summa est amentia: presertim cum negari non possit, necessariā siuisse ecclesiæ ad cōsummationē seculi usqꝫ in mundo permanens prædicationem & doctrinam apostolorum: quam ut ad omnem posteritatē sinceram & integrā-

gram transmitteret, spiritui sancto, cuius instinctu Apostoli ad scribendum
accenserunt, apostolicæ literæ uisæ sunt cōmodissimæ. id si quid dignitati &
maiestati apostolorum ipsorumq; doctrinæ derogat, quemadmodū Asotus
profanorū quorundam prophetarū exemplo dementatus hic blaterat: ali-
quid' profectò maiestati etiam sp̄ritus S. detrahet, cuius impulsu scripserūt:
line, ut Petrus de sacris scriptorib. ait, à sp̄itu Dei impulsu loquiuti sunt san-
cti Dei homines. Quid est autem, quod Sotus in apostolicis literis deside-
ret, quod ad ueritatem & certitudinem doctrinæ Euangelicæ spectat: num
Sotus uiuæ uocis prædicationem apostolorum existimat præstare aposto-
licæ scripturæ: quod ad uim & diuinam illam sp̄iritus S. energian in promo-
uendis immutādis hominū cordib. attinet, scriptura ne excellere sentit pre-
dicationem uiuæ uocis apostolorū: Ex tribus ostentis D. Augustini hoc le-
cundum fuisse uulgo fertur, quo desiderauit Paulum uidere in cathedra: ca-
pus haud dubie admiratione feruentissimi sp̄iritus, quem præ se ferunt
& adhuc retinent Paulina scripta. Verū si Augustino, sicut optauerat, con-
figisset audire concionantem apostolum Paulum, aliud' ne auditurus fuerat
Euangelium, quam Apostoli iam scripserant: Vnam & eandem doctrinam
Euangelij, uno & eodem sp̄iritu prolatam, licet alijs & pluribus uerbis, &
sonoriæ uocis, qua muta scriptura caret, iucunditate ac totius actionis gra-
uitate apostolica admirabiliorem fuerat auditurus. Quarum rerum deside-
rūt nos non nimium excruciat, cum illis sine salutis iactura careamus, qui
Apostolicis literis integrum doctrinam salutis comprehensam habemus.
Non omnia scripta sunt quæ Christus & Apostoli cœperunt facere & doce-
re: & quæ ex plurimis scribenda Apostoli delegerunt, summatim tantum
perstrinxerunt. Fateor, quod non semel fateri non puden̄t Ioannem Aposto-
lum & Euangelistam, innumera esse opera Christi à se non descripta: sed
quid addat, id quoq; Sotus audiat: Hęc autem scripta sunt, ut credatis, quod
Iesus est Christus, & per fidem in nomen illius habeatis uitam æternam. in
quo enim ad salutem necessariò deficit, quæ ad consequendam uitam æter-
nā, perfidem in Christum sufficit: Insufficientia & imperfectionis, quan-
tu[m]uis brevis & compendiosa scriptura argui iure non debebat, quæ po-
test hominem Dei perfectum reddere, ut sic ad omne opus bonum appa-
ratus. Quid enim doctrinæ Apostolicæ integritati detrahit immensa uer-
borum & doctrinæ sylva, ut Sotus ait, qua probabile est floridissimam
fuisse uiuæ uocis prædicationem Apostolicam. Ego, ut aliquid Soto in-
opinabile dicam, non puto Apostolum Paulum meliorem fuisse uiuæ suæ
prædicationis interpretem, quam scriptorum eius nunc sit Sp̄iritus sanctus.
Causatur quidem Sotus obscuritatem & ambiguitatem, cur uideatur scri-
ptura apertiori & magis perspicua prædicationi Apostolorum postpo-
nenda: liquidem apostolus Petrus de difficultate epistolarum Paulinarum
fideles admonuisse legat. Ad eundem modum non tantum Pauline episto-
la, sed & tota scriptura reliqua intellectu dicenda erit difficultis. Sed qui-
bus indoctis & parum firmis, cuiusmodi sunt Asotici: qui, ut Petrus ait,
sicut & cæteras scripturas, ita quoque Paulinas epistolas detorquent ad
suam ipsorum perniciem. Qui leges & regulas ueræ interpretationis no-
uerit, & in uocato sp̄iritu Christi, in intelligendis & enarrandis scripturis se-
curus fuerit, is scripturas quamlibet difficultes intelliget. Ac si quę etiam sit in
scripturis difficultas & obscuritas uera, qua, ut Augustinus ait, exerceamur:
tamen illa difficultas non obstat, ijs rebus certo & perspicue cognoscen-
dis, quę ad salutem scitu sunt necessarie, quę satis dilucide & perspicue sunt
in scripturis tradite. Quo uero loco habendū est, quod Sotus preferens præ-
dicationem uiuæ uocis apostolorum, apostolicis scripturis hęc pretendit, q
pauciores scripsent, quam prædicarint: quod qui scripserunt, una Greca

lingua: qui prædicarint, omnib. linguis usi fuerint, atq; uniuersum orbem ad Christum conuerterint. Plures fortassis scripserunt, quam nos sciamus. ac si maxime omnes apostoli scriptis mandassent suam doctrinā, non omnia tamen fuissent posteritati necessaria. sed quot numero apostoli ad testimoniū perhibendū veritati in lege requirunt, totidem apostolorū scripta in canonem recepta fuerunt. sufficiebant aut tres aut quatuor, qui ad pergradum totum orbem terrarū non suffecissent: ideo plures prædicarunt & scripserunt, aut recepti inter Euangeliographos fuerūt. Ac mirū est, Sotū sigillare scripturā apostolicā, una dntaxat loquentē lingua, cum omnib. apostoli linguis prædicatunt. An nescit Sotus, hanc linguā eo tempore in uniuerso orbe terrarū inter gentes fuisse uulgatissimā, & ob id diuulgationi Euangelij accommodatissimā? Fortassis uellet apostolos sicut prædicarunt, ita etiā omnib. linguis scripsisse Euangelium? Cur igitur prophetarū & apostolorū scripta in alias linguis transferendas esse, Asotici pceres prohibent: aut cur suā translationē latinā archetypo græce linguae, qua apostoli primū Euangelīū scripsere, præferunt? Quiaq; aut una dntaxat lingua pauciores apostoli scripserint: latius tamen Euangeliū scriptis suis, quam uiuē uocis predicatione propagarunt. semel Euangelica doctrina impleuerunt omnes apostoli uniuersum mundū uiuē uocis ministerio: idem iā mille quingentos annos fecerunt suis scriptis pauciores apostoli, facientq; deinceps semper usq; ad finem seculi: ac tum quidē an minor est futurus numerus eorum, qui uita defunctis apostolis, ipsorū scriptis ad Christū conuersi saluabunt in fine seculi, quam q; ipsi sua prædicatione cōuerterunt: prædicatione apostolorū conuersi hic mundus, in quo degebāt, capiebat. Apostolicis uero scripturis ad fidem Christi hactenus perductos, ac deinceps usq; ad finē perducendos, plures mundi nō caperent. Cur igit contra omnē rationē Sotus tanto dignitatis interuallo scripturis apostolorū, uiuē uocis prædicationē præfert? Ratio consilij Asotici in pmpetu est. Quia traditionib. suis apostolicas, quasi aetitatem, quasq; uiuē uocis predicationi apostolorū annumerāt sui prelati, auctoritatē & dignitatem maiore esse uendicet atq; obtineat, q; sit scripture sacra: ac sicubi pugnantia inter scripturas & traditiones apostolicas non scriptas oboriaf, autoritati scripturæ præponderet autoritas traditionū, quibus multos suæ ecclesiæ errores cum scripturis pugnantes defendere conantur.

ANNOTATA IN CAPVT L.

Regula & amissis examinādi scripturas ab Ecclesia recipiendas fuit prædicatio uiuē uocis apostolorū, quæ in recēti adhuc memoria & optimē nota fuit primitiue ecclesiæ. Nā quas scripturas animaduertebant cū apostolorū prædicatione ex pphetis descripta cōgruere, eas iudicarūt esse canonicas, & idoneas, quæ defunctis apostolis & desinente uiuē uocis prædicationē apostolorū, loco illius cōseruarent toti posteritati doctrinā Euangelij. Non igit Ecclesia suo iudicio dedit autoritatē scripturis apostolicā. sed quæ nam scripture essent apostolicæ, collata prædicatione apostolorū, quæ tñ adhuc fuit nota, primitiua ecclesia pñnciauit, & testificata est: quas nos etiam per manus Ecclesiæ nobis traditas, credimus iuxta Augustinū esse Euangelium Christi. Per successiones igit episcoporū & propagationes Ecclesiarū ad nostra usq; tēpora, ppgata & cōseruata fuit diuinitus scripture sacra. Sed tēporib. apostolorū, ait Augustinus, cōfirmata fuit eius autoritas, quib. tēporib. adhuc uigebat p̄dicatione apostolica, iuxta quam tanq; regulā certā de scripturis recipiēdis p̄ canonicas iudiciū faciebat Ecclesia, qd primitiuae Ecclesia, succedēs Ecclesia facere, & scripture autoritatē cōfirmare non potest, sublata iā pridem ē medio uiuē uocis p̄dicatione apostolica. Sed hec Ecclesia omnīū posteriorū tēporū, accipit cōfirmatā, & testat omnib. has scripturas esse eas, quas ex apostolica uiuē uocis p̄dicationē sibi perspectissima, primitiua confirmata.

confirmat Ecclesia: ne Sotus putet posteriorum temporum Ecclesiam etiam ueram, & non Asoticam, eandem habere potestatem confirmandi scripturas, quod ius sola primitiva Ecclesia propter apostolorū uiuæ uocis predicationem & publicum testimonium Spiritus sancti habuit, qua caret posteriorum temporū Ecclesia. Cur autem nō omnes apostoli scripserint, aut si maximè omnes scripsissent prædicationi uiuæ uocis per omnia contentanea, cur non plures & alij, quam quos habemus, fuerint in canonem recipiendi, non nihil paulo ante attigimus. De uerbis Augustini ex epistola Fundamenti, dabitur alius opportunior dicendilocus: quo cum Sotus nō possit ignorare suæ factionis homines potissimum nitit, ad ecclesiæ autoritatem extollendā supra scripturā, an non improbè mentitur Sotus esse calumniā, si quod Asotici aperte scribunt, nos ipsos sentire dicimus: à quibus miror, quomodo uerbis hic Sotus dissentiat, cum re ipsa idem probet. Sed hoc facit, ut suas obtrudat nobis traditiones ficto nomine apostolo rum commendatas ab Asoticis.

A N N O T A T A I N C A P V T L I.

Ex prædicatione apostolorū sensum scripture esse sumendum, Soto non refragerer, si prædicatio uiuæ uocis apostolorū adhuc superesset, aut alibi per apostolos prædicata doctrina extaret, quam in scriptura sacra. sic cutigit nondū condita scripture apostolica, prædicationis apostolorū sensus petendus erat ex eadē prædicatione ex prophetis desumpta: ita sublatuæ uocis prædicatione, & in eius locū succedente scripture apostolica, eius intelligentia ex eadem scripture erit petenda. Aut da nobis Sote prædicationem uiuæ uocis apostolicā. Apostoli cum ad posteritatē Euangelijs doctrinā Ecclesiæ omnium temporū necessariā transmittere uiuæ uocis prædicatione non possent, literis eā cōprehenderunt, quibus res utilies & necessarie memorie consecrari solent. Apostoli adhuc superstites, cum nō ubi p̄ locorū præsentes adesse, & uiua uoce prædicare Euangelium possent, p̄ presentiæ suæ & prædicationis uiuæ uocis defectū suppleuerunt literis. sic Paulus quando sepe præpeditus Romā, Corinthū & alia in loca uenire nō posset, literis missis Euangeliū eos docuit. nec ego opinor ullam concionē a Paulo quantumuis bene præmeditato, uiua uoce habitam, excelluisse eas p̄fistolam unā illam, quam scripsit ad Rom. siue inuentione, siue dispositio- nē, siue elocutionē, siue spiritus uim in ea fese exerentē consideres. sicut igitur superstites Apostoli, absentes, cum uiua uoce non possent, per literas docuerunt: ita uita functi cum uiuæ uocis prædicatione suam doctrinā perpetua præsentia, suā ac prædicationis suæ absentiā sarcire uoluerūt. ea posterioris tradere nō possent, scripture eam ipsis perpetuo cōseruare, & eius nūm ad scribendum nunq̄ appulissent, siquidem illis ubiq̄ & perpetuo præsentibus, scripture que inseruit absentibus, nihil opus fuisset, quod igit̄ ad primitiū Ecclesiā attinet, & eius Ecclesiæ episcopos, qui apostolos uiaderūt & audierūt uiua docētes, cum recēti memoria tenerēt, doctrinā apostolorū uiuæ uocis prædicatione traditā, recte eā opposuerūt errorib. haereticorū: sed scripture ob id nō neglexerunt, quæ eandē doctrinā cōtinet, quam apostoli prædicauerāt. imò uerò nullo alio argumēto firmiore haereticos cōuincere potuerunt, à doctrina & prædicatione apostolorū ipsos aliena dogmata afferre, q̄ si ea à scripture apostolorū fungit̄ apud posteros, in tradēda, cōseruāda & propaganda apostolorū doctrina. itaq̄ apostolorū tēporib. etiam uicinius Patres, saepius scriptures q̄ apostolorū prædicationē cōtra hæreticos allegasse cernunt̄. quid, q̄ prædicationis apostolorū nomine scripturas eorum

eorum nō nunquam intellexerunt: siquidem prædicationis apostolorum, preterq; in scripturis eorum, nullum uspiam momentum amplius extat. Diuersa igitur res est, cum posteriorū, præsentium & futurorū temporum Ecclesia quām fuerit, cum primitiua Ecclesia temporib. apostolorū uicinæ, quæ non solum in scripturis, sed & memoria retinebat uiuæ uocis prædicationē apostolorū: quam tamē apostolorū fuisse, ex scripturis cōfirmabant. Posteriorū autem temporū Ecclesia, ex prædicatione uiuæ uocis apostolorū, neq; hæreticos refellere, neq; scripturas interpretari potest. non enim habet amplius hæc Ecclesia ullā prædicationis apostolorū memoriam, licet habeat apostolicā doctrinā, sed ab apostolorū uiuæ uocis prædicatione, in scripturas apostolorū translatā atq; trans fusam. Manet eadem apostolorū doctrina, sed eius tradendæ & propagandæ mutatū est organū. semper docent apostoli Euangeliū Christi: sed id superstites & præsentes, uiuæ uocis prædicatione faciebant: uita functi & absentes scripturis suis id peragunt. quarum obscurū sensum interpretari, ad Ecclesiam utiq; pertinet: sed non ex suo sensu, aut fictitia aliqua prædicatione apostolorū, sed ex apertis scripturis, scripturæ obscurioris interpretationem sumere debet, seruat̄is uere interpretationis legibus. Asotica ecclesia nō obscurū sensum scripturæ interpretat̄, sed suo proprio & peruerso sensu, cui prætexit prædicationē apostolicā, in apertas scripturas inuenio eas obscurat atq; peruersissime de prauat. iure igitur interpretandi scripturas Ecclesiæ concessō, Asotice eas peruertere di licentiam admimimus. Multa enim sunt sparsa ex concionib. a. postolorum male intellectis, quæ postea apostoli necesse habuerūt scriptis suis emendare, & munire scilicet. ad Thess. Non citò moueamini à uelstro sensu, neq; teneamini neq; per epistolā, neq; per, &c. Non enim uerbū Dei est in sermone & multitudine uerborū, sed in uirtute, quæ nō minus nobis per scripturam autore spiritu S. q; uiuæ uocis prædicatione subministrat̄.

ANNOTATA IN CAPVT LII.

Viuæ uocis prædicatio apostolica in Ecclesia semper fuit cognita. unde quæso mi Sote fuit cognita, cum multis iam seculis audita nō fuit: Quibus eñi uiuæ uoce prædicarunt apostoli, postq; excesserunt ē uiuīst. Doctrina quidem Euangeliū nunq; defuit in Ecclesia, nec citra cius interiūtum deesse unq; potest: sed hęc doctrina haec tenus post apostolorū tempora non uiuæ uocis prædicatione, sed apostolica scriptura in Ecclesia conseruata & tradita fuit. quam sanè doctrinam si Sotus prædicationis apostolice nomine intelligit, cōcedimus inde usq; ab apostolorum temporibus eam semper extitisse in Ecclesia: sed nō sine scriptura, ut Sotus somniat, & uera scripturæ intelligentia. Quemadmodum igitur uerbum Dei & apostolica doctrina de Christo sine ulla controversia est indubitatum & certissimum si gnum ueræ Ecclesiæ, nec uspiam in toto orbe terrarū uerbum Dei & apostolica doctrina, quam in apostolicis scripturis extet: qua igitur fronte audit̄ Sotus subdolum & falsum appellare, quod dicimus, uerum Ecclesiæ signum esse scripture, quæ sola continetur uerbo Dei & Euangelica doctrina: An quod homini uertiginoso uideamus, ut ipse ait, circuitu quodam scripturam, qua sola continetur doctrina apostolica, quæ est ueræ Ecclesiæ certissima nota. Nam quicunq; populus scripturam apostolicam non recipit, eius solius doctrinam tanq; uerbum Dei non suspicit, aut in ratione salutis p̄ quibuscumq; alijs reuelationum & doctrinarum generibus delipit, atq; cōtemnit: sicut Sotus certitudine, perspicuitate, & dignitate postponit eā apostolice prædicationi, à se confiteatq; imaginarię, non est ne externē quidē, uera Ecclesia Christi. monstrata igit̄ & inuēta per scripturā Ecclesia, si postea querat aliquis de sensu scripture, ad Ecclesiā interpretā remitti-

remittimus, quæ scripturas scripturis conferendo, per apertiores uerum sensum eruet & exponet. Quid hic falsi dicitur, aut subdole fradis occulatur: ubi potius Asotus uanus & fraudulentus sophista depræhenditur. Nam ex ijs quæ nos uere & absq; ullo sophistico inuolucro docemus, Sotus hanc absurdam infert cōsequentiam, Prius igitur agnoscenda, inquit, scriptura est, uerusq; eius sensus, quam Ecclesia. quomodo ergo ab Ecclesia exponetur scripura? Nec enim quærentibus Ecclesiam inter omnes hominum coetus, ita agnoscendam esse scripturam commendamus, ut si bī priusquam, quæ sit Ecclesia, sciant, scripturæ intelligentiam sibi parent. Sed scriptura etiam nondum intellecta, eam iudicent esse ecclesiam, quæ agnoscit, docet, & discit agnoscendam, docendam & descendam proponeat apostolicam scripturam. non aliter, ac si quis dicat, Turcæ sunt, qui Alcoranum: Iudæi, qui Thalmudem: Asotici, qui Asotismum amplectuntur, confitentur & docent: etiamsi quibus hoc dicīt non intelligent, quid uel Alcoranus, uel Thalmut, uel Asotismus doceat, aut in se contineat: adeò ut ex figmento implicitæ atq; explicitæ fidei constet, Sotum pro Asotica ecclesiæ membris agnoscere, quicunq; profitentur se credere, quæ Apostolica ecclesia credit, etiamsi eorum prorsus nihil aut maximam certe parat, unde quæso eam potius petet, quam ab Asoticis: ita si licet profanis componere sancta, Ecclesia Apostolica agnoscenda est, quæ scripturam apostolicam agnoscit, etiamsi is qui hoc signo iubetur agnoscere Ecclesiam, non intelligat scripturam. cuius intelligentiam si habere etiam cupiat, unde potius petet quam ab Ecclesia, quæ Apostolicā scripturam amplectitur, docet & profitetur?

ANNOTATA IN CAPVT LIII.

ANnon uidetur Soto aptum & idoneum exemplum, status ecclesiæ populi Israeliticæ tempore Heliæ prophetæ, ad ostendendum, numquam omnino intercidere ecclesiam, et si non eodem modo omnibus temporibus floreat? Cur igitur apostolus Paulus in eodem genere argumento est usus, ubi pleriq; ex Iudæorum gente Christum reprobantibus, etiæ reliquias aliquas ex electione secundum gratiam suam, ubi pleriq; ex Iudæorum gente Christum reprobantibus, ex exemplo Heliæ Ecclesiæ, reliquias aliquas ex electione secundum gratiam suisse credendum esse ait, etiamsi nullis uel Heliæ, uel Pauli, uel cuiuscumlibet aliorum sanctorum oculis appareant, adeò ut præter se neminem etiam piorum superesse, coram Deo querantur. quod promissionibus Dei nequaq; repugnat, quæ non nisi ad ueram electorum Ecclesiam, siue ut Paulus ait, ad reliquias secundum electionem gratiæ pertinent, ac propterea iuxta diuinarum promissionum ueritatem, in medio etiam nationis conseruantur, ne cum reliqua impiorum sibi quoq; ecclesiæ titulum uendi cantum multitudine, relicta uerbi Dei doctrina, à Deo deficiant. Quid enim aliud Iudei apostolo Paulo, differenti de abiectione Iudeorum, opponebant, quam Sotus obijcit nobis Asotice ecclesiæ defectionem à Christo & uerbo eius ostendentibus? Num repulit Deus populū suum? Iudei dicebāt aduersus Paulū. Num irritè sunt promissiones Ecclesiæ factæ? nobis obijcit Sotus. sed utriscq; Soto & Iudeis, respōdet Paulus, Nō repulit Deus populum suum, quem ante nouerat. Item, Non autem hoc dico, quod excederit sermo Dei. Nō enim omnes, qui sunt ex Israel, sunt Israel: neq; quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filii: sed per Isaac nominabitur tibi semen. hoc est, non qui filii carnis, filii Dei: sed qui sunt filii promissionis, recensentur in semen. An' maduertis ne Sote distinctionem Israelitarum & filiorum Abrahæ, distinctionem, inquam, uisibilis & inuisibilis Ecclesiæ, & quod firmiter stantibus diuinis promissionibus excidant, ad quos non pertinent? Non autem ad Asoticam, sed ad solam electorum inuisibili-

inuisibilem & soli Deo notam Ecclesiam pertinet promissio, Porte inferorum non praeualebunt ei. Hæc autem uera Ecclesia et si nec ipsa, nec in ipsa prorsus extinguitur Apostolica doctrina sacris literis consignata, tamen alias est obscurior, alias illustrior, semper tamen conspicua, ut oppidum super montem positum, & lucerna accensa: sicut tempore Heliæ, ipsius Ecclesia septem millium uirorum, uel solius ipsius Heliæ Baaliticis cultibus contradicentis, prædicatione apparebat: etiam si qui secum ex Israëlitis confitirent in uera doctrina aduersus ecclesiam Baaliticam, non Heliæ, sed soli Deo essent noti, ut taceam eos, qui in regno Iudeæ palam damnarunt Baaliticam idolomaniam, cum Heliæ propheta, ut Alostus ipse testatur. Ita Alosticæ idolomanie iam diu grassantis in Ecclesia impietatem & tyrannide qui damnarent, nullo unquam tempore defuisse, indicio sunt non modo publica aduersus errores Alosticos scripta, sed multorum piorum martyria, quæ repræhensione impietatis Alosticæ ecclesiae promeruerunt. Quando unquam primatum Papæ & complures alios errores Alosticos probauit Ecclesia Greca? quam multos uerè pios habuisse, non dubium est. Multum lucis & ueræ doctrinæ fuit in D. Bernardo. q̄ liberè & acriter inuectus est in impietatem & flagitia Pontificum & sacerdotum: Vvaldenses fratres licet misere diuexati & afflitti tyrannide ecclesiæ Alosticæ, in confessione tamen ueræ doctrinæ aduersus impietatem & superstitionem Alosticam fortiter perstitere. Vvilhelmus Sarctoris uir doctus & pius, quod contra invocationem sanctorum, solum Deum adorandum doceret, Lugduni comitur. Basilius Vuesselus Phrysius, insignis theologus, Romanam ecclesiam in multis errare ostendit. pretero breuitatis causa Ioannem Hus, & innumeros alios, qui plurimis assentientibus, impietatem & superstitionem Alosticæ ecclesiæ ex scripturis Apostolicis damnarunt. Legat historias Sotus, in quib. suorum crudelitas testabitur, nunquam obmutuisse uocem ueræ Ecclesiæ, iuxta promissionem Christi, in media Babylone conseruatæ, semper enim aliquos diuinitus excitatos fuisse reperiet, qui cum uitæ etiam periculo piam doctrinam ex scripturis aduersus impietatem Alosticam tuerentur: quibus, ut Heliæ, sua septem millia uirorum, nunquam defuerunt. Quid, quod articuli fidei, Decalogus & oratio Dominica semper pura & illibata fuerunt conseruata? quibus Deus electorum suorum salutem operatus est, regnante in Ecclesia Antichristo.

ANNOTATA IN CAPUT LIII.

De Virginibus lib. 3. **I**N hoc capite Sotus multa narrat de fide & memoria prædicationis Apostolicæ, semper in cordibus fidelium seruatæ, ad quæ iam antea respondimus, neminem ne quidem per somnum cogitare posse, quæ uel Apostolicæ prædicationis doctrina uel fides fuerit, nisi quæ uiuæ uocis Apostolorum prædicationi successit, Apostolica scriptura id nobis manifestaret. omnino igitur ipso capite, argumentum eius breuiter in margine adscriptum, falsitatem cuiuscunq; dogmatis, uel ritus Ecclesiastici, ex nouitate certissime ostendi, manu propria & uerbis D. Ambrosij subscribimus. Nos, ait ille, noua omnia, quæ Christus non docuit, iure damnamus: quia fidelibus uia est Christus. Si igitur Christus non docuit quod docemus, etiam nos id detestabile iudicamus, sed in dijudicatione eorū quæ Christus docuerit, & quæ non docuerit, num D. Ambrosius doctrinā ore Christi prædicatam potius requirit, quam comprehensam Apostolorum literis inquirat: sicut Sotus, nos ab Apostolica scriptura ad prædicationem & fidem Apostolorum tanquam antiquiore abducit, cum tamē in sola Apostolica scriptura, fides & doctrina Apostolicæ prædicationis iamdiu abolitæ extent. Et si enim prædicatio uiuæ uocis & fides Apostolica, aliquanto temporis spacio antecederit Apostolicam scripturam, nullum tamen ad salutem necessarium dogma

dogma pretermissum uel ritus necessarius præteritus fuit in scriptura, aut dogma aliquod uel ritus aliquis in scripturam relatus, qui dogmatibus & ritibus Apostolica prædicatione & fide traditis & obseruatis sit contrarius. Cum igitur nullo Apostolico necessario ad salutem dogmate uel ritu in scripturis careamus, Apostolicae prædicationi & fidei nullum dogma, nullum ritum contrarium in scripturis habeamus: dogmata igitur & ritus scripturæ Apostolicæ, non sunt uel tempore uel dignitate posteriores cendi ritibus & dogmatibus prædicationis & fidei Apostolicæ. nō enim aliud scripserunt Apostoli, quam prædicarunt uiua voce, & obseruarunt si de & opere. Qui igitur aliquid erroris arguit, ait Sotus, ostendat principium & originem eius post Apostolos. Ergo ostendendum erit etiam illud, quod arguitur erroris, cœpisse post Apostolicam scripturam, quæ post Apostolos, qui eam scripserunt, non coepit: aut si post Apostolos originem suam habuit, erroris etiam ipsa conuincetur. Sed quoniam Sotus ex prædicatione potius quam scriptura Apostolica, uult nos iudicare de nouis erroribus & ritib. exortis post Apostolos, eo quod prædicatio Apostolorum prior fuerit, quam ipsorum scriptura: respondeat nobis Sotus, an nō etiam editis suis scriptis Paulus & reliqui Apostoli uiua voce postea prædicarint eandem doctrinam quam scripserant: atq; ita prædicatio Apostolorū erit distinguida in eam quæ præcessit ipsorum scripturā, & in eam quæ scripturas eorum est subsecuta. Ex qua igitur prædicatione, priore ne, an posterior, quam sit scriptura, iudicabimus dogmata & ritus, & scripturas interpretabimur: non ex prædicatione posteriori. is enim honos, ex ratione Sotii, scripturæ priori deberetur. Ergo ex sola prædicatione scripturas antecedente iudicium & interpretatio scripturarum fiet. nam ex utraq; simul Apostolorum prædicatione fiet? Quorsum hæc posterior, relictæ in cordib. fidelium priore, abiit: aut quorsum euanuit? His laqueis, quo suo egregio figmento, de reliqua Apostolorum & superstite in cordibus fideliū extra scripturas Apostolicas, Sotus sibi ipsi iniicit, quomodo quæ se extricabit, nisi unam & eandem, eamq; integrā doctrinā in scripturis Apostolorū contineri fateatur, quam uiua voce prædicarunt Apostoli: ac perinde ab Apostolorū uiuæ uocis prædicationis doctrina, alienissima esse dogmata, quæcumq; uel ignota, uel contraria scripturæ inueniantur. Eas enim hæreses, tanq; post Apostolos, & post Apostolicam prædicationem natas & exortas Cyprianus intelligit, quas Apostolicis scripturis repugnare deprehendit, ex quibus eas etiam refellit.

A N N O T A T A I N C A P V T L V.

VNde tandem quæso constat, fidem aliquam prædicatam ab Apostolis, sine Apostolicis scripturis: aut quomodo in cordib. fidelium inde usq; ad hodiernum diem seruari potuit, quam sine scripturarū testimonio necq; doceri, necq; disci, necq; ulla omnino ratione cognosci aut propagari posse, meridiana luce clarus est. Probet Sotus nobis fide dignioribus testibus, q; sint Apostolicae scripturæ, prædicationē & fidem Apostolicā, quam omnib. suis errorib. prætendit, & cum ipso errare non recusabimus. Nam nō solum oblatio sacrificij altaris, oratio pro defunctis, inuocatio sanctorū, purgatorium, sed his multo etiam crassiores & manifestiores, si qui essent, errores, cōfictę & ementitę prædicationis Apostolicæ prætextu stabiliri possent. Verū his ab Aſotica ecclesia receptis, nunquam ex septem millib. uirorum quos sibi Deus reliquerat, defuerunt, qui Aſoticis scripturis instructi contradicerent: etiamsi efficax impostura & illusio à Deo regnante Antichristo immissa, maiorem hominum partem ita demētarit, ut repudiata ueritate, crederent mendacio, cui longi temporis præscriptio

nihil patrocinaſ, contra apertas scripturas & paucorū scripturis apostoliſ adhærentium fidem. concedimus igitur, Sotū cum suis fraterculis nullum habere dogma uel ritum, cui mox ut ortū fuit contradic̄tū sit, & rejetum testimonio ecclesiarum Asoticarū, conspirantiū cum apostolica prædicatione quę extat in Vtopia, & nō apostolica scriptura. Fatemur etiam, nostris dogmatibus semper contradic̄tū fuisse in ecclesia Asotica, ex quo audiri cœperunt, & Asotiarum ecclesiarum testimonij esse reiecta. quid multis opus est uerbis: Sotum nihil non dixisse, nihil non dedisse, nihil nō fecisse ultrò affirmamus, quo nos merito ab Asotica ecclesia alienos esse ostenderet. quam uictoriā ab Asoto adeptam, nobis laudi ducimus.

ANNOTATA IN CAPVT LVI.

Vestri me miseret, sanctissimi patres, quod non pudeat Asotum, cum uestrī nominis infamia, testes uos citare probandis Asoticis erroribus, in primis autem aſtruendæ fictitiæ prædicationis Apostolicæ, extra scripturam, nescio ubi nam locorum positæ. Passi grauia à persecutorib[us] in uita, sed ab Asoticis grauiora mortuis iam sunt patienda. Verū gaudent & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis: sic enim persecuti fuerunt Prophetas & Apostolos, qui fuerunt ante uos, contra quorum manifestas, certas & apertas scripturas, Sotus prædicationē affingit Apostolis: quam si prædicassent Apostoli, non apostoli, sed apostatae merito fuissent censendi. Ac si qua reliqua est fides, quam Asotus Apostolis, & apostolicis scripturis habeat, quod perit libi ostendi, ubi & quando Asotici, permittente Deo defectionem & separationem in Ecclesia, se separauerint ac defecerint à uero Deo, Christo & eius uerbo, uaticinio Apostoli per Asoticos impleto facile demonstratur. Nam D. Paul. 2. Thess. 2. Nō adueniet Dominus, inquit, nisi uenerit defec̄tio prius, & reuelatus fuerit homo ille scelerosus, filius perditus, qui est aduersarius, & effertur aduersus omnem, qui dicit Deus, aut numen: adeò ut in templo Dei sedeat, ostentans seipsum tanq[ue] Deum. Plura nō addam. sed cum hec, tum quę codem in loco preterea ab Apostolo scribuntur, Lector attentus & diligens cum Asotica ecclesia & eius capite, cum historia item nongentorum aut aliquanto plurimum annorum conferat, & intelliget ubi & quando à Christo & ab apostolica doctrina apostatarint Asotici. à quib[us] nos defecisse cum gaudio & exultatione Deo patri nostro per Christum gratias immortales agimus. Hic autem parcit ueritati Sotus, ut modestè dicam, quod in precedentia capite ecclesię enumeratos errores in hoc capite aſſerit durasse annos octingentos & mille trecentos, cum nostri multis scriptis in lucem editis multo recentiores esse apertere ostenderint.

ANNOTATA IN CAPVT LVII.

Faciamus cum Soto, aliquos ex Patribus incōsideratiū de apostolica prædicatione, in Ecclesia, contra apostolicas literas scripsisse, atq[ue] adprobasse cūm alios, tum hunc præcipuū Asoti errorem, in Ecclesia Dei remansisse prædicationem & doctrinam apostolicam, sine apostolica scriptura: non tamen eorum autoritas ueritati præponderabit, quos cum canonis scripturis nō modò nō equiparādos esse scimus, sed & pro anathemate habēdos, si uel aliud Euangeliū annuncient, quam Apostoli prædicarunt, quod non tum solum fit, cum scripta apostolica falsa interpretatione peruerunt, sed & scripta apostolica ē manib[us] aliorum excutiant, atq[ue] nescio quam apostolcam prædicationem, loco apostolicæ doctring, nobis obtrudunt: sicut illustriss. Princeps breuiter confessus est, & postea copiosius explicatum est in tertia Apolōgię Pericope, in loco, de scriptoribus Ecclesiasticis. Cum igitur commoda interpretatione Origenis aliquod dictum de Ecclesię ueritate agnoscēda sine uerbo Dei scripto, excusari nō potest, salua

salua honorificentia que huic homini debetur, ipsius opinione, Augustino iubente, respuere atq; improbare nobis licere putamus. Sed qua fide & erga illos honore citet Patres Asotus, hoc loco satis nobis ostendit. Tripliciter enim Origenes enarrat uerba Christi, Si quis dixerit uobis, Ecce hic est Christus, ecce illic: nolite credere, nolite exire. Sotus mediā hanc interpretationem amplectit, & de sua apostolica prædicatione non scripta intelligit. Sed nos illis credere non debemus, inquit Origenes, nec exire à prima & Ecclesiastica traditione: nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiae Dei tradiderunt. Cui interpretationi & Soto eam amplectenti, Origenem ipsum & duas eius alias, primā & tertiam interpretationem appono. Prima est, Vide ergo, si ad hæc dicere possumus, quod ait: Ecce hic, ecce illic. quoniam Ecce hic, ecce illic, non extra scripturam foras aspiciendū est, &c. Tertia est, Vel sic: Eorum uerborū falsorū professores, quidam quidem nec ab initio simulant scripturas, & sic fallere tentat: ideo existimo) eos sermones, qui sunt omnino extra scripturas ostendere uolens dixit, Si dixerint uobis, Ecce in solitudine est, nolite exire, de regula scripturā: & qui eam præ scripturis audiendā contendit, an nō foras extra scripturam aspiciendū cōtendit, ac perinde nos seductorū dicit, Ecce hic uel illic est Christus. Similiter aduersus Asotum pugnat, quod 30. homilia in initio habetur: Scire debemus, inquit Origenes, & illud, quoniā ueritatis fulgor non aliquo quidem scripturarū loco appetit, ex alio aut scripturarū loco non defendit: sed ex omni loco scripturarū, hoc est, siue ex legis, siue prophetarum, siue ex Euangeliorū, siue ex apostolorum scriptura defenditur. Habes ergo quanta perfidia Sotus Patrum testimonia citare soleat, ex qua eius fide iudicium etiam fiat de alijs Patrum allegationib. Asoticis.

ANNOTATA IN CAPVT LVIII.

Scripturas habendas & non nostro proprio, sed scripture sensu interprestandas esse, cum Clemente, Irenæo, & Eusebio nos sentire, suprà indicauimus. Quod uero ex 3. lib. 3. cap. Hac ordinatione & successione ea, quæ est ab apostolis in Ecclesia traditio, & ueritatis præconatio, peruenit usq; ad nos, & plenissima est hæc ostensio, unam & eandem esse uiuificatrixem, quæ in Ecclesia est ab apostolis usq; nunc conseruata & tradita in ueteritate. Sed nūquid addit, Apostolica prædicatiōe, & nō apostolica scriptura: Et barbarorum ecclesias Euangeliū quidem edocetas dicit, sine ullis literis, quas uidelicet discentes legere possent, cum essent barbari: literas tamen tenebant, qui barbaros instituebant. quorum ecclesiae per illam ueterem apostolorū traditionem, inquit, ne in cōceptione quidem mentis admittit quodcumq; portentiloquiū. sed an propterea nō admittunt eloqua Dei, de quib. Petrus ait: Si quis loquitur, loquatur ut eloqua Dei comprehendat. Petrus ait: Si quis loquitur, loquatur ut eloqua Dei, & reliquo firmè oīnū. inter quos hic longe grauissimus, & reliquorū fermè omnium occasio & causa esset censendus, si iuxta præposterā intelligentiam Soti Tertullianus sensisset post apostolorū tempora condita scriptura ex traditione aliqua nō scripta fidem & Ecclesiam oriri, aut scripturam interpretandam esse, id enim de Ecclesiis apostolorum, & uicinis apostolorum

Hh 2 tempo-

ANNOTATA IN CAPVT LIX.

Multi graues & fœdi sunt lapsus Tertulliani, ad cōmemorandum nō necessarij. inter quos hic longe grauissimus, & reliquorū fermè omnium occasio & causa esset censendus, si iuxta præposterā intelligentiam Soti Tertullianus sensisset post apostolorū tempora condita scriptura ex traditione aliqua nō scripta fidem & Ecclesiam oriri, aut scripturam interpretandam esse, id enim de Ecclesiis apostolorum, & uicinis apostolorum

temporib. tantummodo, ac tanti per uerè dici potest, quandiu super fuerunt aliqui, qui apostolos docentes audierūt: præter quos sine scriptura, nulli ueridici testes esse poterant prædicationis apostolicae. Sed senserit sane Tertullianus cum Asoto, num ppter ea non errat Sotus? sicut ppter ea non probandus est Montanus, quia suffragatorē erroris sui habet Tertullianum. Nam hereticos ad nullā de scripturis disputationē admittēdos rectē dixit, si de hereticis scripturas in dubium uocantib. sicut uerba sonare uident, dīctū intelligit: sicut Papistæ Asotici in dubiū uocant scripturas, ideo ad disputationē ex scripturis nō sunt admittendi: nō enim sunt audiendi & admittēdi ad disputationē de Christiane fidei articulis, qui dubitāt, disputant aut negāt principia Christianæ pfectiōnis. Sin uero Tertullianus iudicat accusatos de hæresi circa aliū quemuis Christianæ fidei articulū, ex scripturis probandū, non licere, puocare ad scripturam, ut alta quædā eius uerba in eodem orationis cōtextu sonant, toto cœlo errat: nec ipsius errorē aposto

2. Tim. 2. lus confirmat. Non em omnes quæstiones inire phibet, sed stultas & ineru-

3. Tim. 6. ditas, non uel docendi, uel discendi, sed contendendi studio motas. Neq; ut habet uetus interpres, omnes uocum nouitates, sed pfanas, inquit Au- gustinus, deuitandas p̄cipit, quæ priusq; audiant cognosci, corrigi & de uitari non eadem possunt. hæreticum deniq; hominē, de hæresi cōuictum, post unam aut alterā admonitionē deuitādum quidem apostoli p̄cepto scimus: sed ad eum conuincendū hæreſeos, s̄p̄ius cū ipso prius ex scriptu- ris conferendū & disputandum esse, nusq; phibetur, alioqui damnandi es- sent S. Patres, qui ex scripturis restiterunt hæreticis. falsum igitur est & ne- quaquam recipiendum quod Tertullianus ait, nō , puocandum ad scriptu- ram, aut ex scripturis cum hæreticis disputandum, aut controuersiæ finis in scripturis constituendus, quasi aut nulla in his aut incerta aut parum cer- ta sit uictoria. siquidem semper potentissima uincit ueritas diuini uerbi, qd in scripturis contineſt: etiamsi qui illud prædicent, uideant tanq; inferiores succumbere, sicut Prophetæ, Christus & Apostoli uisi sunt aliquandiu ui- citi, donec sublata parte aduersa, eos uictores Deus declarauit. Ergo testi- monia Tertulliani historica, quib. exponit, quid senserit prior Ecclesia, ad- mittimus: sed eius scriptaræ enarrationes & disputationes scriptura apo- postolica non probatas, reiſcimus.

ANNOTATA IN CAPVT LX.

Non aliam ob causam D. Augustinus plurimū celebritatē apud omnē posteritatem inuenit, quam q summam autoritatem in controuersijs religionis dijudicandis & componendis tribuit scripturis sanctis, quibus non sua solum scripta subiecit, sed & ad horū examen omnium præceden- tiū Patrum & quorumlibet etiam excellentissimorū hominum scriptate uocauit. Vt nō solum mirum sit, hunc etiam inter reliquos Patres ab Asoto citari sui erroris comprobatorem, qui iam antea non uno loco protestatus est, sicubi aberrarit à recto scripturæ tramite, ut reprobata & repudiata sua sententia, apostolorum & prophetarū autoritatem sacro sanctā sequanuit: sed & Sotum ad suam sententiam erroneam stabiliendam hoc loci ea po- tissimum Augustini dicta adducere, quib. uel in primis Asotica sententia de Apostolica prædicatione non scripta refutat. An nō hoc ipsum testimoniū quo Augustinus aliquoties utitur, Nō potest ciuitas abscondi super montem posita, desumptum est ex scriptura, & non ex prædicatione apo- stolica non scripta, sed ab Asoto conficta: atq; ita fit ut absq; scriptura So- tus Ecclesiam ne dicere quidem possit esse ciuitatem super montem poli- tam, & domum luce perfusam. Porro montem Augustinus ipse interpretat alias ipsam Ecclesiam Dei, alias scripturam sacram, eiusq; autores prophe- tas & apostolos montium ueluti cacumina esse dicit. Psal. 71. Et erit firma- mentum

metum in terris, in summis montium. Summa montium, inquit, scripturarū diuinorum autores, id est, per quos ministratæ sunt, intelligere conuenit: in quibz. utiq; ipse est firmamentum, quoniam ad illum omnia quæ diuinis scripta sunt referuntur. Et mox, Oportebat enim, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in Lege & Prophetis & Psalmis de me; id est, in summis montium. An autem Augustinus manifestissime doceat, prædicationem apostolicam nō scriptam, uerum esse lumen Ecclesiæ, id ex nullo loco hoc ab Asoto adscripto potest intelligi. Verum ea de resententiā suā Sotus repressit Psal. 118. Verbum propheticum lucernę cōparans apostolus Petrus, Habenius, inquit, certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes, uelut lucernę lucenti in obscuro loco. Quod itaq; hic ait, Lucifer na pe dibus meis uerbum tuum & lumen semitis meis: Verbum est, quod scrip. uris sanctis omnibus continetur. Quinimō ille ipse locus Augustini ex lib. 4. cōtra duas epistolas Pelag. cap. 12. contra nos adductus, somnium Asoti, de prædicatione & traditione apostolica non scripta, aperte redarguit. Quibus ostenditur, inquit, quomodo sit hæc, quam tenemus, fides uera, uere cōp. Christiana & Catholica, sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita sit à Patribus nostris usq; ad hoc tempus quo isti eam cōuellere tentauere, retenta atq; seruata, ac deinceps, Deo propicio, retinēda atq; seruā da putamus, ne Sotus ad suam opinionē pbandam adducturū fuisse hunc locū, nisi talpa cæcior & scopulo surdior esset: an nō satis clare dicit, an nō satis aperte scribit Augustinus, eam esse ueram Christianam & catholica fidem, quæ sicut per scripturas sanctas antiquitus fuerit tradita, ita à Patribus. sit etiam retenta atq; seruata, usq; ad sua tempora, ac deinceps semper retinēda. Veram fidem ait antiquitus traditam, non per prædicationem Apostolicam non scriptam, sicut uult depravatio Asotica, sed per scripturas sanctas. sicut autem fuit tradita, ita à Patribus per scripturas easdem fuit retentata. Nam Ambrosius, Cyprianus & reliqui Patres, ueræ suæ fidei rationem reddiderunt; eamq; contra hæreticos defenderunt, ex scripturis. id qd scripta ipsorum testantur. sicut autem per scripturas tradita, & à Patribus. per scripturas fuit retenta uera Christiana & Catholica fides, ita & deinceps, Deo propicio, per easdem scripturas erit retinēda, per quas antiquitus tradita, & postea à Patribus retenta fuit, quæ cæcus & surdus in uerbis Augustini non obseruauit Asotus.

ANNOTATA IN CAPVT LXI.

VIncēnti Lirinensis non tanta est & tam celebris autoritas, ut contra dictam D. Augustini sententiam ualere debeat, nisi eius autoritas firmissimationib. suffulta fuerit. Duplīci modo dicit muniendā esse uerā fidem aduersus hæreticorum fraudes. Prīmō scilicet, diuinæ legis autoritatē, tum inde Ecclesiæ catholicæ traditione. Hec primō loquitur, ait Sotus: & deinde rationem inquirens, quare canon scripturarum, cum perfectus sit, nō ad omnia satis superq; sufficiat, & quid opus sit ut ei iungatur Ecclesiæ intelligentiæ autoritas: sic responderet, Quia uidelicet scripturam sacram, pro ipsa sui altitudine, non uno eodemq; sensu uniuersi accipiunt. idcirco necesse est, ut propheticæ & apostolicæ interpretationis linea secundum Ecclesiastici & Catholicī sensus normam dirigatur. Hoc uero quā sit præposterior & peruersum, quis, præter Asotum, non uidet? Quid enim: an postolici scripturis non sit manifestè expressus de rebus ad salutē cognitu necessarijs: immensa & profunditas uiui fontis scripturarum, sed quæ salutaribus aquis in le ad saturitatem usq; hauriendis nihil obstet, Augustino dicente: Tanta est profunditas Christianarum literarum, ut in eis quotidie proficerē, si eas solas ab inēunte pueritia, usq; ad decrepitam senectutem,

IN CAPVT LXI.

maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non
 quod ad ea, quae necessaria sint saluti, tanta in eis perueniatur difficultate:
 sed cum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua p̄e recte q̄ nō uiuitur, tam mul-
 ta, tam multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca, intelligenda profi-
 cientibus restant: tantaq; nō solum in uerbis, quibus ista dicta sunt, uerdm
 etiam in rebus que intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissi-
 mis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi, hoc contingat, quod
 eadem scriptura, quodā loco habet: Cum consummauerit homo, tunc in-
 cipit. Non uno, ait, eodemq; sensu scripturam sacram omnes accipiuntur an-
 gigitur uno & eodem sensu omnes accipiunt sensum Ecclesiasticum & Ca-
 tholicum, scripturis non manifestè expressum, qui ipse deprehenditur de
 re s̄aþe una, nō esse idem & unus, sed varius. Sensus olim habebatur Eccle-
 siasticus & Catholicus, quia scripturis manifestè expressus, totum sacra-
 mentum cœnæ Dominicæ omnibus Christianis esse distribuendum, &
 coniugium liberè permittendum: mutato hoc sensu, iam Ecclesiasticus &
 Catholicus sensus esse cœpit, quo sacerdotibus coniugium prohibetur, &
 laicis altera pars sacramenti adimitur, ad quem sensum iam etiam prophe-
 ticæ & apostolicæ interpretationis linea non dirigitur, ut Lirensis ait, sed
 torquetur. nullis enim nisi detortis in alienissimum sensum scripturis, hic
 falso dictus Ecclesiasticus & Catholicus sensus, de alterius speciei & con-
 iugij sacerdotum prohibitione, deq; compluribus alijs erroribus Asotis
 defenditur. Non igitur magis potest esse certa norma fidei Catholicus &
 Ecclesiasticus sensus, quem extra & contra manifestas scripturas cum Li-
 rensi fingit Asotus, quam ipsa scriptura sacra. si hæc propterea non satis
 superè ad omnia sufficit, quia non uno eodemq; modo ab omnibus acci-
 pitur, siquidem non unus & idem sensus pro Catholicis & Ecclesiasticis
 perpetuò ab ijsdem habetur: uerum quidem est alios, & præsertim hæreti-
 cos, aliter accipere scripturas, quam alios, & præsertim uerè Catholicos: sed
 non propterea neganda est sufficere ad fidem nostram municiendam con-
 tra insidias hæreticorum. Nam quæ concernunt fidem, quam hæreticim
 pugnant ex scripturis perperam intellectis, non sunt in scripturis tam
 obscure & perplexè tradita, ut quæ de illis sit scripturarum uera, pro-
 pria & genuina sententia, seruatis uera interpretationis legibus, erui atq;
 intelligi non possit, sicut ex uerbis Augustini liquet. si quid uero preter ma-
 nifestam & non omnino difficilem doctrinam fidei reliquum est in scriptu-
 ris obscuritatis & difficultatis, propter multa & multiplicia mysteriorum
 opaca, in ijs intelligendis atq; enarrandis etsi possunt esse diuersæ senten-
 tiae, tamen secundum Paulum, possunt & debent etiam esse analogiæ uere
 fidei, ex manifestis scripturis alijs non incognitæ. Vbi diuersitas interpre-
 tationum si pâreret hereses, sicut in scripturis, sine quarum uero & proprio
 sensu, certa articulorum fidei noticia constare nequit, omnes propemo-
 dum Patres in catalogum hereticorum essent ascribendi, quorum multi
 seruata integritate & synceritate fidei ex manifestis scripturis percepte, se-
 cundum eiusdem fidei analogiam alijs obscuriores scripturas longe aliter
 quam alij interpretant. quid, quod se penumero accidit, ut unus eundem lo-
 cū aliter posterius exponat, q; prius fecerat, nullo detrimēto uerè fidei, cui
 nulla diuersarū expositionū earū repugnat. Sed ne nimis diu hic Lirensis,
 & hūc secutus Asotus, cū sua exotica deliratiōe nos detineat, dicat nobis,
 cur maiores nostri, sacrè potius scripture canonice cognomē indiderint,
 q; Ecclesiæ, si Ecclesiæ sensus, est norma interpretationis scripture, & diju-
 dicationis controuersiarū de dogmatib. fidei catholicus sensus, Ecclesiæ à
 Lirensi & Asoto falso & absq; scripture tributus, nō est certa & inuariabilis
 regula, ad quam interpretanda adoptetur scripture: sed ē conuerso, sacra
 scriptu-

scriptura est rectissima & inflexibilis linea & amussis, ad cuius perpendicularem rectitudinem exigantur non solum priuatorum, sed & totius ecclesiae sensus, dicta, scripta & dogmata omnia: ac pro ueris & catholicis illa solum agnoscantur, quae ad hanc scripturæ sacræ normam aptissimè quadrant. Nam ecclesia non solum propter imperitos alios, & indoctos in evangelica doctrina, instituendos, sed & propter semetipsam à Deo scripturam sacram accepit, qua suam fidem omnesq; fidei articulos, ueros & uerbo Dei conformes, ac per omnia consentientes esse, sibi & alijs confirmat. hic quis potest esse sensus uerus & catholicus, ad quem tanquam ad normam scripturæ interpretatio dirigatur, ubi de ipso ecclesiæ sensu aliquo, uel dogmate, uel articulo fidei ambigitur? Imò uero plane superuaciuus erit usus scripture, si prius de uero & catholicu[m] cuiusque dogmati sensu constititerit, quam de uera interpretatione scripturæ, qua quid aliud quam quorumlibet articulorum fidei & dogmatum uerus & Catholicus sensus inquiritur? Constat autem prius oportet, de uero & catholicu[m] sensu ecclesiæ, si ad eum est accommodanda interpretatio scripturæ. Eius igitur interpretandę inanis & superuacula opera sumet, ad eruendum uerum & catholicum de quolibet dogmate sensum, siquidem eum sensum eccliam prius habere oportet, quam sua interpretatione, ad uerū & catholicum ecclesiæ sensum accōmodata, querere ipsum in scripturis & elicere possit, que manifestam contradictionem includunt. Itaq; quārendus quidem est quorumlibet dogmatum ecclesiæ & articulorum omnium fidei uerus & catholicus sensus in scripturis sanctis & canonics, sed interpretatione scripturarum ex ipso scripturarū sensu proprio & genuino petita. Quod negare non equidem possunt, qui canonicas scripturas ueras & certas, & canonem scripture perfectum esse ultrò fateantur. Atq; ita Sotus commendauit quidē multis uerbis consensum in doctrina apostolica: sed eum in Asotica ecclesia esse, non, pbauit: simò uero alienissimā ab ea esse docuit, eo quid doceat predicationem aliquam apostolicā nō scriptam. nam nos consensum in apostolica doctrina maximī facimus: & in hoc unicē incumbimus, ut in nostris ecclesiis sit firmus & pius secūdū scripturas in apostolica doctrina consensus: non autem Asoticus, qui in traditionibus non solū cum scripture non consentientibus, sed aperte etiam pugnantibus.

A N N O T A T A I N C A P V T L X I I .

Satis haec tenus pro suo peruerso captu, ut Sotus ait, & nos non inficiamus, explicato & cōfirmato, primo Asotica ecclesiæ signo, quae est cōsensio in apostolica doctrina, alterum signum, de successione ordinaria, ei etiam non probanti & confirmanti haud grauatum concessuri eramus. Sed qualem ordinariam successionē ei largiremur? talem, qualem Annæ & Caiphe, cum toto suo Phariseorum collegio scripture tribuit. hi enim sicut prophetis & sacerdotibus, loco & ordine, nō aūt cōseruatione & prædicatiōe, prophetice doctrinæ, prophetis successerūt: ita Asotici succedūt apostolis locorū & temporū ordine, sed nō cōfessione & propagatione apostolicæ doctrinæ. Hoc tamē ex uero ueteris & noui Testamento, & utriusq; Testamenti ecclesiariū discriminē, interesse uidet, q; multo grauius pōodus autoritatis habuerit ueteris q; noui Testamēti sacerdotū successio. Nam in ueteri Testamento, sacerdotalis successio pertinebat ad ordinē diuina lege institutū, in politia populi Israelitici: at in noui Testamēti ecclesia sicubi talis recessio, ea nihil pertinet ad euāgeliū Christi, nec in ecclesia instituta est à Deo: nec ad eā alligata est noui Testamenti, ut ueteris, ecclesia. Quare hęc successio ordinaria etsi pharet, nō solū inde usq; à Petro Apostolo, sed & à Christo saluatore ipso, si Romæ unq; egisset, nunq; fuisse interrupta, Asotice quidem, sed nō Christianæ & apostolicæ ecclesiæ signū, sine certa

euangelicę ueritatis doctrina censeri debere. D. Augustinus cōtra epistolam fundamenti Manichęorum, non obscure significat. Vbi postq; inter iuxta etatis ecclesia multa & præclara ornamenta, quæ ipsum in catholicā ecclesia teneret, ne ad Manichęos deficeret, ordinariam etiam & perpetuā sacerdotū successionem enumerasset, eorum ornamentorum nullum esse dixit apud Manichęos, sed sola, inquit, personarū ueritatis pollicitatio. & statim addit, Quæ quidem, si tam manifesta monstratur, ut in dubium uenire non possit, præponenda est omnibus rebus quibus in ecclesia teneorū Ergo & ordinaria & nunquam interrupte sacerdotum successioni antecedētārū esse indubitātē ueritatem censet, ac posse etiam manifestā ueritatem monstrari ab h̄s, qui ordinaria successione non sint illustres, satis innuit. manifesta autē & indubitata ueritas quæ est alia, quam diuinī uerbū & euangelij Christi uera doctrina: quæ, ut suprā ex Augustino ostendimus, in scriptura sacra cōtinetur. Qiam quidē ueritatē manifestā & certā nos nō solū, ut Manichęi solebāt, pollicemur. sed quod Augustinus regrebat, re ipsa exhibemus ueris & certis scripturarū interpretationib. nostrorū hominū id publicē cōtestātibus. Hęc in genere & breuiter sint dicta de ordinaria successiōe: de qua Sotus ex cōfesso hic agere cœpit. Quod ad p̄sentis capitū materiā in specie attinet, in ecclesia equidem ministros uerbi, qbus gubernen̄, necessarios esse, si negaremus, nullos nos in nostris Ecclesijs haberemus. Sed uerorū ministrorū uerbi, aliās uberrimā copiā nobis suā peresse, aliās magna eorū in opia ecclesiā laborare, uel solius Christi dictū ostendit dicentis: Messis quidē multa, sed operarij pauci: rogate aut̄ Domini num messis, ut operarios extrudat in messem suam. id quod piorum precibus motus, Deus profectò totius orbis regionib; ad messem Euangeliā albicantibus facit. quantumuis fremant infinita, propemodum fraterculorū Asotiorū myriades, qui cū pleriq; omnes numerū sint & fruges cōsumere nati, hisce tamen uentribus pigris, ignauissimis fuscis, aut rapacissimis etiam lupis, apostolicas pascendā, docendā, regendā & gubernandā ecclesia laudes, multis & præclaris de ministerio uerbi & gubernatione ecclesiæ testimonijs ex scriptura adductis tribuere: an tantæ impudentiæ Sotum non puduisse, si se suosq; nobis nō tanquam ignotos dare persuasum haberet. Qiam enim illi ecclesiam uerbo Domini recte gubernabunt atq; decebunt, quorum pleriq; omnes non modò nihil didicerūt unquam, sed & ad discendum reperiuntur longè omnium ineptissimi. Ceterū de locis Matt. 16. & Ioan. 21. alijsq; compluribus, à Soto deprauatis infrā dicetur.

ANNOTATA IN CAPVT LXIII.

Inter p̄cipua dona, quæ Christus ascendens in cōlum hominibus dedit, nō in omnibus quidem & gradib. distinctos ecclesiæ ministros Paulus enumerat, Apostolos, prophetas, euāgelistas, pastores & doctores, sed eos usū siue fructū ministerij, ad quod omnes pariter sunt destinati nō dissernit. Nam à Christo datos esse dicit, ad consummationē sanctorum, in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi, donec perueniamus omnes in unitatē fidei & agnitiōis filij Dei: & reliqua, quibus apostolus magnificē co in loco prædicat dignitatē & utilitatē uerorū ministrorū ecclesię Christi. Sed quid hęc ad Sotū, qd ad ipsius ecclesiā, qd ad eiusdē ecclesię ministros attinet, quos res ipsa testat, nō modò nihil horū præstare, quorū causa Christus ministros ecclesiæ dedit & cōstituit, sed & in cōtraria totis virib. incubere? Pastores sunt, doctores sunt, ministri sunt nō ad consummationē, sed ad cōsumptionem sanctorum: nō in opus administrationis, sed dominatiois: non in ædificationē, sed destructionem corporis Christi, donec abstrahamur omnes ab unitate fidei & agnitione Christi filij Dei: nec unquam in virū perficiū, plenæ adultæ etatis Christi euadamus, sed maneamus pueri

pueri sensibus, ac fluctuemus circumferamur q̄; quolibet uento doctrinæ, per uersutia hominū, per astutiā, qua nos adorunt, ut imponat nobis: nec veritatē se temur in charitate, sed mēdaciū in hypocrisi: nec adolescamus in illo per omnia, q̄ est caput, Christus, sed in eo, qui Sotis sentētia, est Christi uicarius, ac propterea ipsissimus Antichristus: qui cum nō solum apostolorum, sed Christi etiā personā sibi surnat, nō mirū est, si Sotus & reliqui eius ministri, uerorum ministriū Christi personā, & encomia scripturæ in se transferant, quorum finis erit iuxta opera eorum.

A N N O T A T A I N C A P V T L X I I I .

Dictum Christi Matth. 24. satis quidem aperte ostendit, in ecclesia permanentia usq; ad consummationē seculi, nō defuturos ecclesiæ seruos atq; ministros: sed nō minus aperte etiā suis insignib. notis bonos & malos seruos distinguit. Boni namq; fideles & prudētes sunt: qui præfecti domui Dei, familiæ Christi dant cibum in tempore, tradendo & prædicando syn- ceram & salutarē uerbi Dei doctrinā, qua cibentur & saturantur in uitā æternam. Mali uero serui qui sunt alij, quam qui licet habeant codicē sacrorū librorum, tamen sicut canes in præsepi, nec ipsi diuini uerbi pabulo fruuntur, nec alios qui esuriunt & sitiunt iusticiam, uti sinunt: atq; insuper fame & incertitia cōfectos suos conseruos, & demensum suum requirentes, crudelissimè interficiunt. hoc qui faciant hac nostra tēpestate, nolo ego Soto dicere: sed ex ipso potius audire uelim, qui sint, qui cū profiteantur se seruos, pastores & doctores ecclesiæ, ecclesiæ uerbi Dei doctrina nō pascat & doceant: qui lectionem sacrarū scripturarū, quibus ipsi nō utuntur, alijs etiam interdicat: ac si qui acerbitate fame uicti, panē uerbi Dei à fidelibus Christi ministris, legendis eorū scriptis & cōcōnib; audiēdis petunt, qui hos persecuantur, percutiunt, atq; trucidant: atq; interim quasi re bene gesta & optinē admissa indicet inquā nobis Sotus, qui nam sint isti serui malii & nequam, si quidem nec ipsi usq; ad cōsummationē seculi in ecclesia sunt defuturi? Quoscunq; igitur indicarit, (nō potest autem alios, quam in toto Christiano orbe nouissimos monstrare) nos ei uicissim uerbis Christi indicabimus, fore ut brevi & ex improviso talium seruorū dominus sit aduenturus, eosq; dislectos abiecturus in barathrum inferni, ubi erit ploratus & stridor dentium perpetuus. Interea tamen diligētissimè monet ecclesia, ut caueat malos seruos, Asoticos pseudoprophetas & lupos.

A N N O T A T A I N C A P V T L X V .

Fideles seruos & legítimos Ecclesiæ Christi ministros solos eos esse, q; neget, quos Christus Dominus famulitio suo præfecit, ut ei dent cibū in temporē nam quos Christus ipse nō cōstituit ministros ecclesiæ, nō ueritatem ministri, sed fures & latrones sunt censendi. Quia uenientes ante Christū nō per ostium, sed aliunde ingrediuntur in ouile, qui Christi uerba de uera sui agnitione, & uerbi sui prædicatione, qua suos consecrat ministros: minicam hoc ipso loco damnata. Ante Christum enim uenisse intellegunt, nō qui ordinem sacerdotalem, offerēdi corpus & sanguinem Christi pro peccatis, sed qui doctrinam Christi non sequuntur, & quasi Christo non expedito & obseruato, illi præcurrūt doctrina aliena à uerbo Christi. tales præcurrunt Christum, & ante ipsum ueniunt, tanquam fures & latrones, etiam si mille quingentorum annorum spacio ipsum docendo sequantur. Quæ uero ante natum Christum, duo aut aut tria millia annorū eandem de Christo doctrinā tradiderūt, illi non ante, sed post Christū uenisse, ac nō nisi per ostium intrasse iudicandi sunt, dum se non alia ratione, quam fide Christi & uera eius agnitione, iusticiā & salutem in Ecclesia Christi à Deo consecutū ros

ros statuerūt docueruntq; hac fide, agnitione & p̄fessione Christi destitu-
ti, nō modō nō sunt agnoscēdi pro legitimis ecclesiæ ministris, sed ne qui-
dē pro ecclesiæ mēbris. Quo fit, ut ministrorū ecclesiæ distinctionē à Soto
allatā, non solū ridendam, sed tanq; Asoticā explodendā existimem. Vigi-
tur, inquit, qui legitimis sint, discernat, eius, Christi scilicet, ordinatio agno-
scēda est. ab ea pender, ut legitimus sit minister eius: sicut à ministri mori-
bus & doctrina, ut sit bonus. Alium ait esse legitimū, aliū bonū ecclesiæ mi-
nistrū. ubi huius distinctionis fit mētio in scriptura: ubi item hæ legitimis &
boni ministri differentiæ in eadem scriptura reperiuntur. Quero cū exte So-
te, legitimos ne, an bonos ministros describat Paulus, ubi in Creta iubet
Titum oppidatim cōstituere presbyteros, secundū ordinationē suā, quæ ta-
lis erat: Si quis est inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles, non
obnoxios criminis luxus, aut qui non sint intractabiles: oportet cūm episco-
pum inculpatū esse tanq; Dei dispensatōrē, nō prefractū, nō iracūdum, nō
uinosum, nō percussore, nō turpiter lucro deditum, sed hospitalē, bonarū
rerum studiosum, sobrium, iustum, piū, temperantē, tenacem eius qui secūdum
doctrinā est, fidelis sermonis: ut potēs sit etiā exhortari per sanā doctrinā,
& cōtradicētes cōincere. Si cū ex ordinatione pendet, ut ministri sint le-
gitimi, & Apostolus in ordinādis & cōstituēdis presbyteris requirit incul-
patā uitam, & cōstantiā in sana doctrinā: ergo sicut ex ipsa ordinatione, ita
etiā ex uitæ & morū honestate, atq; ex doctrinæ synceritate pendet, ut sint
legitimi ministri, adeò ut iuxta apostolum nō sint adsciscendi in legitimos
ecclesiæ ministros per ordinationem, qui non prius existimantur esse bo-
ni, per honestatem uitæ & synceritatē doctrinæ. Aut existimat Sotus ordi-
nandum aliquem expertem & ignarū sanæ doctrinæ, & cooperū flagitijs,
& eiusmodi ordinatione, etiā Petri & Pauli manuū impositione facta, con-
stitutū ecclesiæ ministrū, pro legitimo esse habendū: aut si postea recidit ad
impiā doctrinā, & sceleratā uitam, num ferēdus est in ecclesia: malū malorū
ministrorū mores quidem non reddunt irritū ministeriū, ut sæpe dictū fuit:
sed tamē iuxta Cyprianū arcēdi & deponēdi sunt à ministerio, si adiūt sana
& integra doctrinā, & sancte obserueſ institutio Christi, in sacramētorū ad-
ministratiōe. Hęc si deficiūt, nō modō im p̄bīs moribus, sed angelica etiam
sanctimonia uitę prædicti, neq; boni neq; legitimī ecclesiæ ministrī sunt cen-
sendi. Quid igit̄ est quod Sotus singit alios bonos, alios legitimos ecclesiæ
ministros: ut cum suæ ecclesiæ ministros plerosq; omnes uenerāda uitę ho-
nestate & synceritate doctrinæ, tanquam bonos, amabiles atq; cōmenda-
biles nobis reddere non possit, nō Christi, sed tremenda sua ordinatione,
tanquam legitimos ministros, nobis formidabiles ac detestabiles reddat.

ANNOTATA IN CAPVT LXVI.

Infarcit initio quædā de suo monachatu cōtra Christianū coniugij: quæ
missa facimus, & ad rem, de qua agit, rectā accedētes, fatemur à Christo
electos & uocatos ad ministeriū docēdi & administrādi sacramēta duode-
cim apostolos, & ad apostolicam ecclesiam eos duntaxat pertinuisse dici-
mus, qui secundum Lucā Actorū 2. perseverātes erant in doctrinā aposto-
lorum. quod uelim diligenter meminisse Sotum, quæ Apostolice ecclesiæ
sit commendatiō propria & præcipua, perseverantia nimirū in doctrinā
apostolica. In hac ecclesia nulli sunt ministri legitimī, nisi qui ab ipso Chri-
sto instituuntur. alios autem Christus solus ipse ita uocat, ut humanū mi-
nisteriū non adhibeat, sicut uocati & instituti fuerunt apostoli. alios autem
Christus uocat quidem, sed adhibito hominū ministerio, sicut Christus
per apostolos, & per alios quoslibet constituit ecclesiæ ministros, quibus
hoc officiū legitimī demādatum fuerat. De Christo, à quo cōp̄it institutio
ministeriū, & de apostolis, à quibus iam cōpta institutio ministeriū ulteriō
propa-

propagata fuit, nihil est controversia: sed qui sint legitimi apostolorum, si-
cuit in rebus alijs compluribus, ita & in potestate ordinadi ministros ecclæ-
siæ, successores, de eo controvèrtitur, & ad id postea respōdebitur. D. Pau-
lum aut, quis nō mirēt, q̄ Sotus nō dubitet referre inter exēpla eorum qui
nō immediate à Deo, nullius hominis ministerio ad prædicationē euāgeliū
uocati & ordinati fuerint: Nam præterquā q̄ fuit Apostolus, apostolicā &
prius immediatam suam uocationem aperte astruit, contra pseudoaposto-
los, qui mediatæ uocationis nomine autoritatem ipsius conabantur eleua-
re: Nam ad Galatas appellat se apostolum, qui nō ab hominibus, nec p̄ per
homines, sed per Iesum Christū & Deum patrē, qui suscitauit eum ex mor-
tuis, uocatus fuerit. Non igit̄, ne primò quidē Damasci uel ab Anania uel
per Ananiam fuit uocatus uel ad fidem Christianā uel ad apostolicam fun-
ctionem: sed uocatio & segregatio in euangelio à Deo per Christum prius
in itinere facta, postea baptimate & impositione manū manifestatur ec-
clesiæ ab Anania & per Ananiam hominē, à quo tamen & per quem se ne-
gat fuisse uocatum. Porro autem quid magis ridiculum, quām hæc uerba
spiritus sancti in Actis, Segregate mihi Paulū & Barnabā in opus, ad qđ
accesserūt eos, &c. de ordinatione apostoli ad ministeriū euāgeliū accipere
ait enim Sotus: Quid aliud his omnibus, quām ordinatio significat? cōstat
enim ita tunc factam fuisse in ecclesia. si hic fuit peculiaris ritus ordinandi
ministros ecclæsiæ, & non etiam in quibuslibet alijs rebus Deo & sacrī
usibus consecrandis usurpatus, quolibet tempore, pecudes in veteri Te-
stamento, & infantes in nouo Testamento constituti fuerunt legitimi ec-
clesiæ ministri. Et segregare in opus ad quod accesseruerat eos spiritus, nō
significat eos, de nouo constituere ministros euāgeliū, cum iam diu fu-
llent in ministerio: sed ipsos non detinere secum, sed dimittere à se (quod
solemni more seruato fecerunt) ut peragrando gentium regiones, eos e-
uangelio replerent. Si enim his uerbis ordinatio significatur, ex qua, iuxta
Sotum, pendet, ut ministri sint legitimi. Ergo nondum erat legitimus mi-
nistrus Paulus, postquam conuersus ad Christum, nō contulit cum carne & Gal. 1.
sanguine, nec Hierosolymā rediit ad eos qui ante fuerāt apostoli, sed abiit
in Arabiam, & denuō reuersus est Damascū: ergo non fuit legitimus & id
neus minister ante tres annos, post quos demū rediit Hierosolymā, ut ui-
deret Petrum, cum quo & quindecim dies mansit. Nec ergo fuit adhuc le-
gitimus minister, quādo post quatuordecim annos ascendit Hierosolymā,
ubi cum uidissent sibi datam gratiā Iacobus & Petrus & Ioannes, qui vide-
bantur columnæ ecclæsiæ, dextras quidem dederunt societatis, sed nihil ei-
runt. nec p̄ igit̄ sua ordinatione tādem legitimū & perfectum ecclæsię mi-
nistrum reddiderunt: nisi forte Sotus existimet, Apostolū Damasci acce-
pta prima tonsura, postea elapsō certo annorū currículo Hierosolymā ali-
quoties profectū ad ordines, ac gradatim ascendendo primò factum ostia
tum, deinde lectorem, tertio exorcistam, quartō acolythū, quinto subdia-
conū, sexto Diaconum, septimō & postremō sacerdotio cōlummatū: atq̄
ita per hosce gradus, ut consueuerunt dicere, ad thronum Salomonis fuisse
electedū. hæc si Sotus etiam dormitā somniat de D. Paulo, & ger animi me-
dicum querat. Paulus absens piorū precibus se suumq̄ ministeriū commē-
ctas recusauit tum, cum oraculo sp̄iritus nō sine maximis laboribus & peri-
culis ad exterias & barbaras gētes pro prædicatione euāgeliū Christi nomē
portare iubet. quarū ecclesiis, quae adhuc uel nullę uel certē absentes erant,
absens apostolus nō presentabāt, sed ad delegatū munus difficile & labo-
riosum obeūdum corroborabāt ecclæsię precibus, p̄ more, cum ieiunio
& manuum

& manuum impositione coniunctis. Verum de D. Pauli uocatione & ordinatione ad Apostolatum & de Soti circa eam deliratione sati. Supererant quidem & aliae quædam absurditates Asoticæ quæ in hoc capite notarentur, sed breuitatis studio silentio sunt transeundæ.

ANNOTATA IN CAPUT LXVII.

Iam diximus, orationis & impositionis manuum ritum, sicut in multis fuisse obseruatū. & quod ad orationē attinet, ea semper debet adhiberi in ministrorum ordinatione, impositio uero manuum ut externa cærementia, sine superstitione adiungi, & sine impietate etiam prætermitti potest. Sed cum Paulus ad Timotheum scribat, Suscita gratiam quæ in te est per impositionem manuum mearū. &, Ne cui citò manus imposueris. & ad Titum, Reliq te Crete, ut ea quæ defunt corrigas, & oppidatim cōstitutas presbyteros. cum his exemplis probatissimis, conciliet, si potest, sua, quæ iactat, certissima testimonia antiquitatis, de ordinatione Iacobī fratris Domini facta Hierosolymis, per Petrum, Ioannem & Iacobum Apostolos: & de hac forma ordinationis ex autoritate Anacleti, Aniceti & Niceni & Cathaginensis conciliorum, deinceps perpetuò seruanda, ut Episcopus non nisi a tribus ordinet: cum Paulus solus Timotheū, Timotheus solus Ephesi, & Titus solus Cretæ cōstituisse videatur presbyteros. ubi non est quod dicat, Paulum presbyteros ordinasse Timotheum & Titum, quos non dubium est fuisse, non quidem Asoticos, sed iuxta descriptionem Apostoli, ueros episcopos: qui ipsi postea etiā iubetur instituere presbyteros, idem tamen mox episcopi appellantur, oportet enim, inquit Paulus, episcopum esse inculpatum. Quare uidentur ab uno Apostolo plures instituti episcopi, & ab episcopo uno oppidatim constituti multi presbyteri. quæ non eo dico, quod non prodesse ac non necessarium esse putem plures quam unum episcoporum ordinandorum examini & ordinationi interesse: sed siue unius, siue trium, siue plurium etiam episcoporum & ministrorum ecclesiæ opera & autoritate aliquis eligatur & cōstituatur ecclesiæ minister, quæritur an nō aliqua ex parte ad populum etiā ministrorum institutio pertineat? Nam uniuersi populi suffragijs delectos olim fuisse episcopos, id est ex diuinâ autoritate descendisse, Cyprianus autor est. sed cur hæc ueteris ecclesiæ cōsuetudo fuerit mutata, paulo post Asotus rationē talem assignabit, propter quam meritò ab episcopis rursus ad populum eadem constituendi ministros ecclesiæ autoritas, videatur esse transferenda, si uel episcopi soli sine populo, uel solus populus sine episcopis ius aliquod habet cōstituendi ecclesiæ ministros. de quo mox breuiissimis agetur.

ANNOTATA IN CAPUT LXVIII.

Beuuis est Sotus in hoc capite, in quo asserit, successionem episcoporum ab Apostolis semper fuisse cognitam. Etnos igitur breuiter responde & sinceritate apostolice doctrinæ. Antiochena, Hierosolymitana, Alexandrina, Ephesina ecclesiæ, quas Sotus enumerat, utramque successionem & apostolicæ sedis, & apostolicæ doctrinæ amiserunt. Romana ecclesia ut maxime suam ab apostolis in sede continuam successionem probarit, hac tamen successione à nobis concessa, discessionem & defectionem ab apostolica doctrina nec inficiari, nec ulla ratione excusare potest. Quare si cut non aspernamur successionem in apostolica sede, si eam non deturpet defectio & discessio ab apostolica doctrina: ita nihil moramur discessione ab apostolica sede, si qua nobis ecclesia per apostolicas scripturas prohibeat successionem in apostolica doctrina.

ANNO'

ANNOTATA IN CAPVT LXIX.

Qui sit tandem, quod uigorem diuinæ & intemeratæ legis habent, ueteris & in primis apostolicæ Ecclesiæ obseruationes, præter eam electio-
nis & ordinationis ministrorum conditionem, qua à clero & populo con-
gregatis in unum electio ministrorum fiebat. Quia inquam temeritate mu-
tarunt uererem eligendi ministros formam, iuxta traditionem & obserua-
tionem apostolicam. Quia licet longo tempore, ut ait Sotus, à clero & po-
pulo electio sit facta, eiusq; rei manifesta sint testimonia in omnibus histo-
rijs: tamen quoniam hoc pertinet ad rationem politiæ & legis humanae, quæ
iuxta mores hominum, secundū legem aeternam, & æquitatis rationem, ut
Augustinus inquit, mutari oportet, constat mutandum deinde fuisse. No-
ta est nobis sententia Augustini, de politicarum, humanarum, & ut Augu-
stinus appellat, temporalium legum mutatione propter malos mores po-
puli instituenda ad præscriptū legis aeternæ: sed nunquid electio ministro-
rum & apostolorum, & postea longo tempore à clero & populo facta fuit
politicæ & humanae legis cōstitutio, quam Cyprianus rationib; & exem-
plis ostēdit, & Sotus fatetur, diuina & apostolica autoritate institutam, ac
diu postea in ecclesia obseruatam fuisse? Verūm fuerit sanè lex ista huma-
na & politica, ut cleri pariter & populi autoritate eligerentur ecclesiæ mi-
nistri, siveq; legis mutandæ, & potestatis illius auferendæ causæ iustissime,
ut ait, à populo tanquam dissoluto & indisciplinato hāc potestate ablata,
& à clero solo hactenus usurpatam fuisse? Dicit quidem rem ipsam osten-
dere, hoc factum esse legitima autoritate, siue ouium manifesto consensu,
siue tacita approbatione, siue necessitate cogente, sed de quo ipse dubitan-
ter loquitur, de eo, ac si esset indubitatum, non putat hic pluribus agendū:
qui tamen nec breuiter nec prolixè monstrare potest, cuius legitima auto-
ritate, quorum manifesto cōsensu, siue tacita approbatione, aut qua neces-
sitate urgente autoritatem & potestatem ordinandi ecclesiæ ministros po-
pulo ademptam, sibi soli episcopi & sacerdotes uendicarint. Deniq; ut iu-
stissimæ fuerint cause, populum remouendi à iure & potestate eligendi mi-
nistros ecclesiæ, quam antiquitus, & quidem longotempore, habuerunt:
nunquid ob id perpetuò residebit ea potestas apud solos episcopos & sa-
cerdotes, ac non iterum reuertetur ad populum? cum præsertim propria
iporum confessione & publico omnium cōsensu tam turpes & fœdi, dis-
soluti & poluti sint mores Asotici cleri (de doctrinæ impietate nihil iam
dico) ut uel sola politica honestate uitæ & morum, clero sit multo sanctior
populus: ac propterea dignus qui in pristinum dignitatis locū, cum episco-
pis & sacerdotibus eligendi & cōstituēdi ecclesiæ ministros, restituar, atq;
ita utriq; in officio retinetāur: per populum quidem episcopi, ne quid per
tyrannidem in eligendis ministris tentent, cohibeantur: at uicissim popu-
lus, ne quid dissolutione & temeritate in electione ministrorum peccet,
episcoporum prudentia & moderatione regatur. Nunquā in ecclesia dicit
uersos, manifestos, & publicè cognitos episcopos & ministros: inter quos
nos tandem spero, quod cognoverit Sotus.

ANNOTATA IN CAPVT LXX.

O Miseram & deploratam ecclesiæ sortem, si nullibi nisi apud Asoti-
cos, & eis communicantes est censenda ecclesia, quippe apud quos
solos ueri & legitimi sint episcopi. nego esse ueros uerę ecclesiæ Christi
episcopos, quotquot sunt Asotici, hoc est qui probent & amplectātur im-
pianam Asotii doctrinam. Quomodo autem Sotus hoc audet non sine ma-
xima iniuria & ignominia multorum episcoporū dicere, uel omnes pro-
balle, uel adhuc probare, in ecclesia exoticam impietatem & idolomania

Asotis: Absit, absit inquam procul, nullos episcopos Deum sibi reliquisse, qui non flexerint genua sua imaginis Asoticae bestiae: quorum aliquos ne laterent crudeliter excruciatos bestia illa immanis deuorauit, quia ipsam Deo eos confortante, adorare noluerunt, quos cum sua, solum Deum & non bestiam adorantium, ecclesia Deus iuxta promissionem conseruauit, ne eis portae inferorum præualere, cœlo pariter & terra eos exterminare possent. Afferimus igitur, mansisse, manere, atque usque ad consummationem seculi mansuram esse ueram ecclesiam, & in ea ueros episcopos: sed illos fuisse, aut nunc esse, aut deinceps fore Asoticos, id uero negamus. An nescit Sotus, Antichristum, qui est caput Asotice ecclesie, & uicarius Christi absentis, sessurum & regnaturum in templo Dei, & loquuntur gran- dia aduersus Deum, & occisurum sanctos altissimi: hoc uero qui sentiat & dicat de regno antichristi erigendo & exercendo in ecclesia, aduersus Deum & sanctos eius, is simul fateatur oportet non desituram ueram Ecclesiam Dei, in qua se deat: nec defuturos in ea sanctos, in quos saeuat antichri- stus. Quare bono sit & seculo atimo Sotus. Nunquam enim negauimus, ante hec tempora fuisse, atque etiamnum hodie esse, ueram ecclesiam, & ueros in ea ordinaria successione apostolicæ doctrinæ episcopos & ministros: alioqui negassemus etiam, ad antichristum regnantem in ecclesia, & tyrannidem exercecentem in sanctos, pertinere Asoticos, quod profecto nunquam negauimus, adeo ut aperte nos ab ipsis separauerimus. Quod nequaquam facturi eramus, si Sotus dedisset nobis aut adhuc daret episcopos, quales Cyprianus describit, eisque iuxta diuinum mandatum obe- diendum esse præcipit, qui iudicio Dei, populi suffragio, episcoporum consensu fuerunt electi. episcoporum Asoticon consensu, eliguntur Asotici episcopi: sed nunquid etiam suffragio populi, a quo præsertim illi episcopi solent denominari? Sed nunquid etiam iudicio Dei, quod uela primis in episcoporum electione requirendum, atque ex scripturis peten- dum est, quæ mores & doctrinam eorum describunt, quos Deus ad episco- patum & ecclesiæ administrationem capessendam dignos atque idoneos sit dicet? Quod iudicium Dei an Asotici in electione episcoporum & minis- trorum ecclesiæ sequantur, inspectis eorum moribus & doctrina, quinis facile intelliget. Quare non negamus episcopos, nullo legitimo iudicio co- uictos, nulla legitima autoritate depositos, ut falso criminatur Sotus: sed nullo legitimo iudicio & autoritate constitutos episcopos, legitimos ec- clesiæ ministros esse negamus.

ANNOTATA IN CAP. LXXI.

Sluera est uerorum episcoporum descriptio Pauli ad Timotheum & Ti- sum edita, pio & equo lectori permittimus iudicium, an ueri sint apud nos episcopi: nam Asoticos nobis non optaremus: adeo, ut si qui in Asoticon doctrinam & mores inclinare deprehendantur, apud nos exau- ctorentur. Qua autem re originem suam apostoli, & apostolicæ ecclesiæ e- diderunt, uera & sincera uerbi Dei & apostolica doctrina, nostras quo- que Ecclesias ab apostolis & ab apostolicis ecclesiis originem ducere, ex scripturis iam pridem planum nos fecisse speramus. Qui uero à tribus legitimis & probatis in ecclesia Asotica episcopis sint ordinati apud nos episcopi, nullos ostendere possum, nisi eos qui ab Asotica ecclesia defece- runt, in qua prius ordinati fuerant. Cæterum si iuxta Pauli descriptionem (iudicium, ut dictum est, sit penes lectorem) ueri sunt apud nos episcopi, ferè nulli sunt apud nos episcopi uel ministri ecclesiarum, qui à tribus aut pluribus ad hanc functionem destinatis episcopis & ministris non sint elec- ti & ordinati ad ministerium Ecclesiæ, sicut docent ordinationes eccl- esiaстice, & de examine ordinandorum, nostrorum scripta, cui examinatio non unus

unusquis, sed plures præficiuntur: non solum in episcopo, sed & quilibet alio ecclesiæ ministro constituendo, præterea non sine suffragio populi fit electio iuxta uetusioris ecclesiæ consuetudinem, ut qui apud nos in ministros instituuntur, multo magis legitimi sint, & iuxta traditionem apostolicam ordinati, quam ulli papistici. Quæ uero ex Cypriano contra hereticos & depravatores apostolicæ doctrinæ, & desertores ecclesiæ apostolicam doctrinam retinentis adducuntur, ea nihil ad nos, sed ad Asotum maximè pertinent: qui licet colat societatem cum ijs qui externam successione & ordinationem & ordinationem factent, alienus tamen est à successione & ordinatione in doctrina apostolica.

ANNOTATA IN CAPVT LXXII.

Inexplicabilem esse calumniandi libidinem Asoti, uel hoc solum arguit quod a nostris usurpatum uocabulum Superintendentum reprehendit, quo tamen factetur reddi græcam uocem episcopi; ut merito nos contra hanc calumniam tueri debuerit Grammatica, sed ne mutata appellatio nis consilij nostri ueras rationes (nam Asoticas rejecimus) ignoret, dicam. cum enim idem utroque uocabulo significetur, hoc tempore magis nobis arrisit uocabulum Superintendentum, quam episcoporum. quod episcopi nomine hodie uulgo intelliguntur, qui iuxta Pauli descriptionem, & ueterum episcoporum exempla, neque in grauitate morum, neque in sinceritate doctrinæ aliquid dignum habent Ecclesiæ Dei seruo atque ministri nostro fideli. Quare ne quis nostrarum ecclesiarum doctores & ministros ignaros pia doctrinæ & omnis eruditio nis expertes putet, aut uoluptatibus perfruendis, aut dignitatibus assequendis, aut opibus cumulandis occupatos, negligere curam & administrationem ecclesiæ: uisum est relicto Episcoporum uocabulo, Superintendentes appellare, qui inspectioni ecclesiarum præfecti, diligentia & assiduitate fideliter præstant, quod dicuntur. Olim erant honesta & grata uocabula, Latro, tyrannus, hostis, & alia, quæ homines primæ ratione significationi contrarijs moribus, in contrariam illis nemo sine contumelia appellari possit, ita Asoticorum episcoporum impietate & impuritate ferè accidit, ut probro sibi pius & bonus quilibet esse existimet appellationem episcopi. certe apud Germanos Pfaffum uocari, quo nomine totus clerus significatur, ignominiosum habetur: non profectò aliunde, quam quod hoc genus hominū sit flagitiolissimum. Habes Sote rationes, cur nostris placuerit, ecclesiæ inspectioni destinatos, Superintendentes potius appellare, quam episcopos. Sed quocunque ait nomine uocentur, duabus rationibus manifestissime eos ab omni ecclesiastica autoritate alienos ostendimus. Quibus ergo rationibus? Prima est, quod ab Apostolis & legitimis eorum successionibus nihil acceperint? Quid: an non habemus ab apostolis Apostolicam scripturam? Et ne nihil etiam Sotis successioni acceptum referamus ab apostolis, per illos successores nos habemus scripturam apostolicam, nam quod de Iudeis scribit Augustinus, ipsos esse librarios Christianorum, idem fatemur de Asoticis, ipsos esse librarios Lutheranorum. nos non noua Biblia, non nouos liberos propheticos & apostolicos, non nouam propheticam & apostolicam scripturam proferimus: sed quam ab ipsis accepimus, retinemus & docemus: eamque pluris facimus, quam quæcunque reliqua habent, suo iudicio, longè preciosiora: inter quæ refertur illa etiam successio ordinaria, & ordinatio episcoporum, si scripturam & ueteris ecclesiæ consuetudinem species, extraordinaria. In explicatione huius primæ rationis, cur

alieni simus ab omni ecclesiastica, ut Sotus loquitur, autoritate, obiter statet, eos qui ordinati in sua ecclesia, ad nos proficiunt, retinere, quam ordinis scilicet sacramento consecuti sunt, potestatem, de charactere nimis indelebili dictum suum vult intelligi, quanquam autem merum somnum sit, character iste indelebilis: tamen si propter illius perpetuitatem, ex sententia Sotii, retinent etiam potestatem, qui ad nos ab Asoticis proficiunt, quid prohibet quo minus ipsis etiam sint legitimi ministri apud nos? nam bonos ministros esse, Sotus haud concedet, si autem legitimi sunt ministri, erunt igitur audiendi: si audiendi, ergo ista potestate, si maximè in suam perniciem abuterentur, in eorum perniciem abutio non possent, qui eos tanquam legitimos ministros audire debebunt. Ex quibus perspicitur, quām firma sit secunda hæc ratio, quā nos ostendit alienos ab omni ecclesiastica autoritate, quia uidelicet suos legitimos probauerit. Tanta est enim illius Asoticorum ministrorum legitimatis virtus, ut retenta potestate, quam per sacramentum ordinis aliquis consequitur, ne quidem apud Lutheranos hæreticissimos, illegitimus fieri possit: præterquām in uno casu, in quo ista regula, ex Asoticis dictis, uera consequentia collecta, exceptionem patitur, cum uidelicet uerus episcopus est superstes, nam impossibile est, secundum Cyprianum, ait Sotus, ut superstite uero episcopo, alius constitui possit. Nec nos quicquam contra hanc exceptionem excipimus, si, ut habent exceptionis uerba, qui superstes est episcopus, ita sit uerè uerus episcopus, ut iuxta apostoli Pauli descriptionem moribus & doctrina ad ædificationem ecclesiæ sit idoneus: sin uerò erit inutilis, iure cedet meliori: quicquid tandem ad finem usque capitiblatteret Sotus.

ANNOTATA IN CAPVT LXXIII.

IN sequentibus tribus capitibus, quoniā quādam obiectiones D. Brentij ita Sotus diluit, ut magis eas confirmet, & D. Brentius pro se ipse ad hæc solutiones in Apologia Confessionis illustrissimi Principis satis superque respondit: paucula quādam, lectorem duntaxat monendī causā, notanda duxi. De uitjis in moribus, eorumque differentia superstis nostram sententiam exposuimus: ac mores malū ministri, retenta ueritate doctrinæ & institutione Christi, non reddere irritum ministerium, diximus. Verūm aliud est esse malum, aliud pessimum, hoc est, doctrina & cultibus imp̄ijsimum, uita & moribus sceleratissimum. An non est pars ministerij Ecclesiastici, pia doctrina instituere ecclesiam? id muneris an rite perficiet, qui uerè piæ doctrinæ & uerorum cultuum Dei non solum ignorantia, sed & persecutione est imp̄ijsimum, & quæ impietatem comitantur, horrendis flagitijs sceleratissimus? Per hæc organa Spiritus sanctus operabitur salutem piorum: isti ne sunt propter gradum & dignitatem successores Apostolorum, ac tanquam uectes & columnæ ecclesiæ Christi, quos nemo apud Ethnicos bonus vir ciues in honesta & bene constituta republica agnoscere atque ferre uoluisset. Hoccine est vindicare honorem & gloriam episcoporum? Quid enim grauius dici possit ab aduersariis, quām Sotus ipse de suis episcopis confitetur, ut super cunctis eorum abominationibus inter ipsos non desint qui ingemiscant atque doleant? Agit quidem Sotus hic patronum episcoporum suæ ecclesiæ: sed ipsis multo foret honestius, Lutheranis accusatoribus causa cadere, quām Sotus defensore uincere: quanquam nec meliore instructi patrono, suam unquam causam tueri potuerunt. Dominos præterea an seruos agnoscant suos episcopos Asotici, id solum indicio fuerit, quod in eos dissentientes in religione

religionis causa, uitæ necisque potestatem, ad stipulante quotidiana experientia, habere noscuntur: quæ est miserrima seruorum conditio. Ita defendit Cardinales contra accusationem Cardinalitatis, ut nihilominus multis eorum ac præcipuorum, carnales esse adeò non inficietur, ut non nullos ex ipsis cunctas abominationes eorum gemitibus ac summo animi dolore persequi testetur. Hos igitur tanquam abominabiles (nam si qui sunt pñ & boni, qui aut nulli, aut admodum pauci sunt, non taxantur) uestris ipsorum gemitibus id contestantibus, si pro ueris & legitimis Ecclesiæ ministris non agnoscimus, num propterea aduersus Deum non aliter murmuramus, quam populus fecit Israeliticus, cum aduersatus est Mosi & Aaroni, proponentibus populo uerbum Dei? In nullo Mosen fidelissimum in domo Dei ministrum, sed in hoc imitantur Aaronem quidem: quod sicut Aaron, relicto Deo, & eius uerbo, uitulum aureum populo adorandum proposuit: ita illi multiplicia idola colenda in Ecclesia Dei contra uerbum Dei fabricantur, & erigunt. uerum in eo superant impietatem Aaronis, quod ille populi à Deo deficientis importunitate uictus, peccauit: hi sua importunitate omnem populum, etiam renitentem, ad idolatriam adigere, & maxima crudelitate in ea inuitum retinere satagent. ad hostes' ne igitur putemus pertinere promissiones de seruanda Ecclesia: quibus si omnes obsequerentur, breui contra diuinam promissionem portis inferorum aduersus eam præalentibus, Ecclesia extingueretur. quam superioribus quidem seculis omnino extinctam fuisse, eamdem diuinæ promissionis immota certitudine prohibente, statuere non possumus. in quibus eti longè latèque regnauit error, Deo tamen mirabiliter electos conseruante, & tanquam pastore ex ore leonis duo cuius Ecclesiam permansisse credimus. Ad eam enim pertinebant non qui in manifesto, sed qui in occulto Christiani erant: non qui in manefesto aqua, sed qui in occulto spiritu baptisabantur. qui soli Deo noti fuerunt.

A N N O T A T A I N C A P V T L X X I I I .

Ex superioribus satis liquet, Sotum non intelligere, quæ sit uera & legitima ministrorum ordinatio: quam si maximè intelligeret, eam tamen apud suos in usu non esse, ostendimus. Sed præter hanc causam, subest alia grauior ratio, cur ab Asoticis ordinationem petere uiri honi & pñ non debeant: quia illos hostes & persecutores esse ueræ Ecclesiæ filij Dei, quæ edunt quotidie innumera crudelitatis exempla clamant: & tamen Sotus adhuc dubitat, nostri'ne, an sui, persequantur ueram Ecclesiam filij Dei? Ut mirari profectò desinam, Sotum impietatem suorum, utpote superstitione palliatam, non aspicere. qui manifestat, aut prænimia humilitate de manifestissimis proprijs oculis non fit, nisi legitimè in suorum Prælatorum concilio res fuerit definita atque decisa. Quærit enim ubi controversia, quæ inter nos agitatur, sit legitimè definita? Respondeo, Vbicunque uerbo Dei in scripturis expresso, summa & diuina autoritas tribuitur, ubicunque rectæ rationis iudicio, summa & diuina autoritas tribuitur, ubicunque oculorum & reliquorum sensuum percipiunt ulla fides habetur: quibus omnibus tanquam suspectis in hac cauca iudicibus, Sotus Prælatos tanquam iustos iudices præfert, & ab illis ad hostes provocat.

ANNOTATA IN CAPUT LXXV.

Vdendum uero & indignum facinus, si sicut Apostoli donec ab An-
na & Caipha ordinarentur, non distulerunt prædicationem euange-
lij: ita si Pontifices & episcopos fierent Annas & Caiphas, neglecta ipso-
rum ordinatione, p[ro]ij & docti uiri consensu magistratus & populi uocati,
ministerium uerbi & sacramentorum susciperent. Nam quod Sotus supra
attulit, & hic repetit, Leuiticum sacerdotium fuisse abrogatum, ordiente
suum ministerium Ioanne Baptista, ideo noui Testamenti ministros, ab
illis sacerdotibus exauktoratis ordinationem petere non debuisse: ex hoc
dicto Christi fruolum esse docuimus, quo l[og]o post tempore paulo ante
mortem suam dixit Phariseos adhuc sedere in cathedra Moysi. Nam an-
tea quam Christus omnibus umbris legis & Prophetarum de Christo ua-
ticinijs completis, post resurrectionem suam apostolos, quos in vias gen-
tium exire prohibuerat, iubet ire in uniuersum mundum, & prædicare e-
uangelium omni creaturæ, non fuit abrogatum totum sacerdotium Leui-
ticum. h[oc] est ita habeant, tamen fatemur apostolos non ab illis sacerdo-
tibus, sed a Christo debuisse eligi & uocari. nec aliud Brentius sentit, sed
rem controversam explicandi causa, ponit Annam & Caipham adhuc
ordinarios fuisse successores Aaronis: qui si non Christum ipsum, sed ali-
um quemlibet Prophetarum, tam nefarie & crudeliter occidissent, qua-
ritur an apostoli, etiam si pertinuissent ad tempus ueteris Testamenti, de-
buissent ordinationem ab illis petere? Quod Sotus his uerbis uidetur
uelle. Non ergo ob crimina sua, priuati sacerdotio suo Annas & Caiphas,
aut ab Apostolis non agniti: sed quia cessauerat, & abrogatum fuerat sa-
cerdotium illud, & nouum introductum: significat enim propter hor-
randa illorum crimina non priuandos sacerdotio, & ab apostolis etiam
agnoscendos fuisse: & sic nunc etiam tanquam legitimos agnoscendos es-
se Pontifices & prælatos Asoticos, quantumvis impios & sceleratos:
Ergo impiè & sceleratè fecerunt, Helias, Hieremias, ac omnes ferme pro-
phetæ reliqui, qui stante & florente adhuc sacerdotio Leuitico impios &
sceleratos Aaronis successores pro legitimis non habuerunt, nec ab ipsis
autoritatem docendi petierunt aut impetrarunt: quorum exemplo nobis
idem licere arbitramur. siquidem prælati & episcopi Asotici, manifesta im-
pietate, impuritate & crudelitate sua, seipso[s], si non loco, quem adhuc oc-
cupant, certè autoritate constituendi ministros priuarunt, qui ipsi ueri &
legitimí ecclesiæ ministri esse desierunt. Hos tamen uel umbras & larvas
episcoporum nobis expauescendas Sotus putat, exemplo D. Pauli, idq[ue]
iuxta expositionem Cypriani. Nos autem in ueroru[m] & legitimu[m] episco-
porum laude & commendatione, Cypriani expositionem, licet à uerbis
& mente Apostoli alienam, admitti posse non negamus: sed ad umbrarum
& laruarum siue parietum dealbatorum autoritatem, qua omnino ca-
rent, extollendam & stabiliendam Apostolici exempli expositionem ex-
Cypriano allatam, nequaquam recipiendam esse existimamus. Certè
Paulus iniuriam sibi illatam iussu Pontificis, tacitus non tulit: quomo-
do igitur iniuriam ab Asoticis Christo ipsi haec tenus illatam, quem se-
metipso chariorem habuit, tulisset? Et quomodo ultus est istam iniu-
riam: probrofa quidem dealbati parietis, sed uera appellatione. Quid
enim aliud quam paries dealbatus est, qui nomine & loco uidetur, re-
ipsa & opere non est summus sacerdos? Cuiusmodi fuit ille Ananias.
Nam ut Pontifex ad iudicandum Apostolum secundum legem sedebat,
sed non ut Pontifex contra legem iubebat cum percuti: sicut ad sacrifican-
dum,

dum, ad docendum & reliqua munia summi sacerdotis obeunda, secundum legem accedebat, sed contra legem omnia faciebat: hoc est, ubique erat umbra & larua summi sacerdotis. Itaque cum quidam monuisserent, non maledicendum summo sacerdoti, Paulus respondit, Nesciebam fratres quod Pontifex esset. scriptum est enim, Principi populi tui non maledicere. Hæc non sunt uerba maledictum excusantis, ut Sotus superius diceret, cap. 7o. sed irridentis eos, qui Ananiam summum esse sacerdotem & ei non esse maledicendum monuerant, eo quod putarent impium & iniurium adhuc esse summum sacerdotem, ad quem præceptum Dei, Principi populi tui non maledices, pertineret. Quo si censuit Apostolus se adhuc obligari, nondum abolitus, sed adhuc integer fuit Pontificatus Leuiticus: ac propterea summo sacerdoti non solum non maledicere, sed in omnibus etiam parere Apostolus debuisse. quorum nihil uerè dici potest. nec etiam existimet Sotus Paulū non agnouisse principem sui populi: ac ne- sciuisse, quis tum fuerit summus apud Iudeos sacerdos, eo præsertim in concilio, in summo dignitatis loco, & secundum legem non solum adiudicandum sedente, sed priuata temeritate contra legem iubente, percuti os Pauli. Quare ignorantiae prætextu Paulus non excusat iniuriam, quam contra præceptum Dei intulerit summo sacerdoti, dicendo, Percussurus est te Deus, paries dealbate: sed hoc ipso, nullam ei se iniuriam fecisse, ipsum & alios deridendo, defendit. Quorum applicationem ad suos Pontifices relinquo Asoto, quam sine summa in eos contumelia fieri posse non putat, ac propterea adducturos nos in odium Episcoporum omnium, clamat eos omnes summa à nobis affici contumelia: Quasi uero Paulus ad Ananiam & sibi similes dicendo quod res erat, Paries dealbate, fuerit contumeliosus in Gamalielē, & cum hoc consentientes: aut in Nicodemū & Nicodemo similes sit contumeliosus, si quis Annam & Caiphām reliquias impios sacerdotes cum Stephano appellet proditores & occisores Christi: colluuiem Asoticam uocamus Prælatos, sed Asoticos. Quales omnes esse Episcopos & Prælatos si Sotus credit & dicit, non possunt profectò ab ulla Lutheranis maiore contumelia affici, quam ab ipso Asoto, nam omnibus Prælatis & Episcopis Asoticam impietatem, impuritatem & crudelitatem probari, quis quæso sibi persuadere possit, inter quos si non sunt omnes Christiani pīj, & docti, ut de controversijs sive iudicature exacte possint: tamen sunt multi civiliter boni & moderati viri, quos non dubium est, saltem à flagitiosa impuritate & immani crudelitate Asoticorum toto pectore abhorrire. Hos inter Asoticos ab Asoto numerari, an ipsis sit honorificum, ipsimet iudicent, & dignum præmium pro tanto honore ipsis delato statuant Asoto. Haec tenus de successione, quam Sotus usq[ue] adeo non probauit esse certum signum uerae Ecclesiæ, ut potius sua successione palam fecerit, ipsam esse certum signum falsæ, hypocriticæ, Asoticæ, atq[ue] ut uno uerbo dicam, Papisticæ ecclesiæ.

ANNOTATA IN CAPVT LXXVI.

Hactenus satis equidem impudens fuit Asotus: sed que summa fuit Solitudo impudentia, singularis uideri posset modestia, præ illa impudentissima impudentiore impudentia, qua deinceps in tertij monstrandæ sue Ecclesiæ signi explicatione usurpus est. Nam præter consensionem in Apostolica doctrina, & ordinariam Episcoporum successionem, tertium signum numerat, quo non solum manifestetur, sed etiam re uera constet sua Ecclesia, nempe cognitionem unius capituli uicarii Christi, successorisq[ue] Petri & unionis ad illum, & Ecclesiam, cui ille præsidet, Romanam. atque hoc ultimo

timum & veluti complementum & clausuram ait esse Ecclesiastici ædificij, ac mox in hanc blasphemam impudentiam prorumpit, Vt merito, inquit, credamus Romanum Pontificem lapidem illum esse angularem, probatum, electum, vicem scilicet habentem illius, cui primo hoc conuenit Christo, lapidi precioso de monte sine manibus, quem Daniel uidebat melius quam Nabuchodonosor, cōminuentem & confringentem regna omnia terrena. Hanc autem impudentiam, qua ea, qua Christi unicū saluatoris nostri solius sunt propria, attribuit etiam Romano Pontifici tanquam uicario eius, ut aliquo modo excuset, distinguit inter ea, qua de Christo secundum diuinam, & qua de eo secundum humanā naturam dicuntur: atque à Deo electum esse lapidem angularē & fundamentalem, super quem ædificantur fideles, Christo secundum quod homo, ac propterea merito eius etiā uicario conuenire: ita uitaturus Charybdim impia impudentiæ, incidit in Scyllam profundissime iusticiæ. Nouimus Sote, distinctas esse naturas in Christo, & distinctas earum proprietates. Sed sicut neutra naturarum sola est Christi mediatoris & saluatoris persona, quam simul Deum & hominem esse necesse est: ita quaे sunt beneficia saluatoris & mediatoris nostri, nō sunt alterutrius tantum naturæ propria, sed utriusque naturæ communia, ut intercedere pro nobis apud patrem, & nos reconciliare, est officium totius personæ mediatoris: inter quaē an' non etiam est recensendum, quo Christus prædicatur esse electus à Deo lapis angularis & fundamentalis, super quem ædificantur fideles: atq; ob id non humana natura in Christo, quaē est creatura, sed totus Christus est fundamen tum, præter quod aliud ponī non potest. Ac si hæc esset alterius tantum naturæ propria, secundum diuinam potius, quam secundum humana naturam Christus dicendus esset electus à Deo lapis angularis & fundamentalis: cum natura diuina, quaē est Deus ipse, ad sustinendos & contra impetum portarum inferi conseruandos fideles, fortior, firmior & constantior sit, quam humana in Christo natura, quam scimus esse creaturam. Quæ uero sunt uel diuinæ nature, uel totius personæ mediatoris propria officia & beneficia in saluandis hominibus, nulli prorsus Prophetarum aut Apostolorum, nulli etiā angelorum, sine impietate attribui possunt. Quare qui ita depuduit, ut non pudeat eum Christi saluatoris & ipsius salvationis hæc nomina & beneficia propria, uidelicet fundamentum esse præter quod aliud ponī non potest, à Deo electum esse lapidem angularē & fundamentalem, super quem ædificantur fideles, adscribere Romano Pontifici, etiā imp̄issimo & sceleratissimo, cuius impietatis illum & blasphemiae amplius pudere posse existimemus? His enim Romano episcopo, aut cuicunq; alij, concessis, non erit Christi uicarius, sed eius aduersarius, eo quod gloriam & honorem soli Christo debitum, ipsi eripiat: Quid autem ad hæc Sotus? Non personæ, sed gradui, inquit, & muneri hæc Christus concessit, in quo Petrus & eius successores gerunt personam & uices Christi. Augustinus ait Christum nobis uenisse in magisterium & adiutoriū, quibus uerbis, duas partes officij Christi præcipuas fuisse, ostendit: unam quę in docendo, alteram quę in redimendo humano generē consistit, priorem habet communē cum Prophetis & Apostolis, nam eam delegauit Apostolis, posteriorē ita habet Christus propriam, ut nulli eam Apostolorū aut Prophetarum demandare potuerit: sed ipsum solum eam perficere atq; expedire oportuit. Si secundū igit̄ hanc posteriorē partē officij Christi, Sotus Romanū Pontificē audebit dicere loco Christi, esse mediatorem & intercessorē ad dextrā Patris pro nobis, saluatorem & redemptorē mundi: nō sanè intelligo quid ad eam impiudentiā accedere posset. Qua

Qua igitur in re alia personam & uicem Christi tenere posse censendus est: in nulla alia, nisi in officio docendi & prædicandi Euangelium. quemadmodum Apostolus ad Corinthis scribit: Posuit in nobis sermonem reconciliationis. Itaque pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo uos obsecrante per nos: rogamus pro Christo, reconciliemini in Deo. Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis fecit peccatum, ut nos efficere iusticia Dei per illum. Non igitur homines redimendi & cum Deo irato reconciliandi officium proprium & perpetuum, sed reconciliationis uerbum, quod prædicarent, in Apostolis & eorum ueris successoribus posuit, sed huic gradui & muneris docendi, an Christus dixit, iuxta Sotum, Superte ædificabo Ecclesiā meam: An hoc munus docendi, est ipsum fundamentū unicū: Lapis angularis & fundamentalis, super quē ædificantur fideles: Ponit aliud fundamentū & lapidē, gradum uidelicet & munus Romanī Pontificis. Quod et si præposteriorū esse omnes fabri lignarij & ferrarij intelligent, securim, serram, aut quod uiris aliud instrumentū ædificationis, fundamentū ædificij appellare, eiusdemq; laudibus celebrare: tamen tolerari hoc poterat, si Apostolica esset Romani Pontificis doctrina, qua uerū Ecclesiæ fundamentū & unicus lapis à Deo electus, & angularis Christus esse monstraretur, & super illum omnes fideles ædificantur. Sicut Apostolorum & Prophetarum doctrina ad Ephesios uocatur fundamentum, non propter ipsorum Apostolorū & Prophetarum personas: sed propter Christi unicum & perpetuum fundamentum Ecclesiæ, quod Prophetæ & Apostoli prædicarunt. Nunc autem ea est doctrinæ Papisticæ impietas, qua quotquot ei aures præbent, à Christo uero fundamento & petra firmissima abstracti, super arenam fluctuantem & mobilem ædificantur. Neque ingruente tempestate, à portis inferorum excitata deſcientur, cum uniuersa Ecclesia, & super & per Pontificem Romanum fundata & ædificata Ecclesia: & ruina erit eius magna.

ANNOTATA IN CAPVT LXVII.

Sotus uere est ex eorum ordine, qui homines ex stultis insanos faciunt. Nisi enim Romanus Pontifex insaniat ipse, nequaquam ferre posset impudentissimam huius adulatoris assentationem, quæ ipsa semetipsam mendacij & vanitatis arguit atq; conuincit. Si enim homo fragilis & imbecillis est summus Pontifex, ut Sotus fatetur: quo modo tandem erit & dicetur fundamentum Ecclesiæ, cui innitatur concio fidelium, ut idem Sotus adulatur? Quare te Sote cum tuo ruinoso fundamento à Deo reprobatum, merito omnes pīj reprobant: nec in eo suæ humanæ uel sapientiae uel prudentiæ superbē innituntur: sed Deo eiusq; uerbo testificanti, unum esse Deum, unum mediatorem inter Deum & homines, unum caput & fundamentum Ecclesiæ, humiliter obsequuntur. Diabolica superbia est, uicarij Christi, capitū & fundamentū Ecclesiæ, & alijs similibus titulis sese efferre ad eam æqualitatem filij Dei, cui vice Dei se omnes, ut disertè Sotus ait, subdant: & quam Deo inuisibiliter offerunt obedientiam, eandem uicario Christi offerant loco Dei. Qui uero quilibet hominem peccatum rem & miserum hoc ei obsequio, quod Deo debetur, præstito, unicum Christi caput & fundamentum Ecclesiæ agnoscit, neque in Deum religiosus, sed blasphemus est, & impius: neq; in hominem officiosus, sed ini quis est atq; iniustus. Non enim in defensione uicariatus Christi, & pri matus Pontificis, de ministerio uerbi, & ministris Euangeliū agitur, qui his iure diuino obedientia debetur, in omnibus, quæ præcipit Euangeliū. Quod Romanus Pontifex omni genere crudelitatis persequitur: id que, ut pleraque alia omnia, gerit & agit iuxta ordinationem Dei,

Dei quid enim contra ordinationem Dei ageret, qui ipse, iuxta Sotum, est summa & ordinatissima Dei ordinatio?

ANNOTATA IN CAPVT LXXXVIII.

Sed summi Pontificis honori & dignitatis graduī, qua sedem suam col-
solum humanæ naturæ fragilitas, sed & peccatorum uitiorumq; impuritas
notorū, ut fidem piorum ad iusticiam non minus exerceat, quam Abrahæ
& Saræ corporum effœtū uires ad generandum & pariendum, ipsorum fi-
dem exercebant: qua non consideratis uiribus naturæ, sed promissione
gratiæ, credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iusticiam. Quid
dico non minus, quam Abrahæ Patriarchæ, exerceri fidem piorum, in a-
gnoscendo uicario Christi Romano Pontifice; immo multo magis exerce-
tur, ideo multo magis eis hæc fides, quam Abrahæ fides sua, ad iusticiam
imputabitur. nam Abraham præter spem, quam ei ex se & coniuge sua na-
scituræ prolis faciebat infirmitas naturæ, sub spe credidit, quam concepe-
rat ex diuina promissione, certò statuens, quod is qui promisisset, idem po-
tentis esset & præstare. Quoniam uero humana fragilitas peccatiq; prau-
itas, atq; capitis & fundamenti Ecclesiæ sanctitas stabilitasq; inter se uer-
hementius pugnant, quam centenarium uel nonagenariam esse & parere,
cumq; hominem peccatorum Ecclesiæ caput esse & fundamentum nulla
diuini uerbi promissio extet, sicut de partu nonagenariæ Abrahæ promissio
non manifestum peccatorem, credidit esse uicarium Christi, caput & fun-
damentum ueræ Christianæ Ecclesiæ, tantam habet fidem, quantam ne
Christus quidem unquam in Israel reperit. hac rerum duarum omnino in-
comparabilem unio & coniunctio, præter, ultra, supra & contra omne
uerbum Dei creditur, quam nullus unquam Israelitarum credidit, ne Na-
thanael quidem, qui uerus Israelita à Christo est dictus, in quo dolus nul-
lus fuerat. Si igitur tanta est Sotis fides, eaq; ei imputatur ad iusticiam, quis
dubitare queat, secundum fidei sua magnitudinem magis esse iustifica-
tum Sotum, quam ullum Israelitarum, adeoq; Abraham ipsum, Israeli-
tici sanguinis ultimum autorem, & omnium credentium patrem? Atque
hæc demum est uera imputativa iusticia, fides incredibilis de Pontifice
Romano Christi uicario, qua sola hominem coram Deo per imputatio-
nem iustificari, si contulerent Lutherani, Asoticos facile equidem affe-
suros esse crediderim. Idcirco ad hanc fidem unius uicarij Christi ample-
xandam, omnes in sequenti capite permouere conatur. Quare omisisti re-
liquis Asoticis ineptis, quibus dicit, unitatem spiritus in vinculo pacis,
Christum perpetuo non conseruaturum, nisi per hominem illum, cui di-
xerit, Pasce oves meas, de quo loco postea item comparisonem iniquissi-
mam, qua superbiā Romanī Pontificis confert cum humilitate sacræ u-
xorū Abrahæ, exhortationem Soti ad fidem unius uicarij Christi paran-
dam, iam audiamus.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXI X.

Exhortationem Soti audiūmis, nec potuimus resistere sapientia &
spiritui quo Sotus loquebatur. Persuasi, uicti, superati & ad Christi u-
carij fidem cōuersi sumus. Hui, tam citò: quid ni essemus? nil nisi scripturas
apertissimas, quib. nos parituros ubiq; & semper ptestamur, loquebatur.
Quoties enī, bone Deus, ingeminabat hæc grauiſſima & ponderoſiſſima
scripturæ uerba, Fundamentū Ecclesiæ, lapis angularis, lapis offensiōis, pe-
tra scādali, gradus & autoritas, lapis est, quorū uerborū duritiē & asperitatē
horridiore, ut aliquo modo emolliret, ac facilius nobis qd uolebat persua-
deret,

seret, hoc dulce atq; utile simul admisceret, fidem uidelicet uicarii Christi, ducturam nos non solum ad intelligendam, sed ad gustandam etiam, & summa suavitate amandam, hanc Dei ordinationem: & in ea summa cum utilitate, & diuinorum chrismatum dulcissima participatione permanendum, differebat. his arietibus pulsus, quis nisi lapide durior, non mouetur, peruincaturq; ut ad hanc fidem uicarii Christi nobis confirmandam, plurib. testibus argumentis nihil opus esse videatur: Verum Sotus in hac fide infirmiorum rationem habens, quoniam pluribus rem eandem agendum censuit, audiatur etiam amplius. tardum nobis non leuabit, sed cumulabit, duplicata eius insultitas, quæ statim in subsequenti capite sese profert.

ANNOTATA IN CAPVT LXXX.

Quid enim apud nos ponderis in hac causa habiturā putat Sotus Thomæ Mori & Ioannis Roffensis autoritatem, sine ratione & firmis scripturæ testimonij, etiamsi non tantum audita, quod hic facit, sed etiam comperta de Moro narraret: insignis fuit utriusque, præsertim Mori, eruditio: sed perexigua in utroque cognitio uera Euangelii Christi, quod uterque satis acerbeditis & scriptis infectatus est, sed uterq; dignior uenia, quam Aso-
tus, illos ueluti in carcere Asoticarum tenebrarum enutritos, atque illis tenebris alluetos, renascentis Euangelii lucem initio quodammodo du-
bitam, ita ut sit exhorruisse atque auersatos esse, mirum uideri nō debet. At Euangelicae doctrinæ face iam diu irradiante, atque tanquam sole in me-
ridie illustrante uniuersum orbem terrarum, ita ut nemo ab eius calore &
splendore se potuerit abscondere, quis non miretur Asotum tanto iam tempore in clara luce uersatum, non tantum ut noctuam cæcutire, sed &
lucem ipsam, utpote cuius mala sint opera, pessime odisse atque persequiri:
quod nequaquam facturos fuisse, ex singulari illorum eruditione augura-
mur, Morum & Roffensem, si Deo protectore usque ad hæc nostra tem-
pora uiuere, & plenius progressu temporis ueram Euangelii doctrinam
interea cognoscere licuisse. quod Soto in hoc, utsit inexcusabilis sua ma-
nifestæ ueritatis Asotica impugnatione, contigit. Si liberet comparationē
instituere nostrorū martyrum cum Moro & Roffense, possemus mille pro-
uno enumerare, qui sanguine suo testificati sunt, Romanum Pontificem
non esse caput & fundamentum & uicarium Christi, sed Antichristum, sed
breuitatis causa quæ nota sunt omittimus.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXI.

Soto igitur astruenti uicariatum & primatum Romani Pontificis, tria spotissimum probanda incumbunt. Primum, Petrum fuisse constitutum à Christo caput & principem reliquorum Apostolorum, & totius Ecclesiae Christi. Secundò, hunc Petri principatum siue primatum, hereditario iure redire ad eius successorem. Tertiò, legitimum in hoc primatu & Christi uicariatu successorem esse Petri Romanum pontificem. Hæc, inquam, tria simul probanda sunt, ad roborandum stabiliendumq; Romani pontificis primatum: sed ad eum refellendum atq; subuertendum, satis fuerit, ostendisse eiusmodi principatum & primatum, cuiusmodi Romanus pontifex sibi uendicat, Petro à Christo nunquam concessum fuisse, idq; hisce tribus potissimum locis, Matth. 16. Lucæ 22. & Ioann. 21. quibus hoc loco enumeratis, Sotus Petri super alios Apostolos atque uniuersam Christi Ecclesiam se probaturum esse pollicetur: ea tamen conditione, ut eorum germanum sensum dicat esse inquirendum ex consensu Patrum, qui recedentes à ueræ interpretationis legibus, non solum inter se dissen-
tiunt, sed non raro unus à semetipso in istorum locorum interpretatione dissidet.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXII.

Nam quod ad primum locum Mátth. 16. attinet, in eo Sotus ipse fateſ, aut fidem in Christum quam Petrus confessus est. quorum tamen Patrum nullum, alteram expositionem de Petro negasse affirmat. Quomodo ergo audet Sotus impudentissimus asseuerare, hunc fuisse perpetuum & constantem Ecclesiæ ſenſum? Item Patres certò & cōſtanter, in uerbis Christi, hūc ſenſum fuisse ſecutos, Petro uidelicet promiſſum eſſe ſingulare aliquid p̄ræ cæteris, & reuera primatum in reliquos, & in Ecclesiā uniuersalem: cum in hoc ſenſu multos Patres ſibi metiſiſ nō cōſtarē, paulo antē ſe iugne nuē fateri dixerit, idq; exempliſ poſtea probet: cur autē Sotus, & ſua iugementa confessione, & Patrum diuera ſexpozitione locum ambigū adhibet illi rei pbandæ, quam uult uideri longe omniū certiſſimā, & conſeruationi Ecclesiæ maximē omniū neceſſariā: nempe agnitionē unius capitū uicarii Christi, ſine qua Ecclesia Dei conſistere non poſſit. Nam Augustinus, quē p̄imō omnium Sotus audiendum eſſe censet, niſi expozitionem qua in Ptro tanq; in petra Ecclesiā fundatam eſſe dixerat, alienorē à mente Christi, & plurimum incommodi habere ſenſiſſet, eam proſectō non fuſcepſet retractandam: & in retractatione huius expozitionis non addidifſet, ſe poſtea ſaepiſſimē petram de Christo expozuſſe: quem quia Symon una cū tota Ecclesia confessus eſt, Petrus appellatus fuit. Quid, quōd inter has Augustini duas, alteram rariorem, alteram frequentiorem expozitiones, copiam facit Lectori Augustinus, libere eligendi expozitionem probabiliore? Haclibertate à D. Augustino nobis confeſſa, an per Aſotum, uti & in eligendo D. Augustini autoritatē ſequi nobis non licebit? Nam Augustinus non illam rariorem expozitionem, quam retractauit, ſed eam probabiliorem iudicauit, iuxta quam poſtea ſaepiſſimē uerba Christi ſe expozuſſe ait. Quo non obſcurē ſignificatur, Romani Pontificis ſive primatum, ſive uicariatum Augustini tempore ignotum fuisse, alioqui nō licuifſet uel ipsi eligere, uel alijs eligendi copiam facere probabiliorem ſententiam uerborum Christi, contra primatum & uicariatum Romani pontificis. Retenta igitur ueriore, ac iuxta Augustinum probabiliore expozitione, alteram ab Augustino retractatam, tanquam ab hoc loco alienorē, non quidem omnino reiſcimus: ſed eam non alio ſenſu, de Petro & omnibus reliquis Apostolis recipimus, quām quo ſenſu nobis eam interpretatus eſt Hieronymus. Sicut, inquit, donauit Apostolis, ut lumina mundi appellarentur, &c. quæ ex Domino sortiti ſunt uocabula: ita & Symoni, qui credebat in petram Christum, Petri largitus eſt nomen: ac ſecundum metaphoram p̄træ, recte dicitur ei, Aedificabo Ecclesiā meā ſuper te. Significat enim, Christum propriè & uerè eſſe petram & fundamentum Ecclesiæ, de quo Paulus ait: Fundamentum aliud nemo poſteſt ponere, p̄ræter id quod poſtum eſt, Iesu Christus. atq; hoc modo Christus per ſemetipſum perpetuò ſolus ſuſtentat Ecclesiā: nec in ea ſuſtentanda ullo opus habet uel auxiliatore, uel uicario: nec has Christi uicarij partes quifquam ſibi arrogare ac uēdicare poſteſt, ſine maniſta in Christū blaſphemia. Interim nihil obſtat quin ſecundum Hieronymum, metaphorice & minus propriè Petrus & reliqui Apostoli dicantur fundamentum Ecclesiæ, propter certam & firmam testificationem Apostolice doctrinæ, de unico & perpetuo fundamento Ecclesiæ, Domino nostro Iesu Christo. De quo Paulus: Superstrut̄ti ſuper fundamentum Prophetarum & Apostolorum. Et Apoc. 21. Murus ciuitatis habens funda‐menta duodecim, & in iſis duodecim nomina Apostolorum agni. Manet igitur unicum & perpetuum fundamentum Ecclesiæ contra portas inferi, Christus Iesu filius Dei: ſed nihilominus omnes

omnes Apostoli, & inter hos sine ulla peculiaris potestatis prærogatiua etiam Petrus, appellantur fundamentū & petra Ecclesiæ, eo quod sua doctrina nos nō abducant à Christo: sed ad Christum adductos, super ipsum cœdificant. Hoc si Tertullianus, Hilarius, Chrysostomus, Theophylactus, Basilius, & Athanasius senserunt, quod ipsos sensisse ex uerbis eorum satis liquet, ubi Petrum, aut quemlibet eius & reliquorum Apostolorum successorem, retinentem apostolicam doctrinā, uocarunt fundatum Ecclesiæ, in eo sensu dicta ipsorum admittimus: sin uero idem quod Sotus, de Petro & Romanis pontificibus, tanquam capitibus Ecclesiæ, & uicarijs Christi, ex Christi uerbis male intellectis sensisse monstrarentur, hunc ipsorum sensum, salua honorificentia, quæ eis debetur, repudiamus atque respuiimus. Non enim in illorum, sed solummodo in Christi & Apostolorum uerba iuratus sumus. Nam Asotici persecutores Christi & Apostolice doctrinæ, sicut nec propriè ut Christus, nec metaphorice ut Petrus & reliqui Apostoli, sunt lux mundi, sed merae tenebrae: ita nec propriè ut Christus solus, nec metaphorice ut Petrus & reliqui Apostoli, sunt fundamentum Christi Ecclesiæ, sed sunt eius ruina, pestis & interitus.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXIII.

A Deliciendam ueram & genuinam huius loci sententiā, ex contextu uerborum Christi, sciendum est ueram & perfectam Christi cognitionem sitam esse, in uera sententia de ipsius persona & officio. De sui igit cognitione Christus proposita quæstione, discipulos suos omnes interrogat, primū non quid discipuli ipsi, sed quid alij homines de Christo sentent, dicens: Quem me dicunt esse homines, filium illum hominis? hic non unus aliquis, sed plures ex discipulis, & id quidē singuli respondent, quod homines alios, inter se dissentientes, de Christo sentire audierant. Illi enim dicebāt: Alij quidem Ioannem Baptistam, alij uero Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis. Quæ diuersæ de Christo sententiæ in eo congruebant, quod Christum ratione personæ, solum hominem, & nō etiam Deum, ratione uero officij, excellentem quidem doctorem, sed non etiam redemptorem & saluatorem mundi agnoscerent. Verum Christus non contentus hoc responso, multo pleniorem sui cognitionem à discipulis suis requires, denuò omnes interrogat, dicens: At uos quem me dicitis esse? Hic de omnibus, & unanimi omnium sententia, non omnes sigillatim, sed unus pro omnibus, sicut omnes interrogati fuerant, & quidem solus Petrus responderet, qui à Chrysostomo & Augustino, non dominus, sed os Apostolorum dictus est, Tu es Christus ille, filius Dei uiuentis. hoc est, nō solum es filius hominis, sed etiam filius Dei uiuentis: nec solum excellens doctor, sed unus etiam redemptor & saluator mundi Christus. Sicut autem unus pro omnibus respondebat, ita uicissim unus nomine omnium, hoc respōsum à Christo accepit, quo Christus de se fidem & confessionem Apostolorum tanq̄ ueram, plenā & salutifera approbauit: Beatus es, inquit, Symon Bar Iona. Ea est enī uera, perfecta & salutifera Christi saluatoris agnitiō & fides, per quam aliquis à Christo beatus esse prædicatur: sicut beatum pronunciauit Petrum & reliquos apostolos, quorum omnium nomine Petrus Christum confessus fuerat. Huius egregie commendationis tres grauissimæ rationes à Christo assignantur. Nam illa est uera & beatifica cognitio & fides Christi, quæ non ex carne & sanguine, ut illa superior aliorum hominū, sed ex cœlestis Patris revelatione exoritur. Caro enim & sanguis, & quæcunq; ex his promanat cognitio, aut potius opinio de Christo, regnum Dei non possidebit. Sed Apostolorum de Christo fides, & ore Petri edita confessio, nō ex carne & sanguine, sed Christo teste, ex cœlestis patris singulari reuelatione, perfecta est, hæc igitur, & non alia, est uera & beatifica fides & agnitiō

Kk Christi,

Christi. Deinde, ea est beatifica fides & agnitus Christi, super quam tanquam firmam petram ita ædificabitur à Christo tua Ecclesia, ut portæ inferorum aduersus eam non sint præualitauræ, nam cui portæ inferorū præualuerint, ea neminem saluare poterit, sed super fidem apostolorum de Christo, tanquam firmam petram Christus suam Ecclesiam sese ædificaturum promisit, contra uim & potentiam portarum inferi. Ergo hæc agnitus & fides apostolorū, quam Petrus confessus est de Christo, est uera & beatifica Christi fides & agnitus. Postremò, uera & beatifica est cognitio & fides Christi, quam qui habent, ijs apostoli, acceptis regni cœlorū clauibus, remittendo peccata, soluunt in terra, quod sit solutum & in cœlis: qui ueroarent, ijs retinenda peccata ligantur in terra, quod sit ligatum & in cœlis. Quare cum eiusmodi sit non aliorum hominum, sed Petri & reliquorum apostolorum Christi fides & cognitio, sequitur eam solam esse ueram & beatificam. Hæc est simplex, plana & germana uerborū Christi sententia, consolatione plenissima, quo magis detestanda est Asotica depravatio, qua locum insignem de uera & saluifica cognitione & fide Christi loquentē, ad Antichristi perniciosa ac luctificam tyrannidem contra Christi Ecclesiam stabiliendam Sotus detorquet. contendit enim petram in proprio & germano sensu nomine Christo & uera in ipsum fide, sed de Petro & de eius successore ordinario, Romano pontifice, tanquam fundamento Ecclesiae & uicario Christi, accipiendam esse. id uero quo argumēto nobis persuadere conatur? Quia illa uerba, inquit, Ego tibi dico, & Tu es Petrus, & Tibi dabo claves, Petrum aperte designant: & de eo omnia intelligere, nisi recedamus ab ipso contextu, cogunt. Ergo ne recessit ab ipso contextu Augustinus, de uerbis Domini, sermone 13. Ipse Petrus in apostolorū ordine primus, in Christi amore promptissimus, saepē unus respondit pro omnibus. & mox: Vnus pro multis dedit responsum, unitas in multis. & iterum, Symon antea uocabat: hoc autem nomen ei, ut Petrus appellaretur, à Domino impositum est, & hoc, ut ea figura significaret Ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus: petra enim principale nomen est, ideo Petrus à petra, non petra à Petro. quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus uocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus, & super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius Dei uiui, ædificabo Ecclesiam meam: hoc est, super meipsum filium Dei uiui, ædificabo Ecclesiam meam. Super me ædificabo te, non me superte. Nam uolentes homines ædificari super homines dicebant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ. ipse est Petrus. & alij qui nolebant ædificari super Petrum, sed super petram, Ego autem sum Christi. Apostolus autem Paulus ubi cognovit se eligi, & Christum contemni, Diuīsus est, inquit, Christus? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, nec in Petri, sed in nomine Christi, ut Petrus ædificaretur supra petram, & non petra supra Petrum. In his ne igitur omnibus à contextu uerborum Christi recessit Augustinus? Ergo nec genuinum sensum retinuit, in Ioannem tractatu 50. Si in Petro non esset Ecclesiae sacramentum, non ei diceret Dominus, Tibi dabo claves regni cœlorum: quæcumq; solueris in terra, erunt soluta in cœlo: & quæcumq; ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia: si autem & in Ecclesia hoc fit, Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significauit, quæ eadem postea saepissime repetit Augustinus, quibus tanquam magis propriam & probabiliorē uerborum Christi sententiam, ut in 1. lib. Retractionū dixerat, exprimi haud dubie existimauit. in quibus, si Soto ingenuo homini credimus, à contextu uerborum Christi, & ab eorum ger-

manæ

manu sententia recessisse putandus est. Attamen alteram sententiam Augustinus non reiicit, dum liberam facit electionem lectori recipiendi probabiliorem: & nos eam suo in loco admittimus, sed tanquam ab hoc præsentiloco alienam hic non recipimus. Christus hic de sui, non de Petri cognitione discipulos omnes interrogauit: & Petrus nomine omnium, non de seipso, sed de Christo respondit: & Christus non cognitionis Petri, sed uerae fidei & agnitionis Christi fructus & utilitates commemorauit. nec discipulis reliquis Christus edixit, ne cui dicerent Petrum esse per trum, super quam Christus sit ædificaturus Ecclesiam: sed Petro una cum aliquis omnibus, qui omnes interrogati, per os Petri Christum confelli fuerant, interdixit, ne cui dicerent, quod ipse esset Iesus Christus. At si ea suisset sententia Christi, ut Petrum designaret hoc loco & constitueret fundementum Ecclesiæ contra portas inferi, aut inter Apostolos postea disceptatio de primatu nulla extitisset, aut obortam postea contentionem inter Apostolos de primatu & maioritate potestatis, Christus uno uerbo sedasset: atque Apostolis in memoriam reuocasset, quæ hic cum Petro, ad designandum eum fundementum Ecclesiæ & principem Apostolorum, loquitur. Verum nullo uerbo huius loci meminit, & Apostolis ex æquo omnibus primatum & maioritatem regiam, hoc est, potestatē, simpliciter & perpetuò uult ademptam. Nam maioritatem siue primatum, siue principatum ordinis, de Petro non negamus. Vnde à D. Augustino Petrus dicitur, in apostolorum ordine primus: sed nusquam primus vocatur in Apostolorum potestate, in qua omnes Petro fuerunt æquales. Nec hic principatus siue primatus ordinis Petro hoc loco à Christo primū confertur, sed eum ab Apostolis antea habuit, quam Christus dicit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Nam ad principatum ordinis pertinebat, Christo ad interrogata omnium Apostolorum nomine respondere. quod edita confessione de Christo Petrus prius fecit, quam in persona omnium Apostolorum, & in figura Ecclesiæ, ex Christo audiret, Tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam. Ratione huius principatus, Petrus in Actis ex scripturis reliquias Apostolos admonet de aliquo alio in locum Iudæ sufficiendo, ad complendum numerum duodecim Apostolorum, quem tamen nec ipse solus eligit, aut Deo eligendum precibus proponit: sed hoc cum Petro reliqui omnes faciunt Apostoli. Ex huius eiusdem principatus officio Petrus stans cum undecim, ipsos contra falsam criminationem ebrietatis excusauit. ex quibus appareret, hunc Petri principatum non in dominando, sed ministrando sicutum fuisse: cuiusmodi principatum, eti uerbis humilibus, dum se seruum seruorum Dei uocat, præ se ferat Romanus Pontifex: reipsa tamen eum nec habet, nec eum sibi etiam aptaret. nec talem principatum inter reliquos adulatores Pontificis Sotus ei uendicat, sed eum primatū defendere conat, quo haec tenus in Ecclesia Dei omnia pro libidi ne sua contra uerbum Dei gerere atq; immutare solitus fuit. Quod porro de interpretatione scripturarum in hoc capite inter cætera ait, non anxie disceptandum aut contendendum quid autor scripturæ senserit, dum modò uerum sit, quod asseritur. In qua sententia fuisse Augustinum, falsissimum est. Nam hoc semper & in primis agendum est, ut sensus autoris scripturæ inuestigetur, quisi inueniri & erui nequit, tum satis est interpretatio nem obscuriorū locorū esse analogam fidei, et si cum mente & sententia autoris non per omnia congruat. si autem interpretatio, iuxta præceptum Apostoli, semper debet esse analogia fidei, de uera fide certò prius constare debet ex manifestioribus scripturis, secundum mentem & sententiam

autoris recte intellectis. Non enim interpretatio obscuriorum locorum antea poterit fieri secundum analogiam fidei, quam fidem aliquis ueram habuerit. habere eam nemo potest, nisi ex scripturis. ad parandam autem fidem ex scripturis, interpretatio secundum analogiam fidei, que nondum habetur, sed adhuc quæritur, institui non potest. ergo ad comparandam fidem, secundum cuius analogiam postea obscuriores loci exponantur, scripturæ sunt interpretandæ secundum mentem & sententiam autoris, qui est Spiritus sanctus. Atque præsentis loci hæc interpretatio, qua Christus, & non Petrus, intelligitur esse petra & fundamentum Ecclesiæ immobile aduersus portas inferorum, ea exprimitur proprius & uerus sensus uerborum Christi, & Christianæ fidei maximè consentaneus. Altera uero interpretatio, qua Petrus, sicut & reliqui Apostoli, intelligitur, dicitur esse fundamentum Ecclesiæ, propter doctrinam testificantem Christum esse unum, uerum, & perpetuum fundamentum Ecclesiæ: est quidem analogia fidei, sed tamen aliena à uerbis & sententia Christi in præsenti loco. Quæ uero præter has tertias, non à sanctis Patribus, sed ab Asoticis impostoribus assertur interpretatio, qua Petrum contendunt aliorum Apostolorum supremum constitui: & super ipsum eiusq; successorem, Romanum Pontificem, tanquam uicarium Christi, & fundamentum, ædificari Ecclesiam Dei: ea quoniā neq; sententia Christi est consentanea, neq; analogia fidei, sed ab utrisq; alienissima, id circa tanquam impiam reiçimus, una cum uicariatu & primatu Antichristiano, quem hac peruersissima interpretatione stabilire nituntur. Nam primatus siue uicariatus Romani pontificis ex scripturis, siue iuxta sententiam autoris Spiritus Dei, siue iuxta analogiam fidei intelligentur, probari non potest. Quare non à Deo & filio eius Iesu Christo, sed à Diabolo contra Christum Papatum fundatum esse, D. Lutherus edito ea de re proprio libro uerissimè & constantissimè afferuit: ut Asotum insigniter impudentem esse oportuerit, quod Papatum ruuentem tanquam à Deo & filio eius Iesu Christo institutum, contortis & peruersis scripturæ interpretationibus fulcire ac sustentare conetur. Nam qua locum Matth. 16. eadem peruersitate depravat etiam in sequenti capite locum Ioann. 21. de quo nunc agemus.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXIIII.

Vbi primum Sotus, ne nunquam videatur attigisse Graeca (nunquam enim didicis) ex Roffensi discrimen adducit inter uerba ποιησαι, id est, rege, quo Christus semel usus est, & βόαται, id est, pasce, quo Christus bis usus est. ex quo discrimine uerborum infert, aperte potestatem dari non docendi tantum & prædicandi, sed & regendi & gubernandi. Primum si tantum mysterium latitat in discrimine uerborum, non deerit etiam mysterium in discrimine nominum, quib. Christus est usus. Primum enim dixit, Pasce agnos meos: posteabis dixit, Pasce oves meas. Si igitur agnorum & ouium diuersis nominibus, diuersos subditos uel populos Christum significare uoluisse Sotus docuerit, non inficiabimur, & uerbis diuersis, regendi & pascendi, diuersam uoluisse Petro tribuere potestatem. Verbo quidem regendi regiam potestatem, cuius insigne sit triplex diadema Pontificis: uerbo uero pascendi pastoralem dignitatem, cuius insigne sit pastoricia uirga episcoporum. Sed heus Sote Asotate, quis tibi copiam fecit, cedendi ab iniuolabili tuae sacrosanctæ cœcumenicæ & generalis Tridentinæ Synodi in spiritu S. legitimè congregatae decreto, quo in tertia sessione statuit & decreuit, ut uetus & vulgata editio, quæ longo tot seculorum usu in Ecclesia ipsa probata sit, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicar-

prædicationibus, aut expositionibus pro authentica habeatur, & quòd eam nemo reijsere, quotis prætextu audeat uel præsumat: uetus enim & uulgata editio, nonne utruncq; uerbum Græcum, uno pascendi uero hie reddidit: Cur tu igitur Pontificiam tyrannidem stabiliendi prætextu, mutando pascendi in regendi uerbum, reijsis uulgatam editio nem: Verum quibus non nisi tragica placent, hoc etiam dispijere nequit, quod ferè omnibus tragedijs materiam præbuit: Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia uiolandum est: alijs rebus pietatem colito. Non solum enim diuina & humana, sed uestra ipsorum propria iura, in uestris concilijs legitime, ut iactatis, in Spíritu sancto congregatis, condita, uiolare nihil ueremini, ubi tenuis duntaxat umbra Antichristianæ tyrannidis tuendæ apparuerit. Demus autem hoc Soto, quod sibi ipse licenter contra propria iura sumit: ac ποιητανη significet non tantum pascere, sed & regere. Quaro igitur ex Soto, an sicut pascendi, ita quoque regendi potestatem à Christo acceperint, non solum omnes reliqui Apostoli, sed quotquot sunt fideles uerbi ministri: id si negaret Sotus, adducerem ei uerba Pauli iuxta uulgatam editionem, Actor. 20. Attendite uobis & universo gregi, in quo uos Spíritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiæ Dei, quam acquisiuit sanguine suo. En non soli Petro, sed omnibus uerbi ministris, quos hic presbyteros & episcopos appellat, tribuit officium regendi Ecclesiæ Dei. Quo magis obstupescenda est stupiditas Soti, hunc ipsum locum paulopost adduentis, non tamen attendentis, unum D. Paulo ueterem editionem, regendi Ecclesiæ Dei potestatem communem facere omnibus Ecclesiæ Dei ministris. Si enim serio sentit quod dicit, in qualibet Ecclesia proprium pastorem, proprium rectorem esse: quid attinebat hanc regendi siue gubernandi potestatem restringere ad personam Petri, quæ communis est omnibus Ecclesiæ pastoribus, quorum officij multæ sunt partes: ut, oues perditas querere, errantes reducere in viam, lassas fouere, saucias ligare, & id genus innumera, quæ sparsim Prophetæ & Apostoli in pastorum officio explicando enumerant. Imò vero, dicit Asotus, tu non tantum parum attentus, sed prorsus stupidus es in meis legendis, in quibus omnibus Ecclesiæ pastoribus, sicut particularis alicuius Ecclesiæ particularem curam, ita quoq; regendi potestatem particularem omnibus concedo: Petro uero uniuersalis Ecclesiæ universalis regendi & gubernandi potestatem uendico. Audio: sed, quo id probes, non uideo. Verbis Christi probo, quo soli Petro interrogato, Diligis me plus his, ter dixit, Pasce oues meas; aperte enim significatur, aliquid amplius quam cæteris ei tribuendum esse. Et quid hoc aliud, quam uniuersalis omnium ouium Christi cura: Hoc tu quidem dicas, sed non probas. Adeò enim his uerbis Christus Petrum non constituit uniuersalis Ecclesiæ rectorem & gubernatorem, adeoq; Petrus id in eam partem non accepit, ut præclare secum actum putaret, si dignatione Christi postremum inter Apostolos locum obtinere contigisset. Hisce enim uerbis Christus Petrum, qui Apostolatus officio per abnegationem Christi Domini exciderat, in pristinum dignitatis locum restituit. Nam sicut reliqui Apostoli, ita quoque Petrus, primùm gratia Dei, deinde functio ne Apostolatus exciderat. Recipiuntur igitur omnes à Christo resuscitato à mortuis, primùm in gratiam, remissione peccati per fidem resurrectionis. Ioann. 20. Cùm ergo uespera esset die illo, qui erat unus sabbatum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, propter metum Iudaeorum, uenit Iesus, stetitq; in medio, & dicit eis, Pax uobis. & cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus suum. Gauili sunt ergo disci-

puli, uiso Domino. Deinde recipiuntur ad munus Apostolicum, his uestibus: Dixit ergo eis Iesus iterum, Pax uobis: Sicut misit me pater, ita ego mitto uos. Haec cum dixisset, flauit in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta sunt. Petrus uero quoniam grauius, quam reliqui Apostoli, deliquerat, quo certior esset, & de gratia Dei erga se, Angeli resurrectionem Christi, discipulis eius, & sigillatum Petro dicendam praepipiunt, & de suo Apostolatu Christus ei interrogato, Diligis me plus quam hi, oues suas pascendas committit. id quod Glossam ordinariam sentire, Sotus negare non potest. Trinæ, inquit, negationi, redditur tria confessio, ne minus amoris lingua seruat quam timori. Et sicut fuit indicium timoris, negare pastorem: sic officium amoris, pascere Domini gregem. Non igitur quia plus ceteris Petrus Christum dilexit, ideo melior & reliquis superior, sed ob id reliquis & deterior & inferior esse ostenditur. Cur enim plus dilexit Christum quam reliqui, nisi quia ei plus remissum est, quam reliquis? *Lucæ 7.* Cui enim minus remittitur, minus diligit. Cui autem plus remissum est quam reliquis, is reliquis certè deterior fuisse conuincitur. Quare maior Petri amor erga Christum, Petrum non meliorem, sed reliquis omnibus deteriorem fuisse demonstrat. At quo Petrus alijs deterior esse monstratur, eo ipso certè non constituitur aliorum omnium supremus dominus, multo minus uniuersalis totius Ecclesiæ rector & gubernator: sed recipitur & denuò cooptatur in numerum Apostolorum, inter quos fieri potest, ut Petrus amore Christi feruidior, maiore diligentia & assiduitate pauerit oues Christi: sed hoc non facit eum principem Apostolorum, nec unum uniuersalis Ecclesiæ gubernatorem. Alioquin Paulus esset hoc nomine præferendus Petro, qui impulsu amoris Christi, quo ardenter flagravit, plus non solum alijs Apostolis, sed etiam Petro ipso laborauit in Ecclesia Dei. Sed ut tandem finem huic loco imponam, ad Ephesios 4. scribit Apostolus, Christum ascendisse in altum, & dedisse dona hominibus, alios quidem Apostolos, alios uero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores ac Doctores. Nusquam dicit Petrum fuisse doctum, summum Pastorem: sed Petrus Christum uocat Principem pastorum. Petrus igitur se non prapunit pastoris nomine alijs, sed sese reliquis æquali ordine annumerat. & quicunque merentur appellationem pastoris, illis Christus non minus quam Petro oues suas pascendas præcepit: sed in reliquis pastoribus, oues pascendi diligentia & assiduitas, eos non constituit uniuersales rectores uniuersæ Ecclesiæ: ergo nec Petrus per hoc rector & gubernator Ecclesiæ constituitur. Scio, quid ab Asoticis ad locum ad Ephesios 4. respondeatur, uidelicet Christum dedisse alios quidem Apostolos, alios uero pastores, &c. sed mediante ministerio (sic enim loquuntur) & autoritate Petri. Ergo ne Petrus constituit & ordinavit Apostolos? Quos ergo apostolus Petrus elegit & constituit, ad quem non pertinebat sufficere in locum Iudeæ, quem ipse uoluisset, sed qui Deo probaretur: Actorum i. Apostolus Paulus non solum obscuram opinionem, sed manifestam accusationem pseudoapostolorum ad Galatas confutatur, ex professo disputatione, se apostolatus officio nihil esse Petro inferiorem, nec se suum apostolatum à Petro, neque quicquam quod pertineret ad apostolatus siue functionem, siue autoritatem accepisse à Petro. Quare uana sunt somnia, & mere nuga quæ Sotus hic garrit, de Petri primatu & rectoratu super universam Ecclesiam Dei, ex loco Ioann. 12. Pascere oues meas. Quod uero Chrysostomus di-

mus dicit, Totius orbis curam Christum demandasse Petro: & Augustinus, Petro Dominus pascendas post resurrectionem oves commendavit: hoc nihil ad principatum & primatum Petri pontificis Romani. Nam & reliquis, quo sunque uoluit esse pastores, oves pascendas commendauit, sed per hoc non constituit aliorum principes. & omnibus Apostolis curam totius orbis demandauit, dicens: Ite in universum mundum, & predicete euangelium omni creaturæ: nec propterea constituit eos tales rectores, qualem rectorem ecclesiæ uniuersæ Petrum à Christo constitutum fuisse singit Azotus.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXV.

Locus Luc. 22. eadem arte ab Azoto tractatur, qua præcedentes duo, quid enim uel insulsus uel impudentius est, locum hunc detorquere ad primatum Petri stabilendum super reliquos Apostolos atque uniuersam Christi ecclesiam, & quidem eum primatum, quem sibi tyrannice in ecclesia usurpat papa Romanus: Christus prædicit Petro & reliquis Apostolis ipsorum lapsum ac ne lapsi colliderentur, sed erigerentur rursus, id fuit intercessionis Christi, non propriæ ipsorum uirtutis: ideo non soli sunt pro Petro, sed pro reliquis etiam Apostolis oravit, & qui credituri ter dicit, Ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua: habet sane aliquid speciale, nam specialis fuerat futurus etiam lapsus Petri, nempe tria abnegatio Christi Domini sui, ne igitur grauissimi peccati pondere opprimeretur, Christus sicut prædicit Petro suam ruinam, ita in eum eventum ipsum consolatur, ut hac consolatione se contra desperationem postea sustentaret, adiicit postremò, quis debeat redire fructus ex ruina & conuersione Petri ad omnes alios miseros peccatores in Christum credentes: ut nimis Petri grauissime delinquentis exemplo confirmati, non desperent etiam suorum peccatorum ueniam, hunc enim ostendit Paulus esse frumentum Petri grauissime delinquentis exemplum, ut alij horum exemplo consipient certam spem & fiduciam remissionis delictorum suorum. 1. Tim. 1. Certus sermo & dignus, quem modis omnibus amplectantur, quod Christus Iesus uenit in mundum, ut pastores saluos faceret, quorum primus ego sum. Verum ideo misericordiam sum adeptus, ut in me primo ostenderet Iesus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar ijs qui crediti sunt, & iusti naufragium fiat peccatori stabilior portus. quando enim iustum peccasse legero, & poenituisse, non iam desperabo de mea salute. Et propter hoc enim & gratia Spiritus non solum bene gesta sanctorum, sed & negligentias memorauit. Non autem propter illos tantum prouidentiam faciens, & bene gesta sanctorum, & peccantium negligenter, ut aliorum vulnera alijs prouideant sanitatem in melius commutauit, ut aliorum vulnera alijs prouideant sanitatem, & iusti naufragium fiat peccatori stabilior portus. De hoc igitur non solius Petri, sed & quorumvis aliorum sanctorum lapsu & conuersionis fructu concionatur Christus, cum ait: Et tu conuersus aliquando, confirma fratres tuos. Quam consolationem dulcissimam Sotus sua Asotica depravatione nobis eripit, & in locum huius consolationis, nobis Papisticam tyrannidem substituit, dum hæc uerba Christi, Confirma fratres tuos, interpretatur de plenaria & absoluta solidi Petri, & ipsius successori, debita potestate decernendi in controuersijs fidei, sine expresso uerbo Dei, sic enim ait: Merito exigit, ut ad u-

num tandem pertineat fidei in omnibus confirmatio, ut unus ultimus sit iudex, & unitatis conseruator. Si hoc non esset necessarium, nequam unius praecipere. Cōfirma fratres tuos. at hoc non soli Petro, sed & Davidi, & Paulo, & multis alijs dicitur, qui insigniter lapsi, & à Deo in gratiā recepti, suo exemplo fidem remissionis peccatorum confirmare possunt, & debēt. Quod de Marco Siluestri proximo successore afferit, quantū pōderis habeat, hisce uerbis Christi, pbandi primatū Petri & Romani Pōtificis, hæc quorundā ueterū scholasticorū uerba ostendūt: Per illa uerba Christi, Cōfirma fratres tuos, prēcisē nō potest ostēdi, q̄ Christus fecerit beatū Petrū praelatū & principem aliorū. Et ideo si inueniant sancti exponere uerba illa de primatu Petri, tenendum est quidem, quod sensus ille sit uerus, non tamen tanquam sensus literalis uerborum illorū Christi, sed tanquam sensus mysticus: cuius ueritas ex alijs uerbis Christi liberaliter intellectis potest sufficienter ostendi. Vbi etsi, cum Azoto, de primatu Petri errant, tamen nobis tacentibus Asoto respondent ad locum Luc. 22. secundum litteram non posse intelligi de primatu Petri & Romani pontificis. ergo etiam si esset aliquis primatus Petri, ad eum tamen probandum hunc locum Sotus frustra adhibuisse censendus. non enim mysticus, sed solus literalis sensus in rebus dubijs probandis admittitur. Quos præterea locos congerit ex Ioanne & Actorum lib. nihil conferunt ad primatum Petri probandum: nisi ijsdem de causis & reliquis apostolis, & in primis D. Paulo, cum primatum afferere uelit.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXVI.

Quām dextre explicuerit, & ad suum institutum Sotus accommodauerit tres illos locos, Matt. 16. Ioan. 21. Luc. 22. satis opinor ostendimus. in ea sua insulsitate tantopere sibi placet, ut in illis suis scripturarum depravationibus inculcandis, lectorem tantum non enecet. Sed lector prius degustata insulsitate Soti, hæc incōdita ipsius blatteramenta haud dubie respuit. Quare omisis reliquis omnibus, ad duo tantū uerba respondebo: nam ad reliqua suprà responsum est satis. Primum est, quod ait: Vnde & post resurrectionem ab angelo, ut insignis, inter cæteros nominatur, & ab eo, qui procul dubio reliquis erat præstātor, Ioanne plurimum delatum esse, idem ipse scripsit. quum enim audissent non esse corpus Domini in monumento, currebant, inquit, duo simul, Petrus scilicet & Ioannes: & ille alius discipulus præcurrit citius Petro: & uenit ad monumentum, nō tamen introiuit, quo usq; Petrus ueniret, & introiret. Et tum, inquit, alius, qui prius uenerat, introiuit. Non uides quantam illi exhibeat Ioannes ille, qui super pectus Domini recubuit, reuerentiam? Quod timoris erat, ne Ioannes ingredieretur sepulchrum, hoc Sotus & ipse uenerabundus honoris erga Petrum fuisse delirat. Ac ut hic aliquid honoris Petro Ioannes detulerit, quo ipsum primum passus est introire in sepulchrum, num propterea eum principem & summum apostolorum, atque universæ ecclesiæ caput agnouit? Aut si primum ingredi sepulchrū, est privilegiū principis Apostolorū & capitis totius ecclesiæ: cur mulieres ause sunt Petro priores ingredi in monumentum, & sibi usurpare honorem principis Apostolorū & uicarii Christi? Quis crederet queso tam pueriliter desipere hominē senē, nisi deliraret? Dicit, ab angelo Petru ut insignē inter cæteros nominari plane ut insignis nominat, nempe insignis pre reliquis apostolis peccator. Paulo mentioni proximus, subenī igitur mulieres apostolis renunciare resurrectionē Christi consolationis gratia: qua quia maximē indigebat Petrus, ut pote insignis peccator, ideo nominatim Petro renuncianda præcipit resurrecio-

Christi, nihil hic de honore, nihil de primatu, nihil de uicariatu, nihil de pontificatu Petri agebatur: sed pax & tranquillitas conscientie cum reliquorum apostolorum, tum autem in primis Petri quarebatur. eiusdem farinæ est & hæc depravatio uerborum Christi ad Petrum dicentis Ioan: ai. Tu me sequere. Quia in re: iuxta Sotii glossam, In hoc magisterio & prælatione. Ioannes ipse dictum Christi de genere mortis interpretatur, quo Petrus securus erat Christum. At Sotus non imponit suis pontificibus Christi neque Petri hanc sequelam: ideo eam non de ignominiosa morte, neque qua Petrus secutus est Christum, sed de superbo magisterio, & ambitione prælatione & dominatione interpretatur, qua tota ecclesia prælatura ad pedes defixis osculis Christianam obedientiam scilicet & subiectionem profiteatur. Quis non uideat, Asoticos istis suis impijs cauillationibus Deum & homines ridere? Sed qui habitat in celis, uicissim ridebit eos, & subsannabit eos in conspectu uniuersi orbis terrarum.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXVII.

Quæ Petrus nunquam habuit, ad successorem iure hæreditario deuenire non possunt, etiam si concederetur aliqua hæreditaria successio. Primum autem potestatis Petrum non habuisse, nos suprà ostendimus, confutatis depravationibus Asoticis. ergo nulli sunt successores Petri, qui de primatu à Petro iure hæreditatis accepto gloriari possint. non enim talem principatum Petrus unquam habuit. Et si maximè probareſ habuiffe, probandum restaret, num nam rediret ad successorem Petri, an uero cum Petri persona simul desineret? Et si rediret ad successorem, nondum probatum est, legitimū hæredem esse Romanum Pontificem. Crede mihi So: te, plura tibi probanda sunt, priusquam nobis persuadeas Romanum Pontificem iure diuino esse caput ecclesiæ & uicarium Christi in terra. Sed firmissimum fundamentum est, Petrum fuisse principem apostolorum & caput uniuersæ ecclesiæ: id neque uiuus neque mortuus unquam probabis.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXVIII.

Necessariò est in ecclesia uniuersali, & in qualibet particulari unum capitulum Iesus Christus, qui inuisibili sua præsentia manifeste gubernando ecclesiam, plus proficit, quam infinita capita uisibilium pontificum, prægnantia decreta cum uerbo Christi proferentium. Cæterum si Pōtifex uellet esse caput ecclesiæ uniuersalis, sicut episcopi reliqui sunt capita ecclesiæ particulariū, nō dominatione in clerum, sed institutione in uerbo Domini, ferri posset ut diceretur caput ecclesiæ. Quanquam haud scio an unus quispiam uniuersalis totius orbis ecclesiæ administrationi sufficere possit: & ob id non uidetur esse ecclesiæ, ut per unū administretur ecclesia uniuersalis. Nec est quod nobis omnipotentiam Dei hoc loco Sotus commendet. scimus Deum nihil non posse: sed ex ijs quæ potest, ea solummodo facit quæ vult: iuxta illud, Quæcumq; uoluit fecit. In ecclesia autem ea solummodo facere censendus est, de quibus manifestum extat ipsius uerbum. De uno uisibili capite, uicario Christi, nullum manifestum extare uerbum Dei, satis superq; ostensem est antea. Ergo Deus non regit ecclesiam suam uniuersam uno capite, uno pastore, uno uicario Christi uisibili, præsertim eo qui libi ius & licentiam sumat, abrogandi & mutandi instituta Christi & uero eius contraria statuendi. quod Romanum Pontificem facere, sole merito clarius est. Quæ uero ex ueteri Testamento affert, cuius Ecclesia angustis locorum terminis erat circumscripta, nihil faciunt ad probandum uniuersalem totius orbis ecclesiam, similiter per unum summum sacerdotem hominem administrandam, &c.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXIX.

Ingens mendacium hic effutivit Sotus, si successores Petri, adeo que Petrum ipsum sentit agnouisse Patres talem uicarium Christi, quales uicarij multis iam seculis in ecclesia fuere Romani Pontifices: hostes isti & aduersarij Christi in uicariatu suo fuerunt, atque etiamnum hodie sunt, dum crudelissime pios omnes persequuntur, & impialisimè peruerunt diuinæ ordinationes: & loco uerbi Dei, docent doctrinas dæmoniorum. Faere olim p̄ij & docti episcopi Romani, qui non solum uerbo & uita, sed & morte confessi sunt fidem Christi, quare non immerito S. Patres plurimum honoris propter constantiam in retinenda synceritate doctrinæ fidei eis detulerunt. Sed has laudes, haec tanta encomia sibi etiam uendicare larvæ illas, & lupos uastantes ouile Christi Domini, plusquam diabolica estimpudentia. Quare Sote, nisi impudentissimus esles adulator, nunquam auderes tuis Pontificibus tribuere, à quibus longissimè abesse, res ipsa ostendit. Omnium ætatum & temporum testimonia, quibus postea se demonstraturum promittit uicariatum & primatum Petri & Romano- rum Pontificum, ea aliquid ad probandum ponderis haberent, si scripturæ sacræ & uerbi Dei suffragijs non destituerentur: & quæ purioris ætatis testimonia producet, nihil minus probant quam Asoticorum Pontificum antichristianum uicariatum.

ANNOTATA IN CAPVT XC.

Irenæi testimonium non confirmat Romani Pontificis uicariatum, sed commendat autoritatem Romanæ ecclesiæ, propterea quod usque ad Irenæi tempora conseruata est quæ ab Apostolis est traditio. Conseruata est in hac ecclesia ueritas prædicationis Apostolorum. sicut igitur omnes necessariò adstringuntur ad doctrinam & fidem apostolicam: ita & ad eam ecclesiam, quæ hanc doctrinam & fidem conseruat. quare tantisper dum ecclesia Romana conseruauit hanc Apostolicam doctrinam & fidem, ad eam omnes conuenire obligabantur: sicut & ad reliquias ecclesiæ, quæ similiter synceritatem apostolicæ fidei & doctrinæ retinebant. id quod non obscurè innuit Irenæus, cum ait: Sed quoniam valde longum est, in hoc tali uolumine, omnium ecclesiæ non minus aliarum ecclesiæ ordinarias episcoporum esse successiones, qui retinuerint ueram Apostolorum fidem & doctrinam: ad quas ob id non minus, propter eandem fidem & doctrinam Apostolorum adstringebantur homines, quam ad ecclesiam Romanam. Monstret nobis Sotus in Romana ecclesia doctrinam & fidem apostolorum, det nobis in eadem fide & doctrina apostolica successores Petri & Pauli: tum sanè nos adiungemus Romanæ ecclesiæ: idq; ut facimus, mandato Dei adstringimur, quo alligati sumus ad doctrinam & fidem apostolorum, & ad quamlibet ecclesiam, quæ hanc apostolicam doctrinam & fidem profitetur. Hoc sibi uult testimonium Irenæi, quod Romanam ecclesiam omnibus cōmendat propter doctrinā & fidem apostolicam: ea si non solum careat, sed ipsam etiam persequatur Romana ecclesia, id quod hodie facere cernitur, nihil Romanæ ecclesiæ debemus, preterquam ut eam tanquam sedem antichristianam fugiamus & detestemur. Anacleti epistolarum dubia fides & autoritas leuat nos respondendi labore, ac cum Sotus ipse his firmiter niti non possit, quid opus erat illis in medium adductis lectori fastidium augere?

ANNOTATA IN CAPVT XC I.

Si tam plana & perspicua essent Cypriani uerba, ad comproban- dum errorem Asoticum, de primatu Romani Pontificis, que hodie

hodie est tyrannis antichristiana, in ijs ad fidam sententiam, contra multorum aliorum sententias, quas hic obiter attingit, torquendis tantopere non laboraret. Ambigua ad probandum nihil conducunt. Sotus ipse fatetur multa de hac causa scripsisse Cyprianum, quibus putent aduersarij ecclesiæ se adiuvari. ergo cum sint ambigua, Soto ipso confitente, & tamen se non nisi certissima & lucidissima allaturum suprà cap. 89. promiserit, quæ si stare promissis uoluit, haec prætermisssæ debuit. Cyprianus schismatū & hæresum causas esse dicit, dum ad ueritatis originem non redditur, nec caput queritur, nec magistri cœlestis doctrina seruatur. Vbi primus hic est error Asoti notandus, quod uerba Cypriani, quæ de re una loquuntur, intelligat de tribus rebus diuersis, atque ita rem unam & simplicem discerpit in tres diuersas res. non enim res alia est, ad ueritatis originem non redire, & caput non querere: sed Cyprianus de una re loquens tribus diuersis orationis formulis, quarum semper posteriore explicat priorem. Hinc accidunt hæreses, quod ad ueritatis originem non redditur. Quid est ad ueritatis originem non redire: caput non querere. Quid autem est, caput non querere: Magistri cœlestis doctrinam non seruare. Vbi Cyprianus de uniuersa Christi doctrina sacris literis comprehensa loquitur, postea ostensurus ubi origo ueritatis, ubi caput, ubi doctrina cœlestis magistri querenda, compendiariam fidam nobis monstrat, ecclesiam edificatam, non super Petrum, sed petram qui est Christus, ut superius demonstrauimus, in qua ecclesia Petrus, & reliqui apostoli accepere claves ligandi & soluendi, hoc est, parem per omnia potestatem. in unius tamen Petri persona, hæc una potestas data est omnibus, ut unitas Ecclesiæ, & in ea omnium ministrorum commendaretur. Sicut diserte dicit Cyprianus: Sed exordium ab unitate proficiuntur, ut ecclesia una monstretur, non autem ut Petrus primas & reliquorum apostolorum princeps & dominus ostendatur, ideo mox addit: Et beatus apostolus Paulus hoc sacramentum unitatis ostendit, dicens: Vnum corpus, unus spiritus, una spes uocationis uestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus maximè episcopi, qui in ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indiuisum probemus. Quod perperam Sotus accepit de uno totius ecclesiæ episcopatu & episcopo. nam episcopi ipsi, quomodo debent esse destructio unitatis, quam Cyprianus etiam requirit in episcopatu episcopatum unum & indiuisum probare: An ut sentiant, unum esse universalem uniuersalis ecclesiæ episcopatum: nihil minus uoluit Cyprianus. sic enim inter episcopos non esset unus & indiuisus episcopatus, si unus esset uniuersalis, reliqui uero particulares. episcopi & ista diuersitas esset destrictio unitatis, Seipsum igitur Cyprianus explicans ait, Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Quasi diceret: Non sunt multi & diuersi episcopatus, sed sicut Deus unus, fides una, baptisma unum est, ita unus est episcopatus. de quo episcopatu, quotquot sunt in ecclesia episcopi, non unus magis est episcopus quam alius: sed quantum unus honoris & potestatis episcopalibus habet, tantum & alius habere censendum est. Nec cuiquam hoc loco ullam prærogatiuam ratione episcopatus, qui unus & simplex est, promittit Cyprianus, nec sinit esse uel Pétum, uel Romanum Pontificem uniuersalem totius ecclesiæ episcopum. id cum ab alijs, tum à nobis ex uerbis Cypriani per calumniam dicere, non diceret Asotus, nisi non tantum iniquissimus calumniator, sed & praeter scripturæ sacræ, etiam sanctorum patrum dictorum impudentissimus depravator esset. sicut Lector perse facile reliquorum Cypriani dictorum depravationes depræhendet.

ANNOTATA IN CAPVT XCII.

Non video quid firmitatis habeant ad primatum Romanæ ecclæsiæ probandum Cornelij & Lucij dicta, quæ hic citantur. ac impius fuerit & blasphemus in suos antecessores Gregorius episcopus Romanus, qui non dubitauit, eum, qui se uellet haberi uniuersalem & oecumenicæ episcopum, vocare antichristum, aut eius præcursorem. Tales igitur facit omnes sanctos patres Sotus, quod contendit fuisse approbatores antichristiani primatus.

ANNOTATA IN CAPVT XCIII.

Oportis cōtrouersiis ecclesiasticis licebat, quocūq; libebat causas suas partibus iudicandas deferre: & propter spectatam pietatem & fidem, Romanæ ecclesiae episcopi ferè deligebantur: atq; ut fieri confuevit, in titulis magnificæ laudes ipsorum celerabantur honoris causa. Ex hoc honore Romanis pontificijs habito ab alijs, qui ipsis sua negotia dijudicadas concredebat, cœpit ab ambitiosis exigi pro iure, ne quis controuersias in religionis causa dijudicet, preter Romanum Pontificem: cum tamē posteriores pontifices nec doctrina apostolica, nec fide uera Christiana, nec pietate, nec ullis alijs rebus instructi fuerint, quæ necessariò ad tales controuersias dirimendas requiruntur. Quare cum pijs essent Romanii episcopi, uerbis eos laudarunt omnes pijs, & coluerunt ut patres: mutatis autem doctrina & moribus Romanorū Pontificum, nihil præiudicat nobis aliorum exemplum, qui ipsi etiam Pontifices Romanos, si adhuc supererent, ob impietatem contemnerent.

ANNOTATA IN CAPVT XCIV.

Idem iudicium faciendum est de Ambrosij, Augustini, Chrysostomi & reliquorum dictis. Nemo horum eum primatum dedit Romano Pontifici: quo dato, deprehenditur Romanus episcopus esse antichristus. Hieronymus Damasum omnium opinione recte sentientem de trinitate recte etiam sibi eum sequēdum proponit, recteq; clamitat. Si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. cathedram autem non tantum intelligit locum & sedem Romanam, sed doctrinam apostolicā, sine qua, qui iungit soli cathedræ Petri, hoc est, Romanæ sedi, meus nō est, quia necq; Petri est, necq; Christi. Summa, quicquid laudabiliter, præclare, honorifice & magnifice dicit de ecclesia Romana, & ipsius episcopis, id fit propter fidem & doctrinam apostolicā: qua amissa, eam laudē & nominis celebritatē tueri & sibi uendicare nō potest Romana ecclesia, & qui in ea præsidet summus Pontifex.

ANNOTATA IN CAPVT XC V.

Cur præterit concilium Nicænum, in quo Romanus episcopus, nō ut summus, in supremo loco collocatur, sed inter patriarchas quartus est locus assignatur: quod sine iniuria fieri nō poterat, si ei debebatur primus locus, tanquam tenenti primatū in uniuersa totius orbis ecclesia. In Ephesino primo præsidet Cyrilus, in secundo Diοscorus, ambo Alexandrinii episcopi. Iam tum in primo Ephesino concilio Celestinus cœpit affectare primum locum: quem cum aperte petere & occupare non auderet, dissimulanter irrepit. Nam missis legatis, Cyrillo præsidi suas partes delegauit: ut quod in persona propria non potuit, in aliena tantisper præsideret, donec submotis per vim & iniuriam alijs, prætextu primatus Romanæ sedis, in omnibus concilijs primum locum occuparet. Cuius humilitatis & æquitatis pontificiæ domumenta sunt posteriorum temporum concilia. Nec unquam defuerunt, qui corrupti honoribus & muneribus Pontificum ambitioni promouendæ inservierint. Nam non Romanus Pontifex, sed solus Cyrilus Alexandrinus fuerat acturus præsidem concilij Ephesini. Nec Cyrilus præsidendo functus est uicibus Romani episcopi, non

(non enim præfuturus erat Romanus) sed quod Romani episcopi sententiam à legatis renunciatam recitauit, tanquam alterius cuiuspiam ex ordine episcoporum, ita Cyrus uices eius geslit. At Sotus fraudulentus impostor non aliter narrat Cyrrillum egisse uices Romani episcopi, ac si non Cyrrillus, sed Romanus episcopus fuerit præfuturus, sed propter absentiam suas partes Cyrillo demandarit, atq; ita in persona Cyrrilli uices Romani episcopi gerentis, Ephesinum concilium manifeste primatum eius agnouisse. quod est palpabile mendaciu Asoti. Nec minus habet uanitatis & fraudis, quod de concilio Chalcedonensi refert, legatos Leonis Papæ primum semper locum tenuisse, nam maliciose & subdolè reticet, qua occasione factum sit, cum antea Romanus in nullo unquam concilio præsedisset, hunc honorem tum omniū primò summa contentione egrè ab Imperatore Mariano impetrarit. Nam instituta synodo Chalcedonensi, de præside incidit controversia. Ac Romanus quidem petit se ab Imperatore præfici, non ius aliquod antiquum, quod nullum habebat, allegans, sed Orientalium, qui in secundo Ephesino concilio præsederant, imponitatem prætexens, qua plura turbarint quam sedarint. Quare ne idem in hac synodo accideret, opus esse maturo & graui moderatore, quem sese præstiturū pollicetur Romanus, si Imperator ipsum concilij præsidem constituat. ita nullo iure Romanus, si episcopus, sed precario primum locum in concilio Chalcedonensi obtinuit, quo postea sœpe caruisse, subsequentia aliquot concilia testantur. ac si culpa parum bene administrati officij præsidis in Ephesino concilio, Orientales, qui ius quoddam præsidendi ex prescriptione habere videbantur, præsidendi functione exclusit: quanto magis Romano Pontifici adiumentum erit, quicquid iuris sibi per tyrannidem uendicat præsidendi in omnibus concilijs: cum præside Romano Pontifice, nulle possint esse libere uoces reliquorum episcoporū: quorum nullos admittit, qui ipsi iure iurando non sint obstricti. Quid enim interest, siue celebretur concilium, siue nullum celebretur, cum solus intra & extra concilium pro sua libidine regnet Romanus Pontifex?

ANNOTATA IN CAPVT XC VI.

Raues uero causas, propter quas necessarius est primatus Rom. Pontificis. Prima est, ut uniuersales synodi congregati possint. Quomo- do enim, inquit Sotus, uocari possunt omnes episcopi nisi à superiore, quo modo contineri? Si enim cuilibet liberum erit uenire, aut non, nullum poterit conciliū fieri. Quid igitur obstabat, quo minus fierent uniuersalia congregatio Nicenum, Ephesinum primum, & alia, cum nomen primatus Romani Pontificis adhuc esset ignotum: Imperatores soliti fuerunt cōuocare synodos. horum imperiū impunē detrectare nemo potest, necq; debet. Et Papa hereticus, numnam contra semetipsum concilium congregaturum putemus? aut ut primas, & cui reliqui omnes sunt obnoxij, patietur aduersus ferri sententiam? Quare hæc est nulla ratio necessitatis primatus Romane ecclesiae & ipsius episcopi. nam quod secundum concilium Ephesinum Patres in Chalcedonensi concilio congregati, ualere noluerint, quia nec Apostolica autoritate coactum, nec rite peractum est: ibi Apostolica autoritatem conuocandi concilij. Sed à quocunq; tandem cōuocetur concilium, debet Apostolica autoritate cogi & peragi. Papa cum ad se ius & autoritatem conuocandi synodos reuocauit, extra omne periculum cōdemnationis esse, omnes uero alias ecclesias & episcopos suæ tyrannidi obnoxios & subiectos esse uoluit. Altera ratio cur sit necessarius primatus Romanæ Ecclesiæ, ut uidelicet sit ultimum aliquid iudicium, quod non potest fieri, nisi sit unus supremus. At nondum per tyrannidem introducto Ro-

manū episcopi primatū, erat in controversijs fidei ultimū iudicīi, & in eo sū premus iudex erat uerbum Dei, quod contineſt in scriptura sacra. id etiam nūm hodie fieri debet. Tertia ratio est, propter statum ecclesiasticum & dissidū ministrorū siue episcoporum Ecclesiae. Sed horum causa nō est ne esse constituere primatum, qui plurimū discordiarū causa in Ecclesia fuit, quām ulla res alia. ac facilis inter collegas, inter confratres, inter coepisco pos, inter confacerdotes seruratur & sarcitur concordia, quām inter eos qui primatus & alijs superbiae titulis inflati atq; elati, præ se alios contemnunt. Quare pueriles sunt & ridiculæ rationes Asoticæ, ad ostendendam necessitatem primatus Romanæ ecclesiæ & Pontificis.

ANNOTATA IN CAPVT XCVI.

Obijcit Brentius Soto, Damasum permultas cædes & seditionem electum in Pontificem. & iam eius tempore Romā dictam Babylonem & purpuratam meretricem. id Sotus cum inficiās ire non possit, audi quæ so lector amice, q; egregiè istam obiectionē diluat, ne quid uideat Roma nę ecclesię pudicicę derogare, Babylonis & purpuratę meretricis uera infamia. hoc enim esse commune diuinæ gubernationis miraculum, quo sit ut malis contingat prospera, bonis aduersa, præualeat mali contra bonos, &c. Et mox: Sed & in ipso salutis mysterio atq; dispensatione assumptæ carnis. sic enim omnia attemperata fuerunt in illo opere, ut quām plurima humana ratione faceret Christus, ita ut nihil in eis nisi humana infirmitas appareret: sic expe&tuit moras illas nascendi, crescendi, & ad perfectum ueniendi nobis consuetas, sic fuga declinavit hostes, sic deniq; & passus est. Quasi uero Roma, propter aduersitates, propter suorum episcoporū piam doctrinam, propter fugam & exilia, propter martyria, uocata fuerit Babylon & purpurata meretrix, ut eam bonis, quibus mala accidunt in hac vita, ut eam Christo fuga declinanti hostes, & patienti pro nobis in cruce comparet. Roma Babylon & purpurata meretrix dicta est propter desertio nem uerę doctrinę & fidei Apostolicę, & propter uitam indignam hominibus Christi fidem profitentibus. Cum ergo Sotus ait, Dum itaq; lapsus Pontificum, abusus Romanæ ecclesiæ & schismata mihi narras, video cursum humanarum rerum: video homines, & illorum mores. De humanis lapibus in morib. nihil loquar. multe enim sunt infirmitates in moribus, sed cum in doctrina video impietatem & blasphemiam, & in blasphemia doctrina propaganda immanem adeoq; diabolicalm crudelitatem, quid me Sote uis uidere, homines an diabolos Christiuicarios, an antichristos fanquinarios? Hec sunt illa egregia facinora, quib. Romana ecclesia cum suis Christi uicariis promeruit Babylonis & purpuratę meretricis laudem, quā impietate & crudelitate aduictam ad posteros transmittere conant, quos hodie propugnat Asotus Pontifices & Prælatos Romanæ ecclesię. Libetrius consensit Arianis, thurificauit Marcellinus idolis. Quid hoc, inquit Sotus, nocuit Ecclesię? Ut nihil nocuerit Ecclesię electorū (nam haud scio, an episcopi impietas & idolomania non noceat infirmorum Ecclesię) certe docuit Romanum episcopum non esse caput Ecclesię, nō esse uicarium Christi. nisi uicarius Christi sit, qui cum Arianis ditinitatem Christi negat, qui adolet thura idolis. Alioqui scimus infirmos esse homines omnes ecclesiarum ministros: & in testaceis uralis circumferre thesaurum uerbi Dei, & ueræ cognitionis Christi. Sed inter infirmos non sunt numerandi blasphemii & crudeles persecutores doctrinę Apostolicę, quales sunt hodie Pontifices & Prelati Asotici.

ANNOTATA IN CAPVT XCVII.

SVccessionem quid opus est tam uerbose probare? ea enim non proba sta, sed tamen à nobis concessa, quid ex eo concludet? Fatetur ipse secundum

cundum Augustinum aliquos per illa tempora surrepserisse tradidores & proditores fidei, qui nihil tamen præiudicarent Ecclesiæ & innocentibus Christianis, ijs nimis qui ipsos non sequebantur non præiudicarunt, ijs nihil nocuerunt. Non igitur audiendi sunt impia docentes, neque sequendi impioe uiuentes: sed si mores mali essent, bona autem & pia doctrina, tolerandis sunt iuxta verbum Christi: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. At ut sepe dictum est, si esset uite sanctimonia angelica, & doctrina impia, pro anathemate habendus & execrandus est quilibet episcopus, etiam si ordinariam successionem probare posset. Plutimi facimus cum Augustino ordinariam successionem: sed cum eodem Augustino in epistola Fundamenti manifestam & indubitate ueritatem præponimus ordinarię successionis. Nam cum inter reliqua quibus teneretur in catholica ecclesia, etiam ordinariam episcoporum per tot secula successionem recensuisset, addidit: Si autem tam manifesta monstretur ueritas, ut in dubium non possit uenire, preponenda est omnibus illis rebus quibus in catholica teneor. Quo significat, ueritatis doctrinam non necessario alligatam ordinarię epis coporum successionis: & manifestam ueritatem præferendam quantumvis longo successionis ordinis. Quare cum Soto concedamus ultrò ordinem successionis, sine ueritate doctrinæ apostolicæ, non propterea astringimus nos ad obedientiam Romani Pontificis. Pontificibus, Scribis & Pharisæis Christus & Apostoli relinquebant ordinariam successionem: sed quia cum ordinaria successione retinebant per crudelitatem impia doctrinæ, ideo nihil Christus & Apostoli morantur ordinariam successionem, sed ei praesertim manifestam diuinæ uerbi ueritatem.

A N N O T A T A I N C A P V T X C I X.

Admirandum sane & iustum iudicium Dei permittentis Pontificem Romanum occupare primum tyrannicum in Ecclesiam Dei. Pro eo enim quod dilectionem ueritatis non receperunt in hoc ut salvi fierent, propterea immisit illis Deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniusticiam. Hec & quæ illic habentur omnia apertissime quadrant in Romani Pontificem, ut per illas euidentissimas notas designatum, nemo non agnoscat pro Antichristo, cuius oculi ab efficaci illusione fascinati non teneantur. Nam tam manifesta & palpabilis est impostura Antichristi, ut qui ex Papistis tenebris per gratiam Dei erupti, non possint non suam priorem cœratem obstupescere, qua manifestam Romani Pontificis imposturam detrahendere non potuerint. Habet Sote quam admiranda, sed simul iusta & horrenda sint iudicia Dei, permittendo erectionem primatus Romani episcopi. hic enim dedit initium & originem Antchristianismo, uastati ueram Ecclesiam Dei, omnis generis impietatis & crudelitatis. Ceterum loci scripturarum, quos plurimos citat, nihil prorsus conferunt ad stabilendum primatum Romanum: sed potentiam & benignitatem Dei declarant in colligenda sibi Ecclesia ex omnibus gentibus per predicationem Euangelij, cuius sonus exiuit in omnem terram. atq; etiamnum hodie subinde latius propagat Euangelij doctrinam, non sine magna ruina Papatus Romani.

A N N O T A T A I N C A P V T C.

Nisi frons meretricis esset Soto, tam impudenter non mentiretur, iam per mille quingentos annos confirmatum stetisse primatum Romanum pontificis: præsertim cum hic interserat contentionem de primatu agitata inter Ioannem Constantinopolitanum & Gregorium Romanum episcopos, stante à partibus Ioannis Constantinopolitanii Mauritio Imperatore. Nec propterea cæsus est à seruo Phoca, quod primatum Romano episcopo debitum uoluerit transferre in Constantinopolitanum: sed poenas potius de-

dit temeritatis suæ, qua contra uerbum Dei, uniuersalem constituendo aliquem ex episcopis, quicunq; tandem is esset, Antichristum introduceret in Ecclesiam Dei. Neq; enim ideo restitit Mauritio, & cuius caufam fouebat, Iohanni Constantinopolitano Gregorius, ut sibi retineret uniuersalis & primarij episcopi dignitatem: sed simpliciter scripsit cum de se, tum de quibuslibet alijs episcopis affectantibus titulum uniuersalis & primarij episcopi, illos aut esse ipsos antichristos, aut eius præcursorum. Quare non solum hunc titulum sacrilegum & antichristianum alijs non concessit: sed ipse quoq; tanquam impium repudiauit, respuit, & tanquam blasphemum in Christum & omnes reliquos episcopos damnauit. Hac sanctitate & modestia refertæ sunt epistolæ Gregorij, ut dicit Sotus. Sed ipse nō tantum silentio per improbitatem hanc sanctitatem & modestiam retinet & Christiana constantiam in respuendo primatu cum sui tum aliorum episcopatus: sed suos pontifices etiam armat & instigat ad exercendam crudelitatem aduersus omnes qui hodie uerbis Gregorij Romani episcopatus primatum blasphemum & antichristianum esse afferunt. Successit Gregorio Sabinianus, cui cœpit arridere dignitas uniuersalis & primarij episcopi in uniuersali Ecclesia Christi. Sed obstabat ipsius conatibus recens memoria controversie huīus agitatæ inter Constantinopolitanū & Romanum episcopos. Erant præterea adhuc in medio scripta Gregorij simpliciter Antichristianissimum mine damnantis titulum & dignitatem primarij & uniuersalis episcopi. Quapropter constituit (ut Antoninus refert) concremare libros Gregorij, qui tam ariter restiterat primatu Romani episcopi sed præuentus morte, locum cessit Bonifacio Tertio. is magna ambitione à Phoca Cæsaricida impi círciter annum Christi 664 obtinuit impij & crudelissimi primatus Romani Pontificis titulum, ut iure liceat Soto de tali autore & confirmatore primatus sui Pontificis gloriari. Qualis enim confirmatio, uidelicet in pia & crudelis, talis etiam propagatio huīus primatus fuit usq; in hodiernum diem, ut probè cum initio etiam progressus primatus Romani episcopi congruat. Nam ab eo tempore nihil intentatum reliquerunt Romani Pontifices, quibus potentiam & dignitatem suam augerent, grassantes in se inuicem & in ipsos Imperatores cædibus & ueneficijs, quibus plurimi conciderunt: sicut proprij Asoti historici Antoninus & Platina abunde testantur. Quod tam acerbè insultat Constantinopolia Turca miserabiliter subactæ, id nimirum facit Asotica securitate, qua non cogitat respondum Christi quod dederat ipsi renunciantibus, quod Pilatus quorundam Galilæorum sanguinem cum sacrificijs ipsorum miscuerit, quod item decem & octo turris in Siloam oppresserit. Quid enim Christus respondit? Nolite putare quod illi homines præ cunctis alijs peccatores fuerint: sed nisi resipueritis, similiter omnes peribitis. Sed hic Sotus se perpetuò immunem fore existimat ab oppressione Turcica, quia agnoscit antichristianum primatum Pontificis, & ad oscula pedum se le humiliter demittit. Et sicut pleudop prophetæ clamabant, Templum Domini, templum Domini, & tamen abducabantur in Babylonem: ita licet Sotus clamet, Romana ecclesia, Romana ecclesia, uicarius Christi, non tamen saluabitur in die in qua exarserit furor iræ Dei aduersus Antichristum Romanum. Non deliquit Constantiopolis aspernata primatum Romani Pontificis: sed quod pro hac luce ueritatis, qua Romani Antichristi primatum non agnouit alium quam antichristianum, Deo grata non fuerit. Nos nobismeti ipsi malè omniamur, non quod deseruerimus Pontificem Romanum Antichristum (hoc enim reuelante & mandante Deo fecimus) sed quod pro hoc ingenti beneficio patefactionis Antichristi nobis gratis præstito, parum grati reperimur erga Deum benefactorem. Hæc nostra ingratitude nos angit & sollicitos redit:

dit: ne Sotus existimet, nos, sicut Asoticos, in utramque aurem dormire.
Sed propter discessione à Romani Pontificis impietate, cùm diuinitùs sit
præceptum, Fugite ídola, Cauete à pseudoprophetis: nō metuimus offen-
sam numinis, sed Deo cultum gratissimū nos eo ipso præstare confidimus.

ANNOTATA IN CAPVT CI.

Indignabundus stomachatur per totum hoc caput Asotus: primū, quod Brentius eruditio[n]is laudem tribuat Lutheranis: quam adimit eis Asotus, ipse scilicet eruditissimus, iudicium de quorumlibet eruditione facere potest: præfertim cum eruditis omnibus nostri seculi præferat Roffensem, tanquam omnium eruditissimum. Deinde male habet Asotum, Pontificem Romanum assimilari asino Cumano leonina pelle terrorico: qua detraeta, apparet rudens & ignarus asellus. qui nisi esset asinino ingenio, pudenter profectò eum prodire in publicum. Sed miser protrahit ab agasone Soto, qui latitare fortassis cuperet. Quid enim dicit Sotus? Ego uero libet, certè & citra ullum pudorem prodeo in publicum. Impudenter enim factis, qui detecta fraude uestra, nihilominus conaris nobis auritum asinum proleone obtrudere. Non erat asinus Hieronymus, Ambrosius & reliqui Patres, quibus coniungendo se Romanis episcopis, pijs & doctis, Christum sequilicebat: Christum uero & ipsius Euangeliū quia per Pontificem Romanum iam sequi nō permittit, territat specie leonis imprudentes. prudentes norunt esse inane terriculamentū Cumani asini. Sed nimis plura de asino, quem agasoni Soto uel equitandum, uel humeris portandum relinquo. Qui & ipse suas aures prominentiores tegere conatur, suæ causæ suffragatores adhibendo sanctissimos Patres: putatque quicquid in Papam & eius defensorem Sotum uerius dicitur, id redundare etiam in contempnum sanctorum Patrum. Sed nullus Patrum probat primatum antichristianum Romaní Pontificis. Quare nihil ad Patres controuersia de primatu Romaní Pontificis, quém ita scribi, pingi, singi optarim, ut nemo non Diaboli inuentum & commentum esse intelligeret. Claves Ecclesiæ datæ sunt Petro, inquit Brentius, & confessoribus petræ, quæ est Christus. Non datæ sunt Liberio Ariano, & Marcellino idololatræ: datæ sunt ministro, non hosti Ecclesiæ: datæ sunt seruo Christi, non seruo Antichristi. Quid ad hæc Sotus? Hæc est qua tandem utitur ratio. Et quid rogo illa aliud continet, quam ueterem suam cantilenam? nempe ut ex moribus prænatis autoritatem neget Prælatorum, &c. Quid? an confessorem petræ, ministerum Ecclesiæ, seruum Christi esse, magis ad uitam & mores pertinet, quam ad doctrinam & confessionem fidei? Cur igitur Sotus Brentij rationem ad malos mores transferendo, sophistice eludere conatur? De Marcellino & quibuslibet peccatoribus resipiscientibus quid sentiendum sit, nouimus. Alia res agitur aduersus Asotum adstringentem homines ad obedientiam etiam impropri Pontificis. Hic queritur, an Marcellinus, cum thurificauit, fuerit seruus Christi, & an ipsius iudicio pereundum cuiquam Christianorum fuerit. Sic queritur an impropri pontificis iudicio hodie parere cogantur Christiani? Liberius an consenserit Arianis, Asotus ait dubitate historias. At si præsumptio in meliorem partem de Liberio fuisset, non dubitasset historiæ. Quare illa ipsa dubitatio habet significationem non dubia suspitionis de Ariana hæresi. Et Augustinus eiusmodi quiddam innotescit, cum dicit fieri posse ut traditor aliquis fiat episcopus, sine detrimen- to Ecclesiæ. Et rationem cum Asoto pugnantem assert: Quia non in ho- mine, sed in Domino collocata sit Ecclesia. Rursus repetit Babylonis

126 & meretricis purpuratæ appellations, datas Romanæ ecclesiæ tempore Damasi, ac ad mores, ut solet, has appellations detorquet. Quasi uero ob solos perditos mores, & non potius ob impiam doctrinam, purpurata meretrix & Babylon dicta fuerit. Nam propter mores rectius uocatur Sodoma & Gomorrah. Quarit ex Brentio, Non agnosces tu matrem quam Hieronymus: Non petes doctrinam salutis ab ea a qua Hieronymus: Respondeo, Tempore Hieronymi mater erat, & matris officia prestabat, dum filius patre uerum propter Christum per doctrinam salutis ostendit. Et Augustinus in epistola Fundamenti, significat Ecclesiæ nō solitam fuisse dicere, Credite Ecclesiæ: sed, Credite Euangelio. Nunc autem postquam ex matre facta est meretrix, impia & pestifera doctrina, & crudelitate interficiens filios Dei, non agnoscimus matrem, non petimus ab ea doctrinam salutis, cum non habeat salutarem doctrinam, sed eam tanquam purpuratam meretrixem auersamur.

ANNOTATA IN CAPVT CII.

Brentium Iuliano comparat Asotus, nec tamen calumniator & conseruacior uult uideri. Hierosolymitanam autem Ecclesiam tum cum staret & adhuc floreret, an Sotus Romanæ præferendam negat? Quidnisi ceret, adductus scilicet testimonio Prophetæ de Hierosolyma dicentis, Faciam te in caudam, & non in caput: & aduena qui est apud te, erit superior, & tu eris inferior. Accommodatissimum nimirum testimonium ad probandum Romanam ecclesiam Hierosolymitanæ etiam florenti esse superiorem. ut iure etiam debacchetur in Dominum Brentium, quia si parum dextrè & aptè exponat uaticinia Prophetarum. Primum videamus dexteritatem Asotii interpretandí Scripturas. His uerbis, Faciam te in caudam, & non in caput: & aduena qui apud te est, erit superior, & tu eris inferior: Propheta uaticinatur de incursione hostium, qui sint præualituri, & summa rerum potituri Hierosolymis. Quibus uaticinijs cùm alias, tum in primis tempore exiliij Babylonici respondit euidentus. non autem loquitur de Ecclesiæ translatione. Sed in gratiam Sotii, faciamus Prophetam loqui de translatione Ecclesiæ. non tamen dicit Roman fore caput, etiamsi id esse desinat Hierosolyma. Et si aduena nomine Romana ecclesia intelligeretur, oportebat eam, iuxta Prophetæ uerba, relicta Roma, transmigrare Hierosolymam. Disertè enim alloquitur Hierosolymam: Aduena qui apud te est, erit superior. Entibi egregium Scripturæ interpretem, cuius si interpretatio ualeret, reliqua Roma, Pontificem Romanum cùm sua ecclesia Hierosolymam proficiisci oporteret. Cauet sibi Pontifex ab hoc Scripturarum interprete, alioqui urbe & orbe Christiano ipsius tandem interpretationibus Scripturarum expelletur. Audiamus iam quid in expositione Brentij reprehendat: Virgam uirtutis emittet Dominus ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum. Item: De Syon exhibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Hæc, inquit Sotus, non de terrestri Hierosolyma, sed de ea cuius hæc figura fuit: non de terreno & temporali, sed de æterno & spirituali regno Christi sunt accipienda. Non ergo in terrestri Hierosolyma, sed in ea de qua loquebatur propheta Esaias, Venite, inquiens, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Syon exhibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Vbi certissimum est Prophetam loqui de locis regionis Iudeæ. Et initio prædicationis uerbi factum est à Syon & Hierosolymis Luca uigesimoquarto: Sic oportebat Christum pati, & resurgere à

mor-

mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissio-
nem in omnes gentes, initio facto à Hierosolymis. Nam salus ex Iudæis est.
Et Hierosolyma est prima omnium ecclesiæ mater: reliquæ tantum sunt
respectu illius filiæ, licet & ipsæ postea alias pepererint ecclesiæ. tamen ne
cessit ut ecclesiæ omnes, & inter illas etiam Romana, fateatur se non ma-
trem, sed filiam Hierosolymitanæ ecclesiæ. id quod se esse tum confessa est,
cum habuit legem quæ de Syon exiuit, & uerbum Domini quod de Hiero-
solyma processit. Nunc abiecta hac lege & uerbo Domini, & in eorum lo-
cum assumptis traditionibus humanis & doctrinæ dæmoniorum, non est
mirum si Sotus non Hierosolymam, sed solam Romanam agnoscat omnium
ecclesiæ matrem. Nam sicut ex Syon & Hierusalem lex & uerbum Do-
mini exierunt, ita è Roma, erecto Antichristiano primatu, omnis impietas
& idolomania prodierunt.

A N N O T A T A I N C A P V T C I I I .

P rotestatur Sotus, se hic non de loco, de dominio temporali, de splen-
dore Romanæ ecclesiæ agere, sed de fide uera, & de successore Petri.
Nec nos in præsentia de illis, sed de fide, de uera Euangelij doctrina, de ue-
ris cultibus loquimur. Et quod ad has res attinet, dicimus non minus præ-
valuisse portas inferi non aduersus Ecclesiam Christi electorum, sed aduer-
sus Romani Pontificis ecclesiæ, quam aduersus Antiochenam, Alexan-
drinam & Hierosolymitanam ecclesiæ. Hoc tantum interest, quod Ro-
mana ecclesia Christianum nomen retinet: illæ uero ecclesiæ cum ipsa reli-
gione Christiana etiam nomen Christianorum amiserunt. Manet igitur ad
huc ecclesia Romana, sed non manet in ea integra fides & religio Christia-
na, licet Deus in ea & in medio nationis prauæ reserueret sibi septem millia
uirorum, qui pedes non osculentur Pontificis, & saliuam eius non lingant.

A N N O T A T A I N C A P V T C I I I I .

R ecitat Sotus obiecta quædam crimina Romanis Pontificibus: quæ
cum uera sint, nec Sotus diluere possit, nolo plurib. producendis Pon-
tificum criminibus, respondendi desperationem bono Asoto augere.

A N N O T A T A I N C A P V T C V .

N on negamus, in magna existimatione semper usque ad Gregorium
fuisse Romanæ ecclesiæ episcopos, propter pietatem & doctrinam,
qua cæteros antecellebant. ac propterea plus honoris illis etiam defere-
bant. Tum etiam dignitas urbis, quæ caput orbis erat, eius episcopo nonni-
hil autoritatis conciliabat: ut quanto urbs celebrior, tanto & episcopus ex-
cellenter & ueneratione dignior haberetur, non iure aliquo potestatis,
sed tantum dignitate ordinis. quod etiamnum hodie multis in locis obser-
uari uidentur. Et ea ratione Augustinus dicit, altius præsidere Bonifacium.
& cum communis sit omnibus nobis cura, qui fungimur episcopatus offi-
cio, quamvis ipse in eo præmineas, celsiore fastigio speculæ pastoralis.
Cæterum quid Aphricanæ ecclesiæ senserunt de primatu Romani Ponti-
ficis, Sotus ipse infra cap. centesimonono. Et tamen, inquit, post annos cen-
tum plus minus uidentur nondum hæc agnita fuisse in ecclesijs Aphrica-
nis: quia, ut diximus, forte nō fuerat illa necessitas. & cum cœpisset Roma-
na ecclesia hoc exigere ab illis, occurrente tunc causa, resistebat sancti etiā
episcopi Aphricani. Ecce sancti Aphricanorum episcopi detrectarunt obe-
dientiam Romaní Pontificis, idq; impunè coram Deo & hominibus. At

IN CAPVT CVI.

¹²⁸ sancti esse non poterant, qui sanctissimo & iure diuino, constituto universali episcopo, capitii ecclesiæ & vicario Christi resistere auderent. Atq; utnam cōstantiam istam & libertatem retinuissent Africani: sed illi tandem etiam fracti improbitate Romani Pontificis, eius iugo seruilia colla submissi scrunt. De criminis falsi à Pontifice admisso postea dicetur. Nam quo minus potest illud Sotus uel negare uel defendere, eo s̄epius ad illud tegendum relabitur.

ANNOTATA IN CAPVT CVI.

VAfrum est hoc commentum de discrimine potestatis Romani Pontificis, & de eiusdem potestatis usu. Nam Sotus dicit Romanum Pontificem habuisse potestatem diutius quam ea fuerit usus. Nos uero ex eo ipso quod longo tempore nullus Romanorum episcoporum pontificia potestate fuerit usus, inferimus, nullum iure diuino istam potestatem habuisse. Deus enim nulli dedit autoritatem aliquam, qua non utatur. Neq; enim erat libertatis episcopalis, ut Sotus garrit, sed expressi mandati Dei, Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, beneficiū uocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in uobis, fiet sicut minor. Hoc non debebat esse temporarium, sed perpetuum: non liberum, sed necessarium obseruatu inter omnes apostolos & episcopos omnium temporum. At Sotus sentit perpetuò licitam fuisse dominationem Romani Pontificis. Quod manifeste pugnat cum uerbis Christi: sed modestia quadam & studio ædificandæ Ecclesiæ, ad tempus dominationis usū sese abdicasse. Et affert exemplum, quo Romani Pontifices in conuocandis conciliis Imperatoribus omnem deferebāt autoritatem, inferiores sese illis & tanquam seruos exhibentes, ut scilicet ita eos lucrarentur Christo. & interim cum opus erat, & Ecclesiastica seueritas posceret, & Ambrosius ad publicam pœnitentiam Theodosium cogit. Quid: an incredulis Imperatoribus cedentes de suo iure Romani Pontifices deferebant autoritatem conuocandi concilia, ut eos Christo lucrifacerent? Proferat aliquem incredulorū Imperatorum, qui con ciliū Christianorum conuocauerit, & qui hoc honore sibi delato ad Christum cōuersus fuerit? Certè nulli Imperatores conuocarūt concilia, q; qui prius Christiani fuisse leguntur. Et permissionem conuocandi concilia nō acceperunt ab episcopis: sed propria autoritate hoc fecerūt, & inuitos quoq; episcopos cōparere in conciliis coegerunt. Quare fruolum est & uanissimum effugium, quod hoc loco Sotus querit per discrimen inter potestatem Romani Pontificis & eius potestatis usum, quorū si alterutrum desit, neutrum à Deo concessum esse colligitur. Interim salua maiestate Imperatoria, ministri Ecclesiæ legitima potestate usus est in Theodosium, sicut & in alios peccatores Ambrosius. Nam quod ad Christum, quod ad uerbum Dei, quod ad fidem, ad pœnitentiā, ad sacramenta attinet, par est conditio omnium etiam diuersæ conditionis hominum. Sed nihil tyrannice agit Ambrosius: non pedibus calcauit Theodosij collum, non despexit in eo personam magistratus magistratum enim nouerat esse ordinationem Dei, in summo precio & honore habendam. Sed quid Sotus? Non ad necessitatem, sed ad humilitatem dicit pertinuisse, quod Romani episcopi & ipsi Imperatoribus parebant, & de ordinatione sua decretum eorum suscipiebant. An' non igitur mandato aliquo Dei tenebantur obedire magistribus? Ficta igitur est humilitas, qua parendo Imperatoribus, episcopalis dignitas ab omni imperio libera, dehonestatur. Obiter etiam accusantur Imperatores p̄ij, quod sibi imperium sumpserint in Episcopos Romanos

D. IAC. BEVR LINI ANNOT. 129
manos contra omnia iura. At pīj episcopī nūnquam recusarunt obedire re-
gibus & principib⁹ etiā infidelib⁹. & pīj Imperatores ac Principes nūn-
quam ademerunt episcopis & ministris, quod iura diuina ipsi largieban-
tur. Prædicat postremo magnificè primitiuæ Ecclesiæ simplicitatem. Reuo-
cet igitur ad eandem simplicitatem suam ecclesiam Sotus, ut aliquo modo
perpicere possimus, ab illa prima Apostolorum, & ab Apostolorum tem-
poribus vicina Ecclesia originem traxisse Asotii ecclesiam.

AN NOTATA IN CAPVT CVII.

Si primi episcopī Romani passi sunt sibi præscribi ab Apostolis & Patri-
bus, iuxta illud, Non quasi dominantes in clerum: sed facti forma gre-
gas ex animo, hoc agnoverunt Christum ab eis exegisse & uerbis & exem-
plis: quis igitur posteriores & præsertim recentiores episcopos, ab horum
præceptorum obseruatione liberauit? Quis illis concessit, ut dominium
& tyrannidem sibi usurpent non solum in monarchas orbis, in Ecclesiam
Dei, in Euangeliū Christi, deniq; in Deum ipsum, & in eius unigenitum
filium Dei Iesum Christum? Nihil contra primum Romanæ Ecclesiæ est,
inquit præterea Sotus, quod hoc aut illud quandoque illi non fuerit per-
missum. Certe inferiorem sese agnoscat, & non primatem, cui aliquid pe-
nitentiō permittitur. & si quis esset primas inter episcopos iure diuino con-
stitutus, eionon liceret alios quod uellet denegare. Cyprianus reveritus est
propter dignitatē ordinis Romanum Pontificem, sed non agnouit in eo
primum potestatis, ideo efferentem sese supra suæ potestatis modum, a-
et obiurgatione ipsius superbiam repressit. Præter hæc multa alia obser-
vavit digna ex Cypriano recitat Sotus, quibus declaratur omnium inter se
episcoporum æqualitas potestatis: quibus tamen Asotus negat Cypria-
num improbare primum Romani Pontificis, qui potissimum consistit
in potestate, quam ampliorem sibi contendit esse concessam, quam reli-
quis in uniuerso orbe episcopis. Nam haud dubiè Pontifex Romanus non
alia ratione putat se posse tueri suum primum, quam astrictuendo plena-
tiam in omnes ecclesias & episcopos potestatem. Et qui ipsius in se pote-
statem non agnoscit, is profectò etiam primum eius nihili facit.

AN NOTATA IN CAPVT CVIII.

Certum est diuersa fuisse Romani episcopi & Orientalium exempla-
ria canonum Nicæni concilij. Certum est & illud, non Orientalium,
sed Romani episcopi exemplaria fuisse mendosa: & in Authenticis non
inueniri, quod habebatur in Pontificijs. Certum est etiam illud, per incu-
riam posse in scribendo aliquid prætermitti: at ex inscitia & incuria scripto-
rum ut aliquid magni momenti interseratur, uix unquam accidere solet.
Sed in Pontificijs exemplaribus insertum fuit aliquid pro Pontifice Roma-
no, quo se grauari uniuersi episcopi Aphricani sentiebant. Id siue per Zo-
zimum, siue per Bonifacium, siue per Cælestinum factum sit, parum refert:
falsi crimen commissum fuisse, negari non potest. Nam ex posterioribus a-
ctionibus iudicium est faciendum de præcedentibus. Exhibitio exempla-
riorum pontificis minus poterat esse suspecta, nisi quod falsis istis & cor-
ruptis exemplaribus obtainere non potuerunt Pontificij, id postea ut asse-
querentur, alijs artibus tentauerunt. hoc est, ut Romanus Pontifex pro pri-
uato agnoscetur, & ab omnium iudicij esset prouocatio ad illum: & sic
ut Sotus dixerat suprà capite 107. Pontifici Romano reseruaretur in omni-
bus autoritas dispensandi, ne contumaretur concilium sine ipsius autorita-
te. Hæ posteriores actiones Pontificis propriæ, ostendunt an corru-
ptæ exemplariorum fuerint à Pontifice alienæ, quæ in eun-
dem finem, sed diuerso successu di-
rigebantur.

ANNO-

Multo nobis probabilius est, ait Sotus, ueriora fuisse exemplaria Romanæ sedis. Cur igitur cessit Romanus cum suis exemplaribus, Græcis & reliquis episcopis? & iuxta Sotii ratione nationem, loco unius Romanorum episcopi, reliqui omnes episcopii amplectentes Græca exemplaria, habendi essent falsarij, cum maxima Nicæni conciliij iniuria. Ita nō dubitat Sotus conciliū Nicænum & omnes reliquos episcopos stuporis arguere, modo sedis sua honore tueatur, & à manifesta depravatione eam defendat. Si probabile est ueriora fuisse exemplaria Romanæ sedis, id ipsos tum temporis episcopos facile animaduertisse non dubium est. Itaque cum dubitaretur de integritate exemplarium Romanorum, requisierunt Græca. In ista accurata inspectione, collatione & dijudicatione exemplarium tum temporis facta, cum omnes episcopi ueriora esse iudicarint Græca Romanis, non cōtradicente Romano episcopo in re manifesta, quis nō uideat quanta sit Sotii impudentia, qui se omnium episcoporum iudicijs opponere audiat, ac suam etiam Romanam sedem accusare levitatis, quod non mordacius sua exemplaria tanquam ueriora, contra omnium reliquorum episcoporum sententiam & iudicium manu tenuerit. In Aphricā, inquit, id forte seruatum fuit usq; ad concilium istud sextum Carthaginense. quia fortē nō occurrerat necessitas, ob quam fuisset cōfugiendum a catholicis episcopis ad Romanam ecclesiā. Tota uis argumenti sita est in aduerbiō Forte, quod per aliud aduerbiū Fortassis soluitur. Fortassis enim occurrerat necessitas ob quam fuisset confugiendum catholicis episcopis ad Romanam ecclesiam, si uoluissent primatem & caput omnium ecclesiarum agnoscere Romanum episcopum. Eiusdem uraloris argumentum est, quod statim subiectum Sotus, Certè uralde consonum ueritati uidetur, quod in concilio Nicæno, quando, pace data Ecclesijs, licitum fuit maturius & quietius de statu ecclesiarum cogitare, & fontem ipsius institutionis Christi expendere, statutum fuerit, ut ad Romanam ecclesiam licitum esset confugere episcopis, sicut de non conuocandis concilijs, sine eius autoritate. nec causis maioriibus fidei finiendis, &c. Nos non querimus Sote, quid tuo distorto cerebro, ueritati uralde cōsonum uideatur: sed ut id quod asseris, certis & firmis rationibus omnino uerum esse probes. Confugerunt Athanasius & alij ad Romanam ecclesiam priuato consilio, & à Romana ecclesia priuato etiam consilio suscepti fuerunt. Nulla enim tum fuit adhuc publicē promulgata lex de appellando Romano episcopo. Sed talibus exemplis paulatim sibi uiam strauerunt homines ambitiosi, ad uniuersalis & primarij episcopij dignitatem consequendam. Multa exempla confugientium à Romana ecclesia, introduxerunt consuetudinem, consuetudo tandem uersa est in legem, lex postremò mutata est in tyrānidē. Quo nequior est adulator Sotus, cum ait: Romana sedes non importunè, neç intempestiuē sua autoritate uti uoluit, aut illam obtrudere præter necessitatem. Quæso te mi Sote, quorsum abiit hæc Romanæ sedis modestia, qua dicit cessisse de iure suo, quod nullum habuit? Hodie ea est Romanæ sedis modestia, ut potius quam, non dicto de iure suo, sed de manifesta iniuria recedat, cœlum terræ misceat, ac secum simul omnia perdita cupiat. Postremò rursus saram stultam credulitatem nobis pro firmissima demonstratione adducit, qua probat, quod non modò pacificè Aphricani primatū Romanii episcopi agnouerint, sed etiam damnarint contraria omnia, quæ immoderatius ante sextum illud concilium aduersus Romanam ecclesiam egerint: imò uero sicut & reliquæ ecclesiae, improbitate Romanæ sedis fracte, & tyrānide subacte tandem etiā fure Aphricanę ecclesię. Ex quib. primatus Romanę ecclesię intelligit, iuxta scriptū Lutheri, fundatus à diabolo, agnitus ab ecclesijs tyrānicè oppressis, & in

D. IAC. BEVRLINI ANNOT.
81
Sic eo primatur propugnando non ueritos fuisse Pontifices & ipsorum adulatores, diuina & humana iura peruertere. quæ omnia res ipsa, nobis etiam tacentibus, loquitur.


ANNOTATA IN CAPVT CX.

Antithesis facta per D. Brentium inter Christi ueram & Asoticam ecclesiam, per totam hanc primam Asoticæ defensionis partem satis declarata fuit. quare non est, ut imitatione Asoticæ loquacitatis, eadem cum fastidio lectoris repetamus. nobis ipsis permolestum fuit, homini tautologo & garrulo eadem subinde repetenti, respondendo eadem etiam saepius repeterem. quare nec mihi, nec lectori uolo pârere nouam molestiam. Satis, opinor, æquus lector intelliget ex Annotationibus nostris, nihil in cœlo aut in terra monstruosus & turpis pingi & fangi potuisse ecclesia Asotica. Quam monstruosam deformitatem cum affingat Ecclesia Christi, sponsæ filij Dei æterni patris, non potuit non solum Ecclesiam, sed Christum ipsum Ecclesiæ sue spousum, magis dedecorare atq; de honestate. Quo cum de se publice testificetur, se traditum in reprobum sensum, proximū est ut a Deo reprobæ mentis poenas expectet. Quas quidem optarim ut effugere possent sed obstinata obfirmataq; ueritati aduersandi libido ita constrictum tenet hominem miserum, ut sana consilia resipiscientiam suadentia neq; uelit neq; possit admittere suo igitur exitio, in quod se præcipitem dedit, est relinquendus.

ANNOTATA IN CAPVT CXI.

DEratio hæc est prime partis Asoticæ defensionis figurata prosopœia, qua assumit personam Abiæ regis hortantis populum Israelitum deficientem à cultu uero Dei, ut permaneat in religione à Deo accepta per Dauidem. Sed uera hæc est prosopopœia, hoc est fictio personæ. Neq; enim regis Abiæ oratio Asoto aut ullis Asoticis Prelatis conuenit. ipsi enim sunt Hieroboam, qui uitulos aureos, hoc est multiplicem idolomaniam Missarum, invocationis mortuorum, peregrinationum impiarum in Ecclesia Dei erexerunt: qui prohibuerunt populum proficiendi Hierosolymam: hoc est, interdixerunt Deum colendum iuxta præscriptum uerbi sui. Nec longius hæc persequar. satis enim superq; Brentius in ultima Pericope ostendit, fictionem esse personæ, si Asotici libi assumant personam regis Abiæ. Sed uerbis Abiæ si nos Asoticos allo quamur, neq; personæ neq; uerborum fictio dici potest. omnia enim in Asoticos aptissime conueniunt, que de Hieroboam & eius idolatria coram populo Israelitico locutus est rex Abias. Sed quia nos Aethiopem lauare experimur illis ad poenitentiā adhortandis: quare relicts iam Asoticis fraterculis, Deum patrem cœlestē per unigenitum filium suum oramus, ut Ecclesiam suam ab Asoticis hostiliter oppugnatam ipse tuendam defendendamq; suscipiat: simulatq; nobis constantiam largiatur fortiter in fide resistendi omnibus aduersarijs potestibus conantib; nos auellere ab uberibus & gremio uerę Ecclesiæ Dei, quæ nos suos filios doctrina Euangeliū Christi seruatoris nostri lactat, alit, pascit, souet & sustentat in uitam æternam. Quam nobis largiatur Deus parter perfiliū suum unigenitum Iesum Christum, saluatorem nostrum, qui cum patre & Spiritu sancto regnat Deus benedictus in omnia secula. Amen.

FINIS.



PRAEFATIO AD LECTOREM.



A B V L A narratur de asino quodā Cumano, qui, ut est natura ignavum & pigrum animal, seruitutem pertulit, fortunam mutare cupiebat: abruptoq; loco, procul in sylvam remotam profugerat, ubi exuuias leonis offendit: quibus indutus, in pascuaredit, atque ita pro leone felle gerebat, homines, quibus haec tenus leo numquam erat uisus, pariter & greges atq; armenta uoce caudaq; territat, & fugat. Ad eum igitur modū personatus asinus pro immanni leone habitus, omnibus formidabilis existens, aliquandiu regnabat: donec hospes quidam, qui nouerat, & saepenū mero leonem ac asinum uiderat, Cumas prosector, asinum rudentem nullo negotio à leone rugiente, cùm aurium prælongarum indicio, tum alijs quibusdam conjecturis potuit dignoscere, ac probè fustigatum reduxit, dominoq; recognoscendi restituit. Miraris forte amice Lector cur à fabula ordiamur, cum hoc à nostra professiōe alienū esse uideas: uerū nō est q; inireis, cum cōtra haud uulgares fabulas & nugas, sed etiā perniciose no bis sit agendū. Nam nō dissimili ratione, nec minori stoliditate, nuper Petrus quidā à Soto, monachus Dominicaster, personatus, Patrū exuuias indutus, & traditiūculis nescio quibus male cōsulitis pessimē tectus, ingēti claramore & uociferatiōe ualida subinde nomē catholicæ ecclesiæ traditiones Apostolorum, Patrum consensem, concilia, & Prælatos ingeminans, in publicum prodijt: obuios quosq; imperitiores, & sacræ scripturæ uetusfratisq; ignaros, hac leonina territare uoluit. Sed tamen errores suos craſſimos & asininas aures prominentes, utcunq; callidè & multis sophismatibus tegere proposuerit, sacrarum literarum cognitione instructos, & Patrum lectione exercitatos, minimē celare potuit.

Sanctum est & uenerabile nomen ecclesiæ catholicæ unicæ & dilectæ, Saluatoris nostri sponsæ, à qua discedentes & deficientes, merito omnibus Christi beneficijs priuantur. Summa est Apostolorum à Christo immediate uocatorum, qui principem in ecclesia locum obtinent, quosq; ut Christum ipsum audire iubemur, authoritas. Hi enim Doctores ecclesiæ ab ipso Dei proponuntur. Hi sua doctrina, quam ab ipso audierant, & deinde per Spíritum sanctum illuminati, intellexerunt, orbis terrarum ecclesiæ plantauerunt, certum habentes testimonium præsentia Spíritus sancti, ut de doctrina ipsorum ambigere nullo modo liceat. Religiosum nomē est scriptorum ecclesiasticorum, quos Patres uocant, qui sua opera & scriptis optimē de tota posteritate sunt meriti, articulos fidei contra hereticorum corruptelas & depravationes defenderunt. Necq; contemnēda sunt prima concilia cum sacra scriptura conuenientia, & ex eadem hæreses suis temporibus exortas dijudicantia & refutantia.

Verū quo sanctiora & maiori cum reuerentia tractanda sunt hæc non mina, & res quæ ijs continentur: eo maius sacrilegium committit qui per ea simplicioribus & indoctioribus imponunt, ea polluunt, & profanant. quemadmodum & periuri, magi, blasphemii, & alij abusu nominis diuinum tam nō merentur excusationem, ut maiestatem Dei grauissimē lædentes, æternas poenas sibi accersant.

Nihil autem usitatus est omnibus temporibus, quam ut impij hypocritæ, idololatræ, seductores, & alij huius farinæ homines, nomen & titulum ueræ ecclesiæ, populi Dei, uerbi ipsius, & sacramentorum propter consensum multitudinis, longi temporis præscriptionem, consensem, cōsuetudinem, successionem ordinariam, priuilegia, & carnales prærogatiwas sibi uendicent. Sicut his freti Pontifices, sacerdotes & prophetæ falsi in gente

Iudaica, Hieremias se confidenter opponebant, ipsum cum alijs prophetis miserrime tractabant: tandem Christum ipsum occiderunt, Apostolos persequuti sunt, damnauerunt, & in exilium eiecerunt.

Idem hic fraterculus cum toto suo libro, quem titulo *Defensionis catholicae sua confessionis inscriptis*, tum uero praeципue, primo de Ecclesia, & secundo suo loco (quem refutandum suscepimus) de Vno certo, & praesenti iudicio ultimo circa dubia fidei necessario, rationeque eius, & ordine, magno studio satagit.

I. Hoc enim secundo loco, initio, perinde ac si nuper de cœlo tertius cecidisset Cato, magno supercilio, censor hic grauissimus, iudices controuerstrarum religionis, & circa fidei dubia, contra ea quæ à Domino Brentio in Prologomenis bene & copiose probata sunt, legit. Atque à iudicio hoc ecclesiastico circa controuersias de dogmatibus & fidei ambiguis ultimo, omnes quantumvis pios & doctos viros, siue principes, & magistratus politicos, quos Laicos ipse uocat, siue ecclesiæ Doctores, & ministros, à suis episcopis non unctos, excludit & deturbat. Solos uero episcopos, & Prelatos, cum summo Pontifice Romano, Petri scilicet successore conspiantes, in cōciliabulo suo, & confessu reuerendissimorum, iudices audiendos esse decernit. Ad hos solos pertinere ait, ut fidei dubia definiat: neque ullum alium doctorem recipiendum, nisi qui suos, hoc est Romanenses episcopos agnoscat, eisque pareat, audacissime, & magno supercilio pronunciat. Et quidem facile iudices illos ferre possemus, si recte secundum regulam sacræ scripturæ iudicarent. Verum cum uolunt, ut etiam si errent, & infinitas animas secum in infernum abducant, tamen neminem illis debere dicere, Quid facitis? & de ignorantia multa dicit, qua putat excusari errantes.

Hac sua censoria uirgula tanquam incircumcisus corde Philistæus ex Azoto, uno ictu fortissimus hic Goliath uniuersum Dei populum, omnes pios principes seculares, & viros pietate, eruditio, ac rerum sacrarum cognitione præstates, episcopis, multis nominibus, & præsertim in illis quæ ad dijudicationem controuerstrarum in causis religionis requiruntur, superiores se prostrauisse, & à cognitione suscipienda depulisse, ut nullus contra mutire & hiscere audeat, in suo monasterio imaginatur. Hæc prima parte secundi loci tractantur.

II. Hoc modo iam senatu & iudicio suo Areopagitico constituto, & lexis iudicibus, leges deinceps, secundum quas in cōcilio hoc suo summo & ultimo pronunciandum sit, fidei dubia, seu ambigua, & controuersiae religionis dijudicande, non secus ac Solon Atheniensis, aut Lycurgus Lacedemonius, ne pro merito illius dicam, Sylla, aut Draco, magna severitate promulgat, traditiones non scriptas, & Patres. Et ne parum honorifice de sacrae scripturæ autoritate sentire videatur, primum illi locū in supremo hoc sui concilij iudicio, sed titulotenus, tribuit. Nam cum nihil simulatum, diuturnum esse possit, statim se suumque ingenium ut forex suo indicio prodit. Obscuras enim, dubias, & ambiguas esse calumniatur, ideoque ex his fidei dubia & religionis controuersias non posse definiri, statuit.

III. Hanc ob causam nos ad traditiones non scriptas nescio quas, Apostolicas ipse uocat, ablegare ei uisum est: ab his sumendam esse certitudinem in omnibus controuersijs religionis nostra Christianæ, docet. Has enim (uerba ipsius bona fide recito, & toto pectore cohorresco, referens) pleniiores, apertiores, & explicatiiores ipsis scripturis esse, autoritate non infirmiores, antiquitate uero etiam illis antecellere, non erubescit affirmare. Atque ita scripturis certissimis, & indubitate fidei oraculis Dei, & limpidiissimis fontibus, quos coeno suo sordidissimus ipse polluere & perturbare conatur,

natur, ad traditiones obscurissimas & incertissimas, de quibus nec ipsis quidem autoribus constat, cum eadem traditiones diuersimodè à diuersis sint descriptæ, & in primitiva ecclesia obseruatæ: & si de autore dubitetur, tantum eam ob causam, quia à Romana ecclesia obseruatæ, omne id pro Apostolica traditione obseruandum abducere hic morachus instituit.

Porro, ad probandas traditiones Apostolicas, ad scriptores ecclesiasticos nos alegat. Cærementias, & scripturæ interpretationem, quæ in eorum libris extat, ab Apostolis secretò, certis quibusdam tradita, uiua uoce, & sic semper successione quadam propagata, euincere laborat. Nullos igitur alios audiendos scripturæ interpretes, nullam etiam aliam interpretationem recipiendam, quam Patrum: & secundum horum scripta, controværias fidei dirimendas.

Postremò, quia Patrum scripta idem ab hereticis pati possint, quod ipsa sacra scriptura, quæ ab eis perueratur, & in diuersos sensus trahantur: nec defint hereticis in Patrum scriptis, unde sua uideantur confirmare: ad concilia, hoc est ad uiuos patres, episcopos pontificios, & legitimos prælatos, in dubijs scripturæ & fidei, uelit nolit Brentius, nos remittit. Hi etiam scripturæ sacrae genuinam & nativam sententiam, de qua uehementer sunt solliciti, & dies noctesq; cogitant, ex Patrum scriptis, in quorum lectione spirituales illi prælati, & zelosi patres sine intermissione uersantur, cruent fidei dubia, & modernas controværias dijudicabunt, & rei publicæ Christianæ fidelissime proponent. Quis enim de hoc unquam dubitauit?

Hæc sunt amice lector breuiter & summatim, quæ prolixè, & nō sine ingenti rugitu personatus hic leo, toto hoc secundo suo loco præcipue tractat, uaria undiquaque conquirens, in omnes formas se uertens, quo omnibus persuadeat, se suamq; cohortem solam audiendam, ab ipsis controværiarum dijudicationem accipiendam, & religionē Christianam discendam. Se suosq; prælatos fidei esse magistros, & nusquam Romanam ecclesiam à ueritate aberrasse: huncq; prætentem eius statum, nostro etiamnum tempore, eum esse, qui diu fuit primitiæ ecclesiæ, Apostolorum temporibus, & magisterio institutus: se horum uestigia sequi, illisq; tenaciter insisteret, nō secus ac si nos omnes ceci essemus, ipse uero solus inter cæcos monophthalmus regnaret.

Versatur quidem interdum ualde plausibiliter in communium quorundam locorum tractatione, de quibus nulla est controværia (ut magnū contraria nouatores istos & hereticos librum scripsisse uideatur) quales sunt: Vnitatem fidei in ecclesia esse necessariam: Desertores ecclesiæ omnium odiu dignos. Item de auctoritate Apostolorum, & episcoporum in ecclesia, &c. Sed ludit nomine fidei & ecclesiæ, item episcoporum. Sic & in alijs factis, quemadmodum & satan transfigurat se in angelum lucis. Mirum igitur non est, quod & discipuli preceptoris & patris sui artes imitanter ideoq; statim ad ingenium redit. Nam mox qualicunq; oblata, imò potius arrepta occasione, absurdissimos errores, horrendas & blasphemias impietas offerat sacrilego euomit: cuiusmodi sunt, ut lectori gustum aliquè prebeamus, quod palam affirmat, Christum nos non per seipsum tantum, sed etiam per opera nostra Deo patri reconciliare: De peccatorum remissione dubitan- dum: Fidei certitudinem, nouum esse Lutheri dogma: concupiscentiā non esse peccatum, sanctos esse inuocādos: septem esse Sacra menta sic propriæ dicta, nec plura, nec pauciora. sacrificium Missæ, & oblationem altaris usitatam à Christo institutam: & omnes cæmentias, quibus hodie in cele-

bratione Missæ Romana ecclesia utatur, à Paulo apostolo institutas, & traditas ecclesiæ: Se fuosq; qui Romanum Pontificem Christi uicariū agnoscant, solos esse ueram Dei catholicam ecclesiam: Sacra scriptura non opus fuisse, & prorsus ad fidem non esse necessariam: obscuram esse & ambiguam, ac dubiam: controversias religionis ex scriptura sacra non posse dicari: Traditiones non scriptas planiores esse, &c. Confirmat plenum in puritatis decretum Pontificium, de prohibitione coniugij sacerdotum. Principes seculares cum etiam officio suo funguntur, principiū huius mundi Princeps diseruire. Sed quis singula enumerabit, cum toto hoc libro propemodum huius mundi in Deum blasphemus, in scripturam contumeliosus, in ecclesiam ueram sat est diabolus. crilegus, & in Magistratum politicum sit seditus: & uerè sentinam & lernam absurdissimorum, turpisimorum & horribilissimorum errorum, Diabolum ipsum, per impurissimum huius monachī os euomuisse hoc loco, affirmare possimus. Pietatis enim nihil, aut parum admodum, loquacitatis ac inanis & perniciose garrulitatis tautologiacq; plurimum, impietatis uero & errorum tetricorum chaos in hoc rhetorculo & sophista impi, uel mediocriter docto & attento lectori esse apparet.

Quæ omnia à nobis iam commemorata, cum alijs eiusmodi innumeris silentio nec debent nec possunt præteriri, ne uel conuicia in nos coniecta, de quibus in præfatione dicere nihil attinet, agnoscere, uel errores ipsius impiissimos nostra taciturnitate approbare videamur.

Quod si durius à nobis fuerit tractatus Desotus, sibi non nobis impudenter hypocrita pertinacissimus, quod in tanta doctrinæ cœlestis luce, tam aperta dogmata sacræ scripturæ adeò impudenter negare, contrā uero tam eratos & absurdos errores defendendos suscipere non erubescat. Nemo enim tam patientis est stomachi, qui cum tam impia atque blasphemæ contra apertissimam uerbi Dei ueritatem, rhetorculum sophisticè nugantem & deblatterantem audiat, æquo id ferre queat animo. Et uel hinc apparet id quod D. Paulus testatur, Deum huius seculi mentes infidelium excæstare, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij Christi, qui est imago Dei: sed in laqueis ipsius captiuos teneri ad ipsius uoluntatem, ad omne opus bonum reprobos.

Hæc cum ita se habeant, iam Deo propicio errores ipsius detegemus, & columnias quibus ad Prolegomena D. Brentij respondere uoluit, perspicuis & solidis sacræ scripturæ testimonij, historijs fide dignis, quin etiam additis Patrum testimonij non detortis, refutabimus. Etli autem Prolegomena illa ita sint confirmata, & ampliori probatione non indigeant, nec ab Asoto ipso, qui oppugnare quidē uoluit, expugnare uero minime potuit, sint euersa: tamen quia hic asinus rudere non cessat, & sibi triumphare uidetur, sed ante uictoriā, sibiq; applaudit, sed in uacuo theatro, denuo respondere uisum est, ut intelligat, non idem esse oblatrare quod soluere, nee idem rudere quod respondere.

Obseruabimus autem ordinem ab Asoto institutum, & capita singula ab ipso sunt ordinata, & descripta, ordine refutabimus, ad omnia eius respondentibus: ut intelligat nihil esse à se productum, quod non firmis, solidis ac perspicuis scripturæ testimonij & alijs argumētis refutari posset. Quod & ipse facere in refutatione Prologomenon Brentij, & obseruare debuisset, si respondisse saltem uideri uolebat: & non ita studio, non solum ordinem locorum inuertere, sed extoto scripto, nunc hinc, nunc illinc particulam aliquam excerpere calumniōse, corpus scripti & locorum dilacerare, quemadmodum canes penulam, immundi sues agrum suis rostris ustant, & euentunt: reliqua uero quæ insolubilia sunt dissimulare, & præterire silencio: ac

tio: ac postea concludere, Itaq; responsum est his, quæ Brentius adduxit,
Hæc ita præfati, rem ipsam, quod Deus bene uertat, aggrediamur.

ANNOTATA IN CAPVT I.

Initiò frater Petrus Asoto, necessarium esse in ecclesia iudicium unum, & certum atque manifestum, in quo dubia, & controuersiæ de fide, cultu atque institutis Christianæ uitæ definiantur, persuasum omnibus, dicit. Idq; omnium principum & populorum consensu probat. Quia in omnibus imperij comitijs, à tempore quo Lutherus noua hæc, uel antiqua potius (sic enim sibi loqui permisit) & damnata in ecclesia dogmata exuscitare coepit, generale concilium ad terminandam hanc controuersiam sit efflagitatum.

Et quidem, quod de iudicio in ecclesia necessario præfatur, nemo est qui cōtradicat: sed quale nam illud esse debeat iudicium, quæ eius forma, quæ eius regula, quo modo instituendum, quo etiam consilio petitum sit illud iudicium concilij, de his non ita facile inter partes cōuenit. Frater enim Petrus concilia papistica, hoc est, quæ per Pontificem Romanū sunt indicta, in quibus soli episcopi, iuramento summo illi pontifici Romano deuineti, uoces habeant decisiuas, & ad nutum ac arbitrium unius omnia geruntur, & iudicium fiat, non secundum scripturas diuinitus patefactas, nec secundum Spiritus sancti traditionem scriptam: sed secundum traditiones non scriptas, conciliorum decreta, ac patrum scripta, summum il lud & certum ac necessarium, sine quo ecclesia salus, & fidei unitas conservari nequeat, esse imaginatur.

In tali concilio nihil minus quam sacra scriptura ualet (hæc enim illis dicuntur obscura, ambigua, dubia, hæreticorum liber) sed traditiones com- menticiae, & paulatim in ecclesiam introductæ, usu & temporis successu, consuetudine imperitorum roboratæ, decreta pontificum Romanorum, patrū scripta male detorta, uel ubi humanū quid passi sunt: deliria deniq; & somnia monachorū, qui uel soli in istis concilijs omnes agunt partes: ceteris, qui uidentur esse præcipui, o ciōsis assidentibus, & ea quæ à Romano episcopo proposita, & decreta sunt uno uerbo, Placet, approbantibus. Tale uero concilium nunquam profecto à nostris petitum est. Quæ enim hæc esset nō dico stulticia, sed planè furor, & insania, desertis limpidiissimis canonicae scripturæ prophetarum & apostolorum scriptis, & fontibus a- quæ uiue, ad turbidas lacunas, & Decreta Antichristi, eiusq; satellitū pro- vocare? Quod uero nostri concilium expetiueret, & ad illud prouocarunt, non hoc cōsilio factum est, quod de doctrina dubitarent, & de illa certio- res reddi ac doceri ab isto hominum genere, quod armis & alijs rebus tra- grandis, quam sacris scripturis interpretandis magis est idoneum & affue- num, cupuerint, aut etiam controuersias religionis eis dijudicandas per- miserint: sed ut suam doctrinam omnibus piis, quos non dubitant esse in omnibus nationibus plurimos, hac occasione cōmunicarēt. Et quod ante legitimam cognitionē Papistica turma piis homines ubiuis locorū pro- pter uerae doctrinæ professionem suis sedibus eiecerit, crudelissimē & mi- tis modis sit persequuta, bonis adeoq; uitæ ipsorum non modò insidiata, uerumetia plus quam Neroniana tyrannide, igni, aqua gladio, fune, & car- cere ē medio sustulerint, & doctrinam uerē piām ubiq; pro erronea & hæ- retica traduxerint & dānarint. Ut igitur manifestum fieret, cuiusmodi do-ctrinæ genus profiteremur, nos nullius erroris nobis consciens, ferre posse lucem, neq; iudicium defugere legitimū & cognitionem honorū uirorū: ideo nos publicē audiri petiuimus, & confessionem Imperatori, ac toti Im- perio Germaniæ, eodem cōsilio exhibuimus. Vbi cum uestri homines ac- ceptam confutare iussi essent ex sacra scriptura, cōfutationis illius exēplar

nostrī nullis precībus extorquere potuerunt. Quā uero ob causam bone
uir: Non erat periculum uestris ullum metuendum, quo ab exhibitione
deterri potuissent. nostri pauci erant tunc numero (sicut etiamnum
hodie, si uobiscum conferamur) & sicut nocere non poterant, ita neque
si potuissent, uolebant. Quid igitur? Dicam Sote, malē sibi uestri erant
consciū de corruptis dogmatibus. confutatio uestra frīgida erat: necdū
enīm colorib⁹ errores pingere didicerant: lucem igitur ferre, eo quod
mala esset, cum non posset, satius esse uidebatur abscondere, ne eius tur-
pitudo conspiceretur. quod quidam uestrū tum animaduertebant, &
non dissimularūt, egregios scilicet se suæ doctrinæ patronos haberere di-
centes. Ibi tum, sicut aliās semper, disertè à nostris additum est quale cond-
līum expeterēt, Christianum scilicet, liberum, in Germania. de quo paulo.
post copiose.

¶ Tim. 4.

Noua quod dicit esse Lutheri dogmata: illis noua esse & inaudita min-
ime dubitamus, quibus & Christus nouus est, & uerbū ipsius. Ideoq; Deo
ualde sunt iniurij, cuius uerbum quod est æterna & immutabilis ipsius
uoluntas, & manet perpetuò, nouitatis arguūt. Quod uero diu incognita
multis fuere, sepultaq; iacuere (Reseruauit autem Deus sibi nihilominus
septē millia quæ nō adorauere Baal) non uerē ecclesiæ humanæ, sed impie-
tatis crimen est, quæ auersis mentibus & auribus à Deo, uerboq; eius, Do-
ctores sibi elegit prurientes auribus, quod à pontificibus Romanis facili-
tatum, Cardinales delecti ipsi fatentur, cum dicūt: Sanctitas tua probēno
uerat principium horum malorum fuisse, quod nonnulli pontifices, prede-
cessores tui, prurientes auribus, ut inquit apostolus Paulus, coaceruave-
runt sibi magistros ad desideria sua, nō ut ab eis discerent, quod facere de-
berent: sed ut eorum studio & calliditate inueniretur ratio, qua liceret id
quod liberet. Ideoq; misit illis Dominus operationem erroris, ut credant
mendacio, & iudicentur omnes qui non credunt ueritati, sed consentiunt
mendacio. His tuis Asote Romanis Pontificibus acceptum ferendum est,
quod errores tam crassi & tantæ caligines in ecclesia harum regionū grā-
fate sunt, in quibus cum tam diu plerique in tristi carcere sint miserē deten-
ti, iam exorientem lucem uerbi Dei ferre non possint, resq; plane noua
iudicetur.

Lutheri certè dogmata, non noua, sed uetusissima, & omnium prima
sunt, quæ Deus statim in Paradiso post lapsum primorum parentum, tan-
quam ex arcana sede prodiens se, suamq; uoluntatem patefecit, data pro-
missione de semine benedicto & benedicente reuelauit. Quam promis-
sionem fide amplectentes, iusti reputati sunt. Gen. 3. Psal. 32. Rom. 4. Hæc o-
mnibus temporibus in ecclesia Dei, alias magis, alias minus illustria & cla-
ra extitere: hac doctrina Deus sibi ecclesiam collegit, quæ ipsum & in
hac uita agnouit, inuocauit, & coluit, & in illa æterna perpetuò celebravit.
Quid uero Lutherus uir ille Dei, & repurgator doctrinæ cœlestis, ele-
ctum Dei organon, aliud docuit, quam quod ex Gen. capite 3. 15. 17. 21.
D. Paulus repetit ad Romanos capite primo, eidem calumniæ respon-
dens tacitè, cum se segregatum profitetur in euangelion Dei, quod ante
pmiserit per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, &c. Et quod
Abrahæ fides sit reputata ad iusticiam: scriptum autem sit, non tantum
propter ipsum, q; reputatum sit illi ad iusticiam, sed etiā propter nos, qui
bus reputabatur creditibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Do-
minus nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resur-
rexit propter iustificationem nostram.

Item, quod nō liceat cultus humano arbitrio instituere. Quia uerbo Dei
nihil sit ad dendum, aut detrahendum, idq; contra humanas traditiones
innume-

innumerarē & decreta Pontificum, quibus cum uestri doctrinam uetustis-
simam non obscurauerint tantum, sed etiam deprauauerint, corrupe-
rint & plane obruerint ea quae sunt filij Dei propria, & honorem ipsi me-
diatori soli debitum, Missis uestris idololatricis & opellis atq; cappis sor-
didis tribuentes & cōmunicantes, aliaq; sexcenta cōfinxeritis, quibus mi-
seros homines peccatorum remissionē consequi & mereri docuistis. Sacra
menta autē à Christo unico nostro saluatore instituta, partim à uobis pro-
fanata, partim uero mutilata & in illorū loca alia excogitata. Hæc, inquam,
prima & uetustissima mīris modis à uestris polluta, à Lutheru gratia Dei
adiuto, & Sp̄ritu sancto īmpulso & corroborato, mirabiliter etiam contrā
furorem Satanae & totius mundi potentiam, deniq; contra portas infero-
rum conseruato, pristino nitoris sunt restituta, & postliminiū iure reuocata.
An uero usq; adeò impudens es, & frons meretricis tibi tuiq; similibus
est, ut erubescere nesciatis, & affirmare ausis, uetera esse hæc Apostolo-
rum dogmata, quae fidei uestræ cacolycæ, articuli sunt præcipui, Pontifi-
cem Romanum caput esse uniuersalis Ecclesie, uicarium Christi & succes-
sorem Apostolorū, idq; iure diuino, solam loci successionem, ut qui ipsum
eiusq; decreta non amplectantur, nec sine discrimine recipiant, eo ipso
nec membra sint Ecclesiæ Dei: Papam in his quæ sunt fidei non posse er-
rare, esse αὐτούργητος. A' nemine esse redarguēdum, etiamsi cateruatum in-
numeras animas secum in infernum abducat: Missæ sacrificium ex ope-
re operato per scortatorem sacrificium, aut Sodomitam etiam celebra-
tum applicari pro uiuis & mortuis, pro redemptione animarum ex purga-
torio: Homines operibus suis mereri remissionem peccatorum & uitam
aeternam: Laicis dimidiam tantum cœnæ Domini partem porrigendam:
Plus peccare sacrificium, si honestam cōiugem ducat, quam si multa alat
scorta, ac libidinibus uagis se polluat: Hominem uiribus liberi arbitrij se
posse ad gratiam Dei accipiendam præparare, simò quod Deus homini fa-
cienti quod in se est, infallibiliter det gratias: Et quis singulos Ecclesiæ ue-
stre errores absurdissimos, ē diametro cū sacra scriptura pugnates, enume-
rare posset: Dies me citius & tempus deficerent, quam ut recitare omnes
temporum sunt dogmata: Nequaquam, ô miseri: nō enim est obscurū est,
quibus autoribus hæc & alia uestra dogmata accepta ferre debeamus. I-
deoq; fulmen illud & tonitru Apostoli in uos torquebimus: Si quis aliud
Euangelium prædicauerit, etiamsi angelus ē cœlo sit, nedum Papa Roma-
nus, anathema sit. Hæc Sote dogmata sunt ab Ecclesia Dei omnium tem-
porum damnata, non Lutheri, quæ uera Ecclesia Dei grato animo ample-
ctitur. Quod uero fraterculus addit, Lutheri dogmata, antiqua potius esse
& damnata ab Ecclesia: utrūq; uerum est, ideoq; utrūq; concedimus. an-
tiqua esse, simò omnii antiquissima & prima, sicut iam partim explicatum
est, partim sequenti capite copiosius probabit, ideoq; uerissima. Damnata
etiam esse ab Ecclesia non negamus: sed nō à uera Dei aut piorū Ecclesia
damnata sunt, ab hac enim summoperē probant. & agunt omnes uerē pīj
& electi Deo patri omnis misericordię gratias quas possunt maximas pro-
hoc organo, per qd Deus immensa bonitate & clementia nos ex idoloma
cauit, ut opera eius annunciemus: uerū ab hypocritica, Cainica, cruenta,
Sorbonica & Sodomitica malignantium & Satanæ synagoga. Necq; uero
solum damnata hæc dogmata ab illa affirmamus, sed etiā exusta esse à tuis
hereticæ prauitatis inuentoribus, quemadmodum & uolumē sermonum
heremæ ab impio rege Iuda, non ignoramus.

Ier. 36.

Nn 4

Postre-

Postremò, ea quæ de iudicij unius necessitate in Ecclesia omnes fatentur, non æquè ab omnibus satis intelligi conqueritur. A' Brentio enim & aduersarijs obscurari, & peruersti, qui eò temeritatis & superbæ præsumptio nis progradientur, ut id iudicium ad eos pertinere affirment, quibus res nulla minus pertineat: intelligit autem Principes, & alia Ecclesiæ membra viros insigni pietate & eruditione ornatos. quod quale sit, suo loco videbimus. Quòd uero alijs hoc in occasionē & excusationem ignauiae & ne gligentia infidelis, factum esse dicit: id uerum est: sed nobis non imputandum, qui sedulò monemus quos possumus, ne Papistici concilij (quod ut maximè alij quando futurū sit: tamen impium fore ut sunt Papisticorū Pontificum & Episcoporum ingenia, minimè dubitamus) determinationē expectent. & extant nostrorum hac de re scripta, contrà expectantes (quod A'sotū non latè arbitror) sed ex uerbo Dei, de salute sua certiores reddi carent. Hoc autem ipso Romanos suos Pontifices & Prælatos accusat, & damnat, qui simplicioribus per suos adulatores & satellites persuaserūt, ut de ijs quæ ad animæ salutē pertinēt, securi sint, & in utrāq; aurē dormiant, eamq; curā summo Pontifici demandent: eius decreta, quæ nomine Ecclesiæ miseris truncis & stipitibus obtrudit, expectent, & pro oraculis Spiritus sancti recipiant, & adorent. Hi igitur se suo munere perfundatos esse arbitrātur, dum dicere possunt se credere quod Ecclesia credit. Hanc fidem Papisticī doctores, etiam si homines parū sint solliciti, necq; etiā sciant quid Ecclesia credit, tamen probant, & propter eam homines beatos predicat: cùm tamen alijs, ubi Deus uerbo suo credere nos iubet, ipsi dubitandum pronuncient. De quo recte Propheta inquit, Popule meus qui te beatum dícunt, illi te decipiunt.

Esa.3. ANNOTATA IN CAPVT II.

DVm fundamentum ponere & basin cōstituere bonus ille fraterculus & architectus insignis futuri sui operis & edificij nūtitur, atq; à ppria origine, ut loquitur, deducere suum propositū & defendere conatur, dicit Deum ab hominib. non priuatim & singulariter, nec per domos & familias diuisim, sed in Ecclesia & cœtu omnū coli uoluiss: nec priuata ulla sacrificia aut obsequia singularia, sed totius Ecclesiæ cōmunia, illi placere.

Dicas hominē hō esse mentis cōpotem, aut certè, ne quid dīcā dūrus, parū sui ordinis & conditionis memorē. Nihil enim, si à nobis esset cōducens, ut ordines omnes monasticos, adeoq; totius Papatus ceremonias & cultus, quos ipsi tantū faciunt alijs, ut pro ijs tanq; aris & focis depugnandum sibi existiment, neq; melius neq; certius aut grauius, quod pro nobis cōtra ipsos faceret, dicere potuisset. Vt nō abs re sit, si Bileam alter à nobis dicat. Hoc enim iacto fundamēto, omnes ordines & regulæ monachorū & nonnarū euertuntur. An' non enim priuata hæc sunt sacrificia & pecunia obsequia certarū domuum & familiarū diuisarum? Nam non esse omnium, nec totius Ecclesiæ, quæ sola Deo placent, autore A'soto, manifestum est, & experientia notum, soleq; meridianō clarius, quod ne A'sotus quidem negare poterit. Quis uero facile monstra hæc ordinum, & familia rū Papatus, atq; sectas, quæ autore suo, origine, uiuendi ratione, religione, habitu, cæremonijs, regulis, cibo, loco & alijs notis inter se distinc̄tæ sunt, enumerabit? Imò nec Demosthenē nec Ciceronē, si adhuc in uiuīs essent, facile omnia hæc cōmemoraturos arbitror. Vt maximè autem alijs inter se miris ac omnibus modis differant: tamen in hoc (quemadmodū vulpes Samsonis caudis) inter oēs pulcherrimē conuenit, quòd singulnō modō contēpto Christo, sed nomine eius quasi abnegato, abiecto & cōculato, nouā credēdi & uiuēdi rationē instituere. Nec amplius Christiani (sordet cōm hoc nomē tanq; plebeiū & nimis uulgare) dīci uolūt: sed Dominicanī, Franci-

Franciscani, Carthusiani, Augustiniani, Gregoriani, Constantinopolitanii, Benedictini, Antonini, Cælestini, Bernhardini, Vvihelmitæ, Iohannitæ, Lazaritæ, Sepulchritæ, Hierosolymitæ, Heremitæ, Josephitæ, Minores, fratres Mariæ, non unius generis (quid ni & sorores) vallis losaphat. Alij cruce insigniunt, ut ab alijs differant: nec id uno modo, sed diuersissimis: nunc una limplici cruce, alijs duplice, alijs lata, alijs oblonga, alijs stellis, alijs ue- rò gladijs. Rursum alijs forcipe insigniunt. Sunt alijs Observantes, alijs Gau- dentes (mirum quòd nō Lamentantes, cum ex æquo omnes tetrici uideri cupiant) Canonici irregulares, quod ridiculū est, Brigittenses, Cistercien- ses, Camaldulenses, Præmonstratenses, Grandimontenses, &c. Penè defa- tigor Ordinum recitatione, & tamen singulos enumerare nequeo, qui eti- am sono ipso nescio quid horrendum & monstrosum secum afferunt.

Electum illud Dei organon D. Paulus grauissimè in Corinthios inuehi ^{1. Cor. 3.}
tur, quod diccerent alijs, Ego sum Pauli: alijs uerò, ego Apollo, &c.

Quod si iam rediret, & greges hos passim palantes, ac omnia depascen-
tes consiperet, quid, an non anathemate illos feriret, & omnes illos Ordi-
nes diris deuoueret? Sed bene habet, exurrexit tandem ex hoc ipso grege
felix, antagonista scilicet hic noster, qui Baalitas, & Chamarim, quos cōsti-
tuerunt reges Iuda, ut adolerent in excelsis, hoc est examina hęc ignauorū
fucorum, sua sententia ex Ecclesia eiecit: & priuata illorum sacrificia atq;
obsequia singularia Deo displicere pronuncians, non secus ac olim Tem-
plarij omnes mandato Pontificis, ubiuis locoru una die sunt extirpati, ab-
rogauit, & sustulit. Et quid amplius dicam, nisi quòd Asotus noster, cum
sacerdotio Tolleti sit consuminatus, quemadmodum olim Caiphas sumi-
mus sacerdos prophetizet.

Porrò, multa de fidei unitate copiose dicit, quām necessaria sit una fides
cōmuniis totius Ecclesiæ, prorsus tanta prolixitate opus non erat, cū nemo
sit qui cōtradicat, & frustra aéra uerberet: nisi quòd rhetorulus magis dí-
sertus, q̄d disputerat acutus uideri uoluit, quo liber in immensum crescat:
& dē non tacet, sed multa generalia de quib. non est quæstio, deblatterat,
respondisse uideatur. Quali uerò hæc iam internos quæstio agite, utrum
una fides sit necessaria, & nō potius, quæ nam illa uera sit fidei unitas, & in
quo consistat. Similiter, an nos Papisticam idolomaniam fugientes, fidei
unitatē perturbauerimus, & à uera Ecclesia & fide catholica defecerimus.
(de quo sequenti capite) cum extra ueram fidem in Christum & uerbum
ipsius, quod ueritas est, conspiratio potius & coniuratio, quām unitas esse
deprehendatur.

Christus cum precatur patrem cœlestē pro unitate discipulorū, inquit: ^{1oh. 7.}
Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut
& nos. Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus est ueritas: & pro eis ego san-
ctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Non pro eis autem
tantum rogo, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut
omnes unū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi unū in nobis sint.

Hoc Hilarius his uerbis contra Arianos haereticos, pacem & unitatem
prætexentes, reddidit. Speciosum quidem est nomen pacis & pulchra opi
nione unitatis: sed quis ambigat eam solam Ecclesiæ, atq; Euangeliorum uni-
cam pacem esse quæ Christi est? Quam ad Apostolos post passionis suæ
gloriæ esse loquutus, quam ad æterni mandati sui pignus cōmendauit abi-
turus: hanc nos fratres dilectissimi & amissam querere & turbatā cōpone
re & receptam tenere curauimus. Sed huius ipsius fieri nos uel participes,
uel authores, nec tēporis nostri peccata meruerāt, nec imminētis Antichri-
sti prœiū ministriq; sunt passi, qui pace sua, id est, impietatis suæ unitate se
iactant: agentes se non ut Christi episcopos, sed ut Antichristi sacerdotes.
O san-

^{Lib. 9. eon.}
^{tra Arias}
^{nos.}

O' sancte Hilari, quid si præsentē rerū statū uideres, & non tantū Antichristi præcursores, sed ipsum iam Christi aduersariū in templo Dei regnantē, & specioso pacis nomine simul & territantē, & inuitantem? Nimirum certe uerax fuisti uates. Christus enim se teste & autore, unicū est sancte unitatis uinculum, à quo atque uerbo ipsius qui discedit, violat turbatq; unitatem. August. de tempore, ser. 166. Audimus Apostolū hortantem, ut consentiamus & simus concordes: sed addit, in Christo. Cui attestatur & D. Augustinus, inquiens: Sed hæc pax cum bonis, & Dei precepta seruantibus custodienda est: non cum ini quis & sceleratis, qui pacem inter se habent in peccatis suis.

Et quæ uera sit unitatis ratio in fide, multo cùm melius tum certius ex apostolo Paulo, q; ex hoc loquaculo monacho, & phrenetico, discimus, Eph. 4. cum dicit, Vnus Deus, una fides, unum baptisma, unum corpus, &c. Por rò fides illa, cuius facit mentionē, fiducia est misericordiæ promissæ & exhibita per & propter Christum mediatorē, in quo acquiescit homo, certos statuens propter eum non imputari peccata, sed condonari, & nos Deo re cōciliari, in gratiam ab ipso recipi, & donari Spiritu sancto, & uita æterna.

Hac unica fide omnes hinc à mundo condito Deo placuerūt & salutati sunt: & iam post exhibitū Christum, usq; ad finem mundi, & redditū ipsius placent, saluantur, & uitam æternam consequuntur, quotquot saluifunt. Hebr. 11. Hac unica & uera fide Abel Deo placuit, & plurimam hostiam obtulit, ac Gen. 6. iustus pronunciatus est. Hac Noah gratiam consequitus est, iustus declaratus, & toto mundo pereunte salutatus est. Hac eadem Abrahæ ad iustificandam cīā est imputata. Hac uiuit iustus corā Deo. Non enim est aliud nomen hoc Abac. 2. cōcilio datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen hoc Act. 4. Iesu Christi: cui attestantur omnes prophetæ, remissionem peccatorum ac Ibid. 10. cipere per nōmē eius, omnes qui credunt in eum. Vnica enim semper fuit uox Euangeliū in Ecclesia Dei hinc à mundi initio de mediatore filio Dei, ad fiduciā in ipsum collocandam omnes inuitans, sicut sonant promisiōes: Gen. 3. Ipsum semen (non ipsa) conteret caput serpentis. Et, In semine tuo, Ibid. 12. qui est Christus, benedicentur omnes nationes terræ.

Gal. 3. Quare non sunt delira monachorū & aliorum figmenta audienda, qui somniant Patres anteq; lex Mosis data esset legis naturæ, post legem uero datam legis Mosaicæ, nunc post Christum exhibitū legis Euangelicæ, quæ perfectior sit, obseruatione homines saluari. Scimus enim, unam esse & eandem rationē salutis consequendæ omnibus ætatibus, nec ullos unq; homines, ulla aliqua lege esse saluatos: sed quicunq; salui sunt, fide hac unitate, Gal. 2. ca, quæ est fiducia in Christū, & non ex operibus iustificatos. Quod Apostolus, quem illi summum & principem faciunt, in concilio Apostolorum cum ex professo ea de re ageretur, disertè confirmat, determinat, & decernit, inquiens: Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cœlum discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi, credimus saluari, quemadmodum & illi.

Cum igitur una sit fides Ecclesiæ omnium temporum, quæ ex ueritate doctrinæ cœlestis per Spiritum sanctum cōcipitur (fides enim ex auditu) si de huīus fidei unitate, & Ecclesia Dei eam retinente frater Petrus cum Paulo apostolo loquitur, nemo est qui non consentiat, & utraque manu amplectatur.

Sed longē aliud nomine fidei & unitatis intelligit. Fidem enim uisibilēm esse dicit, quo quid est absurdius, aut magis ridiculum? Cum fides sit interior motus cordis, & res spiritualis, in mente quæ carnis oculis uideri non potest, cum nemo uideat, sciat, aut intelligere possit ea quæ sunt in animo hominis, nisi Deus, & Spiritus qui est in eo,

Adde,

Addit, quod & sibi ipsi in hoc est contrarius. Nam hoc ipso capite denuo affirmat, fidem nostram in corde esse absconditam, & soli Deo notam: quod uerum est. Capite uero quarto fidem esse uisibilem affirmat, quia scilicet symboli exterius profitemur, & uerbis de ea contenditur inter partes. Sed eadem ratione dicemus Deum, qui habitat lucem inaccessam, & quem nemo hominum uidere potest, in hac uita & terra uisibilem esse, quia operibus presentiam suam testatur, & declarat, de se loquit, se suamque voluntatem patefaciens, & nos de ipso disputamus.

Hoc igitur modo de fide Christianorum profanè disputans, satis declarat, se aliud per fidem non intelligere, quam nudam historiæ noticiam, & professionem de Christo: quam qui teneant, & amplectant, nomine Christianorum censeantur, & sint Ecclesiæ uera membra.

Quod si de externis membris intelligatur, & professione quæ sit in cœtu externo eandem religionem profitentium, nec nos negamus. Omnino enim necessaria est hæc symboli professio. Et quicunq; unum eius articulum negat, eo ipso ab externo Ecclesiæ cœtu sit exclusus, & membrum abscissum. Verum hæc nondum est illa fidei unitas, & uinculum pacis in Ecclesia.

Sub hac enim professione, omnis generis errores adhuc obrepere possunt. Sicut iam Pontificij nobiscum eosdem fidei articulos, quod ad extermam & literalem professionem symboli attinet, retinent, & recitant: & nos cum illis, atq; cum utrisq; etiam Anabaptistæ ac alijs schismatici & hæretici: cum tamen nulla inter nos sit unitas, sed summa dissensio, & diversitas, immo contrarietas maxima.

Loquitur igitur tantum de illa fide, quam & dæmones Iacobus habere *Iacob. 2.* affirmat, qui cum uera illa fide, quæ est fiducia in Christum, careant, contremiscunt, & non exhilarantur, neq; pacem inde aut consolationem concipiunt. Norunt enim & ipsi articulos & historiam totam de Christo, & firmiter credunt hæc omnia ita se habere, ideoq; iudicem suum metuunt & fugiunt. Quemadmodum & turba Asotica, que Christum iratum iudicem fugit, cohorrescit ad ipsius mentionem: ab ipso ad opera sua & cultus atq; merita configuit, magis propicios duces esse iudicat, ac plus fiduciae in ipsos collocat, quam in ipsum Christum: cum Apostoli nos cohortentur, ut cum fiducia ad thronum gratiæ accedamus. Vnde omnibus testatum faciunt, se non Apostolorum & Ecclesiæ ueræ, sed falsæ & dæmonum fidem habere.

Quod igitur huius fidei unitatem necessariam esse, & in hac conspiratione sola Deo grata esse & placere sacrificia, non singularia & peculiaria cuiusq; perdomos & familiæ diuisim: & cœtum hunc atq; colluum Pa-pisticam solam, ueram esse Dei Ecclesiam contendit, nos malignantium esse, minimè dubitamus. quod & præcedenti primo loco satis confirmatum est, & nos sequenti capite, quantum opus est, manifestum faciemus.

Etsi autem uestra opibus, potentia, multitudine, & alijs carnalibus prærogatiujs, longè ueram Dei Ecclesiæ supereret, sicut falsa semper maior est in terris uera: tamē utcūq; numero pauci simus, nihilominus Deo gratos esse esset, quæ totius mundi impietate deserta, Deū sincerè, iuxta uerbi ipsius prescriptum, coleret: sicut Noah unus totius mundi iudicij se opposuit, & ueros cultus in sola sua domo retinuit: quem Deus delecto toto mundo propter impietatem, pro uera Ecclesia agnouit, & cultus ipsius approbavit. Eodem modo Helias existimat totum regnum Israelis à uero Deo defecisse. cultus enim qui publicè exercebantur, impij erant: nec tamen se cum eis coniungit. Ergo ne quia solus erat, Deum colere non potuit:

David

Psal. ii. Dauid conqueritur, defecisse sanctos, & ueritates diminutas à filijs hominum, qui uana, falsa, & dolosa doceant, & soli regnare cupiant, nec ullum agnoscere uelint superiorem: & tamen retinet uerbum, quod argento probato & purgato confert, & piè Deum colit cum suis auditoribus, certus se Deo placere, inquiens, Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum.

Nam non multitudine & numero uera Ecclesia, conspiratione impia contra Dei uerbum aestimanda est, sed uerbi Dei puritate. Etsi uel unus esset rectè sentiens, omnino & bene à totius mundi iudicij & sententia recederet, ac priuatum Deum coleret.

Palladius in uita Chrysostomi inquit, Chrysostomum dicere solitum, ut numero estimetur decretum, Arianorum esse, non orthodoxorum: ita etiam ex multitudine de fide, eiusq[ue] unitate statuere. Nam p[ro]ij etsi toto orbe terrarum dispersi sint: tamen animis, corde, fide, & consensu de doctrina, sub uno capite Ecclesiæ Christo sunt coniunctissimi.

Hæc uera est fidei unitas, in Ecclesia alenda, & conseruanda: ab hac cum nunquam recesserimus, impiè nos Asotus accusat tanquam unitatis desertores;

ANNOTATA IN CAPVT III.

Hoc capite bonus iste fraterculus, multa in genere plausibiliter contra fidei nouatores & Ecclesiæ desertores clamitat pro fidei unitate, de qua præcedenti capite dictum est, & quam male illi de omnibus mercantur, qui ab hac fide, quam anteā cum alijs in Ecclesia tenuerunt, deserunt: quo etiam uel solo nomine iustissimam causam toti Ecclesiæ & fraternitat[em] dent vindicandi. Merito igitur severitas legis Mosaicæ omnes, inquit, armet aduersus eiusmodi homines. Hoc modo Asotus ille bonus uir, oculos lectori simplici & paru[m] attento uult praescribere, ne de probatore, atq[ue] uerè Dei Ecclesiæ desertores. Nec enim hæc est questio, utrum in eiusmodi homines animaduertendum sit. Quis enim est qui de hoc dubitet? Sed utru[m] nos tales sumus. Porrò hoc unitatis prætextu, omnes, quantum in ipso est, ad Romanum Antichristū reuocare conatur. Omnes uero, qui uel latum dígitum ab ipsius impietate discedunt, nec tyrannidē ipsius uinculis alligari se patiuntur, desertores, Ecclesiæ trans fugas, unitatis perturbatores, schismaticos, hereticos, fidei & cultus nouatores proclamat, inq[ue] illorum perniciem tanquam contra communes hostes armat omnes homines. Notę sunt monachorum declamationes, quibus potentum odia cōtra nos accendere iam multis annis sunt conati, & manus eorum in nos armare, ut brachia sua sanguine nostro polluant. Verū dudum ad eiusmodi uanos clamores à rudentibus asini excitatos, aures nostræ obſurduere. Non enim pueri sumus, qui eiusmodi anilibus fabulis, & terriculamentis moueamur. Nec amplius res in eo est statu, quo ante annos quinquaginta, quo tempore Antichristus, homo ille peccati in templo Dei regnabat, & nomine Ecclesiæ atq[ue] traditionum Apostolicarum quæq[ue] Pontificum Romanorum decreta miseris hominibus obtrudebantur: & sine delectu atq[ue] iudicio, à potissima parte, cum pauci propter tyrannidē Papæ contradicere auderent, recipiebantur. Nunc uero Dei beneficio illuminati doctrina uerbi Dei, per Spiritum sanctum præstigias Romanæ Ecclesiæ agnoscentes, ingens discrimen inter eam, & catholicam Christi Ecclesiam esse uidemus. Somniant enim Ecclesiast, esse cœtum agnoscentem Romanum Pontificem pro summo capite, & decreta omnia illius sine discrimine approbantem, & obseruantem. Ad hunc ipsi alligant Ecclesiam, & ad successionem illam ordinariā: quæ qui agnoscant, & de doctrina consentiant, membra

membra esse: qui uero dissentunt, alieni ab Ecclesia esse iudicantur. Quae quidem, si de Pontificia ecclesia intelligentur, uerissima esse concedimus. Saluator uero noster dulcissimus Ecclesiam suam longe aliter describit, aliasq; notas quibus agnoscatur proponit, Oues meæ, inquietens, uo- *Ioh. 10.*
cem meam audiunt: alienum uero non sequuntur, sed effugient ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Alligat eam ad uerbum suum, hoc uult audiri: illicq; Ecclesiam suam esse profitetur, ubique sonat uox Euangeli sui, sicut testatur inquietens: Si quis diligit me, sermonem meum *Ioh. 14.*
seruabit, & pater meus diligit eum: & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Item, Si misericordia in me, & uerba mea manferint in uo- *Ioh. 8.*
bis, tunc uerè discipuli mei eritis. Item, Hoc est foedus meum cum eis, dicit *Esa. 59.*
Dominus: Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, necq; ab ore seminis tui usq; in æternum. Hoc est quod Paulus Ecclesiam super fundamentum Prophetarum & Apostolo- *Eph. 2.*
rum, hoc est, super doctrinam ipsorum ædificatam esse testatur, ipso angu-
larilapide Iesu Christo. Nec ullam aliam ob causam nunc à uobis alieni ab ea esse iudicamur, quam quod ab hoc ipsis uerbo & institutis recedere, & hominum doctrinis ac traditionibus attendere noluimus.

Retinemus & baptismum sicut à Christo institutus est: & de uero ipsis usi ex sacra scriptura docemus. Cœnam Domini eam habemus quam & Christus instituit: & Apostolus Paulus sicut ab ipso accepit, ita & ad Corinthios descripsit. Conseruamus & claves Ecclesiæ, eorumq; uerum & legitimum usum, ut publice & priuatim agentibus pœnitentiam, & credentibus in Christum, remissionem peccatorum annunciemus, impœni- tentium uero peccata ligemus. Vocantur & in usum Ecclesiæ p̄ij & eruditiorum, quorū officium est, predicatione uerbi Dei, & legitima Sacramen- torum administratio. Christus enim ascendens in cœlum, dona dedit ho- *Eph. 4.*
minib; Euangelistas, Apostolos, Prophetas, Doctores, & Pastores, ut Ecclesia, quæ est corpus ipsius, ædificetur. Cumq; sacrificium sit Deo gra- tissimum & cultus, pia oratio ex fide proficisciens, easdem cum ueteri Pro- phetarum & Apostolorum Ecclesia preces dicimus, Psalmos, orationem Dominicam, & his consentaneas. Nec deest nobis, sicut neque primitiæ Ecclesiæ, crux & persecutio, quam propter ueræ doctrinæ professionem & iusticiam sustinemus. Hoc res ipsa loquitur. sentimus hæc, & patimur à uobis, qui de titulo Ecclesiæ gloriarni. Honorifice sentimus & loquimur ac scribimus de magistratu politico, eiusq; officio: ac meritis eum ornamus laudibus, ut bona conscientia officium suum facere possit: similiter & de coniugio, atq; Ecclesiæ ministerio.

Hæc Afore sunt ueræ, catholicæ & apostolicæ Christi Ecclesiæ signa in- fallibilia, non recens à Lutheru conficta, quibus Ecclesia Dei constat in terris: que cum apud nos esse nemo nisi impudentissimus negare possit, (sicut nos apud exterias nationes mendacissime traducitis, ut apud igna- tos doctrinæ odio nos prægrauetis) non curamus tuos clamores & latra- tus de Ecclesiæ defectione, & fidei atq; cultus nouatione. Nam non à ue- tra, sed malignantium uestra Romana ac Babylonica ecclesia defecimus, uestra impietate & multiplici idolomania coacti, qua omnia sacra profa- nastis, nihilq; impollutum reliquistis. Sacram enim scripturam innumeris figuramentis & somnijs monasticis corruptis: eiq; traditiones hominum in- certas longe prætulisti: quod etiamnū hodie & in hoc tuo libro facis. Salu- tare uero Baptismi sacramentum plurimis monasticis & sophisticis op- nionibus contaminasti, affirmantes quod susceptio uotū religionis mona- sticæ, & ingressus monasterij, sit par Baptismo. Quod dicta Papistarum
O o pœnitent-

pœnitentia, quæ contritione, confessione & satisfactione constat, altera sit post naufragium tabula, quo significant beneficium Baptismi consumptum esse & amissum per lapsum, eiusq; effectum cessare: hac uero pœnitentia Papistica, tantundem nos consequi, quantum per Baptismum. Taceo alia partim magica, partim puerilia, & ridicula, sal, oleum, chrisma, cereum chrismate, saliuam, flatum, & reliqua quibus partim obscuratus est, partim conspurcatus Baptismus.

Cœnam Domini horribiliter uestris oblationibus in Missa, quas prostituerunt turpi precio pro uiuis & mortuis, pro redemptione animarum, noui mediatores inter Deum & homines facti profanastis, perinde ac si **Hebr. 10.** beneficium mortis Christi, qui unica oblatione consummavit in æternum sanctificandos, una cum ipso in cruce exprauerit. Alteram uero partem laicis miseris ui abstulisti, ut maximè omnibus constet de Christi institutione, quam tota ubiq; Ecclesia ultra mille annos seruauit: & Gelasius, **De consec.** qui Romanam rexit sedem, sine grandi sacrilegio huius Sacramenti distinct. 1. uisionem fieri non posse affirmarit, ideoq; uel integra sumenda, uel ab inter cap. compere rimus.

Sectione 13. Econtra uero concilium Constantiense non ita pridem decreuit, presbyteros populum sub utraq; specie panis & uini communicantes excommunicandos: eos uero qui hanc consuetudinem illicitam esse pertinaciter afferant, tanquam hæreticos arcendos, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Quam turpiter etiam Papa Ecclesiae clavis sit abusus, non tantum ad mundi thesauros exhausti, & cistas aperiendas, indulgentias ficticias ingenti pecunia ui distracti, conficto nomine purgatori, ex cuius poenis se liberare nugatus est: sed etiam transferendo regna mundi, creando, & rursus alios Cæsares & reges deponendo, & totum mundum imperiorumq; tranquillitatem perturbando, notius est, quam ut uerbis opus sit. Omnia enim sacra Romæ uenalia fuere: nihil non pecunia impetrari potuit: nec ullum fuit peccatum, præterquam carere pecunia. reliqua enī omnia redimi potuere data pecunia.

Papistica Ecclesia non ordinat pastores, sed peculiare hominum genus & ordinem sacræ scripturæ ignotum, sacrificulos scilicet Missaticos excoxitauit, instituit & ordinauit, quibus potestatem dat sacrificandi & offrendi pro uiuis & mortuis, etiam si neq; literas, neq; natura norint, si tantum tres Missas legere possint, Requiem pro defunctis, Officium de beata uirgine, & de sancta trinitate. Sufficit autem, si uoueant celibatum: tum sequuntur solennes acclamations, Dignus est, doctus est, &c.

Cumq; unus sit aduocatus & intercessor apud Deum, Iesus Christus, qui ubiq; adest præsens, audiens gemitus & preces nostras, & nos dulcissimos uerbis ad se uocet & inuitet, opemq; suam polliceatur: Papistæ ethnici imitati, tot excogitauere numina, tot opitulatores, quot ferè morbi & illos etiam qui nunquam in rerum natura extitere, quales illi inter præci- puos colunt, Christophorum, & Georgium, &c.

August. contra Cresco mat. lib. 3. Crucem uero & persecutionē tantum abest ut ferant, ut etiam omnibus reb. abundant, & luxu diffulant: pompa uero longè etiā regibus & principibus antecellat: & quod semper à uera Christi Ecclesia alienissimum fuit, innocentes & pios omni genere crudelitatis persecutus. Cum Augustinus dicat: Nullis unq; bonis in Ecclesia Dei placere, si usq; ad mortem in cap. 50. quenquam licet hereticū sequiatur. Vnde certum est, Papisticam Ecclesiam Iohan. 8. non esse ueram ueri Dei Ecclesiam, sed illius qui mendax est & homicida. Quid

Quid de magistratu politico & coniugio diuinitus institutis & approbatis sentiant & faciant, est perspicuum. Carnales enim & seculares status atq; profanos esse affirmant, monasticos suos ordines longe praeferentes. Vnde etiam multis regibus persuaserunt, ut regni administratione relicta, se in monasteria contulerint, illuc de uitæ genere præterito, quasi minus Deo probato, poenitentiam acturi.

Hæc Asote, ut alia his similia innumera omittā, cū pertinaciter defendat, non scriptis tantū, sed etiam serra, fune, flamma: uos, neq; Dei Ecclesiā agnoscere, neq; nos participes uestræ idolomania & iniustæ crudelitatis, qua in pios & innocētes fœnitatis, aliorūq; uestrorū peccatorū facere possimus, sed discedere à uobis, uestraq; tali Ecclesia, necessitate sumus coacti.

Quod uero Asotus dicit, ante x l. annos omnes confessos esse eam fidem, quam hodie Romana Ecclesia profitetur, ab Apostolis fuisse deritam: hinc cqp; probare conatur, nos quia ab illa Romana fide discesserimus, etiam ab Apostolica & universali defecisse Ecclesia: hoc uero luculentum est mendacium, & insignis impudentię huius monachi indiciū. Quis enim historiæ omnium temporum usq; adeo ignarus est, ut nesciat singulis temporibus fuisse aliquos pietate, doctrina & uirtute præstantes uiros, qui etiam cum uitæ sue periculo fortiter Antichristi falsa dogmata, cultus idola tricos, profanationem sacramentorū, corruptelas sacræ scripturæ, abusus & sceleratissimam Pontificum & clericorum uitam reprehenderint, tum uiua uoce & concionib. publicis, tum etiam scriptis editis, licet omnibus quibus potuerunt uiribus Pontifices cum suis adulatoriis se eis opplicerint.

Nota est historia Iohannis Huss & Hieronymi Pragensis, quorum scripta extant, hi certè non negauerunt tantum, uerum etiam firmissimis scripturæ sacre argumētis probauere, fidem Romanam minime ab Apostolis proscriptam: & una cum ipsis totū regnum Bohemiæ agnouit, & professum est fortiter, magno cum uitæ & omnium fortunarum periculo. Nec mouet nos, quod à conciliabulo Constantiensi tanq; hæretici sunt cōdemnati & exusti. Quid enim hoc mirum est, cum etiam institutionem coenę Domini à Christo factam, & semper in Ecclesia hoc modo obseruatam, sacrilegē mutilauerint. Ignis non soluit argumenta. Hic Deus uester est fortissimus, qui causam uestram pessimam tuetur. Neq; hi soli fuere, sed ante & post ipsos plurimi doctissimi diuinitus excitati. Quod ut omnibus manifestum fiat, exemplis aliquot propositis declarabimus.

In Fortalicio fidei lib. 2. confid. 6. edito ante annos c. testatur autor, non paucos suo tempore fuisse, qui purgatorium & auricularis confessionis necessitatem, indulgentias, missas & uigilias pro mortuis improbarent.

Eodem tempore & Laurentius Valla uir doctissimus floruit, qui fictam Constantini donationem impugnauit, & plus quam Pelagianam Papistatum hæresim de libero arbitrio, eiusq; uiribus, refutauit: totamq; salutem nostram gratiæ attribuit: deniq; & ficticiam castitatem, totamq; uouendi monachorum rationem reprehendit.

Nicolaus Clemangis magister Parisiensis, & archidiaconus Baroccensis, tempore concilij Basiliensis floruit, & librum scripsit de corrupto Ecclesiæ statu, declarans quibus rationibus res Ecclesiastica creuerit, & decreuerit pietas. Inter reliqua scribit: Multo æquanimius decem milium animarū fierunt facturam, quam decem solidorū. Item, Pontifices suas traditiones dispaces, in uestimentis ouium, sathanas in angelos lucis transformatos, Pharisæos, hypocritas, sepulchra dealbata. Edidit item librum cōtra noua sanctorum festa: ac probat, potius uetera quædam propter ingentem abusum

abolenda. Citat etiam quēdam Altisiodorensem Episcopum, Michaelem nomine, qui plerosq; sanctorum dies in suo Episcopatu aboleuerit.

Mirabilem planē historiam in quadam epistola de spiritu in Papisticis concilijs inuocato, præsidente, quæ Romæ in concilio à Ioanne 23. celebra to acciderit, recitat, ubi dirus & ferialis bubo in Missa de Spiritu sancto al sidente toto cōcilio, aduolarit, superq; mediam trabem oculis directo in tuitu in Papam coniectis, astiterit: nec ullis fustibus aut clamoribus abigit potuerit, idq; denuò in Missa secūda factitatu: ita ut pudore suffusus Papa, concilium ante congressionem primam soluere sit coactus, metuens ne subinde idem à bubone fieret: asseffores enim suppressa uoce alter ad alterum dicebant: En, in specie bubonis spiritus adest.

Franciscus Petrarca, uir clarus & doctus, ante ducentos annos floruit: is epistola uigesima appellat Papæ curiam Babylonem, & meretricem Babyloniam super aquas sedentem, matrem omnium idolatriarum & scortationum, cum qua scortati sint principes & reges terræ: asylum hæresium & errorum. In Italicis suis rhythmis, scholam errorum, & templum hæresios uocat curiam Romanam.

Eodem tempore & in Germania Taulerus concionator claruit: docuit is de gratuita iustificatione. Humanorum operū merita & traditiones humanas uehementer extenuauit. In concione Epiphaniæ dicit, nos tristis & latos cæcos esse, & cæcorum duces: uerendumq; esse, ne & duces & duci simul in exitium aternū ruant. Concione super Euang. Simile est regnum cœlorum patrifamilias, &c. clare improbat sanctorum inuocationem.

Et ut tibi Asote aliquid etiam ex tua Hispania producā, haud dubiè non ignotū tibi est, cum & ipse Hispanus sis, Arnoldi de Noua uilla nomē, qui fuit plurimarum linguarum & scientiarum peritissimus: is ante annos 300. floruit: à Papa eiusq; spiritualibus inter hæreticos recensetur, quod eorum errores reprehenderit. Docuit autem, q; diabolus totum populu Christianum à ueritate Iesu Christi aberrare fecerit. Quod fides quam tunc habuerint Christiani, sit talis qualis dæmonū. Quod totus populus Christianus ducatur ad infernum. Quod omnes claustrales sunt extra charitatē, & damnantur. Quod omnes falsificant doctrinā Christi. Quod pro mortuis nō sit sacrificandum. Quod in luce Papæ tantum de hominū mandatis & operibus agatur. Habuit hic doctor non in uita tantum, sed etiam post mortem plurimos sectatores per Hispaniam, quos Papistæ Arnoldistas vocarunt: & atrocissimè eos sunt persequuti.

Possem recitare, nisi nimiris foret prolixum, catalogum, & autores, quorū scripta etiamnun extant, qui errorib. Papisticis, singulis temporibus contradicere: & ueritati, quam nos quoq; Dei beneficio profitemur, testimoniū, non uoce tantum & scriptis, sed suo quoq; sanguine perhibuerunt, & per illos hæreticę prauitatis, inuentores potius q; inquisidores, Romani Antichristi satellites & carnifices, ad supplicia sunt rapti, & scripta ipsorum ubiq; inueniri potuere exusta. Neq; existimandum est, solos hos doctores ita sensisse: quos si enumerare uellem, dies me citius quam nomina deficerent: sed auditores quoq; habuere, qui eandē doctrinam sunt amplexi. Ita ut quamvis errores paſſim sunt publicē grāſati in multitudine, quemadmodum iam dictus Arnoldus conqueritur: tamen Dominus semper se ptem sua millia sibi reseruauerit, qui nō curuauerūt genua sua Baal, quemadmodum dominus Heliæ respondet. Nouit enim Deus qui sunt sui, quos in omnibus nationibus habuit.

Nota est historia Vvaldensiū, qui & pauperes de Lugduno, & Leonistæ, ante 400. annos à Vvaldo quodā prædiuite, & docto uiro Lugdunensi propter exilia & persequitionē quā ab Antichristianis sunt passi, sic dicti.

Articuli

Articuli doctrinae Vualdensium hi sunt:

Solis sacris literis credendum esse in ijs quæ ad salutem pertinent, & nulli præterea homini aut scripto.

Sacras literas integrè continere omnia ea quæ ad salutem sunt necessaria, eoçp nihil penitus recipiendum aut admittendum in religione esse, nisi id quod nobis Deus in sacris literis præcepit.

Vnum esse tantū mediatorē, nec esse inuocādos sanctos, ulla ratione.

Purgatorium nullum esse.

Missas & oblationes pro mortuis impias esse.

Traditiones humanas reijcendas.

Communionem sub utraque specie, ut est à Christo instituta, retinendam.

Romanam Ecclesiam esse Babylonem.

Papam omnium errorum fontem, & ipsum Antichristum.

Coniugium sacerdotum pium esse, & in Ecclesia necessarium.

Verbum Dei audientes, ac recte sentientes Ecclesiam Dei esse, eam ēp habere claves à Christo datas. Hos articulos & nos pios esse, & totius Catholicæ Christi Ecclesiae sensum explicare, minime dubitamus affirmare.

Aeneas Sylvius in Bohemica historia, de Vualdensium dogmatibus, tanquam errores damnat inter reliqua hos eorum articulos, quòd docent: Animas ē corporibus excedentes, aut in eternas euestigio poenas mergi, aut perpetua consequi gaudia. Purgatorium ignem nullum inueniri. Vanum esse orare pro mortuis, & avariciae sacerdotalis inuentum. Aquarum, palmarumq; benedictiones, irridendas. Mendicantium religiones, dæmones inuenisse. Confirmationem, quam christmate Pontifices inducunt, & extremam unctionem, inter Ecclesiæ sacramenta minime contineri. Auricularem confessionem, nugacem esse: sufficere sua quemq; Deo in cubili suo, confiteri peccata. Baptisma fluualis undæ, nulla interiecta sacri olei mixtura recipiendum. Sacerdotales uestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, & totam istam sacrificiorū parampliam nihil habere momenti. Sufficere ad Eucharistiæ confessio- nes, si uerba tantum sacramentalia dicantur quo cunq; loco. Suffragia sanctorum in coelis cum Christo regnantium, frustra impetrari, quæ iuuare non possunt. In canonicis horis cantandis, dicendisq; frustra tem- pus teri. Ieiunijs quoq; ab Ecclesijs institutis nihil inesse meriti. Sed quæ Aeneas tanquam errores dammandos, ut iam retulimus, ex ipso iudicat, nos ut pię & sacræ scripturæ consentanea & catholica dicta, defen- denda esse non dubitamus.

Exstat & scriptum quoddam cuiusdam Papistæ, ante annos 300. de Vualdensium erroribus, in odium ipsorum editum, in quo licet multa facta à scriptore, quo ipsos odio grauaret, addita esse dubium non sit: tamen utile est etiam ex hoste eorum dogmata audire: excerptam itaq; articulos quosdam prædictis conformes. Ita autem scribit autor: Errores istorum distinguuntur in tres partes. Vna pars est de blasphemijis, qui- bus blasphemant Romanam Ecclesiam, & facta & statuta ipsius, & o- mnem clerum. Quòd Ecclesia Romana non sit Iesu Christi, sed Ecclesia malignantium. Quòd doctrinam Euangelij, penè nullus seruet in Ec- clesia, præter eos. Quòd ipsi sunt Ecclesia Iesu Christi. Quòd Ro- manam Ecclesiam, Orientalis non curret. Item, quòd Romana Ecclesia

sit meretrix illa in Apocalypsi. Quod Papa sit caput omnium errorum. Quod Prælati sint scribæ, & religiosi pharisaï. Quod Papa & omnes Episcopi sunt homicidae, propter bella. Quod nō sit obediendum Prælatis, sed tantum Deo. Quod regalia non debent habere Episcopi, & Abbatibus. Concilia, conuentus, & synodos despiciunt. Alia pars errorum est contra Ecclesiastica sacramenta, & sanctos. Omnia Ecclesiæ sacramenta damnant. (scilicet Papistica & ficticia.) Quod Missa nihil sit, quod eam Apostoli non habebant, & quod fiat propter quæstum. (hoc ipsum plures alij credunt.) Canonem Missæ non recipiunt, nisi tantum uerba Christi uulgariter. Cantum Ecclesiæ dicunt esse clamorem infernalem. Horas canonicas reprobant. Quod oblatio sacerdotis, quæ sit in Missa, nihil profit. Quod scœmina post partum non egeat benedictione & introductione. Quod errauerit Ecclesia, clericis matrimonium prohibendo; cum etiam Orientalis concedat, ut contrahant. Sacramentum unctionis reprobant. Sacramentum ordinis nihil esse dicunt. Quod oratio latina laicis nihil profit. Tonsuram clericalem derident. Quicquid prædicatur, quod per textū Bibliæ non probatur, pro fabulis habent. Quod Horribiles sacra scriptura eundem effectū habeat in uulgarī, quem habet in latīno: errores. unde cōficiunt in uulgarī, & dant sacramenta. Textum uero noui & uerum quod teris Testamenti, magnā partem, uulgariter sciunt memoriter. Decretales & decretum & dicta & expositiones sanctorum respunnt, & tantum cœlum non ruat. inhærent textui sacrarum literarum. Excommunicationem cōtemnunt. Indulgentias Ecclesiæ respunnt, dispensationē derident: irregularitatem non credunt. Nullum sanctum inuocant. Canonisationem & translationem & uigilias contemnunt. Letaniam nunquam legunt. Lugendas sanctorum non credunt, miracula sanctorum subsannant, reliquias sanctorū contemnunt. Lignum sanctæ crucis, horrent propter supplicium Christi, nec signant se tali. Quod doctrina Christi siue Apostolorum, siue statutis Ecclesiæ, sufficiat ad salutem. Mysticum sensum in scripturis diuinis refutant, præcipue in dictis & actis ab Ecclesia traditis: ut quod gallus super campanile significet doctorem, & similia. Tertia pars est de detestationibus eorum, quibus omnes honestas & approbatas consuetudines Ecclesiæ detestantur, contra Romanam Ecclesiam, quas in Euangeliō non legunt, contemnunt, ut festum luminum, palmarum, adorationem crucis in Parasceue. Ieiunia Ecclesiæ, non curant. Omaes dedicationes, consecrationes, & benedictiones candelarum, cinerum, chrismatis, cerei, agni Paschalis, matrum post partum, locorum sacrorum, personarum sacrarum, uestium, salis, aquæ, derident. Peregrinari Romanam & ultra mare, dissuadent. Quod exequiae mortuorum, Missæ defunctorum, oblationes, pompæ funerum, uisitatio sepulchrorum, uigilæ lectæ & anniversaria, & cætera suffragia, animabus non prosint. Vigilæ nocturnas funerum reprobant, & hæc omnia dicunt agi propter quæstum. Hos omnes errores habent, quia negant purgatorium, dicentes duas tantum esse vias. Item, quod unum Pater noster plus ualeat quam decem campanarum sonitus, & plus quam Missa. Sed piget me enumerare singula. hi scilicet sunt errores horribiles, propter quos Deus toti mundo irascitur, à quib. tota rerum natura abhorret, & digni qui morte expientur. Eadem hæc omnia nos quoq; profitemur, quæ agitata sunt ab Vvaldensibus, & repræhensa totis iam quadringtonis annis in ecclisia Papistica. Neq; in angulo quodā, sed in clara luce plurimis locis totius Europæ, in tota Gallia, præsertim Narbonensi prouincia, in Lombardia.

D. IAC. H E E R B R A N D I A N N O T .
Lombardia, ita ut tres Archiepiscopi, Narbonensis, Arelatensis, & A-
quensis, de extirpandis illis consultauerint ante 300. annos. Et per totam
Italiam suam doctrinam sparserunt, usq; in Siciliam. Deinde in Germa-
nia, pr&esertim in Alsatia, & circa Rhenum. Item in Bohemia, & inde por-
tò Saxoniam, Slesiam, Morauiam, & Poloniā, ea doctrina ante 300.
annos peruagata est, & durauit usq; ad nostra tempora, tum in Gallia,
tum alijs in locis plurimis, sicut etiamnum hodie & nomen & doctrina,
qua sic dicitur, Vvaldensium permanet.

Ita scilicet uerum est quod Asotus deblatterat, & nugatur, imo impu-
denter mentitur, ante quadraginta annos omnes fatebamur, ab Apo-
stolis deriuatam fidem eam, quam ecclesia Romana profitetur: cum nō
pauci aliqui, singulis temporibus doctores priuatim ita senserint, sed
maximi cœtus semper in plurimis regionibus publicè ita docuerint, ec-
clesiam Romanam, eius dogmata de fide, sacramentis, cæremonijs &
& statutis, impietatis, & idolomania, capita summa Papam, cum omni-
bus suis affeclis, & satellitio toto errorum, perfidiae, & tyrannidis, alio-
rumq; scelerum, reos egerint, non moti aut perterriti suis periculis, &
eorum potentia. Ita re ipsa confutatum esse Papisticum mendacium
spero, quod imperitoribus fucum facere conantur, doctrinæ genus
quod nos profitemur, nouum & in auditum esse, recens cum Luthero
natum, & superiori ætati incognitum, nulla habere testimonia antiqui-
tatis, &c. qua de re inferius plura ex Patribus dicentur. Possem autem
plurima afferre testimonia aliorum quoque scriptorum, qui propterea,
quod liberius errores crassissimos Papisticæ ecclesiæ reprehenderunt,
tyrannice & crudelissime ut hæretici à Caïnica ista ecclesia, & Babylo-
nica meretrice, quod bestiam illam adorare noluerint, sunt interficti, &
scripta ipsorum undique corrasa & exusta, quorum ipsis copia est facta.
Nota est historia Ioannis Vuicleff, qui se opposuit in Anglia Romano
Pontifici, eiusq; ecclesiæ reliquit etiam roti Anglie plurimos discipulos
doctissimos, qui multa certamina cum impijs papistis habuerunt, mul-
ta etiam ab eis sunt perpessi, sicut ipsis quoq; cineres & ossa, postquam
annis 41. in terra quieuisserent, eruta & effossa sunt, anno Domini 1428. in
eaq; sequitu ab illis carnificibus. Sicut iam quoq; idem perpestas esse Mar-
tinus Bucer proprie memorie, uiri doctissimi, reliquias in eadem regione, si-
nō Asoto authore, certe ab eius ordinis fraterculis dicitur. quod utcunq;
sit, tamen de uoluntate hac aduersariorum nō dubitamus: cum alia ipso-
rum facta hoc testentur. Sed longiorem tractationem omitto: hæc enim
sufficere arbitror. Quare ut maximè à Romana ecclesia recesserimus: nec
primi sumus huius rei authores: nec si maximè primi essemus, quicquam
reprehensione dignum à nobis committeretur. Deo enim oportet nos
magis obedire, quam hominibus. Et fugiendam esse idolatriam, Pau-
lus præcipit. Quod uero impia, & uerbo Dei contraria doceant, & eti-
amnum tueantur summa qua possunt ui, id ex ijs quæ superius hoc ipso
capite dicta sunt, manifeste appetit.

1. Cor. 10:8

A N N O T A T A I N C A P V T . I I I I .
Hoc capite frater Petrus, ut quod necessaria sint cōcilia declaret, unita-
tē fidei seruari nō posse, afferit, nisi certum sit & uisibile tribunal, ad
qd in dubijs cōfugiendū sit, quod omnes agnoscāt, cui omnes parere debe-
ant: in quo & audiri accusatores & rei possint, & hac ratione disceptari
causa, atq; pferri sententia. Illud uero iudicium ecclesiā sibi sumere in con-
trouersijs fidei, ad quā à Christo ipso remittamur, cū inquit, Dic ecclesiæ.
Non

Non negamus magnum esse usum legitimorum conciliorum uerae Christi ecclesiæ: neq; etiam hoc negādum est, iudicium de dogmatibus ad solam ecclesiam Dei pertinere. Quis enim alius controuersias religionis dijūdicare posset? Addimus hoc quoq; ad fidei unitatem conferuandam, plurimū ecclesiæ Dei, iudicia facere, quibus infirmi confirmantur, & doctrina euangelij illustratur, collatione locorum scripturar, quæ fit per pios, & eruditos, rerum sacrarum peritos. Quod si etiam uisibile tribunal requiriſ Asote, & manifestum, cui omnes parére debeant, neq; hic tergiuersamur. Ecclesia enim Dei non est abscondita: uult Deus etiam in hoc mundo cœtum esse conspicuum, & sonantem uerbum ueritatis, se inuocantem, confitentem, & celebrantem. quid tibi uis amplius Asote? Verūm hæc ecclesia nō est pōtificia uestra ecclesia, & colluvies sed uera ueri Dei ecclesia & cōgregatio. nec multitidine aſtimanda est, sed puritate doctrinæ: nec unitas fidei in quoq; consensu constat, sed in ueritatis, ut dictum est, professione. pī etiū toto terrarum orbe sint diſpersi, tamen fide, animis & corde, de doctrina consentiunt, & sub uno capite Christo, sunt coniunctissimi. Nam uera ecclesia in hoc mundo nō semper pariter floret, nec semper tenet gubernacula in imperijs, sed cruce premit ac deformat, & ad paucitatē ingentē redigit: interim dominatiſ impijs, & titulū atq; autoritatē ueræ ecclesiæ usurpatibus.

Hier. 7.18. Sicut tempore Hieremiæ, pontifices & sacerdotes qui habebant legitimam administrationem, pleriq; erant impij, & synagoga satanæ, ecclesia malignantium: persequebātur sanctum Dei prophetam, interim gloriantes de templo, Templum Domini, templum Domini, &c. Item, Nō peribit lex à sacerdote, neq; consilium à sapiente, neq; sermo à propheta. Item, Iudicium mortis est uiro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam. HABES concilium Asote hoc loco sacerdotum, prophetarum, & omnis populi, sunt legitimè congregati, quia capita Synagogæ, & quidem diuinitus instituta erat hæc forma ecclesiæ, & regimen: & habebat non obscuriores promissiones præsentia Dei, eiusq; spiritus, quam ecclesia noui Testamenti. Sessio fit in domo Domini, decretum editur unanimi consensu, Hieremiam esse reum mortis. Quid igitur Asote, ubi manet, & apud quos, certū & uisibile illud tribunal, ad quod consugiendum est Hieremiæ? Vbi & apud quos manet ecclesia? Vbi fidei unitas, quæ sine concilio legitimo seruari non potest? Pontifices & sacerdotes una cum prophetis, & omni populo, quos ecclesiam esse negare non potes, sententiam tulere, contra Hieremiam, eiusq; doctrinam. Neq; te adeò blasphemum esse iudico, ut maximè sis impudens, quod Hieremiā, eiusq; dogmata, impietatis arguere ausis. Neq; hoc etiam negabis, fidei unitatem non tantum sine concilio, sed etiam contra certi & uisibilis illius concilij legitimi decretum, conseruatam à Hieremiam, & paucis alijs, consentientibus, & quod tibi sacrificiorum ministro, atque magistratus politici (quem ad dogmatum fidei dijūdicationem admittere non uis) hosti dolet, decretum hoc conciliabuli Synagogæ, à principibus & aulicis cassatum est. hi enim causam cognouere, & Prophetam Domini absoluerunt. Adeò scilicet fidei unitas seruari non potest, sine isto uisibili tribunali.

Nihil quidem salutarius est, ueris piorum & doctorum conuentibus, & dat Dominus interdum pacem suæ ecclesiæ, per pios magistratus, qui suis officijs fouēt docentiū & discentium coetus, atq; alia, que ad ecclesiæ edificationem faciunt, curant: sed rara est ea temporum felicitas, & ecclæ

& ecclesiæ tranquillitas qualis fuit sub Constantino. Impedit enim sathan quocunque modo potest cursum euangelij. Sicut post Apostolorum divisionem ducentis annis ansit quidem ecclesia Dei uisibilis, & certa: mā sit & fidei unitas in ecclesia, utcunq; plurimæ hæreses sint exortæ, quæ per pi- os ecclesiæ doctores, qui & uiva uoce & scriptis eas expugnauerunt, sunt extinctæ. Conseruata est nihilominus & fidei unitas, quæ certè nullo un- quam tempore maior fuit, quam illo ipso perseguitionis, quod ueræ flos ecclesiæ & iuuentus fuit. Et hanc fidei unitatem non tam uerbis, quam re ipsa, hoc est suo sanguine sunt contestati. Hæc omnia absq; ullo concilio in ecclesia gesta sunt, & conseruata.

Ergo ne nullus concilij usus est, inquires? Si hoc affirmarem, non esset quod mihi Papistæ succenserent. hoc enim dicerem, quod Gregorius Nazianzenus, de quo loco inferius, ubi ex professo de concilijs tractabitur. Sed quid de Nazianzeno loquor, cum ipsi Papales, et si uerbis ualde hono rifice de concilijs sentire se profiteantur, magnam cum utilitatem, tum eti- am necessitatem eorum esse afferentes, tamen re ipsa declarant, & testan- tur, nomen conciliij inane esse, nihilque eo uilius apud ipsos, qui nobis per- petuò concilia obtrudunt, haberí. Fortiter enim ea obiiciunt, & conte- nnunt, quoties ipsorum libidini & tyrranidi aduersantur. Quod si conci- liorum canones & decreta ipsis obseruanda essent, præsertim priora, certè de Papa, eiusq; omnibus, toto deniq; ipsorum regno iam actum esset. Sicut olim Carneades Romanis, cum iam rerum potiretur, dixit: Si iusti esse ue- lint, hoc est aliena restituere, ad casas esse redeundum, & in necessitate ac miserijs facendum.

Imo ne ullo quidem modo concilio opus esse, uel ipsi testes estis locuple tissimi. Nihil em ab aduersaria parte aures uestra delicatissimæ, purissimæ, & sanctissimæ audire sustinent. Nihil in eo agitur, nisi ut impia uestra do- gmata, & tyrranidem idoli uestræ, laruatæ personæ iuramento ipsi deuinctæ, confirmant. Papa omnia in scrinio sui pectoris habere se gloriatur: ille decre ta Romæ facta, ad suos complices, tanquam ex tripode Apollinis oracula mittit. hæc deinde à spiritu sacro profecta esse dicuntur: contra hæc nemo hiscere ex coiuratis audet; ab illis uel latū unguem discedere, piaculum es- set. Monachi uero, & principes antea iuramento sunt adacti, & deuincti, antequam de decretis cōstet, pia' ne sint, an uero impia, ut illa, qualiacunq; tandem sint futura, defendant.

Aduersarij non uocantur. quod si compareant, non audiuntur: aut si uo- cantur, ut sententiā contra se duram proferri audiant, adesse iubētur: quod si etiam audiuntur, ut rei in iudicio, antea condemnati præiudicijs, ut præ- textum aliquem, quo suam tyrranidem tegant, & pallient, obiter audiun- tur: quod tamen ipsum hactenus nondum est à sanctissimis illis Areopa- gitis obseruatum.

Quid igitur concilio opus est, quid tantis sumptibus, & itineribus: quin potius decreta, & sentimenta uestra magistralia, promulgate, & orbì Chri- stiano seruanda proponite? Sed ideo concilij nomine, ex quo uos ludos fa- citis, obtrudere mārultis, cum plausibile sit & augustissimum, quo incautis & simplicibus facilius possitis imponere. Quæ porro Asote, si hoc seriò sen- titis, & agitis, quod uerbis profitemini, tantam esse cōciliij necessitatem, ut sine hoc fidei unitas seruari non possit, quæ, inquam, causa, cum sum- mos monarchas à uestris partibus stantes habeatis toties, & tam diu pe- titum & promissum concilium impedit? Cur iam in hūc, iam uero in aliū locum transfertis, non secus ac catus suos catulos: nec ullum satis commo- dum locum, in quo celebretis inuenire potestis. Quæ horum omniū causa,

nisi quod lucifuge, uestre cause diffisi, tutissima quecumq; metuatis, nec ullum disputationis impetum, cum pessima sit, eam sustinere posse sciatis? Nec dissimilatis uos concilium non celebraturos prius quam principes confirmant, se uestra decreta nondum audit a aut cognita recepturos. Quo quid iniurias? Interim iam quadraginta totis annis spe uana miseris homines, & nimium uobis credulos, lactatis & luditis, qui perpetuo uestra preclara expectant decreta. Quot uero millia intra hos annos periere? si uere ut affirmatis, hec unica uia est tollendi dissidia, & fidei ambigua definiendi. An horum animas, de manibus uestris, Deum non requisitum existimat? Sed iam dudum miserarum animarum curam uos non habere, demonstratis.

Reos uos Asote, ut scis, agimus depravatae doctrinæ coelestis, profanationis sacramentorum, & depravationis plurimorum fidei dogmatum. Hæc in concilio libero agitanda & emendanda erant. Sed quid ecclesiæ suæ doctrinam depravatissimam, errores intolerabiles, & abusus horribiles emendarer sanctissimus, qui aulam suam Sodomitica libidine, Simoniacæ rapacitate, luxu Sybaritico disfluentem, adulterijs, homicidijs, incestibus, ueneficijs, & alijs horrendis flagitijs refertam, quæ amplius ne tege re quidem conatur, sed ut Sodoma scelera sua (a quibus etiam honestiores gentes semper abhorruerunt, nedum ut in ecclesiam cadant) prædicantes, reformare nunquam serio in animum induxit.

Non igitur nos concilio nullum esse usum dicimus, nec tribunal, atque iudicium ecclesiæ adimimus: sed uos ferre non potestis ueram & legitimam cognitionem. Ipsi iudices uos constituitis, nec quenquam a uobis aliquo modo alienum admittere ad dicendas sententias uultis: cum minime iudicium partes sumere, eo quod rei sitis, & a nobis accusemini, positis.

Deferimus ecclesiæ iudicium de dogmatibus, sed ueræ Dei ecclesiæ, quem solam sacrâ pro certissima fidei regula agnoscit. Christus enī eo loco, quem Asotus produxit, non ad quemvis cœtum, qui titulum ecclesiæ sibi usurpat, nos ablegit, multo minus ad hostes ueræ doctrinæ euangelij, & unum aliquem tyrannicum & idolatricum pontificem, ex cuius pectoris scrinio oracula coelestia peramus: sed ad ecclesiam, quæ super fundamentum prophetarum & Apostolorum, hoc est doctrinâ ipsorum est ædificata, eamque puram & synceram retinet, & secundum eam iudicat, & pronunciat: hoc est, ad homines pios, doctos, rerum sacrarum & exercitiorum spiritualium peritos, & ad iudicandum idoneos, atque seniores, hoc est, præcipuos ecclesiæ ministros, doctores, & eos qui iudicij dexteritate ualent, ex omnibus ordinibus electos, qui in cognitionibus adhibentur. Sicut in Actis conueniuntur Apostoli, & seniores. Et in dogmatum dijudicatione norma iudicij sit scriptura. Ideo non temere & sine discrimine quævis decreta sunt recipienda, sed diligenter examinanda, & probanda ad regulam sacre scripturæ, quæ Lydius est lapis, & infallibilis. Sicut apostolus Paulus monet, Proph. 12. iudicium sit analoga fidei. Item, Omnia probate, & quod bonū est retinete. Ita Thes. 5. iudicium de dogmatibus, & tribunal de fidei ambiguis, manet penes ecclesiam, sed ecclesiam ueram: & tamen interim summa sacrae scripture est auctoritas, quia secundum hoc pronunciandum, iuxta illud exequetur. Si secundum legem Dei te docuerint. Item Esa. 8. ad legem magis & ad testimonia eius. quod si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit eis matutinal lux. Presupponit autem fraterculus se suamque colluuiem, esse ueram Dei ecclesiam, quod prolixa indiget probatione. Deinde nescio quam plenariam & pretoriam eius tribunal cōcedat potestatē. Verū longè alia ratione religionis cōtrouersię dijudicantur, q; cause politice, in his enī ualeat sententia

na iudicis propter ordinem loci & personæ autoritatem, ut finis sit liti-
um: quia res ipse, de quibus agitur, rationis iudicio sunt subiectæ, ut recte
de ih̄s iudex possit pronunciare. Alia uero & diuersa est ratio in fidei &
religionis negocijs. Hęc enim neque rationi neque ulli autoritati humanae
sunt subiecta, sed à sola diuinę scripturę autoritate dependent, & sunt
dihjudicanda.

Postremo nec hoc prætereundum est, quod fidem uisibilem esse dicit,
eo quod quisque eam in ecclesia alteri ostendere teneatur. Hinc enim ap-
paret, monachos ideo Pauli & totius sacræ scripturæ doctrinam ac con-
fessum de solius fidei iustificatione nō intelligere, sed damnare, quia quid
fides sit iustificans in scriptura, non intelligunt. ludicant autem tantum esse
noticiam historiæ, & articulorum fidei recitationem, sicut plurimus sicut
x̄iij̄ dicit: quam fidem & dæmones Iacobus in sua epistola habere dicit, Iac. 2.
ideoq; contremiscere, quod fiducia illa in misericordia Dei propter Chri-
stum mediatorem promissam & exhibitam careat, sed tantum ut iudicem
agnoscant, unde nihil nisi odium, fuga & tremor sequitur. Quemadmodū
in Papistis quoque est uidere, quare mirum non est, quod rerum sacrarum
nihil intelligent, cum elementa & linguam nō teneant. Sed mittamus eos,
quia reuera cæci sunt, & duces cæcorum.

ANNOTATA IN CAPUT V.

A Postolorum exemplo & Ecclesiæ consuetudine idem probat, quod
præcedenti capite egit, unum scilicet in Ecclesia necessariū esse in fi-
dei dubijs iudiciū, sicut una sit fides. Mox em̄ orta de fide dissensione, num
circumcisio & legis obseruatio necessaria essent gentibus ad Christum cō-
uerfis; statim cōgregantur, ueniente Paulo, & alijs Hierosolymā: fit in con-
cilio Apostolorum & seniorum magna conquisitio, & audiebantur o-
mnis, & tandem cōstituitur certa sententia, Vixum est Spiritui sancto, &c.
Hinc factum esse ait, ut cum propter persequitiones cogi concilia non po-
tuerint, haereses sint exortae: donec reddita ecclesiæ pace, Nicaenum con-
cilium sit conuocatum per Constantinum, & ante hoc per Cyprianum Car-
thaginense, item Romanum sub Marcellino: agnoscentibus semper om-
nibus, rem fidei conuenienter non posse tractari priuatim apud aliquem,
aut etiam multos, sed omnium, ad quos fides pertineat, ecclesiarum com-
muni consensu, &c. Satis præcedenti capite ad hæc, quæ hoc loco pro-
ponuntur, responsum esse videbatur, cum & utilia esse concilia ecclesiæ, &
ad ecclesiām propriè iudicium de dogmatibus, & fidei ambiguis pertine-
re, fateamur: Ecclesiā quoq; cōtum esse uisibilē nō negemus, & ad hanc,
tribunal illud referendum dixerimus. & alia, quæ hanc ad rem requiruntur.
Hec in genere, & uerè à nobis sunt dicta. Sed quia Asoto exemplis rem
illustrare & probare uisum est, ad ea breuiter respondebimus, utiles adden-
tes admonitiones.

In concilio Apostolorum non soli sunt Apostoli, sed etiam seniores, qui
non omnes fuere sacerdotes, sed ex laicis, qui unā ad ecclesiæ gubernatio-
nem adhibebantur. quod suo loco probabitur. Hi quoque suas dixerunt sen-
tentias in hoc Apostolorum concilio: id quod Asoto negare non po-
test, sed nobiscum hic fatetur: licet infra laicis omnibus hoc priuile-
gium adimat. dicit enim: Fitque in concilio Apostolorum disquisi-
tio magna Apostolorum, & Seniorum, & audiebantur omnes. Sed de
hoc plura suo loco. Deinde Apostoli hic nullum nouum dogma propo-
suere, aut decreta extra scripturam uel ex traditionibus non scriptis edi-
derunt, sed ex illa desumpta. De fidei iustificatione, qua etiam patres
ipſorum, & non operibus legis, sint iustificati, per fidem in Christum:
Ideo

Ideo gentibus non imponendam esse legem, sicut ex Prophetarum scriptis Spiritus sancti miraculis probant. Item, infirmorum habendam estimationē, ne offendantur. Hæc charitatis lex est. Nihil igitur noui hic decernit.

Porrò, quod addit, proditum historijs esse, eo tempore quo proprie persequitiones cogi concilia non potuerunt, nec in unum conuenientia Christianis, hæreses & ortas fuisse, & uiguisse, quo usque pace redita, licet ficerit conuentus fieri Christianorum: uehementer dubito, num diligenter Asotus historiam Ecclesiæ considerarit. Negari quidem non potest, temporibus illis persequutiōis plurimas fuisse exortas hæreses: sed haec non ita late sunt uagatae: uerū omnes propemodum & singulæ opera & diligentia piorum doctorum ita sunt sopitæ, ut ferè non serperint ad alia loca & nationes, sed in ijsdem quibus natæ sunt permanerint, & una cum suis authoribus sint extinctæ, ita ut ferè nihil amplius de illis sit reliquum, præter nuda nomina. Et fortassis multis facta est iniuria, cum interdum falsa fide, de rebus leuioribus peculiares, & tamen non usque adeo pernicio-
fas habuerint opiniones: aut fortassis aliter sint accepta ea quæ ab eis dicebantur, quam ipsi sentirent. Quod si Patrum omnia ita accurate examinare quis uellet, non etiam charitatem in iudicium adhibere, inueniret forte & in eorum scriptis, quod iusto iudicio & nulla temeritate reprehendi possit. Quod ipsum Augustinus de se scribit & fatetur. Sed hæc mittamus, ne Asotus, ut est ad calumnias propenso ingenio, uel patronos nos hæreticorum esse, uel Patres proscindere, & hæreses illis assingi à nobis exclamet. De concilio Nicæno quod dicit, fatemur certe ingens & Christianissimo Imperatore dignum fecisse opus Constantinum, quod nihil eorum intermisit quæ ad cœciliationē facere uidebantur: quæ cum omnia frustra tentasset, tandem concilio determinari causam uoluerit: sed certe euentus recte est condemnata, multo latius est sparsa & uagata finito concilio, q[uod] ulla alia illarum, quæ ante concilia instituta, pullularere persequutionis tempore. Hæc namq[ue] totum Orientem occupauit. Quemadmodum emi-
gnis uento agitatus flammā concipit, & spargitur, omniaq[ue] depascit: scintilla uero aut ignis si non agitetur, aut insuffletur, per se extinguitur, aut alias facile ac nullo negocio sopitatur: Ita plane idem in Ecclesia de hæretibus est factum, quod illæ quæ ante concilia pullularunt, opera piorum doctorum sunt eradicatæ: hec uero Ariana in concilio agitata, crevit in immensum. Semper enim plures reperiuntur, qui & nouitate rerum delectant, & naturæ prauitate errores pro ueritate amplectuntur. Quod autem postea hec heresis sublata est, non autoritate concilij Nicenianum factum est, quæ iam penè publice obliterata erat: sed fide, diligentia & studio piorum episcoporum, qui diuinitatem Christi non humanis, sed diuinis testimonij corroborarunt.

Cur concilij, quod Cyprianus celebravit, mentionem faciat, ualde miror, cum non ignoret ipsum cum toto suo concilio errasse, quod iudicauerit baptisatos ab hereticis rebaptisandos, id est ipsum Apostolicam esse traditionem existimaret: cum tantum ab eius predecessor, ut ipse Asotus infra dicit, sit institutum. usq[ue] adeo certæ sunt illæ Apostolorum traditiones, ut id quod ab antecedore institutum est, Apostolica iudicetur à Cypriano traditio. quid n[on] igitur omnes nobis suspecte essent?

Vide Tom. De Romano concilio sub Marcellino celebrato quod addit, non igno-
1. Cœciliorum ramus: ac optaremus eiusmodi plura & celebrata olim, & adhuc celebrati-
titulo, Mar. Id est non minimam causam esse arbitror, quod pontifices adeo difficiles se-
cellini Pa- se prebeant in conciliorum celebratione. Condemnatus est enim Marcellinus,
pe conde- episcopus urbis Romæ, in concilio trecentorum episcoporum. Me-
nnatio. tuunt

tumt enim ne idem exemplum in se statuatur, si legitima fiat concilij celebatio.

Quod postremo loco dicitur, omnes semper agnouisse, rem fidei omnium, ad quas fides pertineat, Ecclesiarum communis consensu tractandas, id quoque recipimus, pro nobis enim nostraque sententia contra Asotum, eiusque propositum facit. Si enim ad omnes ecclesiastis fidei causae pertinent, & ab omnibus communis consensu tractandae sunt: certe Asotus nec Principes pios, nec doctores excludet a concilio, immo necessario ad concilia uocandi erunt, eiusque tractationi & conclusioni interesse cogentur, quia membra sunt Ecclesiae, & quidem præcipua. Videmus itaque haec omnia & singula, quibus Asotus suum institutum probare conatur, rectissime contra ipsum facere, non quod concilia celebranda esse negemus, sed ut quæ uera sint concilia, prius statuamus. Haec enim ab Ecclesia uera Dei dependet, a qua cum uos alienos esse omnibus constet, eiusque hostes acerrimos, concilia uestra nec agnoscere, neque probare possumus.

ANNOTATA IN CAPUT VI.

HAEC ita præfatus de necessitate unici iudicij in Ecclesia, quod ad fidei unitatem conseruandam requiratur: iam Brentij sententiam, qua hoc iudicium ad Principes pios & doctos Ecclesiae ministros, doctrinam Christi agnoscentes, & minime ad Prelatos pertinere, eo quod nec membra sunt Ecclesiae, affirmat, Asotus noster manifesta, ut somniat, experientia impugnare conatur. Vult enim Brentius, Principes quoque doctrinam ueram, piam, & ad salutem efficacem cognoscere debere: & cognitam deinde in ecclesijs suarum regionum summa qua possint opera instituere & conseruare. Haec noua esse ait Asotus, & huc usque in Germania inaudita Brentij adiuuenta, quæ non opus sit impugnare, sed se ipsa destruant, & pernicies ipsa sint præsentissima, &c. Mirum hercle quod ad haec Brentij horrenda & abominanda uerba coelum non ruit, & fundamenta terræ non sunt morta, sed eam adhuc sustinent, cum piæ & religiosæ Papistarum aures assuetæ uocibus suorum adulatorum haec ferre nequeant.

Addit deinde, se quidem imparem esse qui uulnera haec & apostemata errorum præsentium sanare possit, quod equidem uerum esse, libenter agnoscimus & fatemur. Longo enim iam tempore multi præstantes uiri aulam Romanam curare uoluerunt: sed morbi adeò sunt inueterati, deplorati & desperati, ut etiam ipsorum iudicio medicinam nullam admittant.

Sed tamen, inquit, gaudeo mihi, quod potuerim detegere uirus latens & absconditum, quodque eò traxerim Brentium, ut in tam apertam contradictionem, quam nunc uidemus latuisse in eorum cordibus, quamuis interdum per indicia quædam se proderet, manifestè proruperit. Hucusque, inquit, concilium generale præ se ferebant, ad illud semper appellabant, & Tridentinum in comitijs publicis Augustæ suscepérunt se adituos: & haec ipsa Confessio, quam impugnauimus, ibi oblata est. Quorū ergo haec omnia, si soli Principes, & quos illi uocauerint, & non Episcopi definire possunt controversiam fidei? Certè cum illa diceretis & concilium uniuersale haberetis in ore, haec latebant, uos illi nullam fidem datus, nisi que uobis placuerit, definiretur: denique ad uestros Principes omnia uos referuare. Quod cum iam aperte dixeris Brenti, iam non est cur specie illa concilij generalis amplius fallatis Ecclesiam. Dicite aperte, uos nullos alios agnoscete quam Principes uestros. Dicite, mendaciter & subdole uos prius dixistis, discrimen esse inter Principum officium & Episcoporum munus: confundite profanum & sanctum, & aperte dicite, concilium Tridentinum uos nunquam agnouisse, in quo per Episcopos solos causa agebatur fidei: sed simulare illud adisse, uel iam post illa uos mutasse sententiam & fidem. Ha-

153

& tenus frater Petrus. O' acutissimum & perspicacissimum Lynceum & sophistam, qui non solum ea quæ in corde altissimè sepulta iacent, eiusq; intima penetralia perspicere potest, sed etiam ad impossibile, quod dicitur, aduersarium redigere. Verum ne frustrâ Asotus in sinu gaudeat, non est cur tibi Asote de nescio qua diuina perspicuitate gratuleris, quod ea quæ latuerint erueris, atque ita tanquam semideus alius occulta cordium potueris perscrutari. Sed quid de acumine & perspicuitate Asoti dico: inscitiam, an uero maliciam hominis accusem, uehementer dubito. Non enim ignorare potuit Asotus, quo consilio nostri ad concilium prouocarint, & quale semper optarint: quale etiam communî omnium ordinum & statuum Imperij in comitijs Noribergæ, anno Domini 1524 celebratis sit decretum, quod & Cæsarea Maiesta, licet tunc absens, & res per uicarium ageretur, postea uero de eo certior facta approbauit. Nam nō eam ob causam ad concilium hinc ab initio huius causæ & controversiarum, quæ iam inter nos agitantur publice prouocauimus, quod nos de doctrina religionis & confessio- nis nostræ dubitaremus, & demum à Papa eiusq; complicibus instrui cu- peremus, multo uero minus quod eius iudicio dogmata fidei subiicienda existimaremus. Absit hoc à nobis, ne tales doctores agnoscamus. Quis em- nifi demens aut furiosus hac uel per somnium cogitaret: cum non sit ob- scurum, quale & quod doctrinæ genus ipsi profiteantur, & quanta ipsis sit sacræ scripturæ cognitio, quamq; in eius interpretatione ualeant: quid etiam de nostra uere pia, catholica & apostolica confessione & doctrina sen- tiant. Scimus Dei beneficio ex sacris literis, & collatione rerum Pontificiorum, per spiritum sanctum edocti, Papam esse Antichristum: quod ip- sum ante multa secula Gregorius ille Magnus dixit, & alijs complures: & quod ad sacra, planè asinum ad lyram: sed ut ipsum unâ cum sua cohorte & ecclesia de erroribus intolerabilibus, quibus Ecclesiam haec tenus turpissime seduxit, de doctrinæ depravatione & corruptelis, legibus iniquissimis, quibus Ecclesiam Dei oppreslit, & idolomania multiplici in legitimo con- cilio accusaremus, & de intentatis ex sacra scriptura conuinceremus.

Deinde quia Papa pars altera ante legitimam cognitionem do- crinæ Euangelicæ genus ubique pro absurdo, scandaloso, falso, erroeo & hæretico atque seditioso traduxit, & condemnauit: ac passim p̄j homi- nes propter ueræ doctrinæ professionem sedibus suis sint electi, proscri- ptii, omnibus bonis spoliati, miserrimè & crudelissimè nouis & exquisitis poenarum generibus è medio sublati: ut manifestum fieret cuiusmodi es- set dogma, nosq; nullius erroris nobis esse conscos, ferre posse lucem: ne- que legitimam cognitionem aut iudicium defugere: ideo publice nos au- diri de eo differentes petiuimus, ut toti mundo testatum faceremus, nostra uerè Apostolica & Prophetica dogmata inaudita, sine legitima cognitione, mera tyrannide condemnata esse. Has ob causas Asote ad concilium nō quodlibet, minimè uero omnium ad Papale, sed liberum & Christianum, quod in Germania celebraretur, appellauimus.

Cum igitur Papa cum suis asseclis nos nostramq; uerè piam & Euange- licam, sinceram, & sacræ scripturæ consentaneam doctrinam & confes- sionem, totiusque Ecclesiæ catholicum consensum iniquissimè condemnauerit: nos quoque uicissim ipsum cum suis reum depravatæ doctrinæ ce- lestis egerimus, atque ipse hoc modo litis partem alteram sustineat: mani- festum est, ipsum nullo iure in concilio posse præsidere, & simul rei, acto- ris & iudicis personam & partes agere. Ideoq; liberum, Christianū, & quod in Germania celebraretur, concilium est petitum, & ab Imperij Ordini- bus decretum.

Porrò liberum cum esse uoluerunt & decreuerunt, non hoc voluere, ut Ordin-

Ordinibus Imperij liberetantum ea quæ ad Ecclesiæ ædificationem & tranquillitatem facere uiderentur, proponere liceret. Quid enim opus fuisset haec toties in comitijs Imperij repetere, & decretis Recessuum inserere, cum ante haec quoque tempora usitatum hoc fuerit, & non modò Imperij Statibus ac publicis personis, sed priuatis quoque interdum concessum? Verum hoc uoluerunt, ne, quemadmodum hactenus aliquoties factitatu est, Papa cum suis coniuratibus in proprijs suis causis iudices agerent, aut ne cuiusquam uis & potentia cause præiudicaret: sed ut certi quidam ab Imperio Ordinibus pietate & doctrina præstantes & probate uite deligerentur, quilibet, candide & piè collatis sententijs haec omnia, quod ad dogmata & controversias fidei, mores & statum Ecclesiæ, tractare & cōcludere possent, ut falsa dogmata damnarentur, abusus & scandala (quæ ne ipsi qui aduersari nostri negare unquam ausi sunt apud se esse plurima: nec si hoc uoluissent, potuissent. Nam & Hadrianus ipse ipse in eisdem Noricis comitijs libenter est confessus, & res ipsa loquitur) ex Ecclesia tollerentur, omniaçp ad eius ædificationem fierent.

Similiter, cum Christianum concilium esse uoluerint & decreuerint, non hoc decreto tantum iudei, Turci, & alijs qui ex professo Christi & uerbis eius hostes sunt, excludebantur (quæ enim stulticia esset hoc petere?) aut, ut solus Papa cum suis Cardinalibus, Episcopis & Prælatis, qui ipsi iuramento sunt deuincti secundum leges Pontificias usitatas, ut hactenus fieri aliquandiu constireuit, sententias dicerent: sed ut iuxta sacram scripturam in hac tota causa, & non traditiones humanas & incertas, iudicium fieret. Nam si traditiones non scriptæ Papæ potentia, & opinione iam aliquot seculis usitatæ & receptæ plus ualere deberent quam sacra scriptura & legitima cognitione, quis dubitaret frustra omnem actionem contra Papam suscipi?

Grauissimis etiam de causis semper additum est, ut tale cōcilium in Germania celebraretur, quo eo in loco ubi haec certamina exorta sunt, causa cognoscetur & dijudicaretur. Nec caret ea res exemplo. Liberius enim episcopus Romanus in causa Athanasij, qui iniuste per Arianos sub Imperatore Constantio ē suo episcopatu erat electus, petit ut Alexandriae, ubi & reus & actor habitabant, concilium indicaretur, & causa cognosceretur.

Tale Asole concilium nostrí semper, & in omnibus Imperij comitijs, in quibus de causa religionis tractatum est, petiuere. Et ut rem omnem cognoscas hypocrita, cum te ignorare simules, qui tamen alias diuinus habet cupis. Cum Clemens eius nominis v 11, anno Domini 1533 legatū suum Hugone in Rangonum, episcopum Reginum, in Germaniam, ut concilium denunciaret, adiuncto Cæsaris oratore, cum ad alios, tum uero in priuilegiis. Cum Clemens eius nominis v 11, anno Domini 1533 legatū suum Hugone in Rangonum, episcopum Reginum, in Germaniam, ut concilium denunciaret, adiuncto Cæsaris oratore, cum ad alios, tum uero in priuilegiis. Deinde, qui sunt interfuturi concilio, ut illius decreta se serratueros spondeant: & ut omnia interim usq; ad concilij determinatio nem suo loco maneant, ne quid innouetur ante concilij decretum. Quod ad locum attinet, propter multas causas placere Mantuanam, Placentiam, aut Bononiā. Quod si deinde aliqui decretis concilij parere recusarent, proximum esse, ut Cesar alijc; reges & senior pars Papam & ecclesiam Romanam defendant, ne quid detrimenti accipiant. Ad hæc ultima die Junij ab Electore, Principibus, & reliquis Augustanae Confessioni adiunctis, re liberata, communī nomine per literas responsum est prolixè & diserte additum, quale hactenus concilium sit petitum & decretum. Hoc uero quod Clemens instituat, neq; Christianum, neq; liberum fore, cum non iux-

ta sacræ scripturæ præscriptum, sed Papæ decreta & scholasticas opiniones omnia tractentur: & Papa totus in hoc incumbat, ut nomine concilij suam potentiam & dominationem, imò tyrannidem confirmet & defendat, ne quis errores eius impunè reprehendere ausit, & simul reus sit actor & iudex. ideoq; se nulla ratione posse aut uelle in hæc Papæ postulata & concilium consentire: neq; ullum qd ab Imperij decretis alienū sit se admissuros.

Neq; hac una tantum uice hunc in modum Papæ legato est responsum, & conciliabula ipsius iniquissima à nostris Principibus & theologis sunt recusata, sed secundò & tertio. Nam cum Petrus Paulus Vergerius à Paulo Tertio Pontifice Romano in Germaniam concilij causa anno Domini 1535 nuncius esset missus, accessit eundem Electorem Saxonæ Ioannem Fridericum, constantissimum fidei confessorem, Pragæ, ex Austria à Rege Romanorum Vienna redeūtem, & mandata sua referebat: Adesse scilicet tempus illud tam diu exoptatum. Concilium enim Paulum Tertium celebrarum, quod sit piū, liberum, ad quod omnes populi conueniant. Quod ad locum attinet, placere Mantuam. De forma & modo futuræ actionis non esse iam, sed in concilio disputandum. Quibus addit, cum literis ea que proposuerat cōplete iussus esset, eos qui Pontificem existimant suo iure, quod longo iam tempore sit confirmatū, uelle discedere, plurimū falli. Et ut maxime nonnulli recusent, Pontificem tamen progressurum: neq; defuturos illi reges & príncipes, de quorum erga tam piū opus uoluntate habeat compertum. Ad hęc 21 Decembri per literas est responsum, ubi inter reliqua hæc quoque continentur: Præcipuum, quod concilij libertatem & cognitionis modum atque formam complectitur, partim insidiose prætermittit, partim ad Pontificem referri: cuius esse dicat, denunciare & peragere concilia. Hunc uero manifestum esse aduersarium, & iam aliquoties inauditam & incognitam nostram doctrinā atq; religionem damnasse. Quod si nunc ei iudicium permittatur, iam non amplius esse concilium liberum, in quo de uoluntate Cæsarīs, Regis, & totius Imperij, ex omni numero diligendi sint homines idonei, qui iuxta scripturæ præscriptum causam cognoscant, atq; definiant. Concilia enim non Pontificis modò esse, sed etiam aliorum ordinum, ac totius Ecclesiæ tribunal atq; iudicium. Nam & sacrī literis & ueteris Ecclesiæ exemplis demonstrari posse, adhibitos fuisse concilijs atq; cognitioni uiros príncipes olim, & alios ordines. Quod autem totius Ecclesiæ autoritatē nonnulli adulatores Pontificis præferant potestatem, iniurium esse, & plenum tyrannidis.

Idem responsum tulit Matthias Held, Cæsarī consiliarius, & Vicecanicularius atque Orator in conuentu Schmalkaldensi, anno Domini 1537 mense Februario.

Hęc non singo ipse, neq; occulta cordium nostrorū Asotus, ut somniat, detexit: neq; unquam hæc latere uoluimus: sed vulgata sunt & excusa typis statim eodem anno: & cause additæ, propter quas concilium Mantuanum & Papistica omnia recusentur. Non enim esse legitima concilia, quæ Pontifex & socij eius regant: qui falsa dogmata per uim defendant, & proueteri consuetudine decreta scripturæ contraria faciant. Iudicandī potestatem non ad solos episcopos & Pontificem, uerū ad Ecclesiam pertinere. Nec Pontificem posse esse iudicem, cum reus agat de idololatria, & heresi.

Quia cum ita se habeant, & non tantum vulgari & populari nostra lingua (cuius forte expers est Asotus, nec eam discere dignatus est eo tempore quo in Germanię parte uersatus est, eamq; idolomania corruptam in eadem conseruare uoluit) sed etiam latina editæ sint hæ actiones, mirari satis nequeo, qua ratione adductus Asotus, ut cum iam Brentius dicat, non ad solum Pontificem & episcopos, sed etiam pios Príncipes & alios ordines Eccle-

Ecclesiæ cognitionem de doctrina in concilio, hæc noua & inaudita hac die
nun in Germania esse asseuereret. Et nos antea subdole ad concilium genera-
le prouocasse, & mendaciter ac simulate Tridentinum concilium, in comi-
tis publicis Augustæ adituros suscepisse & adjisse dicat. Quibus addit: Di-
cite aperte, concilium Tridentinum uos nunquam agnouisse, in quo per e-
piscopos solos causa fidei agebatur. Verum quemadmodum præcedentia
omnia quæ nobis imponit, falsa ex iam dictis esse liquet: ita postremū hoc
quod petit libenter damus, & clare uoce affirmamus, nos nunquam episco-
pos illos bicornes in concilio iudices fidei agnouisse: neq; unquam Dei ad
iustos spiritu in æternum agnituos, si tales esse quales haec tenus fuere, per-
seuerauerint. Apertius respondere non possumus.

Quod uero nonnulli antequam quicquam determinaret, se concilijs Tri-
dentini decretis statuorū receperunt: id neq; mirum est, neq; nouum: nec
quod nos quidem sciamus, absq; suis legitimis conditionibus factum. cum
etiam olim sanctissimi episcopi Orientales, Palæstinæ, Helladis, & alijs com-
plures magno numero, quos maiorem decebat præstare constantiam, con-
gregati, in Ephesino secundo profano concilio, damnationi Flauiani Con-
stantinopolitan & Eusebij, catholicorum episcoporum, & Eutychis hereti-
ci absolutioni atq; adprobationi, ui & necessitate coacti, in pura charta sub-
scripsierint. id quod publice in concilio Chalcedonensi fatens. Vnde, quo-
rum uos, autores horum consiliorum, similes sitis, qui terrore tyrannico ho-
mines ad ea quæ adhuc nondum decreta sunt, suscipienda cogitis, facile æ-
stimare potestis, cum nemini liberam de uestris decretis iudicandi potesta-
tem relinquitatis.

Et si autem multæ graues causæ erant, propter quas uidebatur nō esse ad
hanc uestram synodus Tridentinam accendum, q; non esset legitima sit-
tura, ex rationibus iam adductis, & ex prioribus concilijs decretis certum es-
set, nos nostramq; doctrinam in totum damnaturam: tamen cum omnino
ueritas esset confitenda, & si admissi fuissimus, uel nostra doctrina & con-
fessio defendenda, uel aduersariorum refutanda, quas etiam duas uias ora-
toribus Cæsaris tunc interrogati de modo procedendi proposuisse nos me-
misi: ad hæc etiā ab Imperatore nostri Principes admoniti essent, ut si quid
haberent quod ad Ecclesiæ edificationem & tranquillitatem facere iudica-
rent, proponerent: præterea & fidei nostræ confessio, cuius reddenda erat
ratio, requireret: omnino cause deesse non potuimus: ne nobis male cōscij
lucem defugisse uideremur, sed etiam cum uitæ periculo proficiscendum:
Sed Dominus clementer nos non aliter ac Dauidem ex manib. Saul, à quo
erat in monte deserti Maon circundatus, & Danielem ex laculeonum libe-
ravit. Notum est enim exemplum S. martyris Ioannis Hus, qui publicis fi-
dei literis ab Imperatore acceptis fretus Constantiam peruenit, quomodo
a uestris maioribus sit tractatus.

Et ut intelligas Asote, nos episcopos uestros in ea synodo non agnouis-
se iudices, postquam etiam eò peruenissimus, prorsus nihil nobis cum ipsis
fuit negotiū, ne hæc ipsa actio nobis præiudicio esse posset: sed omnia cum
Cæsaris legatis agere uoluimus. Quam subdole uero, ne dicam tyranni-
ce, eo ipso tempore, quo maximo numero synodo illi interesse debueramus,
plerasq; ecclesiæ pijs & doctis ministris nudaueritis, illos ex Imperij finib.
proscribi & enjci curaueritis, & alia innumera his similia atrocia, auditu ue-
rō & dictu horrenda perpetraueritis, quid attinet dicere? Non accusamus
Cesarem, qui forte nunq; harum rerum conscius fuit. scimus quibus autorि-
bus hec gesta & accepta serenda sint: neq; em̄ tum dissimulare uolebāt, sed
scriptis & uira uoce palam egerūt. Vide aut quo candore nobiscū à uobis
sit actum. Cum iam se rerum potiri uestri iudicarent, nosq; omniū hominū
uiribus

uiribus & auxilio destitueremur, ut tamen aliquo saltem prætextu uerita-
tem & ecclesiæ recte constitutas opprimerent & uastarent, concilium indi-
cunt: deinde omnes adigere conantur, ut fide data se illius decretis subiij-
ciant. Cumq; nostri iudicarent fore liberum conciliū, de quali iam hoc cap-
dictum est, illi ut soli regnent in hoc suo tam præclaro concilio, nec quisquā
ipsius sit molestus aut obstruat, ecclesiæ quascunq; possunt, antea pijs mini-
stris spoliant, hoc modo deinde tranquillitatem ecclesiæ restituturi: suo mo-
re facientes ut lupi, qui, ut est in apolo, cum pastoribus fœdus erant ini-
turi, ac se pacifice porro cum ouibus uicturos pollicebant, ut tantum canes
dimitterent pacientes, nec quicq; esse amplius periculi expectandū. Sed
hi lupi longe illorū naturaliū crudelitatem superat. nō suadet ut canes, hoc
est fideles doctores dimittant: sed uel in uincula cōsciunt, aut in exiliū ej-
ciunt, & extra fines Imperij deportant. Hoc tandem est liberum uestrum
conciliū, in quo nemo tutò potest cōparere, qui uobis sit molestus, sed libe-
rè uobis liceat tyrannidem Papisticā, errores absudissimos & idolomaniam
uestram propugnare. Cumq; nos paucissimi numero, necq; exemplis neq;
manifestis periculis deterriti comparuisse, & uel nostra defendere, uel
uestrorum decreta impugnare paratos nos esse diceremus: illis bonis Patri-
bus tantum oīj nunquam fuit ut publicē nos disputantes audirent.

Hæc eo consilio prolixius à me sunt cōmemorata, ut intelligat Asotus,
nos non, sicut ipse nugatur, pro temporis ratione animū & confusa impru-
denter mutare: sed nobis semper constare, & semper etiam cum uitæ peri-
culo paratos Dei beneficio ad reddendā fidei nostræ rationē: semper etiam
sicut iam, ita etiam antea, Papistica hæc conciliabula iustè recusasse: neq; id
clam aut latēter, sed aperte, uoce & scriptis, & Cæsaris oratoribus, atq; Pa-
pæ legatis, deniq; toti mundo contestatū esse uoluimus. Hoc latens est uis-
rus Asote, quod detexisti, de quo multum frustra, imò falso & mendaciter
gloriaris: hæc manifesta Brentij cōtradictio, ad quam ò acutissime eum tra-
xisti: & aut maliciose res prius gestas dissimulasti, aut earum ignarus insanū
clamorem sustulisti. De officio Principum, quod ip̄lī quoq; salutarem do-
ctrinam agnoscere debeant, curare, ut iuxta illam subditi instituant, & una-
cum pijs & doctis cōtrouersias fidei definire debeant, & nō Prælati Asotii
ubi de impijs episcopis loqui, qui non iuxta sacrā scripturam, sed sua fo-
minia iudicāt, paulopost copiose dicemus. Postremò absurdā quædā que
ex hac sententia Brentij sequi uideant, colligit: nullam scilicet fore unitatē
fidei in Ecclesia, si cuilibet Principi superiori sua fides permittat. Habeat et
go, inquit, regnū Galliæ, quam uolat rex eius. habeat regnum Hispaniæ si-
militer sui regis fidem. Quod nullus Christianorū regum, p̄t̄ regem An-
glicę Henricum octauū ausus est: cuius temeritatē Deus ita puniuit, & man-
festam toti orbi fecit, ut uel hoc solum non minima sit cōfirmatio ueritatis.
Deniq; habeat quelibet respub. sui superioris fidem, permittente Brentio,
sed excepta uestra Germania, nam in ea non permittetis Imperatorū An-
(de Carolo v. loquit) ut quicq; uobis definit de fide, scitis em quid ille sen-
tit, & quid definierit. Vide manifesta calumnia & depravationē sententiae
Brentij, diabolica mentiendi libidine excogitata. Nusq; em Brentius cuiq;
uel superiori uel inferiori plenariā & arbitrariā cōcedit definitiē & statuen-
di in causis fidei potestate: sed iuxta oracula spiritus sancti, quæ quantū ad
eternā nostrā salutē (recito em uerba Brentij) satis est in libris q; ita uocant
canonicis sacre scripture continent. & hoc ipso capite Asotus uerba Brent-
ij recitauit, ex ipsius peroratione. Meminerint Principes sui esse officij, ut
& ipsi cognoscant quæ sit uera, pia ac efficax doctrina ad salutē: & quæ co-
gnoverūt, in ecclesijs suarū regionū summa qua possint opera instituant &
conseruent. Vult igitur Brentius uerā, piam & salutare doctrinā à Principi-
bus co-

bus cognosci, id est ex sacra scriptura. Quid tu asine, an uero falsam, impiam & perniciosa eos agnoscere & approbare uoles? Addit Asotus, de Brentio loquens: Et doctrinā piam, uerā & salutarē in ecclesijs instituendā summa opera & cōseruandā docet. Nunquid tu aliā, pponi uoles subditis? Ut maximē uos hoc agatis quātū potestis, tamē uiderī nō uultis. Hāc uero pertinuit ex scripto Dei uerbo. Quod si iuxta hoc uerbū Dei singuli principes suas ecclesiās institutā pīs doctorib. curarent, certe unitas fidei pulcherrimē cōstaret, neq; eīm Deus diuīsus est, aut uerbū ipsius causa cōfusionis, sed pīs & unitatis. Quia tērō neglecto scripto uerbo Dei, singuli quod sibi uidentur eligūt, hinc tot ordines & confūsiones. Quid igit̄ abſurdū hēc Brentij sententia habet. Sed more omniū impiorū idololatrātū loqueris, cum confusionē, perturbationē status publici, & alia mala quę grāllant, doctrinę Evangelij accepta ferēda esse affirmas. hī eīm reprehēsa sua idolomania & inuata, deinde omnes calamitates, quibus Deus idololatrię defensionē, & uerē ac salutaris doctrinę persecutionē punit, religioni uerē adscribere solēt. note sunt historię sacrę de Achab & Helia. Achab eīm Prophetā accusabat, q; ipse cū sua doctrina autor eslet perturbatiōis regni & calamitatū. Helias uero culpā in ipsius impietate & idololatriā reūgit, dicens: Nō ego turbauī Israel, sed tu, & domus patris tui, qui derelicto uero Deo idola colitis. Sic impīludaei tēpore captiuitatis Babylonicæ infelicitatē tēporis salutari doctrinę tribuebāt, dicentes: Cum sacrificaremus reginę cōeli, & libamina libauimus, sicut patres nostri, reges nostri, & principes in urbib. Iuda & plātei Hierusalem, saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malum q; nō ui dimus. Ex eo aūt tempore q; cessauimus sacrificare reginę cōeli, & libare ei opinor Asote uerba tuorū & tua, qui regnū Angliae propterea punitū esse pīte & uniuersali tōtius Ecclesiā. Nō est aūt präsentis loci de rege Angliae disputare. Qualiscunq; aūt sit status Anglie, aut etiam ante annos aliquot fuerit, cum iam schisma illud opera Reginaldi Poli, Asoti, & similiū sit compositū scilicet, certe nunq; affirmare poteris miserorē illum suisse Hungaria statu, quę nunq; ante Turcorū irruptionē Papisticā religionē mutauit, sed idolū illud Romanū summa reverentia coluit, nunq; heresi illa Lutheri, ut uos uocatis, fuit infecta. Vnde igit̄ in tantas miserias incidit, ut regnū florentissimū adeō misere dissiparet: Sed hoc est quod Hieremias populo idolis dedito respondet: Nunquid non sacrificiū quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, & plateis Hierusalem, uos & patres uestrī, reges & principes uestri, & populus terre, horū recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius, & nō poterat Dominus ultra portare propter maliciā studiorū uestro rum, & propter abominationes uestras quas fecistis. Et facta est terra uestra in desolationem, propterea q; sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, & nō audieritis uocē eius, & in lege, preceptis & testimonijis eius nō ambulaueritis, idcirco euenerūt uobis mala. Hēc dicit Dīs exercituū. Vos & uxores uestre locuti estis ore uestro, & manib. uestris implestis, dicentes: Famam uota nostra que uouimus ut sacrificemus reginę cōeli, & libemus eī in malum, &c. An' non hēc omnia de Missis uestris, uotis & peregrinatio- nibus, quę in Hungaria, Anglia & alijs locis fuere, & sunt usitata, multo ue- riū dīci posse, totius q; Papatus ut pulcherrimam, ita uerissimā imaginē à spiritu S. propositā existimabimus? Cū igit̄ uos Papistē nō modō turpiter negligatis ecclesiā, cuius curā nō suscipitis, sed perire mauultis, q; quicq; de uestra potētia decedere, idola defendatis, ideoq; causa omniū malorū sitis, Ad ipsum pītemini, nisi forte hoc ipsum in pīfationib. & orationib. publi-

cis uestrorum conciliabulorum, simulatē & mendaciter fingatis & dicatis: & iam monstrata ueritate, in tanta luce Euāgelij nō modō nō iuuetis pullulascentem doctrinā sinceriorem, & ecclesias renascentes, sed etiam crudelissimē persequamini, ut reuera declaretis uos esse Pharisaeorū filios, qui claves regni celorū habeant, sed neq; ingredi ipsi, & neq; alios intromittere uelitis, pertinaciter manifestos errores defendatis, ideoq; ad omne opus bonum reprobi sitis: quid aliud reliquū est, q; ut pīj Prīncipes consilio doctrinā & honorū uirorū curam ecclesiarū suarū suscipiāt? Vos certē etiā in uestris diocesib. miserē uestra negligētia perire ecclesias finitīs. uaganū miseri populi in morem ouium palantiū sine pastore, desolatae iacent ecclesie: interim lac, lanam & carnes consumitīs, pios pastores & doctores abigitis & trucidatis. nunquid nō sanguinē & animas miserarū ouīū Dominus de manibus uestris cruentis requiret? Hęc cum faciatīs, interim studiū piorū, qui optimē consultum cupiunt Ecclesię damnatis. Sed iudicabit Dominus.

Quod attinet ad Imperatorē, qui uictoria abuti ad crudelitatem noluit, displicere id sibi Aſotus significat: Scitis, inquiens, quid ille sentiat, & quid definierit, sed modestia, qua decebat catholicū Principe, nostis: manus scilicet & brachia in sanguine Lutheranorū lauare debuisset. De formula religiōnis ab ipso præscripta, quam Interim cū nasceret uocauere (cui Aſotū adulterina quædā admiscuisse ferunt, cum esset à confessionib. Cęſari, ideoq; cōmotum Imperatorē ab officio remouisse: alij uero, q; arcana quædā, que in cōfessione audierat ab ipso, Papę, ut sex ista hominū solet, patefecerit. cūnus tamen rei fides penes autores sit. Nec ego quicq; in hac re dictū esse uolo, nisi quod res ipsa est) de illa inquā formula nihil dīcam: responsū em est ad illud à multis copiose, ita ut sicut breui tempore natū erat, etiā perierit. Miror aut te Aſote, qui hanc formulam probes, cum nō à Pontifice Romano, non à Prēlatis, sed à seculari Principe, Imperatore scilicet Romano, sit præscripta, cuius non est controversias religionis tractare, multo minus dijudicare. Certē cum illi à confessionib. es̄les, phibere eius Maiestatē debuissent, ne lepra percuteret, arcā Domini iamiam corruentem sustentare, hac formula proposita, uolens (quemadmodū Illustrissimum meum principem Ozę & Vſię exemplis adductis, ab hoc studio dehortaris) quod si morem tibi bene & piē monentī gerere noluisset, excōmunicasses: aut Pōtifici Ro mano denunciasse, qui suam autoritatē interposuisset, ne salutem animaꝝ, fidei tuę concredite neglexisse uiderere. Quod uero insultat Germaniaꝝ, & in primis Christianis Principibus, dicens: Quid pro uestra quam dicitis religione contra Imperatorē uestrum egeritis, nō latet totum orbem Christianum: non est nostrī instituti respondere. & si esset in te uel uncia prudenter aut humanitatis, nostris Principibus tale quid non obijceres. Hoc tantum addo. Tum uero publicē scriptis editis testatum uolebat Imperator, se hanc expeditionē minimē religionis causa suscepisse, sed propter alias quādam politicas: quæ nihil ad Theologos.

ANNOTATA IN CAPUT VII.

Caput septimum Aſoti, præter inanem tautologiam, qua odiose multis uerbis ea quæ præcedenti capite dixerat, ut Brentium omnibus tam Principibus quam subditis exosum reddat, nihil prorsus continet. Exagit autem sententiam Brentij, qua dixerat, Principum esse officium, non ut politica tantum current: sed in hoc quoq; incumbat, ut & ipsi cognoscant quæ sit uerē pia & efficax doctrina ad salutem: & quam cognoverunt esse uerē piam & salutarem, in ecclesijs suarum regionum summa qua possunt opera instituant & conseruent. Et ad iudicium quoq; pios & rerum sacrum peritos Principes, unā cum pījs & doctis Ecclesia ministris ac doctribus adhibendos. Hanc sententiam tam absurdam & absolonam esse garit Aſotus,

Asotus, ut satis explicari non possit, quod uerum est. Ideo autem non potest explicari absurditas, quia nulla ei inest. Addit enim se ostendisse, spiritualia omnia, fidemq; & unitatem eius omnino auferri. Hæc quidem eum dixisse in præcedentibus audiuimus: ostendisse uero & probasse, nō item. Nos uero, in quo fidei unitas consistat, ostendimus: & quod hoc modo nō tollatur, probauimus, si secundum uerbi Dei præscriptum omnia in Ecclesia agantur, & instituantur. Cumq; episcopi nolint Ecclesiæ statui & tranquillitati consulere, recte in hoc Principes facere, quod adhibitis pijs doctrinibus, doctrinam salutarem Ecclesijs suarum regionū proponi current, affirmamus. Quod pluribus inferius probabitur.

Cauillatur deinde Asotus, & aperte falsum esse dicit, quod Brentius omnies, cuiuscunq; status & conditionis homines, hortatus est, ut summa diligentia & studio ex sacra scriptura de uia salutis certiores fieri current: nec ita alienæ sententiae inhærent, ut eam sine proprio iudicio amplectantur. Hic uero miras excitat tragœdias, erumpit in exclamations: O miserrimum confusionem Babyloniam, & tenebras Aegyptias, ut nullus uideat proximum suum, neq; curet. O certe infelicem conditionem hominum, qui nullum sequi posunt, nulli credere, sed suum propriū iudiciū sequuntur. Exclamat Asotus de confusione & perturbatione, quam ex hac Brentij sententia sequi cauillatur, non secus ac olim Philippenses quidam contra Pauperum & Timotheum, eo quod sp̄iritum immundum, ex quo illi plurimum quæstus habebant, eieciſſent, dicentes, Hi homines conturbant ciuitatem noſeram. Ita Asotus culinæ suæ ſuorumq; Prælatorum metuit, ne quid de quæſtu decedat, si Principes & subditū ipſi ex uerbo Dei cognoscant uiam aeternæ salutis, & imposturas monachorum cascariorū deprehendant: nec amplius cæci cæcos sequantur duces, & omnia ſomnia monaſtica & Papistica ſine ullo discriminē recipiant. Hoc culcus eſt tangere. Hic dolent boni fraterculi & Papistica cohors. Nam ſialij quoq; ſacra ſcrutentur tam infimi quam ſummi, actum de ſe eſſe uident. Ideo in fine huius capitū hortatur omnines Principes & subditos, ut hanc Brentij sententiam reiſcant cum ſumma indignatione: quia niſi ſit futurum laboriosum, magno ſtudio & diligentia inquirere ſcripturam. Accurrite igitur artifices logodæli, ſufſulcite Babylonem, quæ minatur ruinam: ſed poſt festum, Asote cecidit em̄ Babylon, cecidit Babylon illa meretrix magna, quæ uino fornicationis ſue potauit omnes gentes. Ruina eius eſt insanabilis. relinquamus ergo eam.

Ceterū q; Brentius dicit, non ita in cauſa aeternæ ſalutis alienæ ſententiae inherendum, ut eam ſine noſtro ipſorum iudicio amplectamur, minimè cōcedit, multo minus p̄cipit, ſicut Asotus calumniatur, cui libet eligere fidem proprio iudicio, ut quisque pro ſuo arbitrio eligat quod ſibi uideatur. Quod ſi maximè faceret, quid eſt hoc ne tantum eſſet flagitium? In Papistico certe cœtu nihil habet absurditatis, cum hoc fundamento tota propositum ueltra religio conſtitat. hinc enim pleraq; in ueltra ecclesia instituta, ex bona, ut loquimini, intentione. Mirum igitur, quod hoc tanquam catholicum theorema Papisticę ecclesię impugnet Asotus, cum alias omnibus uiribus, reipsa, uerbis & facto defendant. Verū quia Brentius hoc modo abducere uideſt Principes, & subditos ab obediētia Romanę ſedis, ne ſcilicet illi ſoli credat, & ſine discriminē omnia ipſorū decreta recipiant, ſed prius examinari uelit, nū cum ſacra ſcriptura cōueniat: id uero irremißibile eſt peccatum, & morte piandum. Reprehendit igitur Brentius & tyrannidem Papisticā, quam ad ſe ſolos rati & uncti iſti, iudiciū de cauſis religionis rapuerunt, nec quenq; niſi qui ſibi iuramento antea eſſet deuinctus admisſum, & vulgi male à ſacrificulis perſuasi opinionē, qua religionis cognitionē nihil ad ſe pertinere arbitrant, adeoq; carbonariā fidē, & ſupinā iſtam & affe-

affectionatam ignorantiam, qua homines salutis suae immemores, eam alijs eom-
mittunt, nulla habita ratione doctrinæ & fidei. sicut stulti rustici interdum
uel ioco uel etiam serio dicunt se sui præfecti aut sculteti religionem ample-
cti. Alij hanc curam in sacrificulos rei scilicet, quod & Asotus uolebat, ut cœ-
ci cœcos ducerent. Hinc implicita illa fides, qua se id credere affirmat, quod
credit Ecclesia: cum interim fidem Ecclesiæ ignorent, atq; ita mera regan-
tur opinione. Verum cum quisq; sua uiuat & iustificetur ac saluetur fidei, si-
des porrò nō opinio sit incerta, sed noticia certa, firmo ad sensu doctrinam
diuinistus traditam in sacra scriptura amplectens: uerboq; Dei, quod intel-
ligit & apprehendit, tanquam fundamento nitatur: certe à nobis omnibus
& singulis requiritur, ut studiose sacra discamus, ne opinionibus regamus,
aut ab alijs nostra salus dependeat: sed ut ex uerbo Dei scripto, quod cer-
tissima & uerissima est rest regula, fidem infallibilem concipiamus. Cumq;
ad uerbum Dei deducimur, non hoc agitur, ut nulli credamus; sed ut Deo
nobiscum in suo uerbo loquenti fidem habeamus. Hinc est quod plerunq;
Prophetæ ordintunt hoc modo: Audite uerbum Domini omnis Iuda. De-
nique non aliud uult Crentius quam Christus, qui singulos monet ut libi à
pseudoprophetis caueant. Et Paulus totis ecclesijs scribit, Omnia probate.
& Ioannes: Probate spiritus num ex Deo sint. Vnde autem probare pote-
rimus aut cauere falsos doctores, nisi iudicium ex uerbo Dei scripto forme-
mus, & non temere quosuis sequamur. Quid enim si sacrificulus sit impo-
stor, seductor, & cœcus ipse: qui propheta haberí uult, sit pseudoprophe-
ta, Apostolus pseudoapostolus? Certe cœcus ille dux cœcum deducet in
foueam. Sæpe enim accidit, ut Ecclesiæ ordinarij gubernatores errant, i
deoq; passim male audient in scriptura: Prophetæ prophetabant mendacium,
& sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit
talia. quid igitur siet in nouissimo eius? Item, A' Prophetæ usq; ad sacerdo-
tem cuncti faciunt dolum. Et in Prophetis, Hierusalem uidi similitudinem
adulterantium (quos Paulus dicit cauponantes uerbum Dei.) Et in Pro-
phetis: Samariæ uidi fatuitatem, & prophetabant in Baal, & decipiebant
populum meum Israel, &c.

Sacerdos & Propheta nescierunt: præ ebrietate absorpti sunt à uino: er-
rauerunt in ebrietate: nescierunt uidentem: ignorauerunt iudicium. Quid
de his actum esse iudicabis Asote, qui eos tanquam fideles animarum sita-
rum pastores sine iudicio suo proprio sunt sequuti? Atqui iam meliores ha-
bemus sacerdotes: imò multo deteriores. Nec uestrorum testimonia, qui
hoc fatentur, desunt, & res ipsa loquitur.

Recte igitur Berthœenses docente summo apostolo Paulo inquirebat,
num ea sic haberent. Et quid mirum, si hanc diligentiam Dominus à nobis
requirat in rebus omnium maximis, æternam nostram salutem concernen-
tibus: cum id in rebus leuiuscum, moneta scilicet aurea, eandem adhibe-
mus, ut numisma nullum nisi agnatum & probatum recipiamus. Ex his ap-
paret, hanc Brentij sententiam non modò absurdinihil habere, sed etiam
scripturæ consentaneam, & in eadem contineri. Verum cum ad hæc co-
piose in tertio huius librī loco respondeatur, ubi hæc quæstio ex professo
tractatur, plura non addemus: & iam impossibile ad quod bis se Brentium
adduxisse gloriatur Thraso, uidebimus. Stante enim hac sententia, inquit
fraterculus, quod in causa eterne salutis non ita alienæ sententiæ inhären-
dum sit, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur, primò in po-
litica gubernatione, nulla agnosceret superiorum auctoritas in causa fi-
dei, in qua tamen tenentur illi omnibus viribus curare, ut seruetur, quam
putant, uera fides: nullus tamen, nisi ita crediderit, obediens tenerit.

Deinde, ut similiter in negocio æternæ salutis, & ecclesiastico ordine
nulla

nulla sit unitas, nec teneat quis alteri obedire contra suum iudicium: immo nec possit saluari, nisi proprium habeat iudicium, & illud sequatur. Hæc Asotus acumine ingenij sui perspexit. Nos uero nihil horum lequi ex Bren tis sententia recte intellecta, facile monstrabimus. Proposita enim certa & infallibili norma ac regula fidei & uerarum sententiarum sacra scriptura, ut ex hac formetur iudicium, & concipiatur fides (quæ est Brentij sententia) pulcherrima certè harmonia, obedientia inferiorum erga superiores, cum ex uno fonte bibant omnes, & easdem hauriat sententias, & fidei unitas atque consonantia suauissima sequetur, ut idem sentiant omnes: nec sint sectæ aut schismata, cum ab uno magistro doceantur omnes, & ad unum solum omnes tendant.

Quod si qui forte meliora & certiora alijs habere sibi uidebuntur, audiuntur etiam insimi, & ex mutua sententiarum collatione eruatur & eligatur uerior sententia. Nec ægrefaret superior, siue princeps, siue ecclesiæ minister admonitus ab inferiori, monstratis melioribus, nec erubescet discere. Hoc est quod Paulus docet: Si fuerit sedenti reuelatum, taceat prior.

Et certè quod ad magistratum attinet, omnino suum faciet officium: Ecclesijs præficiat pios & doctos pastores, idolomaniam abroget, & blasphemiam nominis Dei puniat. Quod si recte sentiat magistratus, ueramq; reliquiam profiteatur, corda quidem mutare non poterit, nec quenquam ad fidem cogere: sed tamen externam & manifestam blasphemiam inobedientem recte puniet & coercedit: sicut pñ Imperatores olim Donatistas & aliquos obstinatos. Si uero magistratus fuerit impius, & per uim ad falsam & superstitionem religionē pios subditos cogere uoluerit, certè subditū in hoc Deo magis obedient ē hominibus. Quod si subditū superiorib. suis persuaderet poterint, rectius se & melius sentire, & causam suam illis probare, ut licet illis in pace & tranquillitate eam retinere, non suam solum, sed & magistratus animam lucrabuntur: sin uero minus, retinebunt subditū religio nem ueram & piam: & quamcunq; fortunam experientur, omniaq; ferenda erunt propter iusticiam potius, quam ut deserant & abnegent aut prodant propter pericula quæ ferenda erunt, quam certò sciunt uere piam esse religionis doctrinam. Id in ecclesia primitiva Christiani saepius fecerunt, qui impij & idolatricis Cæsaribus libros apologeticos exhibuere, in quibus fidei suæ rationem reddidere, & innocentia suam contra criminationes & calumnias suorum aduersorū declarauere: & interdum quidem pacem consequuti sunt, saepius uero persequitiones crudelissimas sustinuerūt propter nomen Dei & iusticiam. Quod uero Asotus dicit, ex hoc dogmate respondemus, nos iuxta Christi mentem, dare Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei. Si idem uelint superiores quod Deus, eo maior erit & promptior obedientia piorum: sin Deo aduersentur, impia erit & maledicta obedientia, cum in his quæ cum uerbo Dei pugnant, obtemperamus. Et sequimur illud Petri, Oportet Deo magis obedire quam hominibus.

Non enim iam obedientie, quod ad externa attinet, mentio fit. Hoc modo non tollitur autoritas magistratus, cum non uel propter ipsum credimus, uel in ijs quæ scripturæ sunt contraria, non obedimus: neutrū em̄ horum ad eius autoritatem conseruandam, sed potius imminuendam pertinet: & nichil dominus tamen sine nostro iudicio alienæ sententiae non inhærebimus.

Multo uero minus illud alterum, quod singit Asotus, sequitur impossibile, quod uidelicet in ecclesiastico ordine nulla sit unitas, cum nemo teneatur alteri obedire contra suum iudicium. An ideo non retineri potest unitas, quia non credo quecunq; Pontifex somniat, propterea q; sibi summā arrogat autoritatē: uerū examino & probo ad Lydiū lapidē sacrae scripturæ: & quæ

& quæ probata reperiuntur, accipio: quæ uero reproba, abiicio? Quod si
hoc tibi Asote absurdum uidetur & impossibile ad conseruandam unita-
tem, certe prius Augustinum, lumen & summum Ecclesiæ doctorem, absur-
dissimum esse, & unitatis Ecclesiasticæ atq; ordinis perturbatorem maxi-
mum dices. Huius enim uerba sunt: Ego enim fateor charitati tuae, solis eis
scripturarum librī, qui iam canonici appellantur, didici hunc honorem ti-
morem q; deferre, ut nullum eorum autorem scribendo aliquid errasse fir-
missimè credam, &c. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctri-
naq; p̄apolleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia
mihi uel per illos autores canonicos, uel probabilitate, quod à uero nō
abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliquid aliter exi-
stimo, &c.

Augustinus contra Crescon. gramm. lib. i. cap. xxxii.

Ego huius autoritate non teneor: quia literas Cypriani non ut canonis-
cas habeo, sed ex canonicis considero: & quod in eis diuinarum scriptura-
rum autoritati congruit, cum laude eius accipio: quod autem nō congruit,
cum pace eius respuo.

Et paulopost: Nunc uero quoniam canonicum non est quod recitas, ea
libertate ad quam nos uocauit Dominus, eius uiri quod aliter sapuit, non
accipio.

En tibi Augustinum absurdissimum, haereticum, Lutheranum, perturba-
torem unitatis in ordine ecclesiastico, qui neq; Hieronymi, neq; Cypriani
autoritate uult teneri, aut eorū scriptis fidem habere, sine proprio iudicio.
Id autem formandum docet, ut nos quoq; diximus, ex sacris canonicis li-
bris: ad hos omnia uult examinari, & probari. Nec tamen uel haereticus est
iudicatus, nec unitatis perturbator. Qui fit igitur Domine Petre, quod no-
bis adeò sitis iniqui, qui eadem tantum & non alia, nec diuersa docemus?
Quæ hæc iniusticia?

Quod igitur in fine quasi seditione mota classicum canit, ad arma contra
Brentium hortatur Principes, subditos, & omnes, cuiuscunque ordinis, ut
hanc sententiam cum summa indignatione tanquam ipsorum autoritatice
pugnantem, omnes turbantem, confundentem, & contra seipso arman-
tem reñciant: uerba tumultuaria & Thrasonica audimus, sed anilia uerula-
rum crepitacula, & puerorum terriculamenta, quibus nemo prudens mo-
uebitur, esse uidemus.

ANNOTATA IN CAPUT VIII.

Hactenus se tantum falsitatem, que ex Brentij dogmate sequatur, ostendit
in Ecclesia dubia fidei & controversias religionis definire, confirmatu-
rum promittit. quod ex ordine Ecclesiæ, ubi perspiciatur qui gradus, quæ
inter eos connexio & habitudo: denique qua diuina ratione quasi cathena
quadam indissolubili tota connectatur, dependeat. Hinc ad ordinis com-
mendationem digreditur, prolixam instituens toto hoc capite declamatio-
nem, quantum ornamentum sit, Ecclesiæ ordo, simili ex minori, de regina
Austri, que ex Saba ad Salomonem uenerat, & uidens eius ædificia, cibos,
mensas, habitacula seruorum, ordines ministrantium, & holocausta, in sum-
mam admirationem rapiebatur, & exclamabat, Maior est sapientia tua &
opera tua quam rumor quem audiui, & cetera, sumpto declarat. Quanto
rectius, inquit, hoc dicet, quicunq; domus huius ueri Salomonis, Ecclesiæ
scilicet, considerauerit pulchritudinem, & ordines ministrantium, uestesq;
& habitacula eorum, prorumpet in admirationem, & edificabit ad fidem.
Hæc se eò tantum dixisse, non ut laudet hunc ordinem, qui nullius ingenij
perspicac-

perspicacia digne cogitari, nullius eloquentia dici valeat: sed ostendendū tantum, & monstrandum, vindicandumq; à confusione nouatorum. Hæc Petrus de Soto hoc capite agit. Quod ordinem commendat, nemo improbabit. Non enim confusione Deus est, sed ordinis, secundum quem Paulus omnia uult in ecclesia institui, & agi. Quod etiam ex ordine unitatem manare dicit, ne id quidem impugnandum suscipiemus. Sed hoc ualentem ridiculum est, ne dicam impium, certe Epicureū quidam sapit, & carnem, atq; mundi, non Christi sp̄ritum, quod cum ad ordinis explicationē uentum esset, qui in ecclesia considerandus sit, cum in uestibus & habitaculis ministrantium, hoc est Pontificij cleri constituit: hinc homines in admirationem prorumpere, & ad fidem ædificari affirmat. Bone Deus, si in hoc consistit ordo ecclesiæ, & ex uestitum & habitaculorum sacrificiorumq; ordine, fides ædificat, & unitas manat, nec alia ratione fides ædificat, aut unitas cōseruat: certe q; ad P̄tificios, Papā ipsum, Cardinales, episcopos & prelatos attinet, uideamus homines in admirationē illorū rapi. Nam pōpa, palatijs, potētia, luxu q; disfluit, reges & principes quantūuis seculares longè superat. Sed hinc sequet, ecclesiæ Apostolorū temporibus, quas ipsi fundarunt, ordine caruisse, unde etiam nullam unitatem habere potuisse: siquidem ex hoc pompatico ordine unitas manat, & in eo consistit. Apostoli enim nulla habuere habitacula, nedum palatia regia, sed in certis sedibus hinc inde uagati, non splendidas uestes, aut molles: sed nudi, profugi, miserrimi, & pauperrimi exules miserè hinc inde factati fuere, ita ut prijs manibus uictum quæsuerint: & nec aurum, nec argentum Petrus, quem sumimum iudicatis, & cuius successione atque patrimonio summus uester Pontifex gloriatur, habuerit. Vnde igitur pauperrimo exuli tam splendidum patrimonium: Et quānam ratione Apostoli hoc ordine & splendore destituti, homines ad fidem ædificauerunt: Sed hoc est quod dicit quidā nō minus recte q; scit: Olim aureos sacerdotes ligneis calicibus usos: nunc uero uice uersa, ligneos sacerdotes habere aureos calices. Barbarizum hunc & splendorem admiratur. Pj uero quia frugales sunt, & non calicem intuentur, sed nucleus querunt, non folia, sed fructus: non modò non ad fidem, uestrorum pompa ædificantur, sed etiam hinc plurimum offenduntur. Vident enim prælatos illos ecclesiæ, turpiter, ut à doctrina Apostolorum, & Patrum, ita etiam à pietate, & simplicitate degenerasse: & deserto officio pastorali, ad mundanam pompam & dominatio nem conuersos. Hī ne Apostolorum successores essent: Certe si maiores ille redirent, nunquam hos agnoscerent pro suis successoribus.

Hic igitur ordo est ecclesiæ Papisticæ, hinc connexio illa & habitudo adeoq; cathena indissolubilis unitatis: hanc se Asotus à cōfusione nouatorum vindicaturum asserit. Et quia commodè nobis oblata est occasio, amplus de hoc ordine Papistico differendum erit. Mirandum est profecto, q; adeò impudenter Pontificij ordinem, qui in sua ecclesia obseruetur, prædicant: cum manifestum sit, nihil nisi confusione Babyloniam & perturbationem maximam in toto illo pontificis Romani regno fuisse, & esse. Nihil attinet iam de doctrinæ & dogmatum confusione dicere, quod doctrinæ genera diuersissima, Legem scilicet & Euangelium non potuerunt ordinem discernere, aut ἀρχὴ τοῦ αὐτοῦ: sed euangelion nouam & perfectiorem legem uocauerunt, ideoq; Christum aduenisse, ut meliorem & pleniorē ac perfectiorem asserret legem. Ex qua horum capitum confusione totius theologiae confusio est orta. Deinde etiam legem diuinam non pluris fecere quam pontificias sanctiones, imò has longè prætulere illi. Maius enim scelus fuit, atrocitus etiam vindicatum, si quis die Veneris carnes comedisset, quam si uel fornicatus esset, uel adulterium commisisset. Sed quia corru-

Qq ptela,

ptelæ & confusiones dogmatum Papisticæ pro dignitate breuiter enarrari non possunt, hoc loco nihil de eis dicemus: tantum ea referemus, quæ quia in omnium oculos incurunt, facilius à quo quis iudicari possunt. Cumq; tria potissimum uitæ genera sint à Deo instituta, œconomicum, politicum & ecclesiasticum: certè hæc singula Papatus perturbauit & confudit, ut nullus præsis remanserit ordo. Oeconomia em̄ miris modis est deformata, q; cōiugij, ex quo nō œconomia solum, sed etiā reliqua duo uitæ genera cōseruantur, carnalem statum, in quo Deo seruiri non possit, profanum, mundanum & secularem uocauere. Monachatum uero tanquam sanctius & magis pium uitæ genus longè protulere, spiritualem & perfectioris statum appellantes, in quo Deo seruuiatur, &c. Vnde saepius factum est, ut libri desertis parentibus, & eorum auctoritate sacrosancta, mandato Dei confirmata, neglecta, & contempta, omnem obedientiā illis denegarunt, & etiam iniuitis ipsis monasteria sunt ingressi. Quid uero de sanctissimo, purissimo, & plane angelico cœlibatu dicam, ubi coniugio interdictum est toti hominum ordini, qui se hinc spirituales uocauere: illos uero alteros coniugio utentes, carnales. Et quale uitæ genus cœlibatus? In quo uagæ libidines & nefandæ sunt concessæ, licitæ & longè coniugio præstatæ. Res ipsa loquitur: uerbis opus non est. En ordinem. Idem de politia factum est. Hanc quoque profanum & secularem statum uocauere, & multorum conscientias uulnerauerunt, ut se in parum pio uitæ genere uersari arbitrarentur, præsertim uero cum gladius erat contra sceleratos stringendus, quem tamen à Deo, cuius uices gerunt, acceperunt, ad piorum defensionem, & in vindictam malorum. Hinc quoque adeò factum est, ut saepius tanquam de impiuuitæ genere, in quo se uersatos erant male persuasi fraterculis, poenitentiā acturi, magistratus abdicarent, gladium deponeant, & monasterium (mundum fugientes) ingredieretur: nec vulgares tantum personæ, sed etiam illustres, Reges, Cesares, & Principes. Exempla notata sunt, & inferius recitabuntur aliquot. Ita scilicet conseruatur ordo diuinatus institutus. haec harmonia sua uirissima Papatus.

Hec tametsi grandia sint, tamen aliquo modo possent dissimulari, si nō quod omnium est pernicioſissimum, turpissime ecclesiasticum statum & regimen perturbassent: & ut à summo capite ordiar, quanta perturbatione sequuta est ex monarchia, seu, ut uerius dicam, tyrannide Antichristi Romanæ, qua sibi ius utriusque gladij arrogauit, idq; prætextu spiritualis potestatis, qua omnia ad se diuina humanaque pertraxit: hinc neglectus proprij & pastoralis officij: & administratio politici regiminis per spirituales personas, quas uocauere, facta. Hinc direptiones bonorum, hinc lites & iurgia. Hinc ius Canonicum, quod propemodum de merè anilibus rebus tractat. Hinc bella exorta, hinc dissidia ingentia, motus, & seditiones, quod subditi iuramento suorum magistratum soluti, ab eis nō solum defecerunt, sed etiam in ipsorum interitum & perniciem armati fuere.

Hinc in ecclesia nundinationes, collationes præbendarum, dispensationes pro pecunia, Simonia, lites, & contentiones de dignitate & primatu, adeoq; ipsis præbendis in curia Romana, quæ non accipit ouem sine Scholas & literarum studia planè neglexerunt. Verbi Dei prædicatione qualis fuerit, & etiamnum sit in Papatu multis locis, norunt omnes, quod rarò docuerint: & cum docerent, fabulas Dormi securè, Sermones discipuli: aut si qui uideri uolebant doctiores, ex Aristotele, Sententiarum, Thoma, & Scoto, pro concione disputabant. Interim templo omnia, cura pro mortuis & honoradis diuis erant occupata: simul plures Missas in eodem templo & quidem diversas magna cum solennitate, ut ipsi existimabant, cantantes, ita ut esset mera sonorum confusio & ueluti promiscuus quidam

quidam pecudum balatus: & quod maximum est, omnia peregrina & uulgo ac etiam magna ex parte ipsis sacrificulis incognita lingua. Talem ecclesiæ ritum Paulus non ordinem, sed confusionem uocat, quam à Deo esse negat. Iudicia matrimonialia ad se tanquam spirituales iudices rapuerunt, tametsi statum carnalem, mundanum, & profanum esse iudicarent: officialis causas audierunt, & suo more sententiam pronunciauit. Leges uero matrimoniales, adeoç ipso coniugia, non solum reprehensione huius status, sed etiam suis flagitiolis turpitudinibus profanauerunt. Deinde summus ille, in illis ipsis causis contra proprias suas & diuinæ leges, pro pecunia dispensauit: denique omnia Romæ uenalia erant, præter ueram pietatem: nec fuit ullum tantum scelus, quin pro pecunia Romæ à Papa, elusè spiritualibus furerit dispensatum & redemptum. Sed dies me citius defecerit, quam à ~~ταξιν~~ & confusionem plus quam Babylonicam & chaos regni Papisticæ enumerare queam. Nam & ipsis ordinibus nihil minus fuit ordinatum, & magis confusum: ita, ut etiam Canonici irregulares quidam diceantur, qua de re & supra dictum est.

Hic ordo fuit & est in regno pontificio, in quo ordinis diuinitus institutio perturbata, inuersa & confusa: interim tamen de ordine perpetuo uociferantur, eum à nouatoribus confundi. Sed quem ordinem? Tam qualem iam audiuiimus, qui summa est omnis ordinis destructio, & consummatio. Sed uerum à Deo sanctum ordinem nec intelligunt, nec norunt: ibi omnia in œconomia, politia, & ecclesia, eo gerunt ordine, quem Deus instituit. Singuli in his uita generibus sinuntse uersari in statu à Deo instituto, faciunt suum officium, parentes educatione liberorum in disciplina & timore Domini, ad pietatem. Liberi & familia obtemperant parentibus, & dominis. Magistratus non uentrem tantum curat, hoc est pacem & tranquillitatem reipublicæ bonorum defensione, & malorum cohercione severissima: sed etiam curando ut uera religio, abrogata idola mania, & blasphemias prohibitis, plantetur: subditi morem gerunt suis superioribus. Idç bona conscientia singuli faciunt, scientes se in hoc Deo gratum praestare obsequium, eique se suaque omnia placere. Hinc tranquilla conscientia, hinc promptitudo ad omnis generis officia. Hic furentes publicæ: hic singulæ etiam domus uerae sunt ecclesiæ Dei. In temporibus p̄ij doctores diligenter sana doctrina populum suæ fidei comp̄missum pascunt: cultus Deo, quos ipse mandauit, praestant, sacramenta iuxta Christi institutionem administrat, & reliqua quæ ad ædificationem faciunt, decenter, & suo ordine peragunt. Hic Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi uerè agnoscitur, ex fide inuocatur, laudes Dei celebrantur, & gratiae pro acceptis beneficijs ei aguntur.

Hic demum est uerè hierarchicus sacer ordo, & in his iam enumeratis consistit, ubi Deum præsentem, & nobiscum loquentem audiuiimus. In hoc loco uerè est Dominus, & non est aliud quam domus Dei, & porta Gen. 28. Esa. 41. coeli aperta, hic ignis eius & focus, ut maximè non sint tam sumptuosa vestimenta regia, moles & strues lignorum, & lapidum, non templo calicibus & imaginibus aureis ornata & micantia: non sacrificiorum turba uestibus sericis induita splendide, rasi & uncti chrismate, ostiarij, acoluthi, subdiaconi, & reliqui. Ornatus enim filia regis, hoc est Ecclesiæ, omnis est inseparabilis. Pulchritudo uero & ordo Papisticæ ecclesiæ, ut hoc loco narrat Asotus, in uestibus & habitaculis atque ministrantium ordine consistit: ubi sacrificiorum insimorum cohors suis Decanis, & episcoporum uicarijs, illi porro Archiepiscopis, Archiepiscopi & Patriarchæ summo suo

mo suo idolo Antichristo, qui in summo loco, tanquam Aharon alter*icit*, licet residet, obtemperant. Hic solus est ordo qui in pontificia ecclesia obseruatur: hi gradus, hæc connexio & habitudo, qua diuina (ut Aforis nugatur) ratione, quasi cathena quadam indissolubili connectitur & gubernatur ecclesia. Scimus, Asote, hoc ordine compactum & colligatum esse arctissimum regnum Papisticum Antichristi: nec ullum alium in eo esse ordinem, nec rationem, qua conseruetur, nisi quod sibi iure iurando in uicem sunt deuincti: & semper inferioris gradus sacrificuli superioribus obtemperare coguntur, donec ad illum summum fuerit peruentum. Hunc ordinem sibi perturbari dolent, exclamat, & uociferantur: salus enim omnis in eo ipsis consistit. Ideoque Asotus tanquam fortissimus, ut sibi detur, regni Antichristiani defensor & propugnator, eum contra nouatorum confusionem vindicandum suscepisse se profitetur. Sed huncuestri regni ordinem uobis referuate. Demus autem insignem esse uestrum rituum ordinem: sed memineris Asote inter latrones & lenones suum esse ordinem. Quare et si ordo per se commendatione dignissimus est: tamen sicut ne clatrocinia sceleratorum, ita nec impietas idololatria laudanda est. Quod si pijs essent & boni ac docti uiiri, qui sanam doctrinam proflerentur, & facerent officium, nemo nostrum hunc personarum ordinem & constitutionem improbarer aut conuelleret.

ANNOTATA IN CAPVT IX.

Ordine opus esse inter ministros ecclesiæ, & maximè in docendimur & Apostolos duodecim & discipulos 72. inferiori gradu uocauerit, deinde etiam ipsorum Apostolorum, docet. Inter hos enim hunc ordinem obseruatum, ut Petrus solus loqueretur, & diceret: & nos huius rei testes sumus, cæteri uero ipso suo silentio ei attestabantur: & sic deinceps, & in cœcilio, & ubique, astantibus cæteris, unus loquebatur Petrus. Vnde & ipse Paulus tametsi euangelion suum per revelationem Iesu Christi suscepisset, tamen non omiserit ad unitatem seruandam, ascendere Hierosolymam, & cum ijs qui uidebantur esse columnæ, conferre euangelium, ne forte in uanum curreret, aut cucurisset. Quibus significat, tres illos, Petrum, Ioannem & Iacobum, agnitos esse ab alijs ut excellentiores. Cum uero nullus sit audiendus prædicator preter illos quos Christus misit, & eos qui in hoc ordine illis succedunt, episcopi porro sint illorum successores: ergo nullus est audiendus, aut agnoscendus inter legitimos prædicatores, & ministros uerbi, nisi qui secundum illum ordinem episcopis in doctrina pareat, & sequatur illos qui locum Apostolorum tenent. Nec inter episcopos quemquam agnoscendum uel audiendum, qui non unitatem istam colat, & in doctrina his Apostolorum successoribus conferat, ab his dextras accipiat, qui maiores sunt: ut episcopi ab Archiepiscopis, & primatibus: illi à primis & summis Patriarchis: & denique omnes cum eo qui Petro succedit conspirent, eidemque fidei attestentur. Hæc summa est, & uerba etiam commenti & ordinis Asotici in hoc capite, ad quæ ordine respondebimus. Et quidem quod ad thesin attinet, de ordine & gradibus inter ministros ecclesiæ obseruando, non opus erat tam prolixa declamatione, cum nemo sit qui uel neget, uel non intelligat, ordinem ut in omnibus rebus, ita maxime in ecclesia, in primis uero inter ministros eius necessarium esse. Non enim cyclopica uita esse debet & ἀναγκή, ubi nemo alterum audit, quæ omnis confusionis origo est. Sed hoc queritur Asote, num ille ordo Misericordum sacrificiorū, qui in papistica ecclesia obseruatur inter clerum, & qui,

& quidem hoc modo sit à Christo institutus: Item, num episcopi tui & Prælati legitimi sint Apostolorum successores: Num illi soli audiendi, num necessariò ad illos Ecclesia sit alligata, ita ut præter hos nullus aliis ullo modo sit audiendus: Hæc hæc, Asote, tibi erant probanda copiose: nam ualde bona, prolixa & laboriosa probatione indigent. Verùm bonum uir ea ne uno quidem uerbo probanda sibi esse iudicat, sed tanquam confessa & concessa sumit, cum maxima sit de his controuersia. Quid hic adeò obmutescis: Vbi tuæ prolíxæ híc declamationes: ubi testimoniorum & argumentorum aceruus:

Sunt ordines & gradus inter ecclesiæ ministros, non potestatis, nec ab electione humana dependentes: sed à donis Spíritus sancti, quæ à Deo mirabiliter, pro sua clementia & sapientia, cui uisum est, distribuuntur. Non enim homines, ut maxime quem in episcopum eligant, inde statim dona episcopo necessaria addere possunt à se electo. Scimus quibus instructum & ornatum uelit apostolus episcopum, in primis requirit, ut sit didacticus, hoc est, qui possit & uelit docere, & ad hanc rem sit idoneus: hoc ut eligentes episcopum conferre nulli possunt, ita nec uestri requirunt: nec in electione huius, quod proprium est episcopi, ratio habetur. Neque electus hoc suum officium curet. quotus enim quisque illorum ues suas nouit, quas uerbo & fana doctrina pasceret debebat: Quotus quisque uestrorum prælatorum officium facit episcopale, quale Paulus describit: Confer, Asote, episcopum illum ^{1 Tim. 3.} Paulinum cum tuis Prælatis, & de numero non superbies, nec multum gloriaberis: cessabis etiam nostros Principes ad illos ablegare, ut discant ab eis, qui quod in sacrís doceant, nec didicerunt, nec habent. Ideoque iam dudum docendi munere tanquam uiliori deserto & abiectione, ac plebanorum uicariorumque humeris imposito, ipsi seculari gubernationi, bellis, uenationibus, & alijs studijs sunt dediti, & occupati. Atolim tempore Augustini soli episcopi in Africa concionabantur, & Posidonius non presbyteri. Et D. Ambrosius de illis qui officium non faciebant, ^{in uita Au-} sed dignitatem tantum auctiupabatur, dicit: Nomen inane, crimen inane. gustimi. Non enim episcopinomen tam dignitatis & honoris, multo uero minus potestatis & officij & oneris est, quod multiplicia & magna secū affert.

Gradus igitur sunt & ordines inter ministros ecclesiæ, primum quos Deus ipse suis donis differre facit, quod iste magnus pater familias multis & uarijs indiget ministris, in sua domo magna, illosq; pro sua sapientia miranda diuersis instruit donis: & hęc donorum Dei uarietas gradus facit, & ordines. Sicut Paulus docet, Christum sedentem ad dextram patris, dare dona hominibus, alios Apostolos, alios prophetas, Euangeli, & pastores, ut aedificetur corpus ipsius, quod est ecclesia. Sed hi gradus non sunt potestatis, ut credendum sit propter personam, quæ aliquid dicit: aut, ut ius ac dominium in reliquos habeat, cogendi alios: Nō dominantes clero, sed forma facti gregis, inquit Petrus, Dein. ^{1 Pet. 5.} de nechoc negamus, in ecclesia bene constituta, gradus esse ordinis, ut sint aliqui ad quos omnia referantur, qui reliquos conuocent, ubi necessitas id postulat, quos ceteri obseruent, &c.

Quod uero Asotus blatterat dicens, Neminem agnoscimus predicatorum, præter hos qui in hoc ordine Apostolis succedunt, ab eis descendentes: ita etiam inter hos illis succedentes, nullum agnoscimus, qui in doctrina episcopis non pareat, non illos sequatur, qui locum Apostolorum tenent. Inter episcopos uero neminem, nisi qui in doctrina cum Archiepiscopis, Primatibus, & summis patriarchis, & cum eo qui Petro

IN CAPUT VIII.

174 succedit, cōspiret, &c. Scimus & nos, hæc ita fieri à Papistis: hoc cōmodo regnum suum stabilierūt hactenus, & defenderunt, non sacrae scripturae authoritate, sed uī, ferro, flamma, & tyrannide eos opprimētes, qui Pape cōtradicere ausi sunt. sed num recte hoc fiat, quæritur: perinde aut̄ garrit Aſotus, ac si propter loci successionē necessariō ita illis adſit ſpiritus sanctus, ut ab eſte & diſcedere, eosq; loci ſuccelfores defereret nō poffit: nec quidem ſi uelit. Ideo nec ſibi probandum eſſe iudicauit, adeò ſpirituſanctum & eccliam ad illos locales ſuccelfores alligant Aſotici. Sed oꝫua-

Difl. 40. c. num & inſanū hominē, annon ius tuū canonīcū, q̄jod aliās liceat mīmīe non eſt.

fit canonīcū, tamen occinīt tibi, nō ſanctorū filios eſſe, qui loca ſanctorū teneāt, ſed q̄ opera eorū exerceant. Nō eīm in loco ſuccelfio Aſtolorū cōſiſtit, alias certe male cum omnib; totius Germaniæ epifcopis actū eſt. hi enim de nullo, quod ego quidem ſciā, Aſtolo gloriari poſſunt, qui ad has partes peruenierit, & cui in loco ſuccedant. Nec eſt quod Pōtifax uester ſummus de Petri ſuccessione glorief. Nam & filij Heli ſummi ſacerdotis à Deo ipſo abiſciuntur, ne patri in ſacerdotio ſuccedant.

Rom. 9. Rom. 9. Similiter & filij Samuelis. Non omnes qui ſunt ex circumciſione Iſrahel,

Ioan. 8. hi ſunt Iſraelitæ: nec qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes ſunt filij: ſed in Iſaiae uocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij ſunt carniſ, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt pmissionis, aſtimanſ in ſemine: ita nec qui in loco ſuccedunt Aſtolorū, ueri ſunt Aſtolorū ſuccelfores: ſed qui in doctrina ſana, officio, pietate & morū integritate illos imitanſ, & repreſentāt. An nō Pōtifices & ſacerdotes ſummi Hieroſolymis, tēpore Hieremie erāt ex tribu Leuitica, & stirpe ſacerdotali, legitimi, & ordinarij ſuccelfores Aaronis, diuina ordinatione cōſtituti? Atqui nemo erat qui magis persequereſ uerā religionē, doctrinam, & pphetas diuinitus excitatos & miſſos, q̄ illi ipſi legitimi & ordinarij locales ſuccelfores. Similiter Annas & Caiphas, eorumq; collegæ legitimi erāt & ordinarij ſuccelfores. Ergo nulli alii ſecundū Petri, nō Aſtolorū, ſed Sotū, erāt audiēdi doctores. Recte igit ſece- rūt illi, ſicut hodie q̄q; ſuccelfores ipſorū, Pōtifices, prelati, Aſotici fraterculi & ſacrificuli, q̄ Christū, & Aſtoloſ, nō ab ipliſ electos, ſed altiude ingrediētes, persequuti ſunt, & occiderūt. Haec ſcilicet diuina illa eſt Romanæ eccliaſ hierarchia, à qua qui nō uocanſ, & ordinant, cui qui non cōſpirat, nō ſunt audiendis: ſed tanquam ſeditioſi Chorē, Dathan, & Abi- ron dammandi, omni ſuppliciorum & mortis genere ē medio tollendi.

Ioan. 8. Dulcissimus ſaluator noſter inquit, Si uos manferitis in ſermone meo, uerē dīſcipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas uos liberabit. Quid ſi ne dīſcipuli quidem Christi eſſe poſſumus, niſi in ſermone eius permaneamus, aut ueritatem aliunde diſcere: multo minius Aſtolorū, qui columnę fuere, ſuccelfores. Idem ipſe Dei filius, ablegās Aſtoloſ ſuos, mādatū eis dat, quo ipſoſ de ſuo officio inſtruit, ex quo & ſuccelfores ipſorū cognoscendi, & iudicandi ſunt, inquiens: Ite, doce te eos ſeruare omnia, quæcunq; præcepī uobis: prædicate euangelion omni creaturæ. Non ergo qui loco ſuccedunt, Aſtolorū ſuccelfores iudicādi ſunt. Quid enim, num ſi canis in Petri cathedra ſedeat (ſolent enim caretli dominos ſuos comitari, & eorum ſellulas, unā occupare) ideo mox Petri ſuccellor erit? Et quid dico de cane, quo nomine interdum in ſacra ſcriptura ſacerdotes appellant? nunquid ſatan, qui in ſella Petri Pōtificia ſe ſedentē demōſtrauit, & uerbis declarauit, dicens, Ego Papa, etiam Petri ſuccellor erit: noſti historiam Sote, quo quid absurdius, quid magis impium? Non ergo, ut dicere coeperaſ, loci ſuccellio, ſed doctrinę eiusdem pfeſſio, & officij ſimilitudo, Aſtolorū ſuccelfores efficiet.

Porro

Porro, quid docuerit Petrus, quid reliqui Apostoli, ex ipsorum scriptis & concionibus manifeste apparet. De iustificatione gratuita fidei extant D. Petri testimonia Act. 4.10.13.15. Similiter & Pauli in epistolis ad Romanos, Galatas & Ephesios. Asotici uero Prælati docent, Bona nostra opera, nos Deo patri reconciliare. Apostoli iubent nos credere, & firmiter statuere, nos habere remissionem peccatorum per fidem: & ad hoc tota sacra scriptura est data, in hoc sacramenta instituta, ut eis fides confirmetur, ne ulla sit dubitandi occasio. Hi uero præclarí (si dijs placet) Apostolorum successores, dubitandum esse docent, eamq; de peccatorum remissione dubitationē, peccatum esse negant, cum tamen ē diametro cum fide, quam scriptura à nobis exigit, pugnet. Apostoli docent Christum unicum esse mediatorem & aduocatum solum inuocādum, & per hunc nos habere accessum ad patrem: hi uero innumeros opitulatores & intercessores cōfingunt, tot scilicet quot sunt in cœlesti exercitu, imò plures etiam, de quibus probabiliter, utrum unquam extiterint in rerū natura, dubitatur. Apostoli unicam Christi oblationem & satisfactionem in cruce agnoscunt, & prædicant. Hi uero Prælati quotidianas, innúmeras in suis Missis faciunt oblationes, pro redemptione animarum, similiiter & plurima indebita satisfactionis opera. Apostoli cœnam Domini integrā, ut erat à Christo instituta, cum prædicatione mortis ipsius Ecclesie distribuebant: hi uero eorū successores indubitati, nō Ecclesie, sed Deo patri ipsi offerunt. Mortem Christi non prædicant (hoc enim postolicam doctrinam & Prælatorum Asotiorum, facile enumeraretur, sicut cani frustū panis. Sed quis diuersitatem summā inter Apostolicam doctrinam & Prælatorum Asotiorum, facile enumeraretur, sicut cani frustū panis. Sed quis diuersitatem summā inter A-

Iam, quid de officio dicam, quid de uirtutibus, uita, morum, integritate & sanctitate Episcoporum, ut à Paulo descripta sunt? Episcopum mult esse *ἀστάτηνος*, qui possit docere & potens sit in exhortando & refutando aduersariorum falsam doctrinam: maritum, non qui abiuret matrimonium, & uagis libidinibus se polluat: non percussorem, non militem, neq; ducem exercitus, aut bellorum facem, sed qui suæ Ecclesiæ docendo, & uitæ exemplo præsit. Apostoli per omnem uitā obam-Asote ad hunc typum Apostolorum, tuos Episcopos & Prelatos, quos illorum dicens successores, accommodabis, ne illi pessimè respondebunt archetypo, & plus quam *αἱς ἀγαωνῶι* distabunt ab illis, quorum se successores esse gloriuntur. Quod ad locum attinet, de quo solo reliquum est, ut gloriorientur, is ut non sanctificat, ita nec successorem facit. Et plerique accidit, ut loca ubi sanctissimi habitauere, & uerus Dei cultus floruit, pessimi occupent, & idolomania profanetur. Sicut ex Bethel, hoc est domo Dei, facta est Bethauen, hoc est, domus idoli, uanitatis & iniquitatis. Ex domo orationis & templo Dei, spelunca latronum. Quid ergo amplius restat, Desote, in quo Prælati tui Apostolorum sint successores, nisi nomen inane? Sed audiamus & ueterum de successione testimonia, num hi forte illis suffragentur. Nam in his plus fiduciae collocant.

Irenæus lib. 111. cap. XLIII.

Qui uero crediti sunt quidem à multis esse presbyteri, seruunt auctem suis uoluptatibus, & non præcipiunt timorem Dei in cordib. suis, & contumelij agunt reliquos, & principalis concessionis tumore elati

Qq 4 sunt,

sunt, & in absconsis agunt mala, &c. Ab omnibus talibus absistere oportet: adhærere uero ijs, qui & Apostolorum, sicut prædictimus, doctrinam custodiunt, & cum presbyterij ordine sermonem sanum, & conuersationem sine offensa præstant ad informationem & correctionem reliquorum.

Ibidem cap. XLV.

Vbi igitur charismata Domini posita sunt, ibi discere oportet ueritatem, apud quos est ea, quæ est ab Apostolis Ecclesiæ successio, & id quod est sanum & irreprobaile sermonis constat, &c. Et paulo post: Et scripturas sine periculo nobis exponunt, &c.

Quibus uerbis docet, & in quo consistat uera Apostolorum successio, & qui sint agnoscendi illorum successores, à quibus uero sit caendum, licet hoc titulo se uenditent, & à multis tales credantur. Apostolorum successio consistit in doctrinæ Apostolicæ obseruatione, charismatis, hoc est, donis Spiritus sancti, conuersatione pia, & sine offensa. Porro Spiritus sanctus non est, neq; ad locum, neque ad per-

Ioh. 3. sonas certas alligatus: spirat enim ubi uult. Vbicunque igitur, inquit, hæc charismata Domini inueniuntur, ibi oportet discere ueritatem, & apud illos ea est quæ est ab Apostolis, Ecclesiæ successio. ideo addit: Oportet uero adhærere ijs, qui & Apostolorum doctrinam custodiunt, & sermonem sanum, & conuersationem sine offensa præstant. Non alligat charismata, hoc est, dona Dei, ueritatem & sermonem sanum, atque Ecclesiæ, quæ est ab Apostolis, successionem, ad ordinem uel ad locum: Imò hoc ipso prætextu & prærogatiua multos falli affirmat, credentes, tales esse presbyteros. Tum autem idem erat, si Hieronymo credimus, presbyter & Episcopus. Verùm hos caue re iubet. Sed potius illuc esse successionem Ecclesiæ, quæ est ab Apostolis: eōsque ueros Apostolorum successores, à quibus doctrina Apostolorum custoditur, & qui Spiritus sancti donis sunt ornati: ab illis, inquit, oportet discere ueritatem, & id quod est sanum & irreprobabile sermonis constat. Hí, inquit, sine periculo, scripturas nobis exponunt.

Isa. 59. Deus ipse, ut maximè in ueteri Testamento ordinem istum sacerdotij Leuitici, & successionem ordinarium instituerit, additis promissionibus de sua præsentia, Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, neq; ab ore seminis tui, usque in æternum: tamensæpe illis ordinarijs loci successoribus derelictis & abiectis, extra ordinem excitauit Prophetas & alios Ecclesiæ doctores interdum ex media & infima plebe. Quod idem testatur Propheta, Speculatoris eius omnes cæci sunt, omnes nescierunt, uniuersi canes muti, non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes & amantes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisq; ad avariciam suam, à summo usq; ad nouissimum (dicentes) Venite sumamus uinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

Quinam hí sunt, Asote, de quibus Propheta Domini loquitur? An' non ordinarij generis, & loci successores? At cuiusmodi? Omnes, inquit, cæci sunt, omnes nescierunt, ignorauerunt, omnes in uiam suam declinauerunt. Hí ne audiendi erunt? Nulli ne alij agnoscendi prædicatores, nisi illi legitimi? Quid de miseris ouibus

ouibus est futurum? quosum illi pastores eas abducent, qui omnes ipsi errant, ignorant, & non intelligunt? O' Pastor, & ô idolum. Qui a re, *Zach.ii.* pulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Recte *Osee.4.* hoc Prophetæ omnibus qui de successione gloriantur, cum officium non faciant, dicitur & accidit quod illis sacerdotibus comminatur.

Neque etiam Ecclesia ad illos ordinarios uel legitimos loci successores, quales se Prælati isti locales esse gloriantur, est alligata: Sed sp̄ritus, hoc est quoscunq; etiam Dōctores, probandi potestatem habet, & dijudicandi ueros à falsis, hisq; repudiatis illos sequendi. Ques meæ, inquit, *Ioh.10.* Christus, uocem meam auditunt, alienum uero non sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia uocem eius non agnoscunt. Et Paulus: Si etiam ange- *Gal.1.* lus de cœlo, nedum prælatus, aliud Euangeliū docuerit, quām ego annunciaui uobis, anathema sit. Item, Si quis uenit ad uos, & hanc doctri- *2.Ioh.* nam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus eius in fructuosis.

Habet igitur Ecclesia potestatem fugiendi legitimos illos & ordinarios loci successores, propter falsa dogmata: & insuper illos deponendi, aliosque in locum illorum substituendi: sicut Paulum Samosatenum Ecclesia Antiochena deseruit, & elecit. Ita alijs communicare propter prava & peruersa dogmata noluit. Et hoc sensu uerum est, quod A- fatus hic dicit, Nullum esse agnoscendum prædicatorem præter hos, quos Christus misit, & illos qui in hoc ordine illis succedunt. Ideo enim uos, uestrosque Prælatos non audimus, nec agnoscimus, quia nec à Christo missos, neque ordine illis, quos ipse misit, succedere, hinc manifestum sit, quia aliud & contrarium doctrinæ genus assertis, & profitemini.

Nec uocatio & electio ministrorum Ecclesiæ ad Episcopos solos & Prælatos pertinet, sed ad ipsam Ecclesiam, cuius sunt ministri. Sicut exempla totius primitiæ Ecclesiæ, quæ sunt notissima, testantur.

Cyprianus lib.1. Epist.111.

Plebs maximè potestatem habet, uel eligendi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi. Id' que probat exemplo primitiæ Ecclesiæ, ex Actis, ubi Apostoli præcipiunt toti Ecclesiæ, ut eligat idoneos ministros. Hanc consuetudinem, suo etiamnum tempore durare, significat.

Ecclesiast. hist. Ruff.lib.xi.cap.xi.

Ambrosius nondum baptizatus populi uoce & clamore unanimi ele-
ctus & uocatus est ad Episcopatum.

Paulus inquit, Vnusquisque uestrum, cum conuenitis, habet psal- *1.Cor.14:* tum, linguis & interpretationem. Omnes potestis prophetare per si-
gulos, ut omnes discant, & omnes exhortentur. Quod si sedenti fuerit re-
uelatum, taceat prior. Prophetæ duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent.

Et Petrus uocat nos regale sacerdotium, uocatos in admirabile lu- *1.Pet.2:*
men, ut uirtutes annunciemus eius, quia nos uocauit.

Quid igitur tibi uis Asote cum tuo isto ordine sacrificiorū, quos in lo-
cum Apostolorū successisse nugaris? Neq; enim Christus, neq; Apostoli
prodigiosam istam ordinū multitudinem instituere. Nihil de ceroferarijs,
de custodibus ianuarū & pulsantibus campanas sciuerunt uel docuerunt.
Cardinales uero, Archiepiscopos, Primates & Patriarchas per quos signifi-
cato

ficatos dices, aut quibus qui Ecclesie, que Apostolorum temporibus fuit, ministraverunt, successisse comminisceris? Illi ipsi uero, qui speciem aliquid & similitudinem sui officij singunt, Episcopos & presbyteros, cum diaconis dico, quodnam faciunt Episcopale aut sacerdotale officium? ad quid ordinantur? Nihil certe prouersus eorum omnium, quae ad Ecclesie ministerium aut conseruationem pertinent. Non ad verbi diuinipraedicationem, non ad sacramentorum administrationem, non ad curandos & consolandos aegrotos ordinantur. Ad quid igitur? Defunctos iam hac uita, & in purgatorium missos, quos per omnem uitam neglexerant, eorumque incuria, iam in peccatis mortuos, quorum etiam sanguinem & animas Dominus de manibus eorum requiret, hos inquam, iam tandem, suarum uigiliarum ululatu, & Missarum demurmuratione, oblationibus, horrenda & iudicatrixa coenae Domini profanatione, ex ignis purgatorijs, qui nullus est, poenis liberare uolunt. Hoc totum est illorum per omnem uitam, quam pollutis conscientijs agunt, officium. Nec enim ad aliud sunt ordinati, nisi ad sacrificandum pro uiuis & mortuis. Ad curam uero Ecclesiae, & munus Ecclesiastae, nemo unquam sacros (quos uocant) ordines recepit, sed tantum ut essent sacrificuli. Ita enim formalia suffraganei uerba sonant, dum ordinat sacerdotem, tradendo calicem in manus dicit, Do tibi potestatem sacrificandi & offerendi pro uiuis & mortuis. Ad minus uero pastoris non ordinant: ad hoc enim tanquam leuius, alia quaedam requirebantur. Quid de alijs superioribus gradib. attinet multa dicere, nisi quod quo quisque est sublimior gradu & honore, eo minus officium, quod est Episcopi proprium, uel intelligit, uel facit: immo sibi turpe esse & dedecori existimarent. Ideoque non Christi est sacerdotium, nec hi Apostolorum legitimi successores, sed mera larvae & Satanae ludibrium. Et quid hi ordines ostiariorum, exorcistarum, ceroferariorum & acoluthorum gradus ad ueram unitatem & concordiam facerent, quae in alijs rebus consistit quam isti nugantur, uidelicet in ueræ doctrinæ unitate, de fidei articulis & legitimo sacramentorum usu. Quam cuperet hic fraterculus toti Germaniz persuadere, ne ullum audiret doctorem præter rasos illos Pontificios sacrificulos & monachos? Tum uero serio triumpharet, si Antichristum, quem Dominus Deus noster immensa bonitate, & omnipotenti uerbo eius per Lutherum, piae & felicis memorie, olim regnabitibus tenebris monachum interfecit, monachus Asotus ex inferis resuscitare posset. Sed post festum Asote, post festum uenisti. Seruo uenere bubulci, & agones.

Quod uero, non ad solos sacrificulos Pontificios, & hunc ordinem Papisticum, officium docendi in Ecclesia (ad hos enim iam minimè pertinet) sed ad alios quoque piros, ab Ecclesia uocatos pertineat, et si ex Cypriano iam sit probatum: tamen in sequentibus copiosius declarabitur.

Nec mouet nos uestrorum conspiratio, quam recte sic uocas, quod omnies in illo ordine cum Pontifice Romano cōspirent, ut ideo ipsos agnoscamus Apostolorum successores & prædicatores solos legitimos: cum sint manifesti Ecclesiae Christi & uerbi ipsius hostes ac persequutores, quod res ipsaloquitur, & ex antithesi Apostolorum & Prælatorum Asoticorum commemorata appetat. Neque hoc recens est aut nouum, quod iij qui de carnalibus prærogatiis gloriantur, & nihil minus sunt quam uera Ecclesia, aut eius membra: tamen ueri uelint haberi pastores, cum lupi sint, & persequantur doctrinam coelestem, eiusque possessores. Sic enim Ismael Isaacum: & idem suo tempore Paulus fieri docet, quo summus Pontifex & sacerdotes Christum in crucem egerunt, Apostolos eius crudelissi-

crudelissimè sunt persequuti, in exilium eiecerunt, & occiderunt, quemadmodum patres ipsorum, & antecessores etiam cum Prophetis egereunt. Idem plane uos uestriç omnes ubicunq; possunt agunt: ideo characterem istum bestiæ indelebilem à uobis accipere non possumus. Nos autem uocati ab Ecclesia uera, eiusq; præcipuis membris, officiū facimus & Deo gratum, & multis salutare. Quid enim ad hoc rancidum uestrum & impia & sacrilega, quæ in primitiva quoq; Ecclesia nō fuere usitata? Et cur nos uestrae idolomania & tyrannidis faceremus partícipes? Absit hoc à nobis: id Deus clementer auertat.

Porro, quod ad stabiliendum regnum Pontificium adducit Petrum in die Pentecostes & in concilio & ubiq; solum & unum loquitur, usq; adeò manifeste falsum est, ut mirer quod Aſotum non pudeat manifestorū mendaciorum, & qua sit hæc nugandi libido.

Nam in die Pentecostes, inquit Lucas, C O E P E R V N T loqui uarijs Act. 2.
linguis. Item, Audiebat unusquisq; lingua sua I L L O S loquētes. Itē, Nōn-neſti omnes qui loquuntur Galilæi sunt? Non, inquit, cœpit Petrus solum loqui, nec audiebant Petruſ solum sua lingua loqui: Nec, Iste qui loquitur Galilæus est: sed, Cœperunt loqui: audiebant illos loquentes: Omnes qui loquuntur Galilæi sunt. Verum quidem est, interdum uel solum, uel præ reliquis loquitur: non enim omnes simul loqui possunt. nam quæ hæc effet confusio? Sed quod dicit Aſotus Petrum in die Pentecostes & in cōcilio & ubiq; unum esse loquitur, id aperte falsum est. nam praterq; quod Paulus & Barnabas suam quoq; dixerunt sententiam, Iacobus Apostleſ & Hierosolymorum Episcopus, sententiam dicit definitiā, & decretum illius concilij pronunciat. cui & cæteri omnes consentiunt. Etsi autem aliás s̄e Aſotus turpiter se det: tamen hic turpissimè mentiens, palam depræhenditur, ut nullus ipſi relinquitur color, nulla species, qua tam apertum mendacium possit tegere. Quis igitur in reliquis Patrum testimonia pro- ducenti huic homini crederet, qui Spiritus sancti uerba & sententiā inuiolata non relinquit, quæ ipsum religio prohiberet, quo minus idem alibi, cum extreſua & ad propositum facere uidetur, ageret?

An maliciā accusabimus, an uero cæcitati eius adscrihemus? Certe nemo est qui hæc excusare possit. Valeat igitur Aſotus, & sequantur illum quicunque libenter quæ falsa sunt audiunt, quicunq; manifesta scripturæ non tantum depravatione, sed etiam apertis mendacijs contra Spiritum sanctum prolatis delectantur. Reliquit hic Satan post se foetorem, ex quo facile agnoscī potest, nīſi forte pituita labore, & catarrho. O' miseros uos Papistas, qui huic uefano homini fidem habetis, an' non tandem uos mendaciorum pudet & pœnitet?

A N N O T A T A I N C A P V T X.

Conſtituto hoc modo ordine sacrificiorum ab infimis usq; ad sum-
mum Pontificem, & cathena indiſſolubili connexa, ita ut nemo præ-
ter hos qui ab illis Pontificijs Episcopis ordinati sunt, & cum eis conſpi-
rant, ſit audiendus in Ecclesia: iam ex illo ipſo ordine, qui tamen à nobis
non ſecus ac nodus Gordius, nō tamen indiſſolubilis eſt diſiectus & diſſo-
lutes, conſequentias quasdā & corollaria Papistica pulcherrima ſibi colli-
gere imaginatur. Hoc enim ordine fieri, inquit, ut ſemper preſens in Eccle-
ſia habeamus iudicium in controuersijs fidei, ut cum quæſtio aliqua circa
dogma uersatur, habeamus iudicium ſimile illi, ad quod Paulus & Barna-
bas retulerunt quæſtionem de circumciſione: & mox orta dubitatione,
nouerimus quo fine terminanda ſit. Item, docere fidem, ad nullum alium
pertinere

pertinere, nisi ad illos, quos Apostoli miserunt, & qui postea ab his missi sunt. Ideoq; nullum nisi per hoc ostium (Papisticum scilicet) intrantem audiendum. Quod si uero nullum, inquit, admittimus ad prædicandum & docendum Euāgelium, nisi hoc ordine: multo minus nullum admittimus ad definienda dubia circa prædicationē fidei, nullius agnoscimus iudicium nisi ex illis sit qui ad prædicandum sunt missi, & ordinem illum inter Doctores constitutum à Deo (Pontificium) agnoscat & sequatur. & additrationem: Quia dubia & controversias definire maius est, q; docere. Nulla itaque ratione ei competere ualeat, cui non commissa est doctrina: immo nec omni cui illa commissa est, hoc competere potest: sed summis tantum atq; supremis, hoc est Episcopis sic consentientibus. Quale fuit Apostolorum Hierosolymis, quod iam est concilium Episcoporum. Hic insert: Cum igitur Principum non sit docere, Ergo multo minus dubia fidei definire.

Annon obsecro te amice lector, stauis hic est gerro, quem non puderet præsentium suorum Episcoporum conciliabulum conferre concilio Apostolorū: Quid uero cōmune his Episcopis Asoticis cum Apostolis Christi: Hi ornati fuere Sp̄ritu sancto. Asotus de suis recte dicit, nō necessariō in eis Sp̄ritum sanctū requiri. Apostoli Christi instructi ab ipso fuere cognitione sacræ scripturæ. & uult Apostle Paulus Episcopum esse didacticum, qui potens sit in uerbo Dei, & possit suos docere, & aduersariorū ora uerbo Dei, non fune obstruere. Quotus uero quisq; est ex toto illo Episcoporū ordine, qui sacram scripturam aliquando dicterit, & uel possit, uel uelit docere subditos, fidei suae commissos? Sed huius loco interduum Missam unam atq; alteram per oīum celebrat, interim alijs studijs dediti & occupati, quæ ex diametro cum Apostolico munere pugnant. Apostoli doctrinam ornabant pietate, erant irreprehensibiles, pudici, non litigiosi, sobrii, erant typus fidelium: & tales uult Paulus esse Episcopos omnes. Num uero hi tui eiusmodi sint Asote, ipse uideris, nolo enim curiosus insingulos, quod molestia & inuidia non careret, inquirere. Certè, ut altud non dicam, quod si ad normam & regulam à Paulo præscriptā examinandi essent, exiguus forte & bene numerabilis fieret numerus, qui de Apostolorum successione gloriarentur.

Hæc cum sint manifesta, quid inania nobis obtrudis nomina, eisq; orbī Christiano illudis, & frustra es molestus: An uero nos omnes, communī etiam sensu destitutos esse arbitraris, ut quid inter nigrum & album, inter Episcopum Asoticum & Apostolum, atq; Episcopū Ecclesiaz Christi intersit, ignoremus: Gradus sunt inter ueros etiam Episcopos (nam de Asoticis laruis, & inanibus titulis nihil attinet dicere) & Apostolos. Hic enim non sola uocatione differunt, quod immediate à Christo sint uocati, sed etiam autoritate & donis. De Apostolis enim certi sumus, quod Spiritum sanctum habuerint, & dogmata ipsorum ab eodem sint profecta: ideoq; de doctrina eorum minime dubitandum, adeò, ut fundamentum sit, super quod Ecclesia est ædificata. Episcopi uero, quantumvis sancti, docti, &c. longe inferiori gradu collocandi sunt. Sed his omissis, ut intelligas Asote, nos non esse iniq;uos aut iniurios in tuos Episcopos, Da fratercule uiros Apostolicos, da Episcopos qui sacram Euāgeliū doctrinam intelligat & prospiteantur, qui faciant Catholicī Episcopi officia & iudicia de fidei dubijs & cōtrouersijs, haud grauatim & quantum licet eis concedimus. Cum his uero tuis nugis, quas stolidē in medium affers, hic facesse in tuam Asotiam, ad tuos Philistæos incircumcisos corde & auribus, qui Sp̄ritui sancto resistunt, sicut patres ipsorum, qui Prophetas Dei, & ueros atq; pios Episcopos crudelissimē interficiunt.

Quod ad successionē apostolorū attinet, præcedenti cap. satis est dictū. Ad illud

Ad illud alterum quod Sotus affirmat, docere fidem, ad nullum pertinere, nisi ad illos qui in ordine his, qui ab Apostolis missi sunt, succedunt. Nullum audimus, nisi per hoc ostium intrantem, &c. non aliud respondere, nisi quod satis ridiculos se faciunt Papistæ, cum munus docendi ad suum ordinem alligant, cum tamen hoc ipsum Episcopinō prestant, quasi uero Sp̄ritus sanctus ad eundem sit alligatus. Nec iam aliud afferat ad huius absurditatis refutatio nem, quam quod Desotus ipse suas nugas refutat. Nam paulo in inferius multis scripturæ sacræ testimonij & exemplis à Brentio conuictus, ui ueritatis eò deducitur, ut dicat & concedat doceri posse à cunctis, etiam inferioribus principib⁹. & addit, non tam sine fremitu & indignatione, Doceat quilibet & exhortet filios suos, familiā & domesticos, subditos etiam & populos. quis unquam hoc prohibuit? Sed quam longè hæc omnia à ferenda sententia in controuersijs? Illa enim omnium sunt, ab omnibus fieri possunt, iuxta captum cuiq⁹ proprium: ad illa non opus est aut magna scripture sacræ scientia, aut difficultas locorum studio, neque eruditione quidem: pietas & affectus simplices & humiles de his omnibus docent. Hæc Asotus. Quis monachum hunc non aut delirare aut spiritu uertiginis rapi dixerit: cum sibi ipsi sit contrarius, & id quod anteā omnib⁹ negauerat, qui non uncti erant à laruatis illis suffraganeis, iam ex æquo omnibus liberaliter concedat: Doceat quilibet, inquietus, illa omnium sunt, ab omnib⁹ fieri possunt: neq⁹ enim hanc ad rem opus est magna scripture sacræ scientia, neque eruditione quidem. Quid uulgarius, aut magis populare iuxta Asotum, imò quid uilius, quidue contemptus docendi munere: quippe quod ad illud nec scripturæ magna cognitione, sed ne eruditione quidem opus sit? Hæc recte de unctis & rasis sacrificiulis suis, qui ad ordinem istum Papisticum pertinent, Asotus scribit: tales enim pleriq⁹ ipsorum sunt Plebanii, qui ad tres tantum Missas demurmurandas ordinantur. Hi certè sine eruditione, & sine magna scripture cognitione, maxima uero cum iactura & periculo animarum docent. Atq⁹ ita cum uult Asotus præstigiator, ex musca facit elephantum: contra vero sophista ex elephanto muscam.

Iam ad id quod principale est, in hoc capite, & status causæ, acceda mus: Principes scilicet seculares, quos uocat Asotus, non posse unā fidei dubia & controuersias definire, sed ad solos Episcopos unctos pertinere: id hoc modo probat: Ad illos tantum peitinet, ambigua fidei definire, qui prædicant & docent Euangelium. Principes seculares, & alij qui non sunt in successione & ordine isto Ecclesiastico, non sunt audiendi docentes Euangelium. Ergo multo minus potest illis competere, ut unā fidei ambigua definiant. Valet consequentia, quia hoc maximum est & supremum omnium.

Hæc est demonstratio, non dico Aristotelica, sed planè magistralis & determinatio Asotica. Quid uobis uultis Principes profani, Sanctum ne tetigeritis: ne polluatis uasa sancta, quæ solis sanctificatis oleo chrismatis fas est contrectare: procul ite profani.

Sed & hoc argumentum quod contra Principes principem obtinet locum, Asotus tanquam omnium firmissimum & ualidissimum in aciem collocauit, arietis loco, quo Principes uoluit deturbare de subsellijs, iam loco dicto, euersum est ab ipso Asoto. Si enim ad illos pertinet fidei ambigua definire, ad quos prædicare Euangelium, & docere: & quidem ad summos & supremos inter illos. Docere autem Euangelium, ad omnes & etiam Principes pertinet, permittente Soto ipso iam dicto loco. Certè ma xime etiam, ad Principes, & quidem præcipue ad illos iuxta Asotum pertinebit, ut & ipsi dubia & controuersias fidei definiant. Hoc multo firmius Rr & soli-

& solidius est argumentum Asote, ex tuis uerbis & sententia contra te de-
sumptum, quam illud quod contra Principes à te est productum. Et in tan-
tas angustias te coniecisti, ut nunquam euadere possis: in labyrintho uerba-
ris inextricabili: respicias quo cunq; uolueris, nusquam tibi patebit exitus:
ruina aut diuerticulum: captus es & irretitus tuis proprijs uerbis.

Neque tantum cum ijs quæ hoc cap. scribit, & ut sibi uidetur arguta-
Cap. 23. tur, ea quæ inferius habentur, sicut auditum est, pugnant: eisq; refutat
Cap. 5. possunt: sed etiam superius hoc eodem loco, huic sua sententiae & toti pro-
posito suo contraria habentur, ubi hæc scribuntur uerba: Agnoscentibus
semper omnibus rem fidei cōuenienter non posse tractari, priuatim apud
aliquem, aut etiā multos, sed omnium ad quos fides pertinet, Ecclesiarum
communi consensu. Quod si rerum fidei tractatio non ad aliquos prima-
tim pertinet, sed communi omnium Ecclesiarum, ad quas fides pertinet,
consensu tractandæ sunt: certè etiam ad Principes uel maximè spectabit.
nam & illi ad Ecclesiam pertinent, neq; ab eis tu Asote eos, quantumvis
iniquus iudex, excludere unquam poteris. Egregium uero ducem & co-
ryphaeum uncti & rasi ordinis, qui auctoritatem illius aptissimè nouit de-
fendere & propugnare, ut soli regnent & triumphet, omnia scilicet in Ec-
clesia pro libidine, sine cuiusquam molestia tractare & definire possint:
qui Principes seculares ita de gradu & pulpito deiecit, ut nulla ratione co-
modius eos in sublime illud Ecclesiæ iudicij & tribunal collocare & eue-
here potuisset, eisq; sententias dicere, uota & suffragia ferre, iusq; fasq; esse
uoluit & comprobauit,

Vobis igitur, ô Episcopi, Asotum regni uestri nō amicum, sed hostem,
non propugnatorem, sed expugnatorem, non defensorē, sed proditorem
& euersorē, sicut Hannibal Tarentinis deos suos iratos relinquimus. eius
infœlici opera, si ita uisum fuerit, & quotiescumq; libuerit, cōtra nos utimi-
ni, hoc enim aduersario & hoste nunquam inferiores nos, uos uero supe-
riores nunquam euaderis, sed compendiaria hæc erit uia ad regni Papistí-
ci eversionem. Stulticia enim uestra hoc modo nota erit omnibus.

Hæc omnia ex Asotis sententia à me sunt dicta, nec opus erat alia refuta-
tione: sed tamen ut supererogationis opus & nos faciamus, quædā ad so-
lutionem argumenti Asotici ab ipso datam, addemus. Vult frater Petrus
ad illos solos dubiorum & controversiarum fidei dijivationem pertine-
re, qui eam docent & sunt legitimi Ecclesiæ Prelati & doctores ordinarii,
post Episcopos, & sub illis: tale enim Hierosolymis congregatum fuisse.
Cùm ergo Principum officium non sit docere fidem, neque etiam de con-
trouersijs eius iudicare eos debere. Dicitur quidem ab Asoto, quod illo-
rum tātum sit iudicare, quorum docere: sed nondum est probatum. Multi
enim sunt docti & rerum sacrarū periti in omnib. ordinibus, Principum,
nobilium, & quos tu uocas secularium, doctorum & aliorum, qui certe e-
ruditione & sacrae scripturæ cognitione, cum multis tuis Praelatis certare
possent, & tamen publice docendi munere non funguntur. Neque enim
omnes possunt publice docere in templis, sed certis quibusdam hoc de-
mandatur. Et tenentur omnes coelestem doctrinam cognoscere, cùm ut
fidem suam inde forment, tum ut sibi à pseudoprophetis cauere possint.
Quid igitur tu asine, num prohibebis talē à iudicio eam solam ob causam;
quia non rasus est & unctus, aut quia non publice docet in templo? Certe
quantum intelligimus ex hoc capite, totus est in hoc Asotus, hoc omnib.
uiribus agit. Sed bene habet quod frater Petrus non sit Petrus apostolus
ille, sed Petrus Hispanus: neque Paulus quartus eius nominis Pontifex, sit
electum illud Dei & salutare organon. Apostoli enim nobis magis sunt
propicij, quam hæc noua & dira numina.

Petrus

Petrus enim Apostolus omnes Christianos regale uocat sacerdotium, uocatos in admirabile lumen, ut uirtutes Dei annuncient. Paulus uero etiam auditores, quos tu Asote laicos uocas, ex inferioribus subsellijs ad cathedras doctorales promouet, inquiens: Si sedent fuerit reuelatum, taceat prior. 1. Cor. 14. Et alibi uaria enumerat Spiritus sancti dona, unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, &c. alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hae autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout uult. An tu hos eiusmodi dominis ornatos, qui habent discretionem spirituum, a iudicio dogmatum excudes Soter: sed hi uel soli maxime ad id ut adhiberentur digni sunt. Quid enim alijs his donis destituti agent in iudicandis controversijs fidei? numeri, ut numerum compleant, & uerbo Placet autoritatem decretis addantur. Accersantur ergo sine discrimine undique plurimi: quid enim refert cuiusmodi sint, quid in Theologia didicerint, assideant, & annuant asini auribus, & Psittaci suum κεῖσθαι, uel hi suum Placet dicant: & optimè tractata, expedita & confirmata erunt omnia.

Nec ideo confusio & perturbatio ordinis sequetur, ut maxime admittantur ex omnibus ordinibus aliqui peritiores ad iudicia de dogmatibus, cum communis causa omnium agatur. Paulus enim ipse qui eodem in loco uult, ut omnia decenter & secundum ordinem fiant, hoc ipsum ad ordinem pertinere arbitratus est. Nec mox Episcopi erunt, qui hoc modo iudicijs Ecclesiasticis interfuerunt.

Hoc ipsum uult Nicolaus Papa I. ad Michaelem Constantiop. Imperatorem. Dicite quæsumus ubinam legis Impp. antecessores uestros synodalib. conuentib. interfuisse, nisi forsitan in quib. de fide tractatu est, quæ universalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, uerum etiam ad laicos, & ad omnes omnino Christianos pertinet. Etsi enim seculare ab ijs iudicijs arceat, ubi de rebus mere sacerdotalibus agitur, eorumque iurisdictione: tamen nullo modo excludit ab ijs synodis, in quibus de fide tractatur: sed omnes omnino Christianos, etiam laicos, hoc est omnium ordinum uult interesse.

Quod si omnino, ut affirmas, Asote, tantum illorum est, dubia fidei iudicare qui in templis docent ordinari: certe hoc ipso iam Episcopos plerosq. Germaniae de gradu & subsellijs deieceristi. Manifestum enim est, hos nunquam publice suos subditos docere fidem & religionem, exceptis paucissimis: qui tamen rarissime ad docendum surgunt, & non nisi sermonem de tempore ex charta anteab aliquo logodædalo compositum recitant. Quid à tuis Hispanis fiat, ignoro. Hi ergo omnes etiam te iudice de gradibus, cum dubia fidei tractantur, deturbandi erunt. Ad quos igitur tandem hoc iudicium spectabit: ad monachos solos, rabulas & mendicabula, aut certe neminem, hoc enim uos agere uidemus, quod Augustinus de Donatistis scribit, his uerbis:

August. lib. contra Donatistas post collationem, cap. i.

Sed ipsam ueritatem refugientes (Donatistæ) actis responderunt: indignum est, ut in unum conueniant filii martyrum & progenies traditorum. Donatistæ se filios martyrum uocabat, pios uero progeniem traditorum. Non secus iam Papistæ se Catholicos & Apostolicos: nos uero apostatas, schismaticos & haereticos appellantes.

Ibidem cap. xxiv.

Omnino ad causam uenire uolebant, & quam malam causam haberent ipso suo timore clamabant;

Et cap. sequenti xxv.

Tunc a lectissimis & disertissimis viris, quantis viris agi debuit aliquid, tantis agitur ut agatur nihil.

idem contra Cresc. Grammat. Donatist. lib. IIII. cap. LXXV.

Puto quod facilius intelligas non deuitandæ contentionis causa, quæ nulla est, cum ueritas uel quæritur, uel non pro uana gloria litigatur: sed causæ malæ dissidentia, uos nobiscum nolle conferre.

Manifestum est, uos plane idem agere, quod olim Donatista. Cur enim in uestro Areopagitico iudicio neminem ferre uultis, nisi iuramento uestris obstrictum, quam ut tyrannidem uestram stabiliatis & confirmatis, ut nemo sit qui uobis contradicat, aut de erroribus conuincat? Et quia causæ uestræ timetis, lucem fugitis, uobis male conscient, quia causam pessimam defendatis? Parum uero memor eorum esse uideris quæ in præfatione ad illustriss. Ducem Vvitenbergensem, assertionem tuam & defensionem Catholicam dedicans scripsisti, quibus eum iudicem totius contouersiæ quæ inter nos & uos agitur constituisti. Cum igitur iudicium illi priuatum permiseris, qua fronte iam eius Celsitudinem remouebis Afose? Nunquid tibi non costas, sed auersaris? Et ex eodem ore calidum & frigidum efflas?

De concilio Ierosolymitano, cuius hic facit mentionem, paulopòstre spondebimus. Quod postremo loco ex Cassiodoro depromit, ante milles annos auctoritatem Romanæ Ecclesiæ necessariam in celebrandis concilijs agnitam, ut auctoritate sedis Apostolicae confirmarentur pro tuenda multorum salute: Scimus episcopos Romanos diu ambitione laborasse, & primatum illum parturuisse, nihilq; intentatum reliquisse: sed uociferatione & clamore ingenti, dolo, fraude, ui, mendacijs eorum apertis & tyrannde hoc unum egisse, ut omnes ecclesiæ Romani Episcopi primatum agnoscerent, nullū conciliū sine illius consensu celebraret, nec ratū habetur: prouocationes quoq; transmarinis ad sedem Romanā concederentur. Sed id nunquam impetrare potuerunt, nisi tandem ab homicida & latrone Phoca, qui seditione mota, pium Imperatorem Mauricium dominum suum cum liberis suis trucidauit. Hic cum excommunicari debuisset, in imperio est confirmatus à Papa, ut ipse uicissim sibi primatum concederet super omnes Ecclesiæ. Atq; ita uterq; alteri tribuit, quod nec habuit, nec conferre potuit. Videre est ex omnibus propemodum omnium Paparum decretalibus Epistolis, quam ad primatum illum anhelent, cumq; sollicitè admodum affectent, cuius rei exempla quædam proponenda, ut mendacia, quibus creuit Romanorum Episcoporum autoritas & primatus, ab omnibus deprehendantur.

Anacletus Epistola tertia.

Hæc uero sacra sancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit & eminentiam potestatis super uniuersas Ecclesiæ, ac totum Christiani populi gregem assequuta est, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Verum id negat synodus Nicena. Orta enim in eadem contentione de primatu, certamen hoc modo dirimitur, edito decreto, ut & apud Alexindriam & in urbe Roma, uetusta consuetudo obseruaretur, ut ille Augusti, hic uero suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.

Sixtus Epist. secunda ad omnes Episcopos.

Si quis uero uestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc

anciam

sanciam & Apostolicam appelle sedem, & ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ut hoc modo asylum & refugium omnium latronum & pestis hominum facerent Romani (quemadmodum initio Romulus) quo regnum & dominium super omnes acquirerent Pontifices Romani, & Romuli se successores magis quam Petri esse declararent.

Victor Epist. prima Decretali.

Quanquam à comprouincialibus episcopis accusati, causam Pontificis scrutariliceat: non tamen definiri inconsulto Romano Pontifice permisum est, cum beato Petro Apostolo non ab alio, quam ab ipso dictum sit Domino, Quæcunq; ligaueris &c.

Sixtus I. in sua Epist. ad Gratianum.

Vnde placuit, ut accusatus uel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appelle, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem.

Marcellus Papa Epist. Decretali I.

Si uera uero Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est, quæ eius non subiecta sit ditioni, ad quam omnes quasi ad caput iuxta Apostolorum, eorumq; successorum sanctiones suffugere & appellare debent, &c. Simulq; idem, inspirante Domino, constituerunt, ut nulla synodus fieret, praeter eiusdem sedis autoritatem: nec ullus Episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica autoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus, audiatur uel iudicetur.

Melciades Epist. Decretali ad Hispania Episcopos.

Episcopos nolite iudicare, nolite condemnare, absq; sedis huius auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt uera iudicia, & uos cōdemnabimini. Hoc enim priuilegium huic sanctæ sedi à temporibus Apostolorum statutum est seruare, quod illæsum manet usq; in hodiernum diem.

Hoc priuilegium ligandi & soluendi beato clavigero Petro, sua vice solummodo commisit.

Iulius I. ad Orientales Episcopos.

* Ipsi uero primæ sedis Ecclesiæ, conuocâdarum generalium synodorum Pontifices iura & iudicia Episcoporum, singulari priuilegio Euangelicis & Apostolicis atque Canonicis concessa sunt institutis, quia semper maiores causæ suo priuilegio ad sedem Apostolicam, multis authoritatibus referri præceptæ sunt. Nec illo modo potest maior à minori iudicari. Porro dudum à sanctis Apostolis, successoribusq; eorum in præfatis antiquis decretum fuerat^b statutis, quæ hactenus sancta & uniuersalis Apostolica tenet Ecclesia, NON PORTERE PRAE SENTENTIAM ROMANI PONTIFICIS CONCILIA CELEBRARI. Item^c OMNES maiores Ecclesiæ causæ & Episcoporum ab eodem terminarentur. & posteâ. ^d Hæc eadem in Nicæna synodo propter prauos & hæreticos homines ab omnibus corroborata, ut ad unam beati Petri sedem uniuersalis Ecclesiæ cura conflueret.

Idem contra Orientales pro Athanasio cap. xxix. ex Decretis (ut finge) Niceni conciliij.

Nec ullum ratum est, aut erit unquam concilium, quod non fultum fuerit Romanij Episcopi auctoritate.

Taceo iam sequentium Paparum Decretales, quæ non ferendam ty- rannidem præse ferunt de sua potestate, & quod à nemine reprehendi possint: imò etiam si innumeræ animas in infernum præcipitarent, nemini licere dicere, Quid facis? & alia innumera. Hoc uero minime ferendum

Rr 3 est, pudet Iuli;

^a Quis ergo quatuor
prima concilia gene-
ralia conuo-
cauit? cur

^b Vbi nam, que te in
li hoc statu-
turn Aposto-
lorum habe-
tur?

^c Id scilicet
curauerunt
Impp. The-
odosius &
Marianus
Leone I. pe-
tente.

^d Vbi?

^d O apertis-
simum mens-
daciun Pa-
pisticū, non
te horum

est, quod affirmant se à Christo, Apostolorum & Niceni concilij statutis
hanc accepisse potestatem & primatum, ut nullum concilium firmum ra-
tumq; habeatur præter sedis Romanæ autoritatem. Item, nullius Epi-
scopi condemnationem, nisi Pontificis Romaní accedat authoritas, ua-
lere. Præterea ex omnibus prouincijs concedendas prouocationes.
Hæc, inquam, omnia sunt falsissima. Non excutiā iam loca scripturæ:
Tu es Petrus, & super hanc petram. Et quæcumque ligaueris, &c. Quam
enim hæc nihil ad rem faciant, in præcedenti loco, adeoque multis no-
strorum scriptis ita est declaratum & probatum, ut mirer qua fronte A-
fotus hic audeat istas nugas in medium proferre. Certè in concilio Chal-
cedonensi, Act. 16. habetur, quod sedi senioris Romæ propter imperium
ciuitatis illius, Patres consequenter priuilegia concederint. Non ergo à
Concilium
Nicenum. Christo neq; ab Apostolis, sed longo tempore post à Patribus. De cōcilio
Niceno quod garriunt & gloriant supradicti Pontifices, manifeste falso
est. Nihil enim horū illic legi, sed præfertur Hierosolymæ Episcopus reli-
quis omnibus, & æquanti Alexandrinus, Antiochenus & Romanus Epi-
scopi in eodē. Nec ullum huic ius in reliquo, nisi uicinas ecclesias cōcedi-
tur: nedū, ut nulla firma sit synodus quæ non illius fulciret aut confirmaret
autoritate. Ita enim habetur cap. 6. Mos antiquus perdurat in Aegypto, uel
Libya & Pentapolí, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat
potestatem, quoniam quidem & Episcopo Romano parlis mos est. Simi-
liter autem & apud Antiochiā, cæterasq; prouincias, honor suus unicuiq;
seruetur Ecclesiæ. Ibidem cap. 7. Quoniam mos antiquus obtinuit & uetus
traditio (en tibi Asote traditionē, & quidem peruetustam, & si ita plaue-
rit, etiam Apostolicam) ut Aeli, id est, Hierosolymæ Episcopo honor de-
feratur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitana
ciuitatis propria dignitate.

*Concilium Constantinop. primum, cap. III. iuxta primam
editionem.*

Manifestum nanq; est, quod per singulas quasque prouincias, prouin-
cialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundum ea
quæ sunt in Nicæa definita.

Quæ cum manifeste primatuī illi, quem Romani Episcopi ambitione
affectionabat, repugnare uiderentur: zelosi isti Patres non ueriti sunt noua
quædam & suppositicia Niceni concilij decreta comminisci, atq; conci-
lio Carthaginensi, cui & Augustinus interfuit, obtrudere, in quibus pro-
uocationem transmarinis ad sedem Romanam concedendam esse, statu-
tum affirmabant. Verum Episcopi 217. in eodem concilio congregati, in ca-
pitulis & decretis cōciliij Niceni Latinis nusquam inueniri respōdent: sed
quia authentica exemplaria in Orientis Ecclesijs habeantur, se ad Episco-
pos Constantinopolitanū, Alexandrinū & Antiochenū scripturos, qui
eius decreta bona fide exscripta & translata transmittant. Quæ ubi allata
sunt, manifeste fraus est deprehensa. Verba enim & sententia, quæ ab Epi-
scopis Romanis in concilio Carthaginensi pro concedenda transmarinis
prouocatione Romam prolata sunt, non in cōciliij Niceni, sed in Sardicen-
sis concilij decretis habentur. Institutum autem erat & indictum conci-
lium hoc Sardicæ ciuitate Illyriæ ab Imperatoribus Constante & Constan-
tio propter Athanasium sua sede ab Arianiis electū. Cum enim Orientis E-
piscopi, & cum ipsis Imperator Cōstantinus in heresim Ariana essent pro-
lapsi, ut nullū unq; haberet Athanasius in Oriente refugiū, ad Episcopum
Romanum, atq; ita Occidenis partes, se cōtulit. Quod Episcopi Romani
tanquam

tanquam materiam suam iurisdictionem ampliandi auidè sunt amplexi, & prosequuti. Deinde in concilio Sardicensi, cum episcopis Orientales nollent in conspectum occidentalium uenire, nisi suo collegio defensores Athanasij & Pauli prius expellerent: idq; Protagenes Sardicensis episcopus, & Osius Cordubæ Hispaniae nullo modo facere ueilent; illi repente discesserunt.

Hac occasione factum est, ut deinde Osius in eodem concilio sententiā in decretis am in hunc modum dixerit (si tamen rata Osius hæc sententia haberi debet. Sardicensis concilij cap. 7.) negant enim hoc ipsum omnes in concilio Aphricano) ut liceat episcopo regionis suæ episcopis de gradu suo delecto, ad episcopum Romanum appellare, & configere: qui deinde episcopis qui in finitima sunt prouincia scribere dignetur, ut diligenter omnia inquirat, & iuxta fidem ueritatis definiant: uel etiam à latere suo presbyteros mittat, qui præsentes cum episcopis iudicent. Hæc episcopi Romani ignorare nō poterant: uerū ut maioris esset authoritatis, & id quod diu non solum summis uotis expetuerant, sed etiam scriptis suis, quod iam dictum est, alijsq; artibus quælierant, iam etiam fraude & dolo inuadere conantur. Sed opera precium est etiam responsum Carthaginensis concilij ad petitionem honesta illa scilicet Romanorum episcoporum de prouocatione transmarinis concedenda, audire,

*Epistola concilij Aphricani ad Papam Cœlestimum,
urbis Romæ episcopum.*

Præfato itaque debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, deinceps ad uestras aures hinc uenientes, non facilius admittatis, nec à nobis excommunicatos in cōmunionem ultrâ uelitis excipere. Quia hoc etiā Niceno cōcilio definitū, facile aduertet uenerabilitas tua. Nam etsi de inferiorib. clericis uel laicis uidetur ibi præcaveri, quanto magis hoc de episcopis uel obseruari, ne in sua prouincia cōmunione suspensi à tua sanctitate, uel festinatò uel præproperè, uel indebitè uideātur cōmunioni restitui: presbyterorum quoq; & sequentium clericorū improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua: quia & nulla patrum definitione, hoc ecclesiæ derogatum est Aphricanæ: & decreta Nicena, siue inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos, siue metropolitanis apertissimè commiserunt. Prudenter tuis enim iustissimeq; uiderunt, quæcunq; negotia in suis locis ubi orta sunt finienda. Nec unicuiq; prouinciae gratiam Sp̄iritus sancti defuturam, qua æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter uideatur, & constantissimè teneatur: maximè quia unicuiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorū, ad concilia siue prouinciae, uel etiam universale prouocare. Nisi forte quisquā est qui credat, unicilibet posse Deū nostrū examinis inspirare iusticiā, & innumerabilib. cōgregatis in conciliū sacerdotibus denegare. Aut qmodo ipsum transmarinū iudicium ratū erit, ad qd testium necessariæ personæ, uel propter sexus, uel ppter senectutis infirmitatē, uel multis alijs intercurrentib. impedimentis, adduci nō poterūt: Nam ut aliqui tanq; à tua sanctitatē latere mittant, nulla inuenimus Patrū synodo constitutū. Quia ille quod pridem per eundem coepiscopū nostrū Faustinū, tanq; ex parte Niceni cōciliij, exinde transmisstis, in cōcilijs uerioribus, quæ accipiuntur Nicena, à sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexadrinę ecclesię, & à uenerabili Attico Cōstantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiā ante hoc per Innocentiu presbyterū, & Marcellū subdiaconū, per q̄s ad nos ab eis directa sunt, uenerabilis memorie Bonifacio, episcopo prædecessori uero, à nobis trāmissa sunt. In qbus tale aliquid nō potuimus reperiire. Exequitores etiā clericos uestros quibusq; petētibus, nolite mittere, nolite cōcede re, ne funeris typhū seculi in ecclesia Christi, quæ lucē simplicitatis, & humilitatis diem, Deum uiderem cupiētibus præfert, uideamus inducere, &c.

Quantopere superba hæc & ambitiosa Romanorum pontificum petitio, de concedenda prouocatione, ex prouincij Aphricæ, ad episcopum Romanum Aphricæ episcopis displicuerit, quibus etiam rationibus, & q̄ firmis refutarint, ex hac epistola appetet.

Cum uero hanc iurisdictionem & potestatem provocandinoluerint cōcedere Aphricani, quid putabimus in rebus maioribus agnouisse eos auctoritatem episcopi Romani, ut nulla synodus uel concilium ratum habetur, nisi auctoritate Apostolicæ, hoc est Romanæ sedis, confirmaretur? Abi in malam rem, cum stulta ista tua ineptia, hypocrita, & impostor, cum omnibus tuis Romanistis Curtisanis & impostoribus, quorum auctoritas etsi dolo, ui, fraude & tyrannide diu sit quæsita: tamen nusquam ubiq̄ agnita est, donec Phocashomicida, seditiosus tyrannus eam dedit, & confirmauit. Tali scilicet authore digna auctoritas.

ANNOTATA IN CAP. XI.

VT ad solos prælatos iudicium de dogmatibus, & sicut fieri nouimus, tinere probet, eoque principes seculares excludat, ostendere id conatur, manifestissima, ut inquit, ecclesiæ cōsuetudine hinc à Constantini tempore, in omnibus concilijs non reges, non principes seculares, sed episcopos dixisse sententias. Constantinus enim ipse patres concilij Nicenii alloquitur, Vos dij estis: non debetis ab hominibus iudicari. & hoc quidem ille etiam de temporalibus causis dicebat, quanto uero magis de fide ipsa ad eos referendū putauit. Et quid plura opus est: ostendat, inquit, nobis Br̄tius, in quo unquam concilio seculares principes federunt ut iudices, & definerunt. Nec ulla mentio, quod attinet ad causas fidei definiendas, principiū secularium, Regum, uel Imperatorū fit: sed hoc tantum manifeste legimus, astitisse Imperatores, & sua auctoritate præstisſe, ut rite peragerentur, & peracta obseruarētur & tenerent ab omnibus. Quod ad Constantinum attinet, ita res habet. Cum in Niceno concilio ab episcopis interpellatus esset, libellis supplicibus oblatis, recusauit cognitionem disceptationum episcoporum, dicens: Deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit de nobis quoque iudicādi, & ideo nos à uobis recte iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solitus in eis uos expectate iudicium, & uestra iurgia quæcunq; sunt ad illud diuinum reseruentur examen. Vos enim à Deo nobis dati estis dij: & conueniens non est, ut homo iudicet Deos, sed ille solus, de quo scriptū est: Deus stetit in synagoga Deorum, aut Deus in medio discernit, &c. Ideoq; simul omnes querimoniariū libellos iussit exuri, ne ulli hominū similitas sacerdotū innotesceret. Quo facto non solum suscepit iudicium, sed etiam condemnationem: eosq; magis irrisisse quam honorasse uidetur. Prudenter egisse Constantinum fatemur, quod cum episcopus fatali quadam rabie in mutuam lacerationem inflammatos ferri uideret, magisq; ad haec priuata, de iurisdictione ambitiosa, quam ad id, propter quod conuocati erant propensos, Ario interea parcere, & Christi causam negligere, ut suæ cupiditatim morem gererent, probrosos eorum libellos exusserit, nec se sacerdotalibus contentionibus immiscuerit, aut se iudicem earum, quod ipsi petebant, eique offendebant, constituerit. Quod si non ipsius erat officij, ut hic nugatur Afortius, episcopi sunt accusandi, in concilium Nicenum uocati, quod Imperatorem iudicem constituerunt negotiorum episcopalium: quod illi non competebat.

Sed ut manifestum fiat, nō eum superstitione quadam ab hac cognitione abstinuisse, quasi alienam à suo officio iudicaret cognitionem causarū ecclesiasticarum, & episcoporum, ex epistola ipsius ad Nicomedenses, iudicium

Psal. 52.

dicium facere promptum est. Ita enim scribit ibidem: Si castos habemus Theodorit.
& orthodoxos & modestos episcopos, gaudemus. Quod si quis auda- lib. I.
ter ac inconsulte ad fouendas pestes exarserit, illius audacia ministri Dei,
hoc est mea exequitione colterebitur.

Alias quod ad sententiam Constantini, ex Psalmo allatam, qua cogni-
tionem a se reiecit, attinet, elogium est, quo Spiritus sanctus Principes, &
magistratus ciuiles ornat, id quod cum ex ipso psalmo, tum ex Christi in- 10an. 10.
terpretatione manifestum est. Quod igitur id ad sacerdotes errore Constan-
tinus transtulit, neque mirum est, neque rarum. Facile autem est iudicium, utri
plus fidei habendum sit, Deo ne, an Constantino? De propria & genuina
sententia loci ex Psalmo produci loquor.

Quare hinc, quia Constantinus libellos episcoporum supplices dijudica-
re, propter causas quas recensimus, noluit, non sequitur, Reges & Prin-
cipes seculares non posse sententias dicere in concilio. Et nos hoc capite
prolixè contrarium & argumentis firmissimis & exemplis probabimus,
minime perpetuo hinc ab Apostolorum temporibus hanc fuisse obserua-
tam cōsuetudinem, ut soli episcopi, & nusquam Reges, Imperatores, & Prin-
cipes seculares, dixerint sententias definituras, quod falso narrat Asotus.

Et ut maxime ita res haberet, conati enim sunt episcopi illi, male Prin-
cipibus persuadere, ecclesiastica negocia, & fidei causam atque anima-
rum salutem, ad se tantum pertinere, principibus uero corporis & facul-
tatum curam commissam: quid hoc ad nos, qui non quid factum sit, queri-
mus, sed quid fieri debeat. Nam & multa alia longo tempore minus recte
facta esse constat, ideoque emendatione opus habent. Et licuit tunc multo
tutius eruditis & pijs episcopis, quam hoc tempore ineruditis & impijs,
non dico ecclesiae episcopis, sed hostibus cognitionem committere.

Sed uidet Asotus, & nouit ex historia temporum, falsa esse quae de con-
suetudine dixit omnium temporum, quod nulla fiat mentio regum, uel prin-
cipum, quod attinet ad causas fidei definiendas. Nam quam primum Im-
peratores ad religionem Christianam sunt conuersi, semper omnia gene-
ralia concilia ab ipsisdem indicta & cōuocata sunt: neque hoc tantum, sed uel
ipsi intersuerunt Imperatores iudices: uel sua vice alii, qui locum ipsorum
obtinerent, iudices dati. Ideo præoccupat, dicens: Et ne quis calumniose
respondeat, in quibusdam antiquis conciliis interfuisse iudices ab Impera-
tore datos, uel ipsos etiam Imperatores, quorum iusl & sententia omnia
fiebant: qualiter id, & qua ratione sit accipendum, ex verbis Chalcedo-
nensis synodi, ostendamus. Hic ex relatione ad Papam Leonem sententias
producit, quas semper suis glossis admixtis deprauat, & in alienum sensum
contra propositum synodi detorquet, papistico more. Initio veterator ue-
ritatem & historiam calumniam uocat. Et quia se urgeri hinc posse nouit,
anteuertit. Sed relationem ipsam Synodi, audiamus.

Ostendunt, inquit Asotus, concilij sui originem, ordinem, & auctorita-
tem: quia agnouerint a Christo sibi præceptum. Euntes docete omnes gen-
tes, baptisantes eos, &c. docentes eos seruare omnia, quæcumque manda-
ui uobis: quam uelut auro textam seriem ex ueste Christi & præcepto le-
gislatoris uenientem usque nos ipse seruasti, uocis beati Petri factus omni-
bus interpres, eius fidei beatificationem, super omnes adducens. Quid
hic quæso te, amice lector, de ordine, origine, uel auctoritate conci-
liorum? De officio episcoporum recte loquuntur, agnoscentes man-
datum Christi, datum Apostolis, ut scilicet doceant euangelium, & ser-
uare omnia quæcumque ipse docuerit. Hoc fecisse Leonem, qui in sua
epistola

epistola articulum de naturis Christi, ex uerbo Dei recte illustrauat, & interpretatus erat, ac hæreses confutarat. Sed quid hæc ad originem, ordinem & autoritatem conciliorum, quorum hoc loco nulla fit mentione? Nisi forte hoc uelint, quod sicut iniunctum sibi agnoscunt diuinitus, officium docendi euangelium, ita secundum illud solum in concilijs pronunciandum, ut ea solum doceantur & seruentur, quæcumque Christus mandauit, & docuit. Sed cum quo hæc pugnant, Sotus uiderit. Deinde multa alia addit, quæ cum ad rem nihil faciant, omittimus, hoc autem urget Asotus, quod ibidem afferunt, de Leone loquentes, Tu sicut caput membris præeras in his, qui tuum tenebant ordinem benevolentiam preferens. Imperatores uero ad ornandum decentissimè præsidebant, sicut Zorobabel & Iesus ecclesia, Hierusalem ædificationē renouare circa dogmata admittentes. Hæc, inquit Asotus, dicit Synodus Chalcedonensis, quam in sua confessione uenerantur Vvitenbergenses: ibi agnoscunt ut caput Romanum Pontificem: ab eo se congregatos fatentur, literas eius suscipiunt de fide. Produxit Asotus ex actis huius concilij quæ potuit, & ad suum institutum facere iudicauit, & addidit quæ uoluit. Non agitur hinc de primatu Romani Pontificis, Num caput sit ecclesia, neque utrum ius habeat præsidentiæ. Cum cetero Asotus dicat originem, ordinem, & auctoritatem conciliorum his uerbis ostendi, Euntes docete omnes gentes baptisantes eos, & docete eos seruare omnia quæcumque mandaui uobis: certe ex his uerbis nihil horum colligi potest. Verum illa de primatu Romani episcopi, iure præsidentiæ, & num caput sit uniuersalis ecclesiæ et si facile quæm absurdè hæc ex uerbis Christi in medium adductis subsumantur, ostendit posset, libenter tamen præterimus, quia alterius sunt loci: & nos præsens negocium agemus, num uidelicet Reges & principes in Synodo sententias definituras in causa religionis dicere debeant, quod negat Asotus, & dicit tantum ornandi & adiuuandi causa astitisse, & sua auctoritate præstitisse, ut rite peragerentur, & peracta seruarent ab omnibus. Verum nos ex hoc ipso concilio monstrauimus paulo inferius eodem hoc capite officiales Imperatoris etiam sententiam definitiuram dixisse.

Interim dum eò perueniamus, manifestum Asoti mendacium impudentissimum non est dissimulandum, quod dicit, Patres cōciliij fateri se à Leone Pontifice Romano congregatos. Hoc quo pacto Asoto in mentem uenerit, planè ignoro: nec satis hominis incogitantiam, imò impudentiam aut certe crassissimam ignorantiam mirari possum, cum nō solum congegationis, à quo scilicet conuocati sint, prorsus nulla hic fiat mentio: sed cōtrarium huic quod Asotus sciens mentitur, omnibus sit manifestum. Nemmo enim adeo omnis antiquitatis est ignarus, qui non norit quatuor generalia concilia ab Imperatoribus Romanis esse indicta, & conuocata. Quasi uero tunc aliarum prouinciarum episcopi Romanum curauerint episcopum, nisi quantum alias Christiani præsules se mutuo currant. Ius uero & imperium in alios et si usurpare sape sint conati, se cetero propter urbis prærogatiuam intrudere: tamen id ab alijs non est concessum nec approbatum, quod & ex fine præcedentis capituli patet.

Et quia in concilio Chalcedonensi uersamur, Leonis cetero facta est ab Asoto mentio, qui affirmat patres concilij Chalcedonensis fateri se à Leone cōgregatos: manifestè falsum hoc esse, ex eiusdem Leonis epistolis apparent, nam hinc ipse Leo petierat à Theodosio, ut Synodum iuberet intra Italiā celebri. Verba Leonis hæc sunt: Generalem synodū iubetatis intra Italiā celebrari. Ecce Asote Papa ipse petit ab Imperatore, ut ipse conuocet Synodū, & qui-

& quidem in Italia celebrari petit: uerum imperator negligit preces poti. *Leo I. Epis-*
fics, & Chalcedone, que est in Asia, indicit, id est Leo, sicut a Theodosio loci *stola 42. ad*
mutatione in quo concilium celebrandum esset, petierat: ita a Martiano tēpo- *Augustum*
ris prolatione petit, dicens: Opportuniōri tēpori iubeatis reseruari eōciliū; *Martianus.*
uerum tantum impetrat ab hoc quantum ab illo. Ita scilicet congregatum
est hoc Chalcedonense concilium a Leone, ita nullum legítimum concili
um, sine pontificis Romani autoritate indici, cōgregari uel celebrari po-
test. Quod uero Marciani uerba ex eadem synodo profert, dicentis, Non
ad potentiam aliquam exercendam, sed ad fidem corroborandam exem-
plo RELIGIOSI PRINCIPIS CONSTANTINI SY- *Quid hoc*
NODO INTERESSE uoluimus. Hinc non probatur, ipsum non ad rem an-
dixisse sententiam, sed quod propter maiorem autoritatem, & po- *tu uolebas*
tentiam, non uero alios in suam sententiam cogere uoluerit. Sed quanto Imperato-
modestior, & Christiano imperatore dignior est hæc vox, quam Romani *res, uim in-*
Antichristi, qui tyrannica & diabolica superbia, etiā iniustas suas senten- *ferre pīs*
cias timeri uoluit: penes se esse præcipiendi autoritatem, ceteros manere *doctoribus,*
obtemperandi necessitatem. Item si innumerā animas cateruatim ad inse- *aut fidē im-*
ros deducat, nemo illi dicat, Quid facis? *pugnarē*

Postremo idem saepius, paululum mutatis uerbis, repetit consuetudinem hanc, quod soli episcopi in concilijs sententias definitivas dixerint, & non principes seculares, dogmata fidei una dijudicare possint, ab Apostolis conseruatum, id est obseruasse omnes Principes Germaniae & Imperatore, qui iudicauerint concilium ferendum esse a Romano Pontifice, aut, inquit, dic ab omnibus illis erratum. Hæc omnia tam manifesta esse ait Asotus, ut reprehendi possit, quod tam aperta putauerit referenda esse.

Verissima sunt, quæ postremo loco dicit, tam enim manifesta sunt mendacia Asoti, ut merito reprehensione sit dignus, quod tam aperta in medium afferre ausus sit.

Quod dicit postremo ex institutiōe Christi affert, quæ munus docēdi Apo-
stolis suis iniunxit, atq; inde infert merito ridiculū esse eum qui dicit eum
dubia fidei definire posse, aut debere, quod summum est munus in ecclē-
sia, & supremus doctrinæ actus, qui non doceat: certè nemo est omni-
um qui magis sit deridendus, quam ipse dominus frater Petrus a Soto:
nec ullo alio modo magis aut commodius suos prælatos de gradu & iudi-
ciorum subsellij potuisse deijcere, quam hac ipsa ratione, qua uoluit prin-
cipibus hoc ius & privilegium, sententias in causa religionis dicendi, de-
rogare. Si enim omnes illi, quod & præcedenti capite dictum est, à iudicā-
do sunt remouendi, qui non publice docent euangelium, nec in Ecclesia
docendi munere funguntur, & adhibendi tantum docentes euangelium,
& ad ministrantes sacramenta, iuxta Christi institutionem: certè hoc ipso
exclusisti & deiecisti plerosq; tuos prælatos & episcopos à definitione am-
biquorum fidei in concilio. Quotus enim quisq; est bone vir qui hoc faci-
at: nec quicquā habent præter inane nomen episcoporum, alias longe secu-
lares principes omnibus rebus mundanis superat, nisi quod pro legitimis
uxoribus scorta alant innumera. Et qua ratione Asote nos à ferendis senten-
cias in concilio excludes, qui diligentissime secundum Christi institutionē
docemus euangelium in scholis, & templis, sacramenta quoq; iuxta Chri-
sti institutionem pure administramus?

Atq; ita re ipsa de Asoto dici potest, quod ipse de Brentio perperā ad il-
lustriſſimū Ducem Vvrittenbergēsem scribit, his uerbis, Nullus tibi nocē-
tior inimicus est q; Brētius, nullus inq; ulla maledicentia tantū tibi nocere
potuit, tantū incommodi & detrimēti, nō dicā iam animæ, sed substatiæ, glo-
riæ, &

riæ & nomini tuo inferre potuit: nullus inquam coniuratus hostis tantum tibi nocere, quantum Brentius in ijs Prolegomenis, quibus maximè putavit tibi fuisse. Hoc si non manifeste ostendero, idq; ex ipsius uerbis, habet ar mendax. Hactenus Asotus. Hæc inquam, multo melius de ipso Asoto ad episcopos dicí & affirmari possunt, iamq; sunt ostensa. Quia hæc ratio ne institutionis Christi, qui Apostolis præcipit ut doceant, & sacramenta administrent: si, ut Asotus uult, soli sunt Apostolorum successores, soli etiā ius habent dicendi sententias in concilijs, & fidei ambigua definendi, qui hanc Christi institutionem obseruant: ipsi uiderint, qui & quamdiu sine píscopalem dignitatem & substantiam retenturi.

Hoc modo ostensum est breuiter, ea quæ ab Asoto sunt allata, nihil ad institutum ipsius facere: uerūm quia non satis est aliena refutare, sed sua quoq; confirmare non minoris est negotiū: ideo iam, quod hoc capite polliciti sumus aggrediamur, ad principes quoq; pios, & sacrarum rerum peritos, adeoq; omnes totius ecclesiæ ordines, & illorum membra præcipua iudicia de dogmatibus pertinere, & sententias in concilijs dicere definitivas, demonstrantes.

Accedamus igitur ad id quod maximè controvèrtitur. Num concilio, seu iudicio ecclesiastico, & Synodo, ubi de fidei dubijs agit, interesse Principes pīj & alij doctrina & pietate præstantes, ut maximè non sint rati & uncti, possint & ius habeant suffragiorum siue uoces decisivas quas definiti uocant, dicendi: an uero tantum consultatiuas? Asotus uehemēter laborat, ut ius hoc dicendi in cōcilio sententias, & fidei ambigua definiti, siuis episcopis, & Prælatis solis, saluum & integrum retineat: & excludat omnes laicos seculares, siue principes siue alios quoscunq;, temeritatē & superbam præsumptionem nominans, dum hoc iudicium persuadent ad se pertinere, quibus nulla res minus pertinet: perturbari & cōfundi omnia, cœlum & terram misceri exclamat: Christi institutioni, Ecclesiæ cōsuetudini repugnare, si principes fidei dubia definitiant: carere exemplo, alijs libenter Brentium adducturum. Nisi unicum Theodosij, qui se iudicem cōtrouersiarum, inter episcopos, de dogmatibus & fidei dubijs constituisse, à Brentio perhibetur. Quod si, inquit, ita esset, corrigendum foret in Theodosio. Cum igitur hic satelles Antichristi, & hyperaspistes Pontificiarum & rānidis tantopere labore in defensione huius spolij, quod Pontificij uel fraude ecclesiæ abstulerunt, multo equius esse existimo, ut illud ab iniustis possessoribus repetamus, & ecclesiæ uendicemus, ne bonam causam nostro silentio aduersarijs prodamus. Probabimus autem institutum nostrū paulo prolixius, plurimis adductis argumentis, & exemplis, ex historia ecclesiastica omnium temporum, ueteris & noui Testamenti, alij sc̄i autoribus qui historiam sequentium temporum descriperunt. Sunt concilia nostri Papæ, non episcoporum, aut alicuius certi ordinis uel partis iudicia, sed totius ecclesiæ comitia, uoluit enim Christus, summū iudicium esse ecclesiæ, cum ait, Dic ecclesiæ. Complectitur autem Christus nomine Ecclesiæ, in uerbis istis, non tantum Apostolos, & Pōtifices Romanos, & ipsius creaturas, episcopos, ac Cardinales (imò hi longo tempore ecclesiæ prorsus fuisse incogniti) sed etiam reliqua membra, atq; omnium ordinū homines ad iudicandum idoneos, & pios ac eruditos, rerum sacrarū peritos, & exercitatos, principes, doctores, ecclesiæ ministros & laicos, & alios. Aut si au des, que tua est impudentia & proteruia, nega hos ad Ecclesiæ Christi pertinere, conuocandi igitur erunt nō soli episcopi & monachi, Papæ complices & coniurati, qui non dant operam ut Christi gloriam & ueritatem illu striorem reddant, Ecclesiæ tranquillitati cōsulatur, eaq; edificetur: qui nō explicant dogmata, non illustrant doctrinā, nec ambigentes conscientias aut

aut errantes in viam reducunt, & sanant. Sed oppressa Ecclesiæ libertate, monarchiam, imò tyrannidem suam, autoritatem, opes, & potentiam confirmare & augere conantur: uerum ex omnibus nationibus, statibus, & ordinibus ecclesiasticis, & politicis, qui tales sunt, uitæ integritate, monum pietate, doctrina, & prudentia, quibus tantæ res committi possint, amantes ueritatis, & pio ac bono studio eam inquirentes, non fascinati superstitione aut erroribus, querentes uero & pio zelo gloriam Dei, pacem ecclesiæ, & animarum salutem: & id quod faciunt, bona conscientia faciant, non priuatim gloriam aut commoda aueupantes, cœlesti doctrina instructi, qui longo usu, & fidei exercitijs pietatem & eruditioñem aluerunt, autoritate & grauitate ualentes adhibendi erūt. Sicut Cyrillus quoqp tales iudices controversiæ, quæ inter orientates episcopos & se exorta, & in concilio agitata erat, constituit, inquiens: Proinde præordinabimus sibi postremum subdentes & nostram, EA DIVINAS SCRIPTVRAS SCI-
ENTIBVS QVASI IUDICIBVS OFFEREMVS, PETENTES AB HIS QVI VERITATEM SCIVNT SENTENTIAM RECTAM, ET INCVLPATAM.

Causa agebatur inter episcopos de omnium re maxima & in concilio a-
gitata, de dubijs fidei damnatus erat Cyrillus, è sede sua eiectus ab Imperatore, & exequitore concilij, prouocat sanctissimus & doctissimus episcopus, & totam causam dijudicadam proponit. quibus: non solis episcopis, sed scientibus diuinæ scripturas, & ueritatem, hos solos iudices constituit. hi enim soli etiam uera sunt Christi ecclesia, quam ipse audiri uult, & dijudiciari ab ea controversias. Non igitur tyrannis sit uel monarchia, ubi ad unius arbitrium & nutum, cuius cupiditatibus seruitur, omnia aguntur, sed neque democratia ex uulgo, uerum aristocratia, in qua idonei deliguntur, quibus tanta negotia committantur. Honestissima Platonis sententia est, qua constituit eum statum reipublicæ esse optimum, qui sit medius inter tyrannidem, & democratiam, proportione Geometrica: hoc est, toritate plurimum ualent, diliguntur. Vt si in ecclesia præcipuas functio-
nes doctissimi & optimi quique teneant, nec faceant pari seruitute omnes boni oppressi, sed gradus seruent, indocti gubernatores admittat honorum & doctorum uirorum consilia: nec de sua tantum autoritate agi existiment, ut eam solam retineant, & opes atque potentiam augeant, & defendant, oppressa reliqua tota ecclesia horribili seruitute, sed admittatur sana consilia, emendentur ea quæ opus habent emendatione. Hæc est diuina illa propo-
rtio, quæ si esset in ecclesia & republica, uere beati essemus. Cum ergo laici quoque quos uocant, pars sint ecclesiæ, & quidem numerosissima, ipsi quoque, qui idonei sunt ad iudicandum, ius suffragandi habebunt, & uocem decisiuam. Nam & Paulus cum quidem iudicia doctrinæ ordi-
nat, ut omnes prophetent, & exhortentur, constituit ut prior taceat, si fuerit sedenti revelatum. Item prophetæ duo aut tres dicant, & cæteri dijudi-
cent. Quæso te quinam sunt illi sedentes, qui sunt cæteri quibus hic diju-
dicandi potestas a Spíritu sancto per Paulum conceditur? Nónne ad uni-
uersum ordinem auditorum, modò Christiani sint, & ad ecclesiam pertine-
ant, hic Paulus spectat: hos tacentibus prioribus, qui prophetabant, id est scripturas in cœtu ecclesiæ interpretabant, loqui, exhortari, & prophetare iubet. Sed non concedit illis Asoto præsidente, dubia fidei & ambiguidju dicare. Vt maximè Asotus hoc illis neget, tamen Spíritus sanctus per Pau-
lum electum illud Dei organum, non tantum permittit reliquæ toti ecclesiæ iudicium, sed etiam mandat. Cæteri, inquiens, dijudicent. Dijudicent, in-

Cyrillus in
Apologeti-
co pro duo-
decim capi-
tulis in fine
præfatiōis.

1. Cor. 14.

quit. Asotus uero temeritatem & superbam præsumptionem esse affirmat, & quod nihil minus illis pertineat. Cum igitur Paulus toti ecclesiæ permittat iudicium, & præcipiat ut dijudicent, Asotus uero neget: utrifidem habebimus, Asoto ne, qui in Salmaticensi ecclesia initiatus est sacris, & monasticis ordinis asscriptus, & in Toletana ecclesia sacerdotio confirmatus: an uero Paulo, qui Euangelium suum à Iesu Christo didicit, immo Spíritu sancto, qui per os eius locutus est, & hanc potestatem ecclesiæ concessit? Puto multo esse tutius & certius, credere illi qui diuinitus nobis commendatur doctor Ecclesiæ gentium, quam homini obscuro, de angulo quodam prorepenti, ex suo capite, & capitulo, aut sui similibus dogmata quedam uerae ecclesiæ Dei incognita singenti. Quod si hoc iudicium, quod Paulus obseruari uoluit, prudenter fuisset in ecclesia adhibitum, totineptas absurdas, ridiculas addo, & impias traditiones, & impiorum Pontificum decreta non haberemus. quæ ideo recepta sunt, & in consuetudinem abiere, quod hoc modo ad normam & regulam uerbi Dei decenter non fuerunt examinata. Sed regula scholæ Pythagoræ fuit obseruata, quod sufficeret scilicet sanctissimum aliquid decreuisse, & ecclesiæ nomine, imperitis & male persuras hominibus obtrudere. Hæc misera seruitus, quod non solum laicos & seculares Principes à iure suffragandi, sed etiam diaconos & presbyteros excluserunt, & ad solos episcopos tractum est, partim ex tyrannide Papæ uiolenta, & adulazione parasitorum, qui Romano Pontifici plus & quo blandiebant, & nefas esse statuerūt laicos de rebus dubijs circa fidem definire & dijudicare, eoq; nomine eos excluserunt, orta est: partim uero ex praua opinione & consuetudine, qua opinabantur curam ecclesiarum nihil ad principes pertinere, cum ipsis tantum cura corporum, & fortunatum defensio esset demandata, obrepit. Ex his deinde tanta mentes hominū & cordia inrasit, ut eurā salutis nihil ad se pertinere arbitrarent, sed ignavi & ocosi, potius alieno q; suo iudicio credere maluerint. Hanc impiam & supinam ignaviā & negligentia, plus quam detestandam, & diris deuouendam hinc sophista quasi postlimij iure reuocare conatur, integrum tractatum de utilitate, adeoq; de necessitate aliorum iudicium sequendi, in causis fidei, instituit, ut cæci cæcos duces sequamur, & una cum illis in foueam & barathru profundu incideremus. Absurdum illis uidetur, q; populus alioquin imperitus, & rerum diuinarum prorsus ignarus, de tantis rebus iudicare debeat, cum sutor non ultra crepidam. Neque uero omnes & singuli seculares, quos ipsi uocant, rerum sacrarum expertes sunt: reperies enim non paucos, qui cum multis etiam prelatis tuis, cognitione sacrae scripturae certabunt.

Ioan. x. 10. Quod ad cæteros, rudes scilicet, attinet, non animaduertunt, sua culpa id esse factum, quod populus istarum rerum adeò sit rudis & ignarus. quandoquidem per ipsis tam turpiter negligitur, & data opera in ea & ignavia & ignorantia detinetur, & ab hoc tractationum genere exclusus est. Per illos degenerarūt fideles à natura ouiu Christi, quæ uocem eius audiunt: atq; ita audiūt, ut intelligāt, atq; inter lupos & pastore discernere possint, & alium non sequantur. Quod si uniuersorum creator dedit ouibus, stupidis & lioquin animalculis, tantum iudicij, ut non aberrent in dignoscendo pastore: quanto magis credendum est, iuxta Christi uerba & promissionē, ipsum fidelibus suis Spíritum sanctum daturum esse, ut suam uocem agnoscant, & dijudicent ab alienarum uoce.

Porrò ingens est discrimen inter hæc duo, & lōgē aliud, nō bene iudicare, atq; aliud nō posse nec debere, nec facultatē nec ius habere, ad bene sanē iudicandum. Ut enim prius, quod ad ingentem multitudinem imperitā attinet, concederim, tamen posterius pernegamus. Et paulo antē dictum est, non

non quo sūis ex plebe sine discriminē, sed peritissimos, exercitatos, & qui iudicio atq; auctoritate ualent, ex omnibus ordinibus ecclesiæ admittendos. Quamobrem iste Pauli locus firmissimus nobis cuneus sit ad extendas & dissipandas omnes diabolifraudes, & technas, quibus Ecclesiæ Christi demetare conat, ut seculares omnes ab ecclesiasticis tractationibus prouersus abdicarentur, & à iure suffragiorum atq; definitionū in rebus fidei excluderentur. Etsi autem hodie Ecclesia hæc miraculosa Spīritus sancti dona, quod ad linguas, & prophetiam quæ sine studijs cōferebantur in primitiua ecclesia, non habeat more ueteri: tamen in locum illo- rum iam studium, doctrina, eruditio, pietas, & uitæ sanctimonia, quæ or- gana sunt, & media quibus illa cōsequimur successores, quæ certe unctio- ni, rasuræ, uestibus, titulis & alijs id genus nūgīs & cæremonijs ridiculis nō sunt alligata. Spiritus eñi ubi uult spirat. Et sicut non est personarū, ita nec ordinū est respector. Quare cum hæc æquè in insimis & medijs atq; sum- mis ordinib. inueniri possint, in ecclesia omnibus doctrina, pietate & gra- uitate prestantibus, nulla ordinis & unctionis externæ habita ratone locus ad iudicandum & ad sententiam dicendam patere debet: ita ut hæc po- testas non Pontifici soli, eius legatis, Cardinalibus, & episcopis, sit addi- cta. Manifestum est & hoc, q; non tantum non auscultandum sit episcopis, & quibuscumq; alijs falsa dogmata serentibus, & male pronūciantibus: sed etiam laicis & omnibus sine discriminē dissentendum ab eis, fugiendosq; esse, & cauendos ut lupos, pseudoprophetas, & pestes ecclesiæ. Loqui- tur eñi Christus nō cum solis Apostolis in mōte, eorum successoribus, sed Matt. 5. & 7.

cum turbis quæ eum sequebātur. Ac tradita uera & genuina legis interpre- tatione, eaq; doctrina contra Phariseorū depravationes repurgata, dein- ceps monet, ut diligenter sibi caueant à pseudoprophetis. Quia in uestitu ouium sint uenturi. hoc est, magna specie conabuntur simplicibus ouibus imponere, donec eas decipient & lanient. est autem hic uestitus ouiu ex- pōtificum, episcoporū, qui se errare nō posse iudicant, quia nō pereat lex a fācerdote, neq; uisio à propheta: Templum Domini, templum Domini, Hier. 18. 7.

quas uoces īipiij Pontifices Ieremiæ obiijciebant: longi temporis cōsuetu- do, aut ingentis multitudinis consensus, ordinaria loci successio, &c. Hæc omnia fallunt, ideo regulam & normā prescribit, qua usi facilius eos agno- scant, atq; falsos à ueris discernant, & dījudicent. Nisi enim hoc diligenter fiat, nunquam cauere poterimus. Porro Christus monet ut caueamus no- bis à pseudoprophetis, & discernamus eos à ueris. illi enim falsa doceant. Necessariò hinc sequitur, ut omnes pīj qui à uero aberrare noluerint, co- gnitionem de doctrina suscipiant, & dubia, uel ambigua fidei definiant, si- ue id fiat priuatum, siue publicè in synodo. Quod si semper sequēdum erit aliorum iudiciū, uide quid absurdī & quæ pericula inde sequētur. Quid enim si ipsi errēti qui iudicare uoluerint? quod sapissime factitatū est: aut si non conueniat synodus episcoporum, sicut multis annis à Christi natu- tate persequutionibus pīj impediebātur, ne cogi synodus posset: ergo ne- perpetuō incerti fluctuabunt, & in dubio manebunt piorum cōscientiæ. Non puto. hac enim ratione pessime nobis consuleretur. Iam si cauere no- bis secundū hoc saluatoris præceptum, à pseudoprophetis debemus, & ab errantibus dissentire, hoc uero sine iudicio graui fieri nō possit, nec de- beat: præterea falsi prophetæ non inter auditores, sed doctores sint: profe- ciō relinquitur, quod cum Christus omnibus turbis sine discriminē præci- piat, ut caueat à pseudoprophetis, item ut cognoscere illos discant ex fru- cib; quorum præcipuus est ipsa doctrina, quam afferunt. falsus eñi Pro- pheta eam ob causam potissimum dicitur falsus, quod praua & peruersa

doceat: nemo nisi demēs, furiosus, aut omnino perficit frontis homo ne-
gabit, etiā ad laicos, seculares principes, & doctos ac pios atq; in sacris lite-
ris exercitatos, cuiuscunq; sint ordinis, iudicū de dogmatib. pertinere: &
non audiendos solum in cōcilio, sed etiam fidei dubijs, sententias suas di-
cere posse & debere. Quæ enim hęc tyrannis esset in libera ecclesia, in qua
ut uerę, ita etiam liberæ debent esse linguae & uoces, id quod omnium est,
ipsomet Christo autore, paucos quosdam ad se rapere, & pro suo arbitrio
ceteris leges prestatib; Hoc Sp̄ritus sanctus mēdacibus, dolosis, uanis,

Psal. 11. superbis & falsis doctoribus atq; hypocritis adscribit, dicēs: Disperdat do-
minus omnia labia dolosa, & linguā magniloquam. Qui dixerūt, Lingua
nostram magnificabimus, nostrum est loqui, quis noster dominus est? &

Sap. 2. Sit iniusticia lex nostra. Item, Superbiūt se cure: & quādo alijs uim inferūt,

Psal. 73. gloriantur. Huc faciunt alia innumera similia scripturæ testimonia, & man-
data à Sp̄ritu sancto, haud dubiè, singulari cōsilio tam diligēter inculcata.
Non enim ignorauit Sp̄ritus sanctus, tales lupos rapaces sub specie pa-
storū in Christi ouile irrupturos, qui non parsuri essent gregi, sed per-
uersam & falsam doctrinā docturi, ut miseros homines & cæcos suis erro-
ribus inuoluerēt, & his laqueis irretitos retinerent. Qualia sunt, Sp̄ritum

1. Thes. 4. nolite extinguere, Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate,
quod bonum est eligite & tenete. Et, charissimi, nolite omni spiritui crede-

1. Ioan. 4. re, sed probate spiritus, si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ &

Gal. 1. xierunt in mundum. Sed licet nos aut angelus de cōculo euangelizet uobis
præterquam quod euangelizauimus uobis, Anathema sit. Sicut prædixi-
mus, & nunc iterum dico. Si quis euangelizauerit, præter id quod accepisti,
stis, anathema sit. Probare spiritus quid est, nisi dogmata de rebus spiritua-
libus iudicare? Probare ergo est dijudicare, quod hoc loco non solis do-
ctoribus tribuitur (hi enim proponunt ea, quæ ab alijs debent examinari)
sed auditoribus. Et ne putet quis fortasse Pontificem summū eximi (hic enī
non uult ut de se iudicet quisquam, sed ipse iudicare omnes debeat: iuxta
illud, Neq; Papam neq; eius sententiā quisquam in terris iudicare potest.
Ipse uero Papa omnes homines iudicat) Paulus neq; angelum de cōculo, si
possibile esset, quenquam illorum aliud docere excipit, sed anathematis
iudicio subiicit, & uult iudicari. A' quo uero, pbari, hoc est examinari ult
Sp̄iritus & dogmata? A' solis ne episcopis: Nequaquam. non enim solis
episcopis scribit, sed toti ecclesiæ, quæ maxima ex parte constat laicis, &
omnibus uite generibus. Ad ecclesiæ enim scribit & mittit epistolæ. Per-
tinent autem & pīj Principes, ac alijs docti & pīj cūm ex laicis tum ex alijs
ordinibus, ad ecclesiæ. Quare & hi unā iudicent ambigua fidei, & dicant
sententias priuatim & publicè.

In primis uero hęc cura cognoscendi & dijudicandi fidei controuersias
as ad pios principes pertinet. Nam cura officij ipsorum sit, synodi decreta
exequi, certe non æquitas tantum, sed & necessitas, adeo q; ratio salutis, &
conscientia ipsorum, optimo iure postulat, ut & ipsi cognitioni causarum
intersint, easq; intelligant, nec alienis oculis uideant, ne sine ullo discrimi-
ne quævis decreta, etiam impia, uel non intellecta ui, gladio & armis, con-
tra conscientiam exequantur. Vilissimum & turpisimum lictorum & car-
nificum genus est, quod mercede accepta, nulla ratione habita cause suis
superioribus obligatum, quosuis etiam causa indicta è medio tollit. Neq;
uerò ferenda erit plusquam barbara ista, & impia uestrorum Pontifici ty-
rannis, qui heroibus, & pījs principibus, pro carnificib. sua quadam libidi-
ne abuti desiderat. synodus enim errās, neq; Imperatorem, neq; quenquā
alium principum iniusta exequentem decreta excusabit. Sic enim Domi-
nus Hieremias conquerenti de falsis prophetis quod populum seduce-
rent,

Hier. 14. minus Hieremias conquerenti de falsis prophetis quod populum seduce-

rent, eoç nomine populū excusanti, Ah, Ah, Ah, Domine Deus, prophetae dicunt eis, Non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, sed pacem ueram dabit in loco isto: respondet, Falso prophetæ in nomine meo prophetant, & uaticinantur, non misi eos, non præcepi eis, neque loquutus sum ad eos: uisionem mendacem & diuinationem fraudulentam & seductionem cordis sui prophetant uobis. Idcirkò hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non minus de prophetis, Gladius & fames non erit in terra hac: in fame & gladio consumuntur Prophetæ illi. Sed forte populo, qui suos sacerdotes secundum legem & prophetas audire eorumq; fidem sequi cogebatur, pepercit: Audiergo quid sequatur, longè em aliud est. Spiritus sancti in uerbo suo loquentis iudicium: Et populi quibus prophetarū, erūt projecti in uijs Hierusalem, præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos, & ipsi & uxores eorum filij & filiae eorū, & effundam super eos malum suum. Quod si tam horribiliter Deus minatur ijs, qui ipsi tātum sequuti sunt legitimos sacerdotes & prophetas: quanto magis, eos qui somnia, & decreta falsa hominum, & sacrificiorum qui à Christo defecerūt, attendentes spiritibus eorum, docentes doctrinas dæmoniorum prohibentium nubere, & escas quas Deus creauit, &c. nō ipsi tantum amplectuntur, tristissimū & horribilissimum manet Dei iudicium: Atqui securos hic reddet Asotus omnes principes seculares, quod non presumatur aut uerisimile sit, imò planè impossibile esse affirmabit, Christi uicarium, & Petri successorem, si dijs placet, multo uero minus synodū ex cardinalibus & episcopis Romanæ ecclesiæ, hominibus scilicet doctissimis in sacræ scripturæ lectionibus, exercitatisimis, quicq; dies & noctes in patrum lectione, nulla alia re impediti, uersantur: qui neglectis rebus huius mundi, pompa, dominatione, & administratione rerum seculariū, toti Deo diuinisq; contemplationibus dedicati, spiritu illuminati, quem familiarem habent, errare. De quo in sequentia est, non Principes, sed ne laici quidem & priuati homines, adeò ignari & rerum animæ negligentes sint, ut posthabito studio & cognitione rerū sacrarū, ab aliorum tantum iudicio dependeant, ut alienis tantum oculis videant. Nemo em episcoporū aut prælatorū pro laico moritur, & damnatur, etiam si atrociora supplicia, ratione neglectus & seductionis sustinere cogantur, & sanguis damnatorum de manu ipsorum requiratur, interim tamens poenitentia non liberantur, sed in peccatis suis moriuntur miseri. Quare electum illud Dei organon apostolus Paulus hortat totam Corinthiorū ecclesiam, & in eis omnes qui pietatem sectantur, ut præcipue operā dent, quo sibi comparent sacræ scripturæ cognitionem: nec sint pueri sensu, sed malitia: pueritiam uero sensus caueant, sed eo perfecti sint. Atq; adeò filii 1. Cor. 14. Dei eam ob causam ecclesiæ suæ Apostolos & prophetas dedisse, ut eccllesia crescat in agnitione filij Dei, & in uitum perfectum euadat, ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamus omni uento doctrinæ in quietia hominum, in astutia ad circumuentione erroris. Vult igitur Paulus ecclesiam magno studio doctrinam cœlestem discere, & animo insculpendam esse, ut firmas radices agat, ne facile cōuelli aut labefactari possit: Deinde doctrina recte percepta firmiter per omnem uitam cōtra omnes corruptores & impostores retinēdum esse. Et ut hæc Pauli adhortatio tenacius mentibus nostris infixa maneret, non id tantū simplicibus facit uerbis, sed durabus illustribus similitudinibus declarat, ne scilicet ut pueri inconstantes simus in doctrina semel percepta: quorum cum iudicium propter actatem sit imbecille & infirmū, facile sese quibusvis sermonibus, nūc

in hanc, nūc in illam sententiā flecti patiunt̄. néue in modū arundinū quæ omniū uentorū flatibus cedūt, & iam in illa, deinde in alia loca cīcū aguntur, ad quemuis doctrinæ flatū illi, qui Christo nomen dederūt, moueris se ut scopuli in mari firmi & stabiles permaneāt. Omnib. em̄ ætatis, diabolus petulantia & ambitiosa ingenia ad corrumpendā doctrinā cœlestē excita re solet, quorū sophistica errores uel excitant̄, uel in ecclesiam antē inuecti defendunt̄, quibus plurimū nō satis firmi nec uerbo Dei instructi, aut tenaces uerbi Dei, subuertunt̄. Quales sunt *λύστρα*, idest lusores qui talos aut tesseras seu cubos torquere & inflectere, decipere atq; ludere reliquos non runt: tales sunt sophistæ, q; arte sophistica fucatis interpretationib. cœlestē doctrinā figūt ac refigūt: hos, cum sint omniū pestilentissimi, neq; corū infidiz & fuci facile à quisbus suis animaduerti possint, uitari tubet Apostolus à Christianis omnib. & singulis. Quod si laici eō usq; proficere debent, & possunt, tantisq; Spiritus sancti dono ornant̄ à Deo, teste Apostolo, ut sensibus sint perfecti, & in unitate fidei atq; agnitione filij Dei in uirum perfec tum in mensurā ætatis plenitudinis Christi crescāt, ne amplius fluctuant aut agitantur quouis doctrinæ uento, aut hominum Sophistica & *λύστρα* & erroribus circumueniant̄: (quaे omnia sine iudicio & cognitione controuersiarū religionis fieri nequaq; possunt) certè nolis uelis Asote, Paulo, immo Spíritu sancto per Paulū loquente, autore, te etiā frustra reclamare, laici fidei ambigua dijudicare debent, & possunt. Nisi forte uel hæc quæ Paulus ad Corinthiorum & Ephesiorū ecclesiās scripsit, nihil ad nos nos straçp tempora & homines pertinere, sed ad solos episcopos, & Prælatos, uel sophistas & *λύστρα*; qui homines quouis uento doctrinæ, errorū cūcumuentione seducere conantur. Aut certè sine uilla cognitione & definitione hæc ab idiotis & laicis caueri posse nos doceas. Si uero priuatim eis licet dijudicare & cauere falsa dogmata, non video quo pacto id eis in publico & cœtu ecclesiæ negari debeat: præsertim cum Spiritus sanctus hoc eis concedat. Sed hoc est quod Papales cupiunt, prætextu simplicitatis & obedientiæ erga præpositos. omnes rudes permanere uolunt, quia facilis fit asinos agere, quam hominesducere: ut ipsi soli sapere & regnare uideantur: reliqui uero omnes ad pedes ipsorum prostrati dicant: Domini, en adsumus, dogmata uestra amplexuri, quid nos uultis credere? Ideo omnes à cognitione depellere conantur, & nobis persuadere, ad ipsos homines hanc curam pertinere: nostrum uero esse, omnia sine discrimine, quaæ delissimus Dei minister in tota domo Dei, quaæ est ecclesia, cum Iosie zelo quodam inconsiderato iuberet prohiberi Heldad & Medad prophetantes, respondit: Quid æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spíritum suum? Et Saluator nomine ipsius dæmonia ejcentem, eumq; eo quod non una secum Christū sequeretur, à se prohibitum respondit, Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est.

Num. ii. ab eis decreta fuerint & conclusa, recipere. Quanto sanctius Moses ille si zelo quodam inconsiderato iuberet prohiberi Heldad & Medad prophetantes, respondit: Quid æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spíritum suum? Et Saluator nomine ipsius dæmonia ejcentem, eumq; eo quod non una secum Christū sequeretur, à se prohibitum respondit, Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est.

Panormitanus in c. Significasti ext. de electio.

In concernentibus fidem etiam dictum unius priuati esset præferendū dicto Papæ, si ille moueretur melioribus authoritatibus noui & ueteris Testamenti quam Papa.

Gerson parte 1. de examinatione doctrinarum.

Prima ueritas staret, quod aliquis simplex nō autorisatus esset tam excellenter in sacris literis eruditus, quod plus esset credendū in casu doctrinali

199

I A C. H E E R B R A N D I A N N O T.

nali sue assertioni q̄b Papæ declarationi. Constat enim, plus esse credēdum Euangelio quam Papæ. Si doceat igitur talis eruditus, ueritatem aliquam in Euangelio contineri, ubi & Papa nesciret uel ultrò erraret: patet cuius præferendum sit iudiciū. His sacræ scripturæ testimonij & argumētis ex eadē deductis manifeste apparet omnibus, qui pluris uerbi Dei autoritatem, quæ summa est, quam aliquot seculorū inueteratam consuetudinem ini- quam, faciunt iudicium de dogmatibus & controversijs fidei, non ad unum tantum certum ordinem aut uitæ genus, sed ad totam Ecclesiā, præsertim uero ad illos qui reliquis non inanibus titulis, sed donis spiritus S. præcellunt, suæ ministri sint Ecclesiæ, siue principes, siue ex populo pijs & docti, pertinere.
Ne uero Af.

Ne uero Asotus rē exēplo carere uociferet, & nos talē imaginari cōciliū
formā qualē Plato ciuitatē & politiā descripsit: id ita cūm in repub. Iudeo-
rū stante politiā legis Mosaicę, tum etiā in primitiua Apostolorū Ecclesiā,
atq; postea sub pīs Imperatoribus obseruatum esse, debonstrabimus. Et
quidem quod ad gentem Iudaicam attinet, frequētia in illa celebrata sunt
cōcilia (præter statuta festa, ad quę singulis annis ter conueniendū erat) tū
iudicū, tum etiā regum temporibus, quoties id uel Ecclesiæ uel regni cau-
ſe requirebāt, quae omnia & singula ordine recensere nimis foret molestū
& prolixum, cum cuius sacrā scripturam legenti sponte se offerāt: ideoq;
unum aut alterum tantum recitabo, ut modum quem obseruarunt uidea-
mus, an scilicet soli Pontifices & sacerdotes, an uerò & reges & populi in-
terfuerint & sententias dixerint. Valde autē illustre est illud quod Elias Reg. 18.
propheta haud uulgaris, paulò post annū à condito mundo ter millesimo,
& sicut creditur medio mundi tempore in mōte Carmel celebrauit. Cum
enim in regno Israēl à Ieroboam instituti essent cultus, præter & cōtra Dei
uerbi præscriptū, iīc deinde sub Achab & Iesabel prætextu religionis &
cultuū Dei, aucti essent, atq; omnes Prophetæ & alij repugnantes miseri-
tati ab impijs idololatriis trucidati. Hęcres occasionē præbuit ingenti schi-
smati in populo Israēl, magnamq; ruinam secum traxit pīs paſtim, uel ab-
ſconditis & latentibus, uel electis ac interfectis. Verūnamen non impu-
nē tulerunt tantam impietatem, crudelitatem & idolomaniam, sed fame pro-
pemodum inaudita seuerissimē puniti & afflīcti. Neq; tamen atrocissimis
penis admoniti resipuere: imo, quod est hypocritarum omnium ingenii,
cum Deus in furores ipsorum inusitatibus calamitatib. animaduertisset, cul-
pam in Heliam Dei prophetam transtulerunt, perinde ac si ipse omnium
publicarum calamitatum autor esset, & populum Dei in hunc modū per-
turbaret. Verūm Prophetæ recte has calumnias in ipsum regē, eiusq; ma-
iorum idololatriā regerit, quod uidelicet derelictis mandatis Dei & culti-
bus diuinitus institutis nouos excogitarint, & Baalim sint sequunti: idq; ut
manifestum faceret, concilium cogi petit: neq; solos prophetas & sacerdo-
tes, sed uniuersum insuper Israēl congregari, quo palam in cōetu totius po-
puli causa cognosceretur. & erat propositio, Num cultus à Deo non insti-
tutis ipsi probarentur. Neq; enim eō impietatis processerat Achab, ut nega-
ret Deum Israēl, solum uerum esse Deum unicē colendum, sed num cultus
illi Baalitici Deo probarentur: Negat autem Helias Deo placere, & idolo-
maniam atq; ueri Dei abnegationem esse affirmat. Etsi autem populus à
propheta seuerissimē repræhensus, initio tacet, & æquo animo obiurgatio-
nem accipit: tamen postea facta propositione, & data optione à Propheta
Domini, omnis populus ipsius sententiā approbat, dicens: Optima propo-
sitione quam loquitus est Helias. Sit sanè hęc nō definitiua sentētia, sed con-
sultatiua: tamē postea cū Helias re ipsa demōstrasset, cultus ab hominib. ex
cogitatōs sumōperē Deo displicere, esseq; idolomania, populus decisiuā

uocem & definitiū sententiā fert, inquiēs: Dominus ipse Deus, Dominus ipse est Deus. Necq; modō sententiam ferunt definitiū, sed re ipsa & facta exequunt̄, appr̄ahensis sacrificulis & prophetis Baal, & lucorum atq; angulorū, eisq; ad unum omnib. imperfectis. Hinc sole clarissimus lucet, in populo Dei morem hunc fuisse obseruatū, ut in grauibus causis & cōtrouerbiis religionis populus non tantū uocaretur & audiref, sed etiā sententiam unā tulerit definitiū, & nō solos sacerdotes, prophetas & pontifices. Necq; em̄ manifesta textus uerba negare poterāt: neq; prophetæ Heliæ factū repr̄ahendere, non ppterē id dico, quod prophetas & sacrificulos Baaliticos occidit, ne forte Sotus, ut est morosus, cum nō ignoret, se suosq; sodales à nobis Baalitis conferri nos dicat, seditione mota populum armare, ut hoc exemplū imitetur, & in ipsos eadem ratione sœuiat: sed quod uocari curat populu, sententiā rogauit, & à populo latam approbauit: hoc, inc̄, factum, ut maximē laicis iniiqui, ppter tanti Prophetæ autoritatē damnare non poterunt, quantumuis altiā anathematismis abundant, & sua fulmina torqueat. Excipiet forte Asotus, exemplū hoc minimē nostro pposito pbando cōuenire, cum illi nō fuerint legitimi sacerdotes, prælati & propheta, sed contra Dei institutionem irrepererint: suos uero cōtendet legitimos esse apostolorū successores. Quid si ego negem, Asote, & contendere atq; probarē uos uestrumq; cōtū simile esse illorū, in tantū ut nec ouū ouū tam sit simile: Atqui iam hoc nō agimus, quales uel illi fuerint, uel tui etiamnū hodie sint: de hoc enim & superius actū est, & plurib. agef postea: sed ut pbaremus populu in concilio Heliæ in monte Carmel cōgregato, sententiā dixisse. Necq; enim Achab cōtra suos prophetas & religionē unq; dixisset sententiā. Populus uero, populus in quam, audis Asote, presidente summo propheta & initio proponēte, deinde rogante sententiā, definitiū id qd haec tenus erat cōtrouersum in religione & cultu: ppter quod & optimi quiq; erant ab idololatria, rege, regina, prophetis falsis & sacrificulis interfici. hos omnes laici cōdemnauere. Non igitur nouū erit, neq; à priorū tū principium tum aliorū officio alienū, simul interesse cōcilijs, & fidei dubia atq; ambigua definire. Sed sophista & κυβελίτης iste, ruinam aliquā subtilib. suis & conflictis distinctionib. inuenire conabitur, qua euadat & eludat apertā ueritatem cum suorū Prælatorum auctoritate & consuetudine pugnantē, cum nihil aduersus sycophantæ morsum tutum sit. Tanta est cauillandi & sacram scripturā depravandi libido in hoc hominū genere: ideoq; scriptu ram obscurā & ambiguā esse asseuerant, ut pro suo arbitrio in qualsiasi formas illis detorquere liceat: quo nihil certi amplius, si penes ipsos esset, reliquum foret. Quare aliud conciliū nō in populo Israel, qui idolomania pol lutus, à Deo ueraq; religiōe defecerat, & sacerdotio diuinitus instituto cōrebatur, sed in populo Iuda à pio rege Hiskia celebratū est, consideremus, ut & ex eo quemadmodū iam ex illo quod Heliæ celebrauit, qui nā iure diuino cōcilio interesse possint & debeant, atq; sententiā dicere intelligamus. Occasio autē indicendi & celebrādi conciliū hæc erat. Ahas pater Hiskia, derelicto uero Deo & legitimo cultu ab ipso per Mosen instituto, templū profanauit: atq; cumulatis execratis sacrī in excelsis, & in omnibus angulis, contra expressum Dei mandatū, postremò etiam ad impiā Syriorū iido lomaniam defecerat. Necq; uero solus rex, sed etiā Vrias summus sacerdos, q & legitimē erat uocatus, & successor ordinarius Aaronis, unā cū rege cōtra legē, accepto exemplari & similitudine altaris qd erat Damasci, studio & magna cū deuotiōe illud extrui curat, ac iuxta omnia que p̄ceperat rex Ahas de Damasco, ita fecit Vrias sacerdos, donec ueniret rex de Damasco. Hic uidilles ingentē mutationē religiōis, profanat templū Dei, abrogat̄ur sacra diuinitus instituta & mādata; idolomania in ipso templo Dñi Dei

¶ Paral. 28.

29. 30.

Dei exercetur, non ab Ethniciis, ut postero tempore accidit, sed à populo Dei; idc̄ non à fece plebis & infimis quibusdam ordinibus, aut Leuitis, sed ab ipso rege populi Iudaici. sed quid dico rege? imo ab ordinario etiā successore Aaronis & summo Pontifice Vria. Hoc uero Asoto impossibili-
le uidetur, qui, ut nobis inuidiam moueat, & occasionē habeat exclaman-
di cum Caipha, cōtra Christū eiusc̄ ministros blasphemauit, cum damne
mus ex prescripto uerbi Dei Papistica falsa dogmata & idolatricos cultus
contra uerbum Dei institutos, aliquoties dicit, Cæsarem & regem quoq̄
eadē dogmata & cultus amplecti, quærerit igitur, num & hos errare affirme-
mus? Ad quod nō aliud respondeo, nisi quod D. Ambr. in simili causa ad Amb. in or.
uersario suo in hunc modum respondit, dicens: Sempérne de Cæsare ser. in Aux.
ut ille Dei inuidia cōmouetur: & hoc ad calumniam sibi accersit impietas,
ut imperiale nomē obtendat: sed pergamus in nostro instituto. Cum hūc
in modum collapsa & publicè cōculata iaceret religio uera, direptis atq̄
confractis omnib. uasis domus Dei, extuctis altarib. in uniuersis angulis
Hierusalem, & in omnibus urbib. Iuda, atq̄ ianuā templi Dei clausis, tan-
dem defuncto Achas per Hiskiam religio pristino nitorī restituitur, ape-
tit ualras domus Domini, & instaurat templū, accersit sacerdotes & Le-
uitas, synodū indicit: & editis literis omnem Israel & Iuda, Ephraim & Ma-
nassem conuocat, ut uenirent ad domū Domini in Hierusalem, & sacerdentem
Domino Deo Israel. Hactenus enim sub Achas, ut reliqua omnia,
quæ secundum legem fieri debuerant, neglecta fuerat paschæ celebratio.
Quæstiones quæ in hoc concilio pponebantur tractandæ, hæ erant. Pri-
mo, num liceret Deum coli præter uerbisui prescriptū cultib. ab hominib.
excogitatis, qui hactenus recepti & usitati erant. Secundo, num alio in lo-
co cultus in lege Moysis prescripti, q̄ Hierosolymis in sanctuario Deo pre-
standi. Tertio, de tempore quo celebrandū pascha. Cum enim neq̄ sacer-
dotes essent primo mense, quo alias secundum legem fieri debebat, san-
ctificati, in deliberationem uenit, utrum cum dispensatione liceat secundo
mense pascha celebrare. sed hæc obiter. neq̄ enim quæstiones has discute-
re animus est. Hoc agitur à nobis, ut ostēdamus quis indixerit, quinam in-
terfuerint huic concilio, & qui sententias in eo definitivas dixerint, atque
hæc ambigua dijudicarint. Ita autem habetur. uerba scripture bona fide re-
fero, quæ nec obscura nec ambigua sunt, sed plana & perspicua: Et in h̄ rex
consilium cum principib. suis atq̄ uniuersa multitudine in Hierusalem:
decreuerunt ut facerent phase mense secundo. Non enim poterant facere
ipsum in tempore suo, quia sacerdotes qui possent sufficere, non erant san-
ctificati, & populus nondum fuerat congregatus in Hierusalem. Placuitq̄
uerbum regi & omni multitudini, & decreuerunt ut mitterent nuncios, &c.
perrexeruntq̄ cursores cum epistolis ex regis imperio & principum eius
in uniuersum Israel & Iudam, iuxta id quod rex iusserat prædicantes, &c.
Regem pium Hiskiam cogere conciliū audimus, qui rem cōmunicat cum
principib. suis presente populi multitudine, qui re deliberata, dictis sen-
tentijs, concordib. suffragijs, decernūt de quæstione proposita, quod cum
temporis angustia excluderetur, neq̄ enim sacerdotes ipsi qui sufficerent
erant sanctificati, ut secundo mense pascha celebraretur. Neq̄ improban-
dum est hoc ipsorum decretū, cedunt enim leges ceremoniales Moysis, su-
periorib. legib. moralib. & præstantiorib. cultuū. Sicut Christus Dauidem
excusat uescētem in necessitate panib. ppositionis, quib. solis sacerdotib.
vescīlīcītū erat. Et ipse Moses 40. annis in deserto non circumcidit popu-
lū Israelicū, cum alias seuerissime expresso Dei mādato præceptū esset ut
octaua die circūciderent. Sed cum lex esset ceremonialis, Dñs facile cōni-
uebat, cū in deserto per pericula itineris & peregrinationū fieri nō posset.

Ita

Ita etiam à S. sancto hoc regis, principū, & populi decretū, eiusq; exequio commendatur. Scribitur enim Dominū placatum esse populo. Habet exemplum Asote concilij, regis, principum & laicorū, qui sententias definitas dicunt de rebus ambiguis, controversijs religionis non parui momenti, de cultu Dei & paschate, quod erat præcipuū illo tempore populi Dei sacramentū: & longè præstantius quam sit nostro tempore dies festus Paschæ. de quo tamē non inter priuatas personas, sed Episcopos totius orbis Christiani, disputationes, odia, anathematismi & cōdemnationes sunt exortæ, & uix tandem magnis laboribus & multis molestijs sopia. Hanc, inquit, causam dijudicarū rex, nō profanus, idolatra aut impius, sed talis qui Domino Deo nostro summoperè placuit, cuius testimonio cōmendat, q; fecerit ea quæ erāt bona corā Domino. Sententias dicūt príncipes: nec laici, quos tu uocas, ab illis dicēdis & ferēdis suffragijs excludunt. sed forte res tota penes summū Pontificē & collegiū sacerdotū est: imò quod lectu & dictu mirabile est, prorsus nulla summi Pontificis aut sacerdotū fit mentio, quod huic piorū concilio interfuerint, nedū præsederint: aut ut nostri iam asserunt, penes ipsos solos esse hæc quæ Ecclesiā concernunt, eosq; sōbatur, & iustū ab eo pronunciatur, per quod etiā placatur populo: Insignis uero hæc esset non solū temeritas, uerū etiam impietas ac blasphemia. Sed quæ horum hominū est impudentia, nihil à se alienū faciet. At lotus, etiam si in gratiā suorū Prælatorū hoc Hiskie conciliū illegitimū esse, cum Principiū sit & laicorū, quib; res nulla minus pertineat (sic enim loquī Sotus) q; cōtrouersias religionis dijudicare, & in concilijs sententias dicere definitiū uas, uel uoces habere decisiuas, nō Pontificū & sacerdotū pronunciat. Verū cum omnib; sacras scripturas legentib; notum sit, semper ad cōcilia & comitia populi Israelitici iudices, reges, príncipes & populos euocatos, atq; cōmunes religionis causas in cōetu & congregatione piorum singulis temporib; durante lege Mosaica, hinc à constituta republica Iudeorū per Mosem usq; ad finem & postremū concilium, quo Christus etiā est condonatus à summo Pontifice & tota synodo, quod ex omnibus tribubus, & sic laicis quoq; cōstabilit: nihil opus esse iudico plura coaceruare exempla, cum rem sic se habere etiam sub iniquo iudice, facile obtinere queamus.

Quare iam ad concilia, quæ in novo Testamento celebrata describuntur, Deo auspice pergamus: & uideamus quæ & quales personæ ijs interfuerint: num soli Apostoli, quorum successores se illi Prælati & Episcopi esse gloriantur, an uero & alijs laici negocia religionis & cōtrouersias, atq; fidei ambigua definierint? Describuntur autē in Actis apostolorū sicut Glossa ordinaria enumerat, quatuor concilia Apostolorū & primitiæ Ecclesiæ, in quibus exempla, formæ, imagines ac cærimoniae certæ conciliorū tam generalium quam prouincialium traduntur, posteā uero per sanctos Patres & Ecclesiæ Catholiciæ posteros obseruādæ. Et quidē quod ad hunc quaterniarū conciliorū numerū attinet, iam nō disputabo utrū singula integræ fuerint concilia & formæ atq; exempla conciliorū, quod non admordū ad nostrū faciat propositū: sed tantū de personis quæ eis interfuerunt, cum Asotus & prælati ipsius omnes príncipes seculares & laicos à sententijs dicēdis in suis cōcilijs excludat. Primò quidē Petrus apostolus prefatur & hortatur nō solos Apostolos, qui tum aderant, sed totam Ecclesiam, quæ tum erat congregata (erat autem turba hominum simul ferē 120) ut alii eligant Apostolum in locum Iudeæ, quo duodenarius Apostolorum numerus compleatur. Omnes & singulos illic congregatos alloquitur & hortatur, non tantum collegas suos Apostolos, sed totam Ecclesiam & turbam: uocat eos fraires, adhibet in consilium, & de communib; rebus in communi-

commune uult deliberare. Interfuere quidem undecim Apostoli, quorum etiam nomina hic exprimuntur, sed non soli. Et ut maximè demus, quod tam certum non est, adfuisse præterea & septuaginta duos discipulos quos ante elegerat; tamen hinc non cōficietur, solos Apostolos & discipulos ad prædicandum Euangeliū electos: sed alios quoq; qui nullo fungebantur ministerio Ecclesiastico, adfuisse. Ita ut numerus cētum uiginti hominum esset. Nec fuere reliquī καφα τρόπων, qui ut stipites & trunci assederint: sed quemadmodum hactenus in lege obseruatum fuerat, & ex cōmemoratis exemplis liquet, singuli sententias dixerunt. Neq; enim Apostoli, etiam si reliquis omnibus præstarent, adeò erant inflati, ut præ se alios contemnerent, indignos iudicarent qui unā secum in cōcilio causas religionis tractarent, eo quod essent laici & seculares: uel alios omnes à sententijs discedis excluderunt. Hęc nō iuana aut leui cōiectura adducti assertimus, sed ex uerbis quibus Lucas synodum hanc descripsit facile est colligere: dicit enim Petrum in medio fratrum surrexisse: & immediate declarat, quinam illi fratres fuerint, quos sit allocutus. Erat autē, inquit, turba hominū simul serē centum uiginti: hanc turbam & hos fratres alloquutus est. Quorsum uero opus erat eos alloqui, si eos in consilium adhibere nolebat, & deinde sententias eorum audire, atq; unā cum ipsis quid facto opus esset, decerne re. Quod ex sequentibus & ipso facto apparent. Ita enim dicitur, Et statuerunt duos, Joseph & Matthiam. Sed quinam fuere illi, qui hos duos eleguerunt & statuerunt? Certè non soli Apostoli, sed illi ipsis, quos anteā Petrus esse alloquutus, hoc est, tota illa turba, quae & simul orat, & sortes unā mitte, ut id quoq; hoc in loco habef. Et orantes dixerūt, &c. Item, Et dederūt sortes. Manifeste igitur patet ex hoc primo Apostolorum concilio, statim post Christi ascensionem celebrato, non ipsos solos Apostolos interfuisse, sed adhibitam turbam fratrum, hoc est, piorum in Christū credentium, qui & angelos & hunc mundum iudicabant.

Secunda synodus Act. 6. describitur, huic occasionem dedit murmur Gre. 1. Cor. 6. corum aduersus Hebræos, quod illorum uiduæ negligerentur & despice- Act. 6. rentur in ministerio quotidiano. Apostoli enim hactenus œconomiam & Ecclesiam administraverant: sed dum utrīq; satisfacere conantur, neutri satisficeri intelligunt. Dum enim œconomia operam dant, interim id quod est principale, uidelicet Euangeliū prædicatio & publicē oratiōis officium, negligitur. Dum uero officio suo prædicando inseruiunt, œconomia & di spensatio inæqualiter administratur. Conuocata itaq; discipulorum multitudo, cum utrīq; satisfacere pro dignitate non possent, reseruato officio Ecclesiastico, quod propriū ipsorum erat, œconomico resignant, atq; hac dere ad Ecclesiam referunt & dicunt: Non est æquū nos derelinquere uerū Dei, & ministrare mensis: considerate ergo fratres, uiros ex uobis, quos cōstituamus super hoc opus. Nos uero orationi & ministerio uerbi instanter erimus. Sed præstat hac de re Chrysostomi sententia quous auro preciosiorem audire, contra fastum hunc Papistarum, qui soli uolunt regnare in concilijs, exclusis laicis, quid de his ipsis Apostolorū concilijs, eorumq; forma, scribat.

Chrysost. in secunda ad Corinth. Homil. xviij.

Hæc sane à nobis dicta sunt, ut omnes qui reguntur sobrij sint, ut discamus quod unū corpus sumus omnes, & tantū inter nos habētes discriminē, quantū membra à membris: & ne totum in sacerdotes iaciamus, sed & ipsi tantq; pro cōmuni corpore, sic Ecclesię universę curā geramus. Hoc em & nobis & uobis maiore præstat securitatē, magisq; ad uirtutes p̄parat, unde audi & de Apostolis, quomodo sāpe subditos sentētię suę socios accepunt. Etenim quum septē elegerunt, prius populo consiliū cōmunicarunt: & quan-

& quando Matthiam Petrus, egit præsentibus omnibus tunc & uiris & mulieribus. Etenim Ecclesiam sicut domum unam oportet inhabitare, & sicut corpus unum affici. Res presentes luctu dignæ sunt, adeo multū inter nos sumus divisi. Nam cum Moses à socero suo utile quiddam dídicérunt, id quod ipse nō cognoverat, multo magis in Ecclesia hoc fiat. & post: Et nūc si quis non dixerit quod oportet, surgat alius, & dicat, licet minor sit: dicit autem aliquid utile, cōfirmet suam sententiam, licet minimus sit: ne despiceris. nullus enim horum tantum distat à proximo quātum ficer à Mose, nec tamen detrectauit audire: sed & recepit sententiam & obediuit, & sc̄ptis commendauit, & non confusus historijs illa credere, ut multorum fastum detegat. Vnde etiam quasi in statua uitæ hoc scripsit: sciebat enim multis facturam utilem historiam. Ne despiciamus eos qui utilia confundunt, licet subditi sint & uiles, neque illa quæ nos introduxerimus, uim habere ac robur omnia putemus: sed ea quæ apparent conducibilia, hæc ab omnibus confirmantur. Sæpe enim fit, ut hallucinantes pleraque uideant, quæ non cernant acutè uidentes, eo quòd diligentiores sint & circumspictores. Hactenus Chrysostomus.

Bone Deus quantum hodie Papistici Episcopi à morib. Apostolorum, quorum se successores gloriabant esse, distant. Apostoli enim tanti uiri sancto illuminati & edocti, atq; in omnem ueritatem deducti, nō possunt facere officium suum, & unā rem domesticam curare. Hi uero non dico, quām profundē docti & rerum sacrarum periti sint, & episcopatū gerunt, & unā totas prouincias administrant, nec tamen eo in sua functione Apostolica impediuntur. Apostoli retinuerunt eam administrationē, quæ ipso rū propria erat, uidelicet prædicationem uerbi Dei, quæ minimū habet honoris & uoluptatis, plurimū uerò laboris, molestiæ, tædij, æruminarii & periculū. Hi uero eorum uicarij & successores, abdicato atq; delegato alijs prædicandi officio alijsq; munerib. Episcopalibus, Satrapas & Principes agunt profanos, genio indulgentes & uoluptatibus disfluent: & quod est indignissimum, synceram Euangeliū prædicationem prohibent, flamma, ferro, aqua & laqueis persequuntur, & è medio tolluntur omnes, qui hoc ipsorum officium facere conantur canes non solum muti, sed & in presepi. Apostoli conuoauerunt discipulorum, hoc est, Christianorum multitudo: cum his deliberant, horum audiunt consensum & placitum. Placuit, inquit Lucas, sermo Apostolorum coram multitudine. Hi uero ne eorum autoritas uilescat, & res uulgaris uideatur Episcopatus, à concilio & dicendis sententijs laicos discipulos, hoc est, Christianos excludunt. Hæc multudo id egit in concilio Apostolorum, quod hodie Papistici Episcopi in suo agunt concilio. Nihil enim ferè aliud agunt, quām ut scriptum summi Pontificis lectum uerbo usitato, Placet, approbent & annuant, alias omnino mutæ personæ. Imò plus hæc multitudo negotij habet, & occupata est electione Diaconorū, quod nec ipsum hodie Ecclesiæ per illos Episcopos laruatos, qui omnia soli agere uolunt, cum tamen nihil agant, conceditur.

Tertius Apostolorum conuentus plenaria conciliorum forma fuit, postra à summis Pontificibus obseruata. Agitur autē in eo concilio de remaximi momenti, uidelicet num circumcisio & legis Mosaicæ obseruatio necessaria sint, ut unā cum fide in Christū iustificant, & satisfaciant pro pecatis, & sint merita salutis aeterna: An uero sola Christi gratia, fide apprehensa iustificantur. Sicut hodie inter nos & Papistas, summa ea de re est cōtrouersia. Excutiamus itaq; non decretum ipsum huius conuentus, sed per sonas, quæ ei interfuerere, & sententias dixerunt: hoc enim à nobis agitur, ut probemus exemplis ueteris & noui Testamenti, nō solos sacerdotes & Apostolos celebrasse concilia & sententias dixisse, sed etiam alios graues & pios

pios viros, quos laicos & seculares uocant. Sic autem scribitur à Luca, Cō
ueneruntq; Apostoli, & seniores uidere de uerbo hoc. Cum autem magna
disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit ad eos, &c. Postea additur: Tūc pla
nuit Apostolis & senioribus, cum omni Ecclesia. Et in decreto Apostoli, Se
niiores, uel presbyteri & fratres, his qui sunt Antiochiae, Syriæ, & Cilicie fra
tribus ex gentibus salutem. Primo loco mentio hic fit Apostolorum, sum
mus enim fuit hic ordo in Ecclesia, immediate à Christo sunt uocati, acce
perunt Spiritum sanctum miraculosè, ut de eorum auctoritate non liceat
dubitare. Deinde uero & seniorum, uel presbyterorum. Habuit autem ue
tus Ecclesia ordinem presbyterij, cuius Apostolus meminit in Epistola ad
Timotheum: Qui bene præsunt presbyteri, duplice honore digni habean
tur, maximè iñ qui laborant in sermone & doctrina. Vnde facile apparet
presbyterorum duo genera extitisse. Quidam enim eorum & docebant, &
administrabant sacramenta, atq; una cum Episcopo Ecclesiam regebant.
quia Episcopus eiusdem ordinis cum ipsis fuit, neq; aliter se habebat erga
eos, atq; Romæ Consul ad senatores: imò teste Hieronymo apud veteres Hieron. ad
idem Episcopi & presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, hoc Oceanum,
etatis. Aliud genus presbyterorum graues & honestos viros ex laicis ha
buit, qui una cum alijs fam prædictis, de Ecclesiarum negotijs consultabat
atque decermebant, & in admonendis, corrigidis, & curandis ouibus
Christi, suam operam impendebant. Ideo Paulus primo generaliter dicit:
Qui bene præsunt presbyteri duplice honore digni habeantur, uictum &
reuerentiam illis, qui officium suum diligenter faciunt, deberi significans.
Deinde addit: Maximè iñ qui laborant in sermone, & doctrina. Significat
igitur hic Apostolus, quodam esse presbyteros, qui præsint Ecclesiæ, &
tamen non doceant, sed tantum consilijs & auctoritate sua Ecclesiam gu
bernent: alias nihil opus erat excipere, & præferre illos qui laborant in ser
mone & doctrina, si unum esset genus omnium, & una omnes docerent.
Neq; hoc nostrum est commentum. Ambrosij est sententia, hæc Apostoli Ambros. in
uerba enarrantis. Apud omnes, inquit, utiq; gētes honorabilis est senectus 1. ad Tim.
vnde & synagoga, & postea Ecclesia, seniores habuit, quorum sine consi
lio nihil agebatur in Ecclesia. Nevero quis arbitretur eum uerba de pres
byterorum ordine, qui etiam num hodie in Ecclesia durat, facere, conques
rens addit: Quod qua negligentia obsoleuerit, nescio, nisi forte doctorum
desidia, aut magis superbia, dum soli uolunt aliquid uideri. Rem acu tetigit,
& idem est, quod iam agitur ab Asoto, ipsiusq; sodalitio. Soli enim uolunt
uideri omnia scire, soli omnia agere: laicos, & seculares principes à dicen
dis sententijs remouere. Non sic Apostoli, qui Spíritu sancto erant illuminati
& donati, ac in infinitum præstabant suis illis successoribus. Neq; Epi
scopi pīj in primitua Ecclesia soli uoluere sapere & omnia agere: sed pres
byteros, hoc est, seniores ex laicis adhibuerunt, quorum sine consilio in Ec
clesia nihil agebatur. Hī inquam presbyteri, quos laicos appellant, huic ce
leberrimo intersunt Apostolorum cōcilio. Nec id tantum, sed additur, Fra
tres, & omnis Ecclesia, quibus nominibus etiam laici intelliguntur, qui una
decernunt & definitu cōtrouersiam non minimam, sicut hic dicitur: Tūc
placuit Apostolis, & senioribus, cum omni Ecclesia. Et sicut una decer
nunt, ita etiam illorum nomine decretum publicatur ad gentes. Apostoli
& seniores & fratres his qui sunt Antiochiae. Hæc omnia & singula ex de
scriptione Lucæ manifestiora sunt, quam ut Asoti, uel cuiusquam sophisti
cis & conflictis subtilitatibus eludi possint.
Etsi autem superuacuum est, quartum Apostolorum conuentum adde
re, cum suum finem non sit consequutus, sed D. Pauli captiuitate turbatus,
& s̄p̄ius Apostoli conuenerint, ut ex Actis liquet: tamen ut Glosæ ordi
nariæ

Act. 12. nariæ & alijs uetusioribus satisfaciamus, illud quoq; inspiciamus, ex eoq;
 remonijs legis Mosaicæ, iuxta decretum concilij, non uellet onerare, & iux-
 tum illud importabile imponere: sed etiam Iudæos liberos esse, atq; ad æ-
 ternam salutem consequendam non modò inutiles, sed etiam pernicioſas,
 doceret: Iudæi in lege educati, hac ipsius doctrina de libertate Christiana
 uehementer offendebantur, & nulla ratione ferre poterant, atrocem Moſis
 legi, loco, & populo iniuriā fieri clamantes. Hactenus enim etiā ad Chri-
 stum conuersi æmulatores legis erant, filios circumcidentes, & secundum
 legem conuersantes. Quare cum Apostolus Hierosolymam secundū Dei
 uoluntatem peruenisset, salutato Iacobo, omnes collecti sunt seniores. Se-
 niores, illi scilicet de quibus iam dictum est, qui uidelicet unā gubernabat
 Ecclesiæ, & sine quorum cōſilio nihil agebatur in Ecclesia. Hūerò necel-
 farium esse iudicabant ut multitudo conueniat, atq; decernat. Num Iudei
 quoq; ad Christum conuersi à lege Moſis cærimoniali, quæ ad Christum
 usq; durabat, liberi & immunes porro uiuere deberent? Videmus hīc Apo-
 stolum Iacobum, & cum eo presbyteros nolle definire hanc controuerſiā,
 sed quod ad multitūdinē referendum esse statuant. Verū hīc conuentus
 & deliberatio importunitate, calumnijs, impietate & truculentia Iudaorū
 impeditur, quo minus Apostoli, seniores & multitudo conueniant, & qua-
 stionē illam de Abrogatione legis cærimonialis apud Iudæos definitur.
 Hoc tamen ex iā enumeratis Apostolorū concilijs omnibus & singulis eu-
 denter appetet, non solos Apostolos, sed etiam seniores, & ex multitūdine
 nonnullos interfuisse, unā dixisse sententias, & fidei ambigua atq; quaſtio-
 nes unā determinasse. Necq; Apostolos, utcunq; auctoritate excellerent, &
 summum obtinerent gradum, sibi hanc prærogatiuam sumpsisse, ut soli, ex-
 clusa Ecclesia reliqua & multitudine, aliquid decreuerint. Hoc inquam ne-
 mo negare poterit, nisi forte in rebus diuinis talpa sit cæcior, & loquacu-
 lo turdo surdior.

Quærit Aſotus, in quo concilio laici sententias dixerint, & ſibi eius rei
 exemplū aliquod monstrari cupit. Etsi autem, etiam Demosthene teste, tut
 pis ſit oratio, dicere, Sicut factum eſt, uel nunquā ſic factū eſt: cum ſemper po-
 tior probationis pars ſit, non conſuetudo, factum, uel exemplum, ſed recta
 ratio, lex & mandatum Dei: tamen, ut uel contentio ſo homini ſatisfacere
 muſ, ſicut antea mandata Dei, rationes & leges ex ſacra ſcriptura deprom-
 ptas, in medium attulimus, quibus abhūde ſatis probatū eſt, Ecclesiā etiā
 reliquā, hoc eſt probatissimos quoq; ex laicis & ſecularibus concilijs inter-
 eſſe debere, unā ſententias dicere, & ambigua atq; cauſas fidei definire debe-
 re: ita hactenus quoq; exempla aliquot tum ex ueteri, tum ex nouo Testa-
 mento protulimus, quibus hoc noſtrum institutum probaremus.

Hæc uero Apostolorum concilia minime dubito longè reliquis omni-
 bus præferre, quod de eorum auctoritate nemini liceat dubitare, cum reue-
 ra gloriari potuerint, ea quæ ab ipsis ſunt decreta, à Spíritu ſancto authore
 profecta eſſe. Quæ cum ita ſe habeant, abunde noſtrum institutum proba-
 tum eſſe arbitror. Nequaquam ſciliſet in concilijs à dicendis ſententijs &
 fidei ambiguis definiendis piis Principes, ſacrarum literarum peritos, & a-
 lios eruditione præſtantes viros, ex omnibus ordinibus totius Ecclesiæ, ut
 maximè neq; ratiſint, neq; uncti, excluſendos eſſe. Quasi uero Spíritus fan-
 cetus hiſ puerilibus, ridiculis & ſtultis ritibus, quos Papistæ dū ordines con-
 ferunt, uſurpant (quibus ſolis pleriq; Pontificij Prælati à ſecularibus Princi-
 pibus diſtant) ita ſit alligatus, ut quicunq; illis non ſint initiati, etiam dono
 rum eius particeps fieri non poſſint. Haſ fabulae & anilia deliramenta, di-
 gna ſunt.

gna sunt suis authoribus. De his enim tantum asini rudunt, omissis illis quae sunt consideranda, pietas scilicet, cognitio sacre scripturæ, prudentia, studium ueræ religionis, dona Spiritus sancti & ad dijudicationem controveriarum necessaria, discretio spirituum: quae omnia & singula unus & idem operatur Spiritus, & quidem indifferenter, nulla habita ratione ordinis. Spiritus enim sanctus sicut personam non recipit, ita neque ordinem Cardinalium, aut Episcoporum: sed ubi uult spirat, & quos uult illuminat.

Cum uero Asotus non ueteris aut noui Testamenti exempla requirat: hæc enim ex sacra scriptura desumpta, obscura esse uidentur asino: & nulum inueniri posse dicat in primitiva Ecclesia, ex quo probetur aliquem Imperatorem, Principes seculares (sunt enim & spirituales Principes, & quidem etiam secundum Paulum) & laicos fidei ambigua definituisse: Age & hunc suscipiamus laborem, ut ex probatis & receptis authoribus hoc ipsum demonstremus, ne ullam amplius tergiuersandi occasionem Asotus cum suis laruatis Episcopis habeat: neque tyrannidem, quam hactenus multis seculis ui & de facto exercuerunt, iure obtinere sibi uideatur.

Non deberet autem nobis fraudi esse, nostrisue præiudicare, etiam si nullum ex Ecclesiastica historia exemplum huius rei proferre possemus: cum ex sacræ scripturæ testimonijis, argumentis & exemplis manifestissimis, id sit demonstratum. In primitiva uero Ecclesia, pace per Constantinum data, Hist. Eccl. Episcopi Romani tanta laborauerunt superbia & ambitione perpetuo, ut lib. II. cap. 10. omnibus modis hoc unicè egerint, quo soli regnarent, & nihil hanc ad Chrysost. super Matt. homil. 73. Idem de sa- cerdotio lib. 3. rem intentatum reliquerint, seditiones & bella mouerint, cædes innumeratas patrarint, sanguinem etiam in ipsis templis in tremendorum mysteriorum celebratione fuderint, totas deniq; ciuitates euerterint ad obtinendū primatum. Quid igitur mirum, etiamsi Imperatores excluderint & seculares Principes, cum ne Episcopos quidem, eiusdemq; ordinis, pares ferre unquam potuerint? Sed tamen non desunt nobis exempla.

Magnum ergo Ecclesiæ lumen D. Augustinum, & de tota posteritate, ut quicquam alius scriptorum Ecclesiasticorum, optimè meritum, idoneum huius rei testem producimus. Is enim & causas Episcoporum & fidei, adeoque totius Ecclesiæ à Principibus secularibus & imperatoribus tractatas, dijudicatas, & definitas esse, manifestè non uno in loco confirmat, eosq; non modò non remouet & excludit à definitione causarum Ecclesia sticarum, & ambiguorum fidei; sed maximè decreta ab illis facta probat, atque contra haereticos, horum sententijs damnatos, utitur. Nota est non controversia tantum, quæ inter Donatistas & catholicos Carthagini est extorta, sed etiam perniciössimum schisma, propter Episcopum loci illius Cæcilianum, quem cum Donati pars à Felice sacrorum codicum traditore esse ordinatum, ideoq; communionem eius fugiendam calumniarentur, priori parte maxima & periculosissima certamina, & Schismata in Ecclesia, vulnera inter. sanabilia, bella deniq; απόστατα inde exorta sunt, ut tandem omnis Ecclesia in terra Africa tantopere sit perturbata, ut sanari nunquam amplius potuerit, sed persecutiones, haereses & peruersissima dogmata inde sint enata. Quæstio quidem initio erat simplex, utrum Felix ordinator Cæciliani tempore persecutionis libros sacros hostibus comburendos tradiderit. Verum sicut ignis paulatim uento insufflante flamمام concipit, souetur, & in immensum crescit: eundem ad modum quæstio hæc agitata, alias secū trahebat, uidelicet utrum Cæcilianus eam ob causam Episcopus catholicus esse non potuerit, si maximè ab impiò traditore sacrorum codicum, esset Episcopus ordinatus. Consequuta est & alia quæstio: Num communicantes illi Episcopo ordinato à Traditore, eius communione

ita polluerentur, ut nomen catholicæ Ecclesiæ amitterent, quod Donat pars uolebat. Hoc modo tandem quæstio de tota Ecclesia est mota, utræ scilicet pars, uera Catholica eslet Ecclesia, utraque eum titulum sibi uen dicante.

**August. Epi
ftola 152.** Has causas ambigutas fuisse, & fidei controuersias, nemo est qui non intelligat. Restat iam, ut ostendamus quis definuerit. Et quidem inficiari neque possumus, neque uolumus à Melciade Episcopo Romano unicum collegis ipsius, quos Imperator miserat, causam hanc initio esse cognitam. Deinde uero Donatistis non acquiescentibus in hoc iudicio, a pud Arclatum, idem Imperator Constantinus eandem causam diligenter exanimandam terminandamque curauit. Illi uero ab Ecclesiastico iudicio prouocauerunt ad ipsum Imperatorem, ut Constantinus causam audiret, & ab Aeliano pro consule Africæ, & a se dijudicatam Constantinus ipse rescripto quodam (teste Augustino) ad Probeianum Aeliani successorem affirmat, ac dicit: Aelianus prædecessor tuus meritò cum de perfectissimis uiris uicarius prosectorum hinc per Africam nostram, incommoda ualetudine teneretur, eisdem partibus functus, inter cætera etiam id negocium, uel inuidiam, quæ de Cæciliiano Episcopo, & Ecclesia catholica uidetur esse commota, ad examen suum atque iussionem credidit esse reuocandam. Quibus addit Augustinus: In sero adhuc & uerba Constantini ex literis eius ad alium uicarium, ubi se inter partes cognouisse, & innocentem Cæcilianum comperisse testatur. Cum enim narrasset in his quæ suprà loquutus est, QVEM ADMODVM AD IVDICIVM EIVS, POST EPISCOPALIA IVDICIA PARTES PRODVCTAE FVERINT, in quo peruidi, inquit, Cæcilianum uirum omni innocentia prædictum, ac debita religionis suæ officia seruantem, eique ita ut oportuit servientem: nec ullum in eo crimen reperiri potuisse, eidem apparuit, sicut absenti fuerat aduersariorum suorum simulatione compositum. Hactenus uerba Constantini ex Augustino descripsimus. ex quibus appetit, Imperatorem Constantimum causam Ecclesiasticam cognouisse, & Cæcilianum innocentem absoluisse: & quod longè maius est, ab Episcopo Romano Melciade, eiusq; collegis Episcopis ab Imperatore missis, eorumq; sententia, ad ipsum Constantimum p̄fissimū Imperatorem prouocatum: perinde ac si superius esset Imperatori etiam in causis Episcoporum & fidei iudicium, quam Episcoporum, adeoq; etiam Romani Pontificis. Solemus enim semper ab inferiori & minori iudice ad superius tribunal prouocare. Neq; Constantinus reiecit cognitionem & dijunctionem huius controuersie tanquam nihil ad se pertinente, a se ad Deos, qui ab hominibus secularibus iudicari non possent, quod ex uerbis Constantini superius Asotus nungatus est: uerùm ad suum examen & iudicium credidit esse reuocandam hanc causam, etiam post Episcopalia iudicia. Non scripsit Melciades Pontifex Romanus ad Constantimum, quemadmodū ante paucos annos Paulus Tertius in suo Breui ad Carolum v. quod atrocissimum cōmiserit peccatum, tantum concilium promittendo Nationale. Neq; p̄ij Episcopi illorum temporum id iniquo tulere animo, non cœlum terræ misceri sunt uociferati. Non dixerunt, Imperatori minimè licere causas Ecclesiasticas cognoscere: & quod est indignius, etiam post sententiam à Romano Pontifice latam, eandem causam retractare. Imò probat hoc Imperatori factum Augustinus, qui uerè, si quis alius Episcopus, nō titulotenus, sed re ipsa fuit. Quod si uice uersa à Constantini sententia ad Romanum Pontificem esset prouocatum, hicq; post illum cognouisset: quos Asotus cum suis Episcopis triumphos ageret: Opes hic partas, & præclaram uictoriā uniuerso orbi

orbi ostentaret. En tibi Imperatorem Principem & proconsulem causas Ecclesiasticas dijudicantes, & definientes: nō præsumptuosos, sed pios & à catholicis approbatos iudices, Constantinum & Aelianum proconsulē. Quibus, si Asoto fides habenda est, nulla res minus pertinet: si uero August, in ore recte & pie fieri uidemus. Excipiet forte aduersarius noster, pri uata fuisse hāc ut causam, ita & cognitionē inter Cæcilianū & Donatistas, à Constantino, eiusq; proconsule factam. Nos uero causam hanc & publicā, in qua de tota Ecclesia cōtrouertebatur, & ad totā Ecclesiā pertinuisse affirmamus. Hac enim occasione Donatistę Ecclesiā, quæ toto orbe terra dispersa est, cōdemnauere: eamq; propter hāc criminā ubiuis locorū, excepta parte Donati, perijste, temere, imò impie sentiebant. Necq; priuata hāc potuit esse causae dijudicatio ab Imperatore facta, summo mundi capite, & qdē post iudicia Episcopalia. Et ut maximē hoc nomine priuata finis senugetur Asotus, quod ab uno homine profecta, & non in concilio facta, quid tum postea? Quasi uę res non equē grauis sit, imò multo difficultior, priuatum solum aliquę iudicare, ac in cōuentu multorum aliorum, simul dicere sententiam, atq; definire? Quasi uero Imperator priuata, & nō potius publica sit persona? Necq; Donatus cum sua parte priuata fuere personæ.

In eadem causa, cum iam non amplius inter paucos quosdam negotium hoc agitaretur, sed tota Africa in duas partes esset scissa, parte Donato adherente, parte uero altera catholicis fauente: iussu Imperatoris Honorij, catholiconum Episcoporum, & partis Donati concilium est coactum & Cartagini celebratum, non quidem generale seu oecumenicum, sed nationale plurimorum Episcoporum Catholicorum 288. Donatistarum uero 279. Agitur autem in hoc concilio non tantum de Mensurio, Cæciliano, de Fece Aptuginensi eius ordinatore: sed de tota Ecclesia, cuius titulum, auctoritatem & privilegia Donatistæ catholicis Episcopis & populis non Africæ tantum, sed totius orbis terrarum eripere, & ad se pertrahere conabantur, eo uidelicet, quod malū in Ecclesia propter contagium peccatorum non essent ferendi, polluerentur enim & alij eorum communione. Cum igitur non damnassent catholici Cæcilianum, neq; eius communionem uitassent, eos esse & pollutos, ac defecisse ab Ecclesia. Præsedit in hoc concilio non Pontifex Romanus, qui aliquoties causas transmarinas ad suam in loco: sed Marcellinus tribunus & notarius, cognitor & iudex fuit ab honore Imperatore missus, qui nulli parti addictus, sed eodem animo removetis partium affectibus, utrancq; partem audiret, allegationes & probationes perciperet, quibus cognitis sententiam ferret. In hunc secularem Principem ambæ partes consenserant. Hoc præsidente cognitore & iudice D. Augustinus ipse neq; erubuit, neque detrectauit causam Ecclesiæ agere: eiusq; cognitioni & iudicio subiçere. Necq; enim modum tantummodo actionis præscripsit Marcellinus in hoc concilio, sed proponit. ipse partes audit, dat sententias, absoluit reos: & quod omnium maximum est, tandem definitiuram sententiam totius causæ profert. Ita enim habet Augustini uer Opere Breba, qui collationes & actiones trium dierum in eodem concilio habitas his uiculi, verbis descripsit: Vbi cum interloquutus esset cognitor, admonens ut eos lat. tertia iam pigeret eadem repetere quæ peracta & transacta iam fuerant, & iden- die in fine.

Judicaretur: & contra cognitor illud potius flagitaret, ut legerent, si habent quod legi posset, AD VERSVS IMPERIALE ET PROCONSV-

LARE IUDICIVM, VT POSSET DE OMNIBVS PRONVNCIAS
RI, QVONIAM LEGIBVS PROHIBET VR SEMI PLENAM PRO-
FERRE SENTENTIAM. Instarent etiam catholici, ut rebus omnibus co-
gnitori manifestatis, & Donatistas quid respondeant non inuenientibus,
eadem repetentibus, tandem aliquando causa finiretur, in ultimo cognitor
dixit: SI CONTRA NIHIL EST QVOD LEGATIS, EXIRE DI-
GNEMINI, VT POSSIT PLENA DE OMNIBVS SCRIBI SENTEN-
TIA. ET VTRISQUE EXEVNTIBVS SENTENTIAM SCRIPSIT.
quam rursus intromissis Patribus recitauit, qua complexus est omnia que
de prolixa trium dierum actione potuit recordari. In quibus quædam no-
eo ordine quo gesta sunt commemorauit, omnia tamen ueraciter posuit,
CONFUTATOS A CATHOLICIS DONATISTAS OMNIVM DO-
CUMENTORVM MANIFESTATIONE PRONVNCIANS.

Cumq; uideret Asotus se premi hoc exemplo, præoccupauit, & dicit
catholicos Episcopos opera Imperatorum usos, uel cum esset cōserendum
cum hæreticis, uel cum concilia congregari oporteret, ut eorum aucto-
ritate & interloquutionibus tergiuersationes hæreticorum comprimerē-
tur, & statueretur cuilibet, quid probare deberet, & an hoc ut oporteret,
fecisset, definiretur: addit amplius: In illa certè collatione cum Donatistis
cognitor sententiam scripsit, confutatos Donatistas à catholicis omnium
documentorum manifestatione pronuncians. Sed quæ hæc est non dico
stupidiitas, sed impudentia plus quam Asotica, dicere hanc non esse senten-
tiam de controversijs religionis, & ambiguis fidei, definitiā, sed tan-
tum utra pars id quod sibi probandum incumbebat, hoc ut oportebat, fe-
cisset. Vide quas rimas querat Asotus, quam subtiliter distinguere sophi-
sta, & nobis nebulas offundere, ac dementare conetur, perinde ac si om-
nes recordes essemus, nec uiderem manifestissima possemus.

Vnde enim, queso te, scire poterat quid cuic; parti probandum impo-
nere deberet, si non ipse causam intelligebat, & cognoscebat, unde cogni-
tor & iudex dictus est? Ad instantiam, inquires, alterius partis. Sit sanē
sed unde sciuit, num pars id quod sibi probandum iniunctū erat, hoc ita,
ut oporteret fecisset: quod si eodem modo respondeas, quo antea, uideli-
cet ex partibus, ridiculum erit. Nam si hoc penes partes erit, nunquam fer-
ri poterit sententia, utrisque negantibus, sua cōfutata, & alterius partis pro-
bata. Neque enim cognitor hic à catholicis subornatus, aut priuatim in-
structus, sententiam definitiā scripsit, alioquin exceperint Donatistæ
contra personam iudicis, tanquam parti addictam: sed ut Augustinus qui
interfuit & descripsit conciliij Acta, utrisque iussis exire sententiam scri-
psit. Et quod aliud est iudicis officium, quam partes audire, causam ex di-
& tis ipsorum allegationibus & attestationibus cognoscere, ad probandum
admittere, probationes utrinq; examinare, & deinde sententiam definitiū
proferre. Hæ certè iudicis sunt partes. Hæ omnia & singula Marcellinus
præstitit, ideo iudex dicitur causæ. Quid tibi uideſ Asote de hoc cognito-
re, & iudice grauissimæ cause, quæ tanto tempore agitata est, et durauit cen-
tū annis, & amplius, nō in angulo aliquo, sed tota Africa tertia mundi par-
te tum florentissima, populosisimaq; quæ antea toties & ab Episcopis &
ab Imperatoribus erat & uita uoce, & scriptis, atque adeò multis acti-
bus agitata r. En tibi exemplum quo uides secularem Principem in con-
cilio Episcoporum quingentorum sexaginta quinq; in causis & ambi-
guis fidei (nisi forte, Credo Ecclesiam sanctam catholicam, non sit fidelis
articulus, aut tum ea controversia non fuerit de Ecclesia, inter partem Do-
nati, & catholicos) & cognitorem & iudicem, sententiam definitiū man-
dato

dato Honorij Imperatoris proferentē, Augustino describente, & probante hanc sententiam, non contra iudicis personam excipiente, agnoscendi bus, in eumq; iudicem consentientibus tot probatissimis Episcopis. Neq; quisquam tum toto orbe terrarum erat Episcopus, non Romanus, non Cōstantinopolitanus, qui tamen longo tempore de primatu certauerunt, qui factū hoc Imperatoris & Marcellini Legati ipsius, repræhensione dignum, tanquam alienum à seculari Principe, iudicaret, uel etiam contrā hilceret.

Sed tempora mutantur, & nos mutamur in illis, inquit ille. Mirum igitur non est, cum tantum Episcopi nostri temporis mutati sint ab illis, qui quodam pietate, eruditione, zelo erga Dei gloriam & Ecclesiæ ædificationem flagrabant, officium suum diligentissime faciebant, opes, luxum & uoluptates non sectabantur, negotia secularia non tractabant, nec alterum perdem in curia, alterum uero in Ecclesia habentes, sed sua propria curabant, atq; omnibus modis Ecclesiæ Dei consultū cupientes: nostros inquā Episcopos longè aliter esse affectos, quam illi, quorum se successores gloriantur, fuerunt. Illi em̄ non modò nō excludebant seculares Principes à cognitione causarum Ecclesiasticarū, sed sibi hanc felicitatem gratulabantur, & utrāq; manu, obuijs ulnis, quod dicitur, amplectebantur.

Nec has solum duas controversias Imperatores & seculares iudices co
gnouere & definire, sed quod amplius est, Iustinianus Imperator prorsus cil. Actione nihil eorum quæ in Ecclesijs agitantur, uel priuatim, uel publicè etiam in concilijs, praeter suum iussum & consensum fieri uoluit. In hunc enim modum in concilijs, praeter suum iussum & consensum fieri uoluit. In hunc enim modum in quinto generali concilio, quod Constantinopolis sub Iustiniano est celebratum, sanctissimus & beatissimus œcumenicus Patriarcha & Archiepiscopus Constantinopolitanus Menna, concilij patres alloquitur: Putamus charitatem uestram non ignorare uoluntatem & zelum pīj Imperatoris nostri (Iustiniani) quem habet ad orthodoxam fidem nostram, & nihil eorum quæ in sanctissima Ecclesia mouentur, conuenit fieri prēter opinionem, & iussum ipsius. Rogamus itaq; uestram charitatem, in præsentiū quiescere, ut nos tempus accipiamus, adducere ad pias suas aures ea quæ a nobis exclamata fuerunt, &c.

Fuit hoc concilium tempore Iustiniani celebratū, & ab ipso sicut reliqua generalia præcedentia ab alijs Imperatorib. indicitū. Aderant & Legati Romanii Pontificis, qui etiam subscriperunt. Nec tamen ipsi præsederunt: sed Menna Constantinopolitanus. Cumq; iam propemodum omnia essent confecta & determinata per patres concilij, monentur per præsidentem, de sententia finali, ne quid de illa statuatur, donec prius omnia ad Imperatorem referantur, eo quod minimè conueniat præter ipsius iussum quicquam in Ecclesia catholica fieri, idque pietas & zelus à præside conciliij appellatur, & huius sententiæ reliqui patres omnes acquiescunt. In hoc certè concilio uaria certamina de diuersis hæresibus exorta, tractata & disputata sunt ab Episcopis, & tamen approbationem Imperatoris requiriunt, quia nihil eorum quæ in sanctissima Ecclesia mouentur, præter suum iussum fieri uelit. An hoc non est dicere sententiam definitiuam? Quid ad hæc Asotus respondebit? Certe præsidentis & totius generalis cōciliij sententia, quæ sermonem Mennæ approbavit, damnare non poterit. Ergo ne Imperator hac ratione supra cōciliū erit? Hoc Papa sibi haec tenus usurpat, sed nunc ab Asoto propter conciliū Constantiēsis decretū, negat. Sed videtur Asotus de hoc, saluo tamen iudicio conciliū Constantinopolitani.

Sed pergamus in nostro instituto, & plura huius rei exēpla colligamus, negat enim solum nullum posse reperi exemplum, ex quo euidenter appearat Imperatorem uel Principem in synodo, fidei ambigua definiisse, &

Lco. L. suffragia, siue uoces, quas uocant decisiuas, uel definitiuas sententias dixisse. Constat hoc, Imperatores solos concilia generalia indixisse inconfultis Episcopis Romanis, i&mo & renitentibus. Certum est & hoc, interfuisse synodis Imperatores, & alios seculares, pietate, eruditione, & uirtute præstantes: nec mutos fuisse, sed sententias suas dixisse, & simul cum Episcopis ambigua fidei definiuisse, atq; symbolorum conscriptioni interfuisse, & sententias dixisse definitiuas. Ita enim Constantinus ipse in suo Euseb. de. rescripto ad Ecclesiast testatur. Idcirco putauit mihi ante omnia id enitenti, lib. 3. dum esse, ut in Ecclesia fides una felicissimi populi, sincera charitas, & religio aduersus authorem omnium Deum nusquam discrepans obseruitur. Hoc quia nisi titubanter, & incertè, si non omnes aut plurimi simili Theodori- pscopi coissent, essetq; de his dijudicatum, quæ ad sanctissimum ritum 9. 10. 12. spectant, esse nullo modo poterat: Eam ob rem, ego tanquam de uobis ali quis, ubi frequentissimi conuenere adsui. Nec enim inficias eo, quæ res est mihi multo iucundissima, quod comminister uester fui, donec omnia quæ ad pacem attinebant, tractata sunt. Atqui, dicet Asotus, tatum astitisse Imperatorem ex hoc apparet, & sua auctoritate præstissime ut ritè peragerentur omnia, & peracta obseruarentur ab omnibus. Sed aliter uerba Constantini, sonant nec ita frigidè eludi possunt. Tanquam unus de uobis (loquitur de Episcopis) affui. Comminister uester fui. Hoc ergo dicit, quod idem ege rit quod Episcopi. Horum uero est dicere sentenias definitiuas. Hanc & Constantini in eodem concilio dixisse, testis nobis est locupletissimus.

Hist. Tri. part. lib. 2. cap. II. Eusebius Pamphili, Epistola sua de concilio Nicæno, & de fide ad Cæsarienses Palæstinos, qui etiam uerba & sententiam Constantini, quam dixeras in eodem concilio nobis descriptam reliquist, quæ sic habent: Sed & ipse primus, Deo amabilis, Imperator noster eam rectissimè habere testatus est, & sic etiam se sapere professus est: & in hac omnes consentire & subscribere & in his dogmatibus concordare præcepit, uno solummodo scripto & inserto consubstantialitatis uerbo. Quod etiam ipse interpretatur, dices: Quia non secundum corporeas passiones consubstantiale dicitur, neq; secundum divisionem, neq; secundum quandam decisionem ex patre subsistere: non enim posse naturam sine materia intelligibilem, incorporeamq; corporalem quandam subsistere passionem, sed sacrâ quibusdam, infallibilibusq; rationibus magis intelligendam. Et sapientissimus quidem atq; piissimus Imperator ita philosophabatur: Audimus hoc loco non uerba modò Imperatoris Constantini, sed etiam sententiam in concilio Episcoporum dictam, & quod omnium maximum est, definituam. Nā in hæc uerba etiam decretum scriptum est, & fides Nicænæ synodi, filium Dei homousion, hoc est, consubstantiale Patri.

En tibi Asote (qui adeò pertinaciter, & temerè affirmabas, solorum esse Episcoporum dubia fidei definire, & non principum etiam ac Imperatorum, nec ullum eius re i exemplum usquam posse inueniri) exemplum Constantini, qui non modò intersuit Nicænæ celeberrimæ synodo, cuius decreta à nonnullis Euangelio conferuntur, & parem habere cum illa autoritatē iudicantur sed etiam sententiam dixit, habes & uerba sententiaz ipsius, quæ symbolo sunt inserta, & quod longè maximum est, Homousion, in quo uis omnis posita est, contra Arianos scribi & inseri uoluit.

Tom. I. con ciliorum Chalcedo. Addamus & alterum exemplum, ut præsumptio, temeritas, addo et nense conciliorum aliquem Cardinalitū uenari capit, inde magis elucelcant: & è contra omnibus euidenter appareat, iudices seculares, & officiales Imperatore, ris, aliosq; laicos non modò concilijs generalibus interesse debere, sed

& sententias definitivas non modò dicere, uerùm etiam decreta & definitives formare solitos. Hæc enim omnia ex concilio Chalcedonensi, quod à Martiano Imperatore propter Eutychis hæresin est indictum, & maxima Episcoporum multitudine, uidelicet 630 est celebratum, manifestè apparet. Initio enim recensentur ordine officiales Imperatoris, iudices & praefecti prouinciarum, ac senatus amplissimus: deinde etiam Episcopi, qui concilio illi interfuere. Additur & oratio Martiani Imperatoris, qua patres synodi est alloquitus, in qua causam propter quam synodus concilio illi interfuere. Postremò & de suo studio addit, inquiens: Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam uirtutem, exemplo Imperatoris Constantini adesse synodo cogitauimus, ne in posterum multitudo populorum institutionibus prauis attracta, inueniatur dissentiens: præsentiam suam plurimum ad negotijs faciliorem expeditionem, & fidem populum confirmandam facere ratus.

Manifestum autem est ex tota actione huius concilij, adeò necessariam fuisse consiliariorū Imperatoris præsentiam, ut in eo nihil p̄ij, neq; honesti principio. conclusum esset, nisi illi ipsi adfuissent, & sua authoritate, prudentia & modestia ipsos rexissent. Nam turbas & exclamations plus quam barbaricas Episcoporum sedarunt, interloquitionibus suis sententias præformati, inconuenientia demonstrarunt, ordinem obseruarunt, proposuerunt, dixerunt actiones, consilia dederunt. Ipsi enim longo rerum usu edociti atque exercitati, varijs casibus prudentiores facti, modestiores etiam & cibiliores multa conuersatione, facilius uiderunt potuerunt rei scopum: minus indulserunt affectibus, quam ij qui ex umbra in tantas tempestates iactati: finem deniq; huius toti synodo imposuerunt.

Nam cum publicè de fide statuere uellent, nec tamen possent symbolum fidei, impediti clamoribus & interloquitionibus quorundam importunioribus componere, ortaque concertatione de forma, & definitione symboli fidei, uisum est iudicibus ut delecti nonnulli secederent, & de interpretatione articulorum fidei conuenirent: & postea in quibus conuenient, concilio manifestarent. Sic enim habetur in quinta Actione, Si placet, conueniamus intrò in oratorio sanctæ Martyris, & omnibus ab ijsdem interrogatis, consequenter requisitis, quæ placuerunt de sancta fide, manifesta nobis fiant.

Et paul op̄st, exortis clamoribus Episcoporum, Magnificentissimi & gloriolissimi iudices dixerunt: Suggesterunt diuinissimo & p̄iissimo Dominino nostro Imperatori clamores isti. Et per iussionem gloriolissimorum iudicium uadens in diuinum palatium Beronicianus deuotissimus secretarius sacri consistorii, & post paululum rediens, ista sanctæ synodo interloquutus est: Præcepit diuinissimus & p̄iissimus Dominus noster Imperator, sicut placuit magnificentissimis & gloriolissimis iudicibus, sex reuerendissimos Episcopos ab orientali regione, & tres ex Pontica, & tres ab Asiana, & tres ab Thracensi, & tres ab Illyrico, præsentibus etiam Anatolia, & Reuerendissimis Romanis, & conuenientibus in oratorio sanctæ Martyris, de fide recte & irreprehensibiliter constituantur, quibus omnes consentiant, & nihil dubium relinquatur. Si enim uobis hoc nō placet, singuli fidē suam per suū metropolitā manifestam cōstituant, ut nulla similiter dubietas aut discordia relinquaſ. Si aut neq; hoc uestra uelit sanctitas, cognoscite quia in partib. occidēt alibus fieri habet synodus, eo q; religiosas uestra hic noluit de uera & orthodoxa fide indubitanter definire. Sequuntur denuò acclamations theatricæ. Deinde uero magnificētissimi & gloiio-

gloriosissimi iudices dixerunt: Dioscorus dicebat, Quod ex duabus naturis est, suscipio. Sanctissimus autem Archiepiscopus Leo duas naturas dicit esse in Christo unitas inconfusa, inconuertibiliter, & indiuisibiliter in uno unigenito filio, Salvatore nostro, quem autem sequimini, sanctissimum Leonem, aut Diocorum Reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Ut Leo, sic credimus. Qui contradicunt, Eutychianistæ sunt, Leo recte expedit. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt, Ergo addite definitioni, Secundum iudicium sanctissimi patris nostri Leonis, duras esse naturas unitas in Christo inconuertibiliter, inseparabiliter, & inconfusa. Etrogati ab omnibus gloriosissimi iudices, intrauerunt in oratorio sanctissimæ Martyris Euphemiae, una cum Anatolio reuerendo Archiepiscopo Constantiopolitano & Paschasino & Lucentio, &c. Et postquam tractauerunt de sancta fide, & exierunt & sederunt omnes, magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt, Dignetur sancta synodus fidem continens cum taciturnitate audire, quæ decreta sunt in præsentia nostra à congregatis sanctissimis patribus, qui & definitionem fidei interpretati sunt. Hactenus uera ex quinta Actione Chalcedonensis concilij recitauiimus.

Apparet autem ex his, non solùm seculares iudices formam præscriptifse, qua omnia ritè & ordine in concilio peragenda essent, sed sententias etiam non modò rogasse, uerùm etiam dixisse, & una cum Episcopis definiisse. Imò sententiam ipsorum, atq; adeò uerba definitionis, de duabus naturis in Christo, symbolo diserte addita esse, ex sequentibus apparet: ubi in sententia definitiua concipienda, hæc uerba ipsi subiçunt: Quem Christum in duabus naturis inconfusa & immutabiliter, indiuise, atque inseparabilem omnes agnoscimus. Hæc uerba, ut paulò ante recitauiimus, ipsi iudices seculares addi iubent, dicentes, Ergo addite definitioni, &c. Rogantur insuper ab omnibus gloriosissimi iudices, ut una in oratorium ingrediantur, in quo à delectis fidei definitio conscribitur, quæ sententia fuit definitiua concilij. Hic iudices suam quoq; dicunt sententiam, & subiçunt atque addunt ea, quæ deinde in Decreto scribuntur concilij. Alostus cum suis iam excludit, & nulla ratione Principes seculares admittentes esse iudicat ad dicendas sententias definitiucas, in fidei ambiguis. Huius patres & Episcopi insuper etiam rogan, ut adsint, & una ingrediantur, intersunt definitioni, sententiam & uerba eorum symbolo inserunt. Etiam impudentissime nugatur præclarus ille leguleius, nullum posse reperiri exemplum, quo declaretur unquam seculares in concilijs una definitiucas sententias dixisse, cum id ex iam dictis certo certius omnibus sit manifestum, nisi illis quorum oculos inuidia excœcauit, & contendendi studio non uident, id quod sole clarius lucet.

Act. 6. His addendum censeo, quod longe Asoticis omnibus indignius videbitur, non solùm Imperatorem cum suis secularibus iudicibus, ut prolixæ sententis expositum est, synodo adfuisse, & præfuisse: sed etiam Reginam Augustam Pulcheriam præsentem fuisse in concilio. Sic enim ibidem habetur: Conueniente in sanctissima Ecclesia, sanctæ & bonæ uictoris Martyris Euphemiae sancta & universali synodo, quæ secundum diuinam sanctionem in Chalcedonensium ciuitate congregata est, &c. Adueniens in eadem sanctissima Ecclesia diuinissimus & piissimus Dominus noster Marcianus perpetius Augustus, sub die sanctissimorum Martyrum sancti Callinici, & Euphemiae. PRAESENTE EX DIVINO ZELO ET FERVORE FIDELI ETIAM PISSIMA ET CHRISTIANISSIMA REGINA AVGVSTA PVLCHERIA, una cum magnificentissimis & gloriosissimis iudicibus. Mirum est quod templum non corruit, aut certe profanari concilium

clium sanctissimorum Episcoporum interuentu mulieris est iudicatum, atq; ab omni actione cessat^{ur}. Si enim Alosus cum suo sodalito adfuisset, mox igni accepto & incensa flamma, locum & vestigia pedum ipsius tanquam polluta praesentia mulieris (solent enim castissimi hi & purissimi angelii, interuentu & accessu mulieru sua monasteria polluta, hoc modo expurgare. Nisi forte Moniales sint, aut Abbatissæ sanctificatae, quibus nimis familiatiter consuescunt) expurgaslet. Verum hic divino zelo & fidei fervore factum iudicatur. Quod tamen non eo à me dictum uelim, ut mulieres quoq; ad negotiorum fidei publicam tractationem adhibendas esse iudicem, licet ipsæ quoq; cohæredes gratia & uita sint: et Apostolorum concilij interfuerint mulieres & mater Domini, quæ & cum anu Elisabet conuentum celebravit, & de rebus summis pronunciarunt. Sed ut uel hinc appearat, quod suprà dicere cœperam, quantum non mores, tantum Episcoporum nostri temporis à primorum illorum sint mutati: uerùm etiam tota ratio conciliorum, quæ superioribus annis hactenus sunt celebrata, à primiti Ecclesiæ concilij discrepet, & sibi dicitur distet. Cum tamen semper gloriantur se probatorum conciliorum constitutionibus inhærere, & uestigia maiorum & prædecessorum suorum sequi. Nisi forte Nicænum & Chalcedonense eis non uideantur probata, sed profana propter profanas personas Imperatorem, Reginam & iudices seculares, qui præsunt concilio.

Postremò ex actis huius concilij & hoc liquet, seculares de Episcoporum causis, quas inter se mutuò habent, rectè iudicare posse. Ita enim illi habetur: Conuenientibus in Ecclesia sanctissime beatæ Martyris Euphemiae gloriofissimis iudicibus, & sancto & uniuersali concilio, per sanctiōnem serenissimi & piissimi nostri Domini in Chalcedonensium ciuitate congregato, & residentibus cunctis ante cancellos altaris, gloriofissimi iudices dixerunt: Diuinissimus & piissimus noster Dominus Imperator, regatus à Maximo & Iuuenale, sanctissimis Episcopis, præcepit nos agnoscere, de motis inter eos capitulis. Vnde conuenientes sanctissimi viri quidem adiuvicem inter se, ex non scripto constituerunt, quæ etiam nobis manifesta fecerunt, & uidentur ex consensu iuste deposita. Hæc igitur necessarium iudicauimus, etiam coram sancta synodo unumquemq; eorum edocere, quatenus & ex uestra sententia, & ex nostra alloquitione, quæ fuerunt placita confirmantur.

Idem multo euidentius ex sequentibus patet. Cum enim Bassianus & Stephanus de Episcopatu Ephesiorum certarent, alter alterum accusaret, sibi eum uendicare cuperet: Bassianus à Stephano per uim erat deiectus. res ad concilium est delata, coram quo causa dicenda erat: tādem uero prolixè causa integrè examinata, gloriofissimi iudices dixerunt, omnibus examinatis de Bassiano & Stephano reuerendis, relictis etiam canonibus, Diat sancta synodus, de Episcopatu Ephesio, quid ei uidetur. Reuerendi Episcopi clamauerunt, iustitia Bassianum uocat, regulæ ualeant. Hæc sententia fuit concilij, & patrum qui interfuerere, qua Bassianus Episcopus Ephesiorum confirmabatur, reiecto Stephano. Sed quid ad hæc iudices illi seculares? Audiamus: non est negotium ciuile, sed causa Ecclesiastica. Gloriosissimi iudices dixerunt: Nobis quidem uidetur neq; Bassianum reuerendum dignum existere, ut sit Ephesiorum ciuitatis Episcopus, quoniam ex invasione violenta Episcopatum sibi met uendicauit, necq; Stephanum Reuerendum Episcopum, qui per coniurations, & tales adiuentiones Episcopatum sibi met acquisiuit. Iustum uero esse, ut eligatur alter, qui & fidem integre sciat, & uita noscatur ornatus, ut esse posset Episcopus. Totum au-

^{1. Pet. 3.}
^{Luc. 1.}

^{Aff. 7.}

^{Action. 11.}

tem

tem concilio sancto relinquimus, quatenus sententia, quæ in hac causa fuit uisa, depromat. sancta synodus clamauit: Hæc iusta sententia est. Hoc Dei iudicium est, Christus iudicauit causam. Deus per uos iudicat. Hæc sententia Christi est, Canones & leges uos custoditis. Multos annos iudicibus, multos annos concilio.

Rem dicitur miram. absoluerat concilium sua sententia Bassianum, eumque in Episcopatu confirmauerat: & ecce iudices seculares ab illorum sententia recedunt, & plane contrarium decernunt, abdicantes Bassianum ab Episcopatu, & aliud eligi uolunt. Quæ sententia, tantum abest, ut concilio improbetur, ut non modo iustum, sed à Christo latam pronuncient. Habes iudices seculares, & in fidei ambiguis causis, & in Ecclesiasticis Episcoporum negotijs, sententias definitiujas in primitiva Ecclesia dixisse, corūq; suffragia à concilio recepta, ad probata, & symbolis inserta, quodq; à sententia concilij in causa Ecclesiastica recesserint patres, & laudata sit ab omnibus iusta iudicium sententia, adeoq; Christo ipsi adscripta. Necq; tam proterius erit Asotus, ut concilij huius autoritatem eleuet, cum inter illa quatuor generalia numeretur, quæ Euangelijs quatuor æquantur. Quare totius Ecclesiae consensu, approbantis Chalcedonensem synodum, Imperatores, Principes, & iudices seculares, alijq; pietate, eruditio, & uirtute prestantes, ne aquam à concilio, eiusq; sententia definitiva excludendi, sed unam concilio non modo deliberatè, assistere tanquam apparitores debent, ut ite per alios omnia peragantur, & deinde ab omnibus obseruentur curare, sed omnia Ecclesiæ negotia & fidei ambigua una definire debebunt.

Cap. 10. Sed quid uel argumentis, uel exemplis pluribus colligendis, & enumrandis laboramus, cum ille ipse aduersarius non noster solum, sed omnium piorum Principum laicorum, ac totius Ecclesiæ, hanc ipsam nostram sententiam quam refutandam susceperebat, manifeste probet, ac confirmet, non secus ac si à nobis sententiae nostræ defensor, contra malæ fidei possessores Episcopos suos conductus esset. Tanta ueritatis uis est, ut multis, & renitentes contra animi uoluntatem retrahat. Dixerat se suosq; nullum agnoscere prædicatorem uerbí Dei præter hos quos Christus misit, & eos qui in hoc ordine ipsis succedunt, ab eis descendentes, hoc est, Episcopos & qui in doctrina Episcopis parent, atq; Pontifici, ab illisq; sint ordinati. Sed aut parum sui memor, aut quod magis crediderim, euidentia testimoniorū, atque exemplorum sacræ scripturæ à Brentio uictus, inferius concedit hoc ipsum, quod paulò superius negarat, non soli Davidi, & Salomonis, ut populos & iniquos doceant, propterea quod prophetiæ spiritum & revelatioines diuinæ habuerint, sed etiam cunctis inferioribus principibus concedit dicens: Doceat quilibet & exhortetur filios siros, familiam & domesticos, subditos etiam & populos. quis unquā hoc prohibuit? Nōnne tu non bone uir, te tuosq; nullum flagituros doctorem dixeras, nisi à uestris Episcopis descenderet, hoc est, unctus & rasus esset? Quām bellè sibi constar Asotus? Agnoscamus itaq; eius eius liberalitatē, & quod dat accipiamus. non enim contemnendum donum est Asoti, quod permittit etiam inferioribus & secularibus principibus docere populos. Sed ne nimium concessisse uideatur, statim subdit: Sed quām longè hæc omnia à ferenda sententia in controversijs? Illa enim sunt omnium, ab omnibus fieri possunt, iuxta captum cuiq; proprium. Ad illa non opus est aut magna sacræ scripturæ scientia, aut difficultum locorum studio, necq; eruditio quidem, pietas & affectus simplices & humiles de his omnibus docent. Deinde addit: Duxia uero fidei, & difficultia soluere, & in eis statuere certum: res ipsa ostendit quām sit paucorum, quanta ad id necessaria eruditio, lectio, attentio animi, &c.

Cap. 23.

ni, &c. Ideoq; cōtendit hoc solis suis rasis &unctis Episcopis, doctissimis scilicet & in sacra scriptura exercitatissimis viris competere. Ad principes vero seculares minimè pertinere, imò temeritatē & præsumptionē diuino supplicio dignā. Hoc ipsum prolixē probare conatur, ut uidelicet omnes seculares principes à definitione ambiguorum & cōtrouersiarum fidei & religionis excludat, sed uidere est, quām pulchre sibi contradicat: & hoc ipsum quod summis viribus, & quibus poterat machinis hactenus oppugnauerat, concedat, ac plane pro nobis nostrāque sententia confirmanda cap. 32. concludēs affirmet, dicens: Nos illud tibi aperte dicimus Brenti, nō putes tuo, uel tuorum iudicio, Princibus catholicorum uel hereticorum nomina danda: sint quantumuis potentes, permittant se quantum uolent piorum & catholicorum nomine à suis laudari: TOTIUS ORBIS TOTA ECCLESIA: IMPERATORES, REGES, POPULI CENSEBVNT, ET PERPETVOM ANEBIT CVM EORVM MEMORIA, VERA IN EOS NOTA APVD HOMINES: ET MVLTO CERTIVS APVD DEVMT ANGELOS: HI ERVNT IUDICES, NON TV VEL EGO. PARVM ADREM EST, QVID EGO DICAM, &c. Caipham hunc alterum esse dicas, qui, cum esset summus Pontifex anni illius, prophetabat. Eundem ad modum fraterculus hic noster sacerdotio Tolleti cōsummatus prophetat. Summa iudicij Ecclesiastici eō tendit, ut uera doctrina & Ecclesia dignoscantur à falsa & heretica. Et quid aliud est censere quisnam sit hereticus, quis uero catholicus, quām iudicium facere de dogmatibus, & sententiam ferre de fidei ambiguis, atq; religionis cōtrouersias definire? Penes quem uero hoc iudicium, iuxta Asotī sententiam, erit, nomina catholicorum & hereticorum dare, hoc est, de tota causa religionis, quae inter nos & ipsos controvētitur, pronunciare? Respondet frater Petrus: Totius orbis, tota Ecclesia, Imperatores, reges, populi censemunt: hi erunt iudices. Quæsote bone uir, satisne sanus es, certe, ne quid dicam amplius, hæc totius negotiū summa est, hoc ipsum contendit Brentius, non penes Episcopos solos esse dijivationem & definitionem ambiguorum fidei & controvēsiarum, utra pars uera aut falsa doceat: quæ uera sit Ecclesia, qui uero sint heretici: hoc iam inter nos 40. annos agitur. Cum uero utraq; pars de titulo & nomine Ecclesiae glorietur, & utraq; alteram damnet, quis dijivatione hanc ambiguitatē? Hactenus Papa cum suis complicibus ius sibi soli voluit uendicare. Iam per Asotum nostrum lis hæc direpta est: ad reges, principes & populos, adeoq; totam Ecclesiam pertinere, palam citra ambiguitatē affirmat. Verba tua agnoscis Asote, Totius orbis tota Ecclesia: imperatores, reges, populi censemunt: hi erunt iudices. Hæc reuocare tibi amplius non licebit. retinemus te uinctum: nec amplius ex manibus nostris dimittimus: quæras ruinas quascunque uolueris: nusquam te elabimur, etiam si anguilla magis es, lubricus, aut Protei more in omnes te uerteres formas.

Transacta igitur & exposita est hæc tam diu agitata quæstio & controvēsia: habemus id quod uolebamus, admittendos scilicet ad dijivationem & definitionem de heresis & catholica doctrina seculares Imperatores, reges, populos, totamq; Ecclesiam. Mirum est quod Papam, Cardinals & Episcopos excludat ab hac cognitio & dijivatione. Nō effugiet crimen læsæ maiestatis apud suos, & si sapient, malam reportabit gratiam, qui omne iudicium illis ademit, & solis secularibus in manus tradidit. Nisi forte hoc, ut dicit solet, præsupponat, quod notum atq; cōcessum iam ab omnibus, ad illos præcipue pertinere. Illud uero non similiter ab omnibus recipiatur, ideoq; disertè exprimendum erat, studione an odio in enumeratione ordinum seculariorum, qui ambigua fidei de catholicis & hereti-

ticis dijudicare debeant, principes omiserit, cum & superiorum, hoc est regum, & inferiorum, populis scilicet mentionem fecerit: an uero sub regū titulo, si tamen hoc honore eos dignatur, sit complexus, aut certe sub totius orbis tota ecclesia, cuius & ipsi membra sunt, nolo curiosius inquirere. Sed tamen iudico, ut maximē alias principib. iniquus sit, quos solos hactenus hoc loco secundo nominauit, eosq; à ferēdis sententijs remouerit, cum in alios omnes liberalissimus fuerit, hos quoq; pro sua liberalitate clementer admissirum, & saltem locum aliquem inter iudices nō infimum daturum esse; pro hoc ipsius officio, quod nos strenue, nostrumq; propositū promoverit, habemus illi quas meretur gratias: & Bileamū uocabimus, qui uenerat & cōductus erat ad maledicendū, & ecce benedicit exercitu Domini. An non mirabilis Deus, qui astutos cōpræhendit in astutia, ut quod bene celare atq; sophistica sua inuoluere conabatur, iam palam toti mundo proponat, & tanquam forex suo se in dicio prodat.

Diximus hactenus de officio principum in Ecclesia filij Dei, quod ad ipsos cura religionis constituendę pertineat, quodq; in synodo seu iudicio Ecclesiastico, ubi de fidei ambiguis agitur, & definiuntur controvēsie religionis, ius dicendi sententiās definitiūas habeant, & semper tum in veteri Testamento tum nouo, atq; adeò in cōcilijs Ecclesię primitiū habuerint, multis argumentis & exemplis euidentissimis satis probatum est. Non igitur neq; iniustum, neq; à uere Ecclesię consuetudine alienū hodie erit, etiam principes & alij pīj atq; docti se quoq; ad dicendas sententiās & suffragia admitti contendant: atq; seculorum aliquot tyrannidem potius, quam consuetudinem ferre amplius dēdignētur, ubi ad unius nutum omnia gerentur, nec erat qui uel hiscere contrā auderet, suūq; ab iniustis possesso ribus repeatant, & quasi postliminio reuocent. Cum enim alias cōtra Ecclesiam, quod ad bona tantū temporalia attinet, nulla quantumvis longi tem poris ualeat præscriptio, & male fidei possessor nullo prescribat tempore, quanto minus in rebus animae & salutis aeternae locū præscriptio illa habebit. Sed quod omnium est, & ad omnes pertinet, meritō etiam ab omnib. ordinib. tractari debet.

ANNOTATA IN CAPVT XII.

Frater Petrus de Soto, ut quanta sit potestas secularium principum, quousq; perueniat, quem gradū & locum teneat in Ecclesia Christi, ex origine eius tanq; fontib. & fundamentis agnoscendū esse docet. Hac occasione hoc capite aliud nō agit, nisi originē magistratus politici & secularium principū describat. Sed hac de re nimis ethnice philosophatur, aut, ut uerius dicam, nimis frigidē nugatur homo profanus. Cum enim mani festa Pauli uerba, quib. magistratus ordinatio Dei esse dicitur, negare non possit, impio commento & cauillo, quo eius authoritas uilescat, in hūc modum deprauare conatur, inquiens: Dum enim à Deo esse potestas hæc secularis dicitur, origo ostendit atque principium eius, ordinatio scilicet diuina (ferē nūm ex Paulo dixerat, ideo repetit) ordinatio, inquam, nō lege aliqua externa & positiva quam uocant promulgata, sed naturae ipsi indicta eo lumine quod signatum super nos Psalmista dixit, quod meritō legem naturae uocarunt. Ab hac lege cordibus hominum inditum est, multitudinem omnem gubernatore egere: nec posse pacificē & ordinatē in societate coire homines, nisi potestas aliqua sit, quæ in officio omnes contineat, malefactores puniat, &c. Atque ideo magistratum ordinatiōne Dei à Paulo dici imaginatur, quia homines noticia iuris naturae, quod est ius Dei, intelligent se superiore & gubernatore carere non posse: ideo eligant & ordinent magistratum, qui dicitur Dei ordinatio, quia ex noticia iuris naturae, quod ius Dei est, sit ordinatus ab hominibus. His deinde subiecti, hac

Hæ sunt origines & radices secularis potestatis, ex his manat eorū auctoritas, & potestas his nütur. Quacunq; ita ratione legitimè in aliquem defteratur potestas, hæc à prima illa uoluntate & electione pendet populo- rum; & quacunq; uia princeps successerit, non aliter se habere debet, nec aliter estimare se ad hoc peruenisse, quam uoluntate eorum quib. præst: qua & præcessit primò in origine, & postea adest cum illi parent. Ex his fontibus, ex his fundamentis agnoscendum est, quanta sit hæc potestas, quousq; perueniat, quem gradum & locum teneat in Ecclesia Christi. Ha- ctenus Petrus Desotus.

Agnoscimus quidem uerba ex Paulo de institutione & origine magi- stratus, quod sit diuina ordinatio: agnoscimus & hoc, quod dicit natura o- mniū hominum cordibus inscriptum, multitudinē omnem gubernatore opus habere. Sed uidemus hoc quoq; ubiq; Sotum sophismatib. ludere: quod ex sequenti cap. apparet. dicit enim politicū magistratū extra Ecclesiā esse ortum, ex carne esse: seruire mundo & principi eius, hoc est diabolo. Item in hoc cap. non promulgata aliqua lege eum esse institutum: nec alia uoluntate ad suam potestatem peruenire, nisi uoluntate & electione eo- rum quibus præst. Quæ omnia & singula manifestè falsa sunt: ius enim naturæ uere ius est diuinum, primū quidem hominū mentibus diuinis inscriptum, deinde uero literis mandatum & promulgatum. quod po- stea probabimus. Deinde et si alia aliorum regnorū eligēdi magistratus sit conditio, alicubi sit electione, alibi hæreditate contingit, &c. non tam populum tantum uoluntate & electione, sed maxime ante uolun- tate Dei præcedente magistratus cōtingit. Et cum hæc omnia eò tendant, ut tandem concludat, magistratum tantum debere mundana curare, hoc quoque falso inferri, postea sequenti cap. explicabitur. Quid igitur leuius, profanius, contemptius & uilius de magistratu, Dei uicario in terris dici posset, non dico à Christiano, nedum theologiè professore, sed à gentili & homine prorsus Dei ignaro? Quanto honestius & sanctius Plato quam- uis gentilis hoc profano Asoto, qui tamense columnam esse iudicat Eccle- sia Papisticæ, imo Atlantem, qui cœlum Papisticum ne corruat solus hu- meris suis sustineat, de magistratu sensit & loquitur est. sic enim inquit: Quemadmodum boves non à bobus, nec capræ à capris reguntur, sed à præstantiori natura, uidelicet ab hominibus: sic natura humana infirmior est, quam ut seipsum regere possit. Quare Deus præfecit ciuitatibus non homines, sed præstantius & diuinius quoddam genus, Heroas uidelicet: qui cum habeant ipsi prosperos successus, nobis quoque imperia eorum grata & facilita sunt. Hī ita curant nos, ut pacem, pudorem & libertatē conseruent, & addit: Verum est quod usitatē dicitur, quod quibus ciuitatibus non Deus, sed mortalis aliquis dominatur, illis malorum & ærumnarum nullum est effugium.

Etsi autem uerum sit, rationi hominis inditam noticiam legis naturæ, quæ iudicat ordinem hunc politicum inter homines esse necessarium: tam hæc nondum satis de causa ciuilis societatis imperiorum & politici magistratus dicta sunt. Nam solis humanis consilijs & uiribus nequaquam retineri honestæ leges, & ciuilis societas possunt. Cum igitur Paulus ma- gistratum Dei ordinationem uocat, sciamus uoce Dei, & lege ab ipso lata & posita, magistratus & hunc totum politicum ordinem, instituta & comprobata: ac uere ab ipso iuuari, defendi & conseruari, uoce, inquam Aso- te, diuina magistratū politicū & imperia, & quidem expressa uoce Dei instituta & ordinata, propter quam magistratus ordinatio Dei dicitur, edi- ta hac lege positiva: Quicunq; fuderit sanguinē humanum, per hominem Gen. 9.¹ fundetur sanguis illius, quia ad imaginem Dei factus est homo.

Vu 2 Hanc

Hanc legem politici ordinis caput esse, originem & fontem, eaque institutum esse magistratum, nihil dubium est. Nec putemus frustra hanc legem à Deo editam esse. Prohibet Deus aliás homicidia & iniustas cædes, ac parcit uult sanguini humano propter se, quia in imagine sua fecerit hominem. Vnde & Cain fraticidam signo quodā addito munit, ne quilibet eum interficeret. Et ne multiplicarent cædes spe impunitatis, Deus hominē magistratum instituit, cui suam potestatem delegauit, & nominis sui societatem communicat, uitæ & mortis potestatem ei tribuit, manuumq; illius gladio armat, ut in communis societatis perturbatores animaduertat. Cumq; nominatim & disertè dicat, Per hominem fundetur sanguis homicidæ, instituit hominem magistratum, qui certo ordine tollat reum. Huc respexit Paulum, & hinc eius uerba desumpta esse, certum est, cum magistratum Dei ordinationem uocat, & addit: Non est potestas nisi à Deo: quæ uero sunt potestates, à Deo ordinatae sunt. Itaq; quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Item, quod si feceris quod malum est, time, non enim frustra gladium gestat, nam Dei minister est, ultius ad iram, ei qui quod malum est, fecerit. Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Hæc uerborum pondera singulari spiritus sancti consilio scripta sunt, & proposita, nec adeò facile tam frigido commento eludi possunt. Audimus interpretationem huius loci ex uetusioribus, ne Alotus nos in furorem nostrorum principum hæc fingere, ut est impudens, afferat, et si postea pluribus sententiam nostram sacrae scripturæ testimonijs confirmari simus.

Chrysost. in Epist. ad Rom. homil. xxiii.

Non enim est potestas nisi à Deo.) Quid dicas? Omnis ergo princeps à Deo constitutus est: Illud, inquit, non dico. Neque enim de hoc aut illo principe mihi nunc sermo est, sed de ipsa re. Quod enim principatus sunt, quod hī quidem imperant, isti uero subiecti sunt, quodq; non fortuito ac temere cuncta ferunt, nec fluctuū instar populi huc atq; illuc circumaguntur, diuinæ sapientiæ opus esse dico. Propterea nō dicit, Non em princeps est nisi à Deo, sed de re ipsa differit, dicens: Nō est em potestas nisi à Deo.

Quæ uero sunt potestates, à Deo ordinatae sunt) ita cum sapientum quidam dicit, quod à Deo conglutinetur mulier uiro: non aliud dicit quam Deum instituisse nuptias, non quod quisquis mulieri ut unque cohabiter, à Deo illi sit coniunctus. Non dicit Chrysostomus Asotico more, electione & uoluntate populorum magistratus constat, subditis suis acceptum feret princeps quod dominatur. Hoc enim quid absurdius: sed diuinæ sapientiæ opus est magistratus.

Sed mirum non est, Asotum nullam legem positivam in sacris scripturis de magistratus institutione quod uoce Dei sit ordinatus reperire potuisse. Cum enim sacrosancta œcumonica & generalis Tridentina synodus inter alias imprias constitutiones hoc quoq; sanxerit, ut uetus & vulgata Bibliorum editio, que longo seculorum usu in Ecclesia est recepta, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus & expositionibus pro authentica habeatur: & quod nemo illam rejecere quoquis prætextu audeat, nec præsumat: & in ea usitata translatione, id uocabulum, in quo uis omnis sita est, Per hominem omissum sit: ueniā meretur Asotus, decretum concilij, quod errare non potest, piè obseruans, non folicite hereticorum & Nouatorum more fontes Hebrææ linguae inquisiuit, sed lege synodi contentus fuit.

Disertè igitur ipsa uoce diuina magistratum politicum ordinatum, eip̄ gladium

gladium in manus traditum videmus, ut Dei uicarium agat in terris co-
hercendo improbos. Cumq; Deus homini, hoc est magistratui uitæ, ne-
ciscq; potestatem in homines fecerit, profecto etiam super fortunas & reli-
qua ad hanc civilis uitæ societatem necessaria sancte, iuste & ordine admi-
nistrandi potestatem concessit, quæ omnia suorum uicariorum legibus
vult esse subiecta.

Huc facit quod à spiritu S. magistratus dñi uocantur, eisq; Deus nomi- Psa. 82.
nis sui appellationem tribuit & communicat, neq; enim leue momentum
in eo nomine esse existimemus. Significatur enim eo mandatum à Deo ha-
bere, diuina autoritate præditos esse, ac omnino Dei personam sustinere,
cuius uices in iudicij agunt. Quod ipsum Christus hoc modo interpreta-
tur. Si scriptura, inquiens, eos uocauit Deos, ad quos uerbum Dei fa-
ctum est, &c. Quid hoc est aliud, quæso te amicissime lector, nisi mandato Io. 10.
Dei magistratū esse institutū, illi esse à Deo ipso iudiciū demādatū ut illud
administret, in eoq; munere Deo seruiat, & iudicium non pro homine, sed
p Deo ipso exerceat? Quod qui nō uidet, & intelligit, ille sanè nihil intelli-
git, & in sacra scriptura talpa est cęcior. Deus ipse monet, excitat, uocat, cō-
stituit & conseruat reges, príncipes & magistratus, non tantum in populo
suo, sed etiam apud gentes. Apud Isaiam uocat Cyrum à se unctū, & dicit Isa. 45.
se eius adprehendisse dextram & subiçere ante faciem eius gentes & dor-
sa regum uertere, &c. ut scias quia ego Dominus, qui uoco nomen tuum
Deus Israel.

Ibidem Sabna à Deo expellitur, & Eliachim uocatur diuinitus in locū Isa. 22.
illius, &c.

Eodem pertinet quod sapientia affirmat suum esse opus, quod reges Prou. 8.
regnant, & legum conditores iusta decernant, quod aliud non est, quam
si diceret, non humana uoluntate, potentia aut peruersitate fieri, ut penes
reges & calios gubernatores sit in terris rerū omniū arbitriū, sed diuina pro-
videntia & sancta ordinatione, cui sic uisum est omnia administrare, con-
stitutum esse. Que enim hæc sapientia est, per os Solomonis loquens, ni-
si filius Dei, qui nobis factus est à Deo sapientia, per quam sapientiam o-
mnia facta & ordinata sunt, & sine qua factum est nihil, quod factum est.
Vbi in genere hæc quoq; ordinatio Dei, magistratus scilicet includitur.

Alexander Macedo, Deum sibi adhuc in Dio ciuitate Macedonie con- Joseph lib.
stituto, per somnum conspectum, dumq; cum animo suo reputaret, num u. antiquit.
Asiam subiugare posset, ab eo incitatum se affirmat ne occasiōne neglige- cap. 8.
ret, sed confidentur transiret, nam se ipsius perducturum exercitū & Per-
fariū traditurum potentiam. Alarius rex similiter inquit, Non ego uo- Hist. Trip.
lens Romanam proficiscor, sed quidā quotidie mihi molestus est, torquens lib. II. ca. 9.
& dicens, Perge & Romanam destrue ciuitatem.

Et ut ora impudentium hominum & distortarū mentium, per quas dia-
bolus non cessat falsas opiniones de rebus politicis accendere & spargere
obtulerit: quale est quod dicit Asotus ille, Quacunq; uia princeps succes-
serit, non aliter se habere debet, nec aliter aestimare se ad hoc peruenisse, q;̄
voluntate eorum, quib. præst, que & præcessit in origine & postea adevit,
cū illi parent: toties in scripturis prouidentia Dei, ac singularis actio in di-
stribuendis regnis, commemoratur, quæ omnia originem scilicet magi-
stratus, & subditorū obedientiā, Asotus uoluntati hominum adscribit. Da-
niel inquit, Deus constituit & transfert regna. Tu es rex regum, de Nabu- Dan. 2.
chodonosore loquens, & Deus cœli regnū, & fortitudinem, & imperium
& gloriam dedit tibi, uolucres quoq; cœli dedit in manu tua, & subditione
tua uniuersa constituit. Non ait Daniel sicut Petrus Desotus, Populi te ele-
gerunt, horum uoluntate ad regna tua peruenisti: sed Deus cœli dedit tibi.

Vu ; Et

Dan. 5. Et ibidem: Deus altissimus dedit Nabuchodonosor patri tuo regnum & magnificantiam, Ego dicit Dominus, feci terram, & homines, &c. Et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nūc itaq; Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor, regis Babylonis, serui mei.

Hæc diuina sunt oracula de magistratus origine, institutione, & uocatiōne, quod expresso Dei uerbo & uoluntate sit ordinatus; sed quia ex scriptura desumpta sunt, quam obscurā esse & ambiguam asserit Asotus, ut audiēmus, forsitan obscuriora quoq; videbuntur, quām ut ab eo intelligi possint. Ideoq; regem uel principem habere dicit hoc ab hominibus illis, à quibus eligitur, eisq; acceptum debere ferre omne id, quod est, & habet. David uero dicit, Deus, tu subdis populum meum sub me. Item de

I Sam. 10. Saule, Sequebantur eum, quorum Deus tetigerat corda.

Matth. 4. Míror, cur non potius à Diabolo huius mundi Deo, regna distribui aſſimilat Asotus. hoc enim aliquo scripturæ testimonio probare posset. Hæc omnia regna mundi & gloriam eorum dabo tibi, si procidens me adoraueris, quia mihi tradita sunt, & euicunq; uolo, do illa. Nisi forte quod sciat idolum suum Antichristum Romanum, hoc modo procidentem, diabolumq; adorantem, ab ipso in fundum, cuius & fidelissimus est uassallus regna mundi, quæ occupat, accepisse. Calumniabitur fortassis hoc Asotus suo more, & me ex Cōstantino à quo Sylvester Occidentis regnum, dono acceperit, diabolum facere dicet. Sed constat factam esse hanc Constantini donationem, & à Valla alijsq; dudum expugnatam & explosam.

Hæc de origine, radicibus, fontibus & fundamentis politici magistratus, ex quibus eorum manat auctoritas, certius ex sacrī literis contra Asotum dicere uolui. Cumq; dicat ex fontibus & origine magistratus agnoscendum, quanta sit potestas eius, quousq; perueniat, quem gradum & locum teneat in Ecclesia Christi: certè cum diuinitus institutus sit, quod haec tenus probauimus, etiam diuina curare debet.

ANNOTATA IN CAPVT XIII.

Quemadmodum præcedenti capite parum honorifice & nimis frigide de origine magistratus politici dixit Asotus: ita iam hoc de officio eius atque discrimine inter Ecclesiasticam potestatem & secularē multo contumeliosius differit. Cum econtra suos prelatos miris laudibus ad cœlū usq; euehat, iudicās hos sine illorum iniuria crescere non posse. Ex falsa autem & non concessa, sed refutata hypothesi, ex origine magistratus sumpta de officio Principum argumentatur hoc modo: Nihil potest supra virtutem sua originis descendere. Quia necesse est fines respondere principij: sed secularis potestas (ita uocat magistratum) à naturali lege, & humana uoluntate orta est. Ergo aliud nihil potest, quām naturale, & quod hominem subest uoluntati. Verū satis falsitas huius opinionis de origine magistratus est indicata & confutata præcedenti capite. Ideo hinc non probabit Asotus suum institutum, quod magistratus politicus, non una possit iudicare controversias religionis. Et capite undecimo prolixè de hoc magistratus officio est à nobis dictum. Quare quod ad hoc magistratus officium attinet, similiter & quod tantum ab Ecclesiastico differere & distare fingit, quantum cœlum à terra, iam nihil ad præcedentia addemus: sed uerba Asoti audiēmus, eiūsque sententiae absurditatem, impietatem & crimen læsa maiestatis monstrabimus.

A' populo electum esse dicit Principē, nullo alio fine, quām ut temporalia curet, nec alia uirtute, quām humana, in temporalē finem. His addit, ILLA SECULARIS POTESTAS NON NECESSARIA EST ECCL^{SA}

CLESIAE. Item QVANTVM DISTAT INTER COELVM ET TER-
RAM, COELESTEM ET TERRENVM HOMINEM, QVANTVM
DENIQUE INTER HOMINEM SERVENTEM HVIC MUNDO
ET PRINCIPI EIVS, ET SERVENTEM DEO IPSI VERO,
EST DISCRIMINIS: TANTVM INTER PRINCIPES SECVLAR-
RES, ET MINISTROS CHRISTI. Item hæc potestas ciuilis extra ec-
clesiam orta est, item ex carne est, &c. Hæc tua uerba sunt Asote, quæ haud
dubie agnoscis, cum ex hoc tuo capite sint descripta. Quid tibi amice le-
ctor de hoc monacho uidetur, an nō hominē impudentē, imo canē rabio-
sum esse oportet, qui magistratum, Dei uicarium & cui Deus ipse societa-
tem sui nominis communicat, seruire principi huius mundi, id est diabolo,
quod quidē ad officij administrationē attinet, ex carne esse, & extra eccle-
siam ortum affirmare audet? Horribilis ne sathan ipse ordinationē Dei
optimam, qua tam non possumus carere, quam hoc sole, blasphemare
posset, aut auderet? Quid sediciosius aut furor Anabaptistico similius?
Verissimē igitur de hoc impudentissimo hominum genere dicitur.

Non audet Stygius Pluto tentare, quod audet

Effrenis monachus, plenaq. fraudis anus.

An non in magistratum sed tuosae sunt hæc uoces? In Deū uero autho-
rem, ipsiusq; ordinationem, blasphemæ? Sed innititur uestigij suorum
maiorum, qui in Synodo Romana circa Sylvestri tempora celebrata, de-
creuerunt, ut habetur Tomo primo conciliorum cap. 16. ne sacerdotes
intrarent in curiam propter quamlibet suā causam. & additur ratio: Quia
omnis curia à crurore dicatur, & immolatio simulachrorum sit. Quemad-
modū pharisæi polluti se iudicabant, ne possent cōedere Pascha, si in præto-
riū ingredierent. Quod uero sanguinē innocens sitūt, nullū peccatū esse
iudicat. Et consiliū Elsberinū eodem tempore habitū statuit, Magistratū,
anno quo agit Duumiratum, phibere placet, ut se ab Ecclesia cohipeat.

Vide autem quid optima consequentia ex his Asoticiis propositioni-
bus sequatur. Si enim magistratus tantum in temporalem finem est ordi-
natus, ut tantum uentris custos sit, eumq; curare debeat, ergo non diffe-
ret principis officium ab armétario, aut subulco, nisi quod hic asinos Aso-
ticos, aut sues pascat, ille uero animalia rationalia regat. Quod si magi-
stratus non est necessarius Ecclesiæ, ergo neq; disciplina est necessaria in
Ecclesia. Neq; punire blasphemias nominis Dei, aut abrogare idoloma-
niam, &c. necesse est: cum hæc omnia ad magistratus officiū pertineant,
qui custos est disciplinæ, & totius legis. Hac quoq; ratione sequetur, quod
nec generalia cōcilia Ecclesiæ fuerint necessaria, quæ nō nisi pacato impe-
rio, & per Imperatores, quorū hoc est officiū, cōuocari, indicari, & celebrari
potuerunt. Id quod Asotus ipse, ut maximē seculari potestati sit iniquus,
fateri cogetur. Neq; em tunc orientis Episcopi, Romanū tantopere cura-
bat, ut ad ipsius imperiū conuenissent, quod erit in fi. cap. 10. est ostensum.

Si uero magistratus, uel potestas secularis officium suū faciens, seruire
dicit principi huius mundi, quod Asotus, ut incarnatus diabolus, ore bla-
sphemo euomit: sequitur, q; & ipsa Dei ordinatio, & diuinæ seruire ordi-
nationi, sit seruitus diabolica. Imo & Deus ipse author ac cōditor politici
ordinis, erit (horresco toto pectorereferēs, sed hæc ex Asoti sententia se-
quuntur) diabolus. Et ita tādem dum hoc modo magistratus politicus cō-
temnit, & abiicitur, Manichorū delirii ex inferis hic nouus ecclesiæ Ro-
manæ defensor, & uerae Dei ecclesiæ, diuinęq; ordinatiois hostis infestissi-
mus resuscitabit. Et q; Asotici prelati secularē quoq; habēt administratio-
nē, ergo & ipsi q; ante prandiu in tēplo missas & sacra facientes, Deo se ser-

uire gloriantur: post prandium secularem administrationem curātes, principi huius mundi, hoc est diabolo, Asoto autore seruunt.

Hæc ex Asoti sententia sequi, nullo negocio, qui uel per transennā Dia lectices præcepta uidere, intelligunt, eò hominem adducit contemnendi Magistratus studium, ut in apertas blasphemias, & intollerabiles uoces, quæ cohercendæ erant, erumpat, crimenq; læse maiestatis cōmitat. Hinc enim contemptus magistratus, & seditiones oriuntur, cum aliás moleste subditi imperia superiorum ferant, quid futurum esse, ubi intellexerint magistratus, principi huius mundi seruire, arbitramur.

Sed hoc est, quod Iudas in sua epistola de falsis doctorib. quos somnitores uocat, scribit, quod carnem polluant, dominationē spernāt, maiestatem aut blasphement. Hæc aptissime in turbam Asoticam quadrant. Nihil tam dicam q̄ tetrī & abominandis libidinibus corpora sua polluant, res ipsa loquitur. Sed de altero. Nota sunt exempla Paparum, quomodo Imperatores, & príncipes tractauerint, & pedibus cōculcauerint, seditiones excitarint, sanguinem effundi suis practicis curarint, Remp. totam faciōnibus suis perturbarint, in primis uero Germaniam bellis ciuilibus, & demesticis seditionibus incensis, perdiderint. De Hiltebrando Papa, quie Gregorium septimū uocari uoluit, & Paschali secundo scribit Platina: Hi duo nebulones, Imperatores Henricos excommunicant, & ab obedientia, & iuramento subditos absoluunt, & príncipes subditos, cōtra proprios Imperatores armant, quibus addit ibidem Apostolicum esset, inuitari Apostolos, qui præcipiunt, ut pro impijs magistratibus oretur, hi uero suos, & quidem Christianos excommunicant, & quod indignissimum est, pedibus suis conculcāt. Henricum quartum excommunicat Hiltebrandus secundo, atq; de Imperij fastigio deiicit, & contra eum eligi curat Rudolphum Sue uiæ ducem, eiç coronam mittit hoc uersiculo inscriptam

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

Quo significare uoluit à Christo Imperium Petro & successoribus Pontificibus esse collatum, & à se iam conferri ipsi duci: sed ualde tristis & hac tragœdia dignus sequutus est euentus. Nam in pugna contra legitimū Imperatorem, sed iam à pontifice excommunicatum, & deiectum, Rodolpho apud Mersburgum, dextra est amputata. Profugientib. itaq; cunctis in urbem, Cæsari Rodolpho, à pontifice per seditionem creato, in lectro decubanti, circumstantibus iam suæ factionis episcopis, manus allata est, quam ubi uidisset: En, inquit, Domini, hæc manus est, qua Domino meo Henrico Cæsari fidem cōfirmavi, Ipsi uos modo reputate, an recte mihi cōsulte ritis, ut ab eo deficiens, Imperij administrationē, contra ipsum receperim.

Rodolpho in hunc modum sublato, non destiterunt Papales cōtra naturę iura filium incitare, ut aduersus patrem insurgeret eumq; imperio pelteret, quod & factum est. Nam cum postremo propter Papæ excommunicationem, Henricus omnium auxilio destitueretur, profugit Leo diu, ibiç eo anno exul Imperator mortuus est. Verum nondum Papæ odium satiatum erat. Quem enim in uita pedibus suis sceleratus Papa tanquam aspidem, & Basiliscum conculcauerat, quinquennio post mortem, inhumatum facere uoluit, cum aliás liuor post fata quiescat. Sed hoc odium est pharisäicum, & Cainicum. Sic scilicet honore afficiendus summus Magistratus, à Deo ordinatus.

Sed qd hoc unicū recenso factū Hiltebrādi, quere fax fuit seditionis, pestis Germaniae, ac planè furia infernalís. quantū em̄ sanguinis hoc bello ciuilī sit effusum, & quæ imperij mutatio hinc sit sequuta, quisvis facile inteligit. Omnes historiorū libri referti sunt de superbia, & crudelitate Roma norū Pontificū, quā in Imperatores, uel nulla, uelleui de causa, tantū, ut sua poten-

potentiam perpetuò augerent, & libidinem explerent, exercuere. Hos Imperatores ordine excommunicauere non propter hæreticas & prauas opiniones, adulteria, aut alia scelera ab ipsis perpetrata, cum sancte & innocentem uixerint: sed quia Papæ tyrannidem in nonnullis, que ad iurisdictionem suam pertinebat, ferre recusarent: & plurimos etiam de Imperij fastigio deiecerunt, Henricos duos, 1111. & v. Francos, Fridericū primū Suecum, Philippum eius filium, Othonem quartum, Fridericum secundum, Chunradum huius Friderici filium, Ludouicum Bauarum. Clemens quartus Cunradinum ducem Sueviæ & Regem Neapolitanum securi persecutus curauit, ut ipse regno potiretur. Iannes XXII Papa gloriari non est veritus, penes se summam autoritatem & ius esse creandi & deponendi, non solum reges, sed & Imperatores.

Hac arte, fraude, dolo, nequitia, impostura, ficta excommunicatione, factionibus, tyrannide, crudelitate, & cædibus Imperatorum indignissimis, Pontifices suam potentiam nō modò auxerunt, sed etiam eò res suas deduxerunt, ut Imperatoribus, & alijs, quorum adesse cōcilijs intererat, exclusis pro suo arbitrio leges reliquo coetui ferre & praescribere coeperint, à quibus licet ini quisimis nemini dissentire licebat, aut contrà hiscere.

Necq; Papam, neq; eius sententiam quisquam in terris iudicare potest. 9.7.3.6.
Ipse uero Papa omnes homines iudicat. Cunctus

Hinc per consuetudinem cum illi sacratissimi tyrannide omnia ad se rapiissent, & ex scrinio sui pectoris soli quiduis mandarent, multorum animis persuasio hæc obrepigit, curam ecclesiarum nihil ad principes secularares pertinere. eis enim commendatam esse tantum corporum & forsanarum defensionem: nisi ubi Papales Imperatorum & principum auxilio ad sui defensionem, cum viribus essent inferiores, ut brachium carnale inuocare cogarentur, sunt abusi. Ac planè idem faciunt Papa eiusq; affectiæ, quod alias vulgari proverbio dicitur nostra lingua, ut cum opus sit furis alicuius opera, de patibulo deponatur, donec eius opera utantur homines, deinde uero rursus affigendum esse cruci.

Hæc eo consilio à nobis breuiter non præter institutum sunt commorata, ut cum nulla eloquentia humana, odium Papistarum contra magistratum politicum exhaustiri possit, unde hæ contumeliosa & blasphemæ uoces Asoti in magistratum ortæ sint, & haustæ, melius tanquam ex unguibus leo cognoscatur; & qui forte hactenus Papalibus nimium crediderunt, sapere tandem discant, & quo loco ab ipsis habeantur, intelligant. Quotiescumq; ergo Brentius Episcopis iudicium de dogmatibus securitoribus piorum & hostibus scripturæ loquitur, & accipendus est.

Sed missum faciamus iam paulisper Asotū, & ex sacra scriptura, in qua tamen uerè est quod dicitur, asinus ad lyram, ideoq; non iniuria de eius obscuritate & ambiguitate disputat, & conqueritur: nō nihil contra hanc profanam eius sententiam, de officio magistratus, quod uidelicet tantum temporalia curare debeat, afferamus. Longè autem honorificentius sentit & loquitur Spiritus sanctus in suo uerbo de officio & fine magistratus. Ita enim inquit: Aperite portas principes uestras, & eleuamini portæ mundi, Psal. 23.
ut introeat rex gloriae. Item, In conueniendo populos in unum, & reges, 101.14.8.
ut seruiat Domino. Item, Reges terræ, & omnes populi, laudet nomē Domini. Quibus uerbis significat præcipue ppter hæc causam Deū, nō tantū cōdidisse genus humanū, sed etiā politias ordinasse, & certis legib. hūc ordinē sanxisse, ideo in coetus coisse populos, ut doctrina de Deo & uera religio, propagari & illustrari posset. Hic em̄ finis est societatis humanæ ppri- us & p̄cipiuſ, nō ut pace & tranquillitate fructes abūdemus ocio, & cuticu- lam

Iam curemus: sed ut in pace Deus innotescat & celebreſ. Propter hoc inſti-
tiō genus humanum eſt conditum, & deinde post lapsū per filium Dei
facta promiſſione reparatum. Hanc etiam ob causam tota hæc ciuilis fo-
cietas eſt instituta. Cumq; magistratus caput ſit & custos societatis huma-
næ, nimirū etiā curare debet, ut id quod præcipuū eſte debet ſtudiū in hac
cōmuni & ciuilī uitæ consuetudine tueatur, & exequatur. Quid tantum
corporis cura ad magistratum pertinet, & in temporalement finem eſt crea-
tus, ergo Moses peccauit leges ferendo de occidendis falsis prophetis.

Errant igitur, qui ita diuellunt gubernationem politicam ab hac præci-
pua magistratus cura, & ei pacis tantum & uentris curam commiſſam eſe
existimant. Aliud habet maius officium, nempe defenſionem totius legis,
primæ & secundæ tabulæ, quod Aſotus præcedentī cap. dixit. Maniſtū
eſt aut, in primo & ſecundo præcepto prohiberi idolatriam, & blaſphemia-
as. Ideo neceſſe eſt magistratum externam idolatriam & blaſphemam dog-
ma tollere, & curare ut pia doctrina & pij cultus proponantur.

Tales fuere in populo Dei, Dauid, Iosias, Iosaphat, Hiskias, Iehu, & alij
nonnulli qui aras Baalitarum deſtruixerunt, excelsa abſtulerunt, templum
repurgarunt, ſacerdotes iſpos non ſemel in ordinem redegerunt.

Nec reuocamus politiā Mōſis, ſed lex moralis perpetua eſt, & omniū
aetatum. Morale & naturale eſt, prohibere & punire blaſphemias, quia
Dan. 3. prohibentur in primo & ſecundo præcepto, quæ ſunt moralia. Sic Nabu-
chodonosor edictum proponit, ne quis dicat blaſphemiam cōtra Deum
Iſrael. Constantinus iuſſit claudī idolorum templa, prohibuit sacrificia
ethnicorum, iuſſit publicē doceri euangelium: deniq; ingentē iuſtitū
imperio mutationē, cum quidem collegæ Licinius & Maxentius Roma-
ni príncipes, & maxima pars Imperij, adhuc acerbissimē odifſent nomen
Christi. Vnde & ingentia bella contra iſum mota ſunt. Sed fortiter, Dei
adiutus auxilio, hæc pericula ſuſtinuit, & depulit.

Theodosius etiam dirui idolorum templa iuſſit, cum animaduerteret, facile ijs integris restaurari idolomaniam poſſe: id quod à Iuliano A-
poſtata erat factum.

Valde igit̄ reprehendendi ſunt príncipes, qui metu periculorū, & pro-
pter conſpiratiōes Pontificiæ factionis, impios & idolatricos cultus in
ſuis ditionib; tolerant. Hi idem faciunt quod orator Demades, qui cum
Cassandra ab Atheniensibus peteret, ut Alexādrum referrent inter Deos,
eumq; certis ſacrificijs coleret, atq; alij pleriq; hanc impiam adulatiōne
exēcrarentur, ſuſit & author erat, ut fieret, ne uidelicet illis bellum infer-
retur. ac inquit: Videte ne terram amittatis, dum cœlo iniuriā fieri prohi-
betis. Ita nūc multi quoq; affecti ſunt, ut malint cœlo facere iniuriā, quam
de ſuis fortunis & ditionib; periclitari, aut laborem & periculum pro-
pter ueritatis profefſionem luſcipere.

Porrò, non ſolum officiū ratione magistratus blaſphemias punire & ido-
lomaniam abrogare debet: uerū etiam quia Christianus eſte & perhibe-
ri cupit, hoc officium filio Dei debet. Notū em eſſe, & mouere omnes piōs
cum magistratus, tum cuiuscunque conditionis, mandatum Dei debet,
quod ſine diſcrimine omnibus præcipit, ut filium Dei, quem Deus pater,
uoce de cœlo ſonante, toti mundo doctorem proponit: omnes audiāt, cre-
dant euangeliō, & id conſiteantur, ſiue accedat authoritas epifcoporum,
& aliorum, ſiue aduersentur, & repugnant. Sicut scriptum eſt, Hic eſt fili-
us meus dilectus, in quo ſibi anima mea complacuit, hunc audite. Qui

Deut. 18. uerò non audierit, ego ultor existam. Item, Corde creditur ad iuſti-
Rom. 10. am., ore fit confefſio ad ſalutem. Qui me negabit coram hominib;
2. Pet. 2. negabo eum coram patre meo coeleſti, Vos genus electum, regale
ſacerdo-

sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annūcietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Alloquitur autem non episcopos, multo uero minus sacrificulos Papisticos uncios & rafos: sed electos aduenas dispersionis, hoc est, omnes pios, electos & uocatos ac sanctos Dei hinc inde per totum terrarum orbem dispersos: hos omnes & singulos uocat regale sacerdotium. Hos, quo cuncti loco aut tempore existant, cuiuscunq; sint conditionis, uult annunciare uirtutes eius qui eos uocauit: hoc est, Dei gloriam celebrent, & uerbum ipsius pro uocatione illustrare conentur.

Hinc manifestum fit, Reges quoq; & Principes, qui ueritatē ex uerbo Dei agnouerunt, gloriam regni Christi annunciare debere. Est autem confessio, palam ostendere quod non consentias idolatriæ: & illud ipsum genus doctrine, quod amplecteris, alijs impertire. Item, tollere blasphemias externas apud omnes quibus præes. Pater familiæ in sua familia, princeps in ditione sua, cui ut pater patriæ præest. Nam qui non impertit rectā doctrinam, nec blasphemias tollit apud eos quibus præest, sed tolerat, is non confitetur, sed cum blasphemis conspirare uidetur.

Hoc totius ecclesiae est officium, & omnium membrorum, in primis uero magistratus, qui si cessent episcopi, uel ipsi falsa doceri curēt, reliqua ecclesia debet malos pastores ab officio remouere. Et in qlibet cœtu præcipua membra cæteris præire debent, & consilio atq; autoritate iuuare alios, ut ecclesia emendetur. Iuxta illud: Oues meæ, audiūt uocem meam: alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alie*Ioan. 10.*
Cor. 10. norum. Fugite ab idolorum cultu. Sic ecclesia Antiochena, ut suprà dictū est, Paulum Somosatenū propter impium dogma excōmunicauit: cumq; loco cedere nolle, haberetq; suam factionem quę ipsum tueretur, reliqua uera ecclesia auxilium ethnici Imperatoris Aureliani improbauit, cuius mandato electus est.

Hæc etiā ex sacræ scripturæ testimonij & exemplis manifestiora sint, quam ut à quoquam fano negari possint, tamen etiam Augustini testimonijs, cum Asoto apertiora uideantur, probare uisum est.

Augustinus contra literas Petil. Donatist. lib. II. cap. XCII.

Non enim auferenda idola de terra, quod tanto ante futurum prædictū est, posset quisquam iubere priuatus. Habent ergo reges, excepta generis humani societate, eo ipso quo reges sunt, unde sic Domino seruant: quomodo non possunt, qui reges non sunt.

Idem contra Gaud. epistol. lib. III. num. XVIII.

Prædicaturq; à rege Niniue, & à potentibus, dicēs: Homines & iumenta & oves & bœus non gustent quicquam. Audis ne tandem Regem curasse, quod ad regū curam tibi displiceat pertinere? Hæc Augustinus Gaudens dicit, hæc eadem nos Asoto dicamus: Audis ne tandem, &c.

Idem epistola L.

Nam & temporibus prophetarum omnes reges qui in populo Dei nō prohibuerunt nec euenterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt & euenterunt, super aliorū merita laudantur. Et in eadem epistola post: Quomodo ergo Reges Domino seruerunt in timore, nisi ea quæ contra iussa Domini sunt, religiosa seueritate prohibiendo atque plectendo? Alter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam rex est. Quia homo est, ei seruit uiuendo fideliter: quia uero etiam rex est, seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conueniente vigore sanciendo.

Idem

Idem epistola 111. ad Macedonium.

Itaq; si omnis prudentia tua, qua cōsulere conaris rebus humanis, si omnis fortitudo, si omnis temperatia, si omnis iusticia id laborat, id nitit, ut hi quibus uis ut bene sit, salui sint corpore, & ab omni cuiusquam improbitate tuti, atq; pacati, &c. ita non erunt ueræ uirtutes tuæ, sicut nec istorum beatitudine, &c. Si quilibet inquam administratio tua, illis quas commemorauit instructa uirtutibus, hoc intentionis fine determinatur, ut homines secundum carnem nullas iniquas molestias patiantur; nec ad te existimas pertinere, quod istam quietem, quam præstare niteris, referant, id est, ut uerbis non ambiam, quomodo Deum uerum, ubi est quietæ uitæ omnis fructus, colant, nihil tibi prodest ad uitam ueræ beatam tantus labor.

Frater Petrus dicit magistratum à populo electum esse, idq; nullo alio fine quam ut temporalia curet. Augustinus uero negat id sufficere: sed cogitare debere magistratum, ut ad uerum finem referat, ut Deum uerum collant: alias nihil prodesse labores, quos suscipit in administratioe. Leges etiam ferat iusta præcipientes, & contraria prohibentes: euertat quæ contra præcepta Dei instituta sunt.

Quod & laudatissimus Imperator Constantinus ad suum imperium pertinere arbitratus est. Ita enim epistola sua ad concilium in Tyro scribit: Meum ministerium proprium, neq; uos abnegabitis. Igitur ubiq; pacificat Dei nomen, & integre benedicitur per meam in Deum culturam, etiam apud ipsos barbaros. Etiam barbari per me fidelem ministerium recognouerunt Deum, & metuere dídicerunt.

Sed minime opus esse arbitror, ut in confirmatione huius nostræ sententiae de officio principum, quod ad ipsos cura religionis pertineat, labore. Tanta em est perspicuitas, tanta uis ueritatis, ut etiam inuitis & repugnatibus erupat. Ipse hic aduersarius, qui haec tenus quibus poruit uiribus hoc oppugnauit, & aliquoties asseruit, nullum aliū esse principis finem, quam ut temporalia curet: eò tandem adductus est, ut parum instituti sui & a se antea dictorum memor, in manifestam contradictionē proruperit, dicens: Pertinet igitur ad Principes, certam & indubitatā fidem profiteri, ad eam tenendam omnibus uis agere cum omnibus suis subditis. Sic enim olim & Imperatores & alij Reges egerunt. Quod si ad principes pertinet, non solum fidem profiteri, sed ad eam tenendam cum omnibus suis subditis omnibus uis agere: certe falsum erit, quod hoc cap. dicit, magistratum nulum alio fine electum, quam ut temporalia curet.

Hec acutissimus ille sophista, qui in aliorum scriptis adeò est perspicax, ut ἀντιλογίας uidere, & colligere se posse imaginetur, in scripto suo uidere non potuit. Sed de his satis.

Turpissimè igitur & impiissimè hoc & præcedenti cap. & de origine & de officio politici magistratus errat Asotus: & nescit de quibus affirmet, aut loquatur. Et non modò Theologum malum, sed nec gentilem bonum agit. Quod discrimen esse docet inter episcoporum & magistratus officium, non opus habemus Asoto doctore: ipse melius hoc Dei beneficio nouimus & docemus. Neque ita profanè de magistratu, Dei ordinatio extollimus. Hæc enim quæ apostolus Paulus de se alijsq; ecclesiæ ministris, ut par est, scribit, agnoscimus. Sed quid hæc ad uos monachos & sacrificices? Qui nam uos estis? Qui non modò officium non facitis, sed insuper pios omnes ecclesiæ ministros ubique potestis persequimini.

Nam quod Sotus approbat illud, quod in præfatione confessionis illustrissimi Principis, de discimine politicæ & ecclesiastice functionis scribit, agnoscit;

agnoscimus. Quod uero ea calumniouse ad stabiendum suam uanitatem abutitur, reiçimus. Alia enim functio est, dominari politicè: alia, publicè in coetu ecclesiæ uerbū Dei docere, & sacramēta administrare: alia, discerneret ueram doctrinam à falsa, & fidem uerae doctrinæ adhibere, eam confiteri. Hæc suum inter se discrimen habent, non quod nō possint in una hominis persona cōcurrere: sed quod alia sit uocatio dominationis politicae, ut qui est ad eam gubernandam uocatus, non idcirco uocatus est, & institutus ad docendam publicè ecclesiam, & ad sacramenta administranda: nec qui uocatus est ad docendam ecclesiam, eo ipso uocatus sit ad gubernandam politiam, quemadmodum Pontifices somniant. Tertium uero illud, quod est, discernere ueram doctrinam à falsa, uerae doctrinæ fidem adhibere, eamq; confiteri, non est nec solorum episcoporum, nec solorum Principum, sed omnium piorum. Itaq; cum confessio Principis distinguat inter officia Principum, & episcoporum, non loquitur de dijudicacione doctrinæ & fidei, ac confessione fidei, quæ sunt universæ ecclesiæ Christi, iuxta illa sæpe recitata dicta, quæ sunt generalia Dei mandata, & ad quosuis Christianos pertinet. Cauete à pseudo prophetis: qui me negauerit corā hominibus. Probate spiritus. Ne sitis pueri sensibus, ne quoquis uento doctrinæ agitemini, &c. Sed loquitur de duobus prioribus officijs, videlicet de politica gubernatione, & de publica uerbi Dei prædicatione, quæ ut sunt inter se distincta, ita nulli hominum licet alterum alterius prætextu temere sine certa uocatione inuadere, & occupare. Ac illa quidem duo priora, ut sine legitima uocatione suscipi non debent, ita absq; singulari Spiritus sancti dono geri possunt. Hoc autem tertium numquam absq; singulari dono Spiritus sancti fieri potest.

Vnum hoc mirari sati nequeo, cum tantum distet inter Principes & episcopos, quantum inter cœlum & terram, coelestem & terrenū hominē, quantum deniq; inter hominem seruientem huic mundo & principi eius & seruientē Deo ipsi uero, est discriminis: qui fit ut tam arcte ista duo longissimè distantia cōiungi & uniri in eadē persona possint, ut unus & idem homo qui in templo adeò devote missas celebrat manē, post meridiē adeò totus fieri possit secularis princeps, ut nihil suprà: Quomodo quo te cœli & terra cōiungunt immediate ut nihil intersit: Quomodo Deus simul, & diabolus in uno homine: Quomodo idē duobus dominis, cōtra Christi sententiā, seruire potest, Asote: Quod si nihil prohibet quo n:inus Episcopus omnia secularis principis officia faciat, gubernet & administret tempublicā, ius dicat subditis, bello etiam, si opus sit, defendat: qui fit domine Petre, quod secularis princeps, qui tam linguis peregrinas & sacra didicit, quam qui in Episcopū eligitur, prohibeat, ne quicquam curet cœlestium & spiritualium, sed tantum temporalia: Quæ ratio huius diuersitatis: quia scilicet sic placuit prelatis Asoticis, ut ipsi habeant ius utriusq; gladij, & administrent simul ecclesiā & rempub. alterum pedem in curia habent, alterum uero in templo. Seculares uero principes temporalia tantū current, defendant iura episcopalia, & exequantur ea quæ à prælatis decernuntur: & pro hoc labore hisq; officijs ad oscula pedum admittantur, si tamen uideatur summo Pontifici facere alicui magnam gratiam.

Postremo, quod Brentius de Ecclesiæ ministris loquens, eos seruos appellat, cur tu id Asote adeò iniquo fers animo, cum summus Apostolus Paulus, se reliquosq; ecclesiæ ministros, seruos appelleret? Et uide quantum in te sit calumniandi studium, summum illud ecclesiæ tuae caput, se non seruum tantum, sed seruum seruorum uocat, (quo nomine Noah Patriarcha filium suum derisorem maledicit, inquiens: Maledictus puer Cha-

naan, serius seruorum erit fratribus suis) Nec iniuria hoc sibi nomen sum-
psit, cum enim pontifex sit, prophetizat fortè. Tuuerò Sote æquo animo
ferre non potes si episcopi, longè infra Papam constituti, serui uocentur?
Sed quid agas cum asino, qui tametsi Midæ aures habeat, tamen nihil au-
diat. Relinquatur igitur surdaster cœcus, utinam & mutus, ne maledicere
& blasphemare amplius posset. Saniores autem mentem illi precemur,
& ut Deus illi oculos & aures aperiat, quo non solum blasphemare celeret,
sed etiam audire sanam doctrinam sustineat.

ANNOTATA IN CAP. XLII.

VEx hoc capite apparet, Asotū malam causam defendendam suscep-
tisse. Nam quemadmodum Imperatores cum bellum suscipiunt, aut
præliandum est, & dijudicandum, ac robore exercitus careant, colligunt,
& conscribunt, quo scunq; corradere possunt, gregarios milites, inexer-
tatos & parum bello idoneos, ut si non viribus, saltem numero sint pares
hosti, & terribiles: Ita planè Asotus, postquam bellum suscepit non contra
Brentium, sed principes, quos tamen contemnere uideri non uult, uerò
tantum à iudicij, & cognitione dogmatum in ecclesia excludere: cum i-
doneis destitutis argumentis, quibus eos de gradu deiçiat, undique con-
quirit, quæcunque potest, infirma, egena, & parum ad institutum faci-
entia. Tale est hoc capite ualde longè petitum argumentum, quo prin-
cipes à cognitione causarum religionis uult depellere, sumptum ab ordi-
ne, & tempore quo potestas secularis, in ecclesiam extra quam ortam es-
se nugatur, est ingressa: hoc attento cogitandum dicit, unde constabit,
quem locum in illa teneat, & quatenus, quæ ad fidem & pietatem perti-
nent, curanda ab ea sint.

Hæc pluribus uerbis Asotus agit, quæ, ut in pauca redigamus, hæc sunt
argumenta eius. Primi Imperatores Christiani, tardè ad Christi agnitionem
peruenerunt, fidem, baptismum & institutionem ab episcopis acce-
perunt: ergo non debent iam esse iudices doctrinæ, & ueritatis fidei.

Quasi uerò primus Constantinus fuerit ex principibus, & politico ma-
gistratu, qui ad ecclesiam & ueram Dei agnitionem peruenerit: & non
antea fuerint uera ecclesiæ membra ante Christi aduentum, David, Iosa-
phat, Hiskias, & alij etiam Christi tempore centuriones, & alij.

Quòd si pueri ita in scholis inepte colligerent, uirgis cederentur: quòd
uerò tantus theologiæ professor Asotus ita ineptit in re feria, non solum
nō pœnis cohercendus non est, sed dignus qui à suis prælatis optima ali-
qua præbenda donetur. Etsi autem monarchæ Imperij Romani tardè
admodum euangelij doctrinam sint amplexi: tamen non est imaginan-
dum propter hanc causam totum ordinem illum à Deo esse abiectū, aut
Deum hac quasi nota, uoluisse à cognitione doctrinæ eum excludere. Si-
cuit & ipse frater Petrus alias causas diuini huius consilij enumerat, de qui-
bus postea. Et diligenter inter personas & ipsum officium seu ordinem
magistratus, qui diuinitus est institutus, distinguendum est. Quemad-
modum enim coniugium non ideo desinit esse sanctum, quòd adulteri
& adulteræ in eo recipiantur: ita nec magistratus propter tyrannidem &
impietatem etiam multorum, desinit esse ordinatio Dei, aut ius suum a-
dicere, quia tardè ad Euangelij agnitionem peruenerunt, sed persequunt-
sunt, longo tempore.

Si autem omnino illi non debent esse iudices doctrinæ, quorum an-
tecessores tardè ad Christi agnitionem peruenerunt, ex fratri Petri argu-
mento

mento sequetur, quod non solum Imperatores Romani à doctrinæ cognitione sint excludendi: sed etiam episcopi, prælati, & pontifex Romanus ipse. Cum enim synagoga fuerit umbra ecclesiæ, & in illa fuerit summus pontifex, sacerdotum ordines, & Leuitæ, cuius similitudine & ~~nos~~^{huius} suos ordines, quod ad ecclesiæ ministros attinet, probare uolunt: porro hi maximè semper Christo, si quisquam alius, stante politia iudaica sint aduersati, & adeò non receperint eum, ut etiam in crucem egerint, A. postolos uero eius partim eiecerint, & sint persequuti, partim uero occiderint: quare pontifex Romanus, prælati, & sacerdotes Asotici non debent esse iudices doctrinæ, iuxta argumentum fratris Petri de Soto: imò multo minus quam Imperatores sunt ad iudicandum admittendi, sed prorsus excludendi. Quia Pontifices iudaici non uenerunt ad Christi agnitionem, quemadmodum postea Imperatores. Cum uero principes uiri in auxiliis Cæsarum, etiā sub Nerone, & alijs Imperatoribus, quod ex historijs notum est, Centuriones cum adhuc ageret in terris, ipsum receperint: & ut hic dicit, pauperculi & abiecti homines, quos iam laicos uocant: certe stante hoc arguento, Principes seculares, centuriones, & laici, cōtrouerteriā religionis iudices erunt. Hæc omnia bona consequentia, ex hoc argumento sequuntur. O' egregium Pontificiæ potestatis defensorem, cum nullus hostis plus prælati nocere posset.

Sed quid de Tiberio dicet Imperatore, qui etiam à senatu Romano pertinet, ut Christus, de cuius miraculis certior erat redditus, in numerum deorum publico decreto referretur? Et quidem uerum est, primitiūam ecclesiam præsidij humanis Imperatorum non modò destitutam, sed etiam ab iisdem grauissime afflītam. Sed quis ignorat, quibus uotis, & quam ardenter id quod iam nos habemus p̄i exoptauerint, ut & ipsi principes amplectentur Christianam religionem, & ecclesiæ pacem darent. Testantur hoc Apologetici Tertulliani, & plurium aliorum eruditissimè ad Imperatores scripti.

Quod si illi non debent esse iudices doctrinæ, qui ab episcopis fidem, baptismum, & institutionem acceperunt, ut Asotus dicit: certè hac ratione principes seculares non prohibebūtur à cognitione doctrinæ. Non enim arbitror ullum esse episcopum, aut certè perpaucos, qui uerè gloriarī possint, hunc uel illum Principem à se fidem & institutionem acceptisse: nisi forte antequam ad episcopatum peruererint, iudicantur & præceptoris munere functi sint, & postea præmij loco episcopatum acceperint.

Verum neque hoc sequitur, Ille princeps, uel quicunque tandem olim didicit, & fuit discipulus, ergo iam non debet iudicare uel docere. Omnes enim, etiam episcopi ipsi, initio discipuli sunt: sed non hoc consilio, ut perpetuò discipuli & pueri maneant, uerū ut olim doctores siant. Quod & in Prolegomenis à Brentio copiosius est refutatum.

Mirum uero est, quod frater Petrus, non quemadmodum potentes & nobiles à doctrinæ cognitione exclusit, eadem ratione doctos, scribas, philosophos, & sapientes repudiarit: cum hi quoque in eodem catalogo à Paulo, quem hoc loco citat Desotus, numerentur: nisi forte, quod metuat se sūique similes hoc modo excludi, qui tamen principem teneant locum in concilijs, & omnes propemodum partes agunt, aliás enim prorsus muta essent concilia, & nulla vox in eis, nisi uerbum Plaetet audiretur.

Quod secundo loco ait, ianuam fidei neminem nisi humiliatū admit-

tere, excludere uero omnes superbos. Ergo Imperatores, & seculares pri-
cipes non possunt fidei ambigua dijudicare. Sic enim dicit. hoc fecit, ut p̄j
Imperatores, non de superiori gradu in ecclesia cogitarint, neq; doctrinæ
iudices se constituerint. Hæc non magis quam scopæ dissolutæ coherent.
Initio em̄ recte dicit, reges & Imperatores nō nisi humiliatos ad fidē per-
uenisse, sed quomodo hinc sequatur, quod ideo non possint iudicare una
controversias religionis, nō video: nisi dicat, illos omnes qui iudicant, esse
superbos. Quod si uerum est, certe sententiam Christi, quam hic recitat A-
sotus, Abominatio est apud Deum, quicquid est sublime apud homines,
in omnes eius prælatos quadrare necesse est. Viderint ergo illi, quam Deo
grata & scripturæ consona decreta sint promulgaturi, qui Deo sunt abo-
minabiles. Et certe magnam esse superbiam horum iudicium, uel hinc ap-
parer, quod neminem etiam Principem, Regem, uel Imperatorem, quan-
tumuis pium, eruditum, & prudentem, uelint admittere, sed soli regnare,
& dominium exercere in ecclesiam, contra præceptum Principis, ut uo-
cant, Apostolorum de cuius primatu gloriantur, cum typus potius gregis
esse deberet. Quod si obijciat Asotus, ideo hæc contra Principes seculares
facere, quia superbia sit, maiora uocatione sua suscipere, ad hæc cap. ii. §
13. respōsum est, quod hoc ab officio principum non sit alienum. Cum igit
tur hæc, quæ Asotus affert de superbia nō magis contra principes, quam
episcopos faciant, non opus esse prolixiori refutatione, arbitror.

Sed ea, quæ de iudicio Dei, quo tam longo tempore ad fidem Imperato-
res peruenire non permisit, silentio non sunt prætereunda. utiliter enim ea
de re nos admonet frater Petrus, cum dicit, hoc cōsilio factum esse, ut per-
sequerentur fidem, ut significaret Deus, solam prædicationem sufficere ad
asserendum Christo regnum: illam ei pro exercitibus, pro armis & machi-
nis, & diuitijs omnibus esse, cui soli omnia hæc humana cederent. Item ut
hoc exemplo admonentur reges, quanto impedimento sit fastus & subl-
mitas humana ad agnoscenda diuina.

Recte & uerè hæc, sed non tam cōtra principes, quam Pontificem Ro-
manum, totumq; ipsius regnum dicuntur. His enim iam nullo modo ad
asserendum Christo regnum, prædicatio sola sufficit: sed exercitus, armis,
machinis, gladio, fune, hasta, igni, aqua ad confirmandū & stabiliendū suū
regnum, sibi opus esse uident, & utuntur. Hæc manifestiora sunt, quam ut
uel probatione, uel exemplis indigeant: res ipsa loquitur, & nos quotidie
experimur. Quo uel uno satis testatum omnibus faciunt, Papæ regnum,
non esse Christi regnum, quod armis, ut non est propagatum, ita nec e-
tiam eisdem conseruatur, & defenditur. Simile huic est illud alterum,
quod de fastu, & sublimitate humana dicit, quanto impedimento sit ad
agnoscenda diuina. Hæc adesse Papatui, quis ignorat? Papa em̄ ipse sub-
limior est multo Imperatoribus, & Regibus, quos uix ad oscula pedū ad-
mittere dignatur, forte admonitus ex Esaïe loco, quem hic Asotus recitat,
Reges adorabunt uestigia pedum tuorum: id est Pontificis Romani pe-
des deosculabuntur. Pompa uero, fastu, opibus, diuitijs, luxu, & alijs rebus
omnibus, quæ ad sublimitatē & maiestatem faciunt, longe quoquis reges,
& principes ipse cum suis cardinalibus & prælatis superat, & excellit. Que
omnia papatui cum adsint, mirum nō est, quod, ut Asotus affirmat, his im-
pediantur, ne diuina agnoscant.

In hoc igitur nobis cum fratre nostro Petro per omnia cōuenit. Quod
si etiam nobis aliquid addere liceret, ubi dicit, Olim Imperatores, reges,
& principes fidem, baptismum, & institutionem uitæ ab episcopis sulce-
pisse: planè mirabilem uicissitudinē & permutationē factam diceremus.
Nam

Nam, ut hic dicit Asotus, Constantinus postquam fidem recepit, se, sua omnia, adeo & totum Imperium ecclesiæ subiecit, & substravit: Occidentis itaque Imperium, ut nugantur, acceperunt Pontifices: aut quod uerius, ad se uix & tyrannide, excommunicatione Imperatorum & depositione, fraude, imposturis & per Simoniam rapuerunt, & cum successoribus suis occuperant: ut iam neglecta ecclesiæ, doctrina, & officio, regna mundi admiscent. Quid igitur mirum, si uicissim iam Principes p[ro]p[ter] ecclesiæ curam fusciant; quæ turpiter adeò ab ihsu non solum negligitur, uerum etiam corrumptur, & funditus, quantum quidem in ipsis est, euertitur.

Tertium argumentum fratris Petri tale est: Reges sua potentia, regnis, & omnibus quæ habent, & possunt, subiecti sunt ecclesiæ, ei[us]q[ue] ihsu seruire debent. Ideo non debent iudicare fidei ambigua. Quod si ego contrario modo infera, Ergo quia omnibus suis seruire debent ecclesiæ, etiam quantum possunt & intelligunt, pro ratione suorum donorum, iuuare debent, & ipsi una fidei dubia dijudicare, ut tandem, quantum in hac uita fieri potest, concordia institutatur in religionis negocio. Puto hoc aptius cohærente, & sequi ex antecedenti, ab Asoto proposito, quam quod ipse non solum inepit, sed contra rei naturam colligit.

Prius uero definiendum est, quomodo Principes omnia sua ecclesiæ subiecte debeat. Quod Papistæ intelligunt de Imperiorum subiectione, uidelicet, ut omnia imperia subijciantur Papæ iurisdictioni externæ: nos uero dicimus, tum uere subijci temporalia imperia ecclesiæ, cum Imperatores, Reges, Principes, & patres familiæ seruiunt suis bonis, & donis Ecclesiæ Christi.

Si uero omnino hoc in Dialectica Asoti sequitur, ut quia reges & principes omnia quæ à Deo ipsis erant per naturæ ordinem concessa, in eius obsequiū, & ministerium gratiæ, conuertenda erant, non possint de doctrina iudicare: eadem ratione nec episcopi, nec prælati ecclesiæ, se pertinuerunt constituere iudices. Quia nec ipsi debent dominari ecclesiæ, sed ei cum omnibus suis seruire, & esse subiecti. Quod & Apostolus summus de 1 Cor. 9: fe alij[sic] ecclesiæ doctoribus affirmat, dicens: Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, &c.

Quartum: Potestas quam habent Imperatores, & secularis magistratus, humana est, natura sequens. Ideo in ministerio Christi, ea scilicet quæ propria sunt ecclesiæ, nihil potest sua uirtute, sed ad horum obsequium iuxta regulam euangelicæ doctrinæ, iuxta æquam moderationem ministrorum Christi ordinanda. Ad hoc responsum est cap. 12. 13. ubi de origine & officio magistratus dictum est, & falsitas detecta contra hanc profanam potestas in ministerio ecclesiæ, quia est humana: sed ordinanda est ad obsequium ministeriorum ecclesiæ, id est iuxta regulam euangelicæ doctrinæ: & quæ illa sit, explicat, addens, iuxta æquam moderationem ministrorum Christi, hoc est episcoporum, & prælatorum: quicquid illi iusserint magistratum, id non secus accipiendo est, ac regula euangelica. uocat autem æquam moderationem, decreta & mandata episcoporum & prælatorum, quæ dant principibus, ut ipsorum libidinibus seruant. id est, eum tenere debent locum principes in ecclesia quem eis prælati Asotici præscribent, id exequi quod ab eis fuerit decretum. hoc est quod Brentius uerè & recte dixit in Prolegomenis, Apparatores & carnifices episcoporum esse debebant, & exequi sententiam ab ipsis latam. Egregiam uero, & planè diuinam seu euangelicam moderationem. Et cur non potius æquitatem canonicanam uocas?

Postremò, collationē instituit politicę & ecclesiasticę potestatis, occaſione sumpta, quod illam dixerat, sed non probarat, humanam esse, & na-
turam tantum sequi, inferiorem esse affirmans ecclesiastica: & sicut tempo-
re posterius ingressa sit ecclesiam, ita dignitate & gradu. Vt uelint nolint,
inquit, aduersarij, merito ecclesiastica potestas luminare maius, tempo-
ralis uero luminare minus dicantur: illa Sol est, hæc uero luna. Notum est
capite, Solitę, de maioritate & obedientia, in quo Innocentius III. creatio-
nem & officium Solis, qui luminare maius dicitur, ad dignitatem Ponti-
ficialem, luminare uero minus ad authoritatē regalem per figurā accom-
modat: ut quanta sit inter Solem & Lunam differentia, tanta etiam inter
Pontifices & Reges in hoc mundo esse cognoscatur. Et quidem quod
ad docendi munus in ecclesia, cum uerbum Dei purę & sincerę tracta-
tur, eius dignitatem & præstantiam attinet, dubium non est, quin sum-
mum sit in terris, neque ullis uerbis excellentiam & utilitatem eius confe-
qui possumus. Sed quid hoc ad Pontifices Romanos, quorum nullus
multis seculis, unquam uerbum unum publicè pro concione fecit in ec-
clesia Dei: sed fugiunt hoc munus tanquam nimis delicatulis istis Sarda-
napalis molestum, & laboriosum. Interim uero de maioritate, potestate
Pontificia & iurisdictione ecclesiastica, qua plus quam politica est, in su-
is canonibus, ad rauim usq; uociferantur, & digladiantur: sibi non tantum
spiritualium, sed etiam secularium rerum, ac mundi regnum potestatem
adscribunt: illud sibi usurpantes, Ecce duo gladij hic, ergo Papa ius habet
utriusque gladij, & spiritualis, & carnalis, unde pro suo arbitrio deponere
potest Imperatores, transferre regna mundi, absoluere príncipes & subdi-
tos ab obedientia sui Imperatoris, & superiorum, &c. Hinc triplex co-
rona, & diadema, quo cœlestis, terrestris, & infernal regni potestatē sibi
uendicant, cum ministerij docendi euangelium aut nullam faciant men-
tionem, aut falso titulum sibi usurpent, ut eius prætextu regna mundi inua-
dant, totumq; orbem sibi subiectant, ut omnium domini esse possint.

Quod maiestatem potestatis secularis concernit, gladium illa accepit
a Deo, qui uult ut omnis anima ei sit subdita, uocatq; eum spiritus sanctus
supereminentem. Neque uero laici tantum suis magistratibus civilibus
obtemperare debent, sed etiam iure diuino illi qui se uocant spiritua-
les, & seditiones se magistratus politici imperio subduxerunt, ita ut nulla se-
cularis potestas propter quantumuis enorme scelus attingere clericum
ausa fuerit, ni excommunicari maluerit, legibus secularis potestatis sub-
iecti teneantur.

Hæc non mea est sententia, sed spiritus sancti oraculū, qui per Paulum
præcipit, ut omnis anima potestatis supereminentibus subdita sit. Afse-
ras contra hoc, quodcumque uolueris Asoe, immunitates, priuilegia, in-
dulta, Imperatorum rescripta, quibus ab hac obedientia & subjectione
eximuntur, non poterunt ista absoluere uos spirituales ab obedientia,
quam supremus magistratus præcipit: aut dicant, se non esse homines, sed
bestias, asinos, & mulos, quibus non est intellectus, monstra, aut mixtum
quoddam genus Satyrorum, Centaurorum, aut Chimæras.

Cōment. in epistolam ad Rom. homil. 23. Hanc Pauli, imo Dei sententiam, in hunc modum Chrysostomus inter-
pretatur: Interea uero eas rationes, quas commemoravi, non mouet,
sed eas quæ potestatis ex debito obedire iubent, ostendens, quod ista
imperentur omnibus, & sacerdotibus, & monachis, non solum seculari-
bus, id quod statim in ipso exordio declarat, cum dicit: Omnis anima po-
testatis supereminentibus subdita sit, etiamsi Apostolus sis, si Propheta, siue
quisquis tamdem fueris. Neq; enim pietatē subuertit ista subiectio. Et nō sim-
pliciter

pliciter dicit, Obediat: sed, Subdita sit. Est autem prima constitutionis ius iusticia, quæ & fidelibus cogitationibus ac mentibus satis & decora & honesta est: nimirum quòd à Deo ordinata sint ista. Hactenus Chrysostomus.

Poterat uideri, cum recitasset Apostolos & Prophetas, quòd exclusus esset Pontifex Romanus cum suis ratis atq; uncis sacrificulis, nisi addidisset, siue quisquis tandem fueris. ergo etiam si Pontifex sit, si Cardinalis, Patriarcha vel Prælatus Ecclesiæ. Ut quid uobis spiritualibus hæc placent? Patres ingeminatis. Pater fuit Chrysostomus, hunc audite. Si Paulus uobis sorbet, aut obscurus esse uidetur: satis aperta sunt Chrysostomi uerba, non in alienum sensum, ut calumniari solet, à nobis detorta.

Quod si omnino hac solis & lunæ allegoria sanctissimus uester dominus Papa delectatur, eaq; se, ut apparet, oblectat, cursu facit quod sol nunc quam fecit? Cur partes lunæ & potestatem atque dominii alienum inuidit? Restituant Pontifices & Prælati isti spirituales & solares Imperatori Romano, Regibus & Principibus alijs secularibus, terrenæ potestatis dignitatem & administrationem regnorum mundi, sinantq; illos potestate a Deo accepta fungi. Deinde si ipsi solis munere funguntur, & spirituale Christi regnum administrare uoluerint, esseq; quod perhiberi cupiunt, Apostolorum, qui lux à Domino uocantur, successores: Apostolorum uestigia, quos Christus ad prædicandum Euangelium suum ablegauit in mundum uniuersum, sequantur, & secularibus Principibus seculi huius regnum & prouinciarum administrationem permittant.

Sol enim non tantum conditus est ad dominium, sed etiam in ministeriū cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt. Verū usqueadèò non affectant spirituales isti & solares ministerium hoc Apostolicum, ut priusquam Cæsari, Regibus & Principibus regnorum mundi administrationem sint concessuri, malint ministerio hoc Ecclesiæ, quod aliás nec curant, nec tantu[m] faciunt, in uniuersum destitui. Quā sit igitur cum secularis potestas luna sit, qua nox huius seculi (ut uerbis Alosti utar) inter peccata & sceleram hominum illustratur, &c. tantoperè hoc noctis lumine, filij isti diei, delectentur, & non proprio suo lumine & splendore sint contenti:

Verū sicut toto hoc capite ualde ridiculum se præbuít, ita etiam generalis & præcipua totius huius capitū conclusio, est plus quam ridicula. Sicut igitur tempore posterius ingressa est potestas secularis in Ecclesiā: ita dignitate & gradu est posterior potestate Ecclesiastica. Hoc enim modo sequeretur, quòd euiam laici pauperculi & abiecti, priuati homines, dignitate & gradu priores essent Regibus & Principibus. nam hi quoque priores illis ingressi sunt Ecclesiam. Item, quòd idem laici ipso summo Pontifice Romano, dignitate & gradu priores essent in Ecclesia: & quod amplius est, quòd Pontifex Romanus prorsus extra ueram Dei Ecclesiam esset (quod credit procurator) quia Pontifices Hierosolymitani impij, Sadducæi & Epicurei fuere tempore Christi, nec unquam postea ullus eorum Pontificum ex synagogæ reliquijs ad Christum, vel conuersus esse, vel ad Ecclesiam Catholicam peruenisse legitur.

ANNOTATA IN CAPVT XV.

Præcedenti capite inter cetera dixerat, potestatem secularē ad obsequium ministeriorum Ecclesiæ, iuxta æquam moderationem Episcoporum ordinandam. Hac occasione iam quid ad seculares Principes

Xx 4 (sunt

(sunt enim & spirituales Principes, Episcopi scilicet) circa fidem pertinet, propositis exemplis declarat: nempe, quod leges contra hæreticos, idolorum templa, atque sacrificia ferre, & earum severitate illorum insaniam comprimere, Episcopisq; perfugium præbere debeant. Prolixè id auctoritate Augustini, exemplo Nabuchodonosoris, atque legum Imperialium constitutionibus probat: Quia agnoverint hoc se debere Christo & eius sponsæ, ut ad gloriam Dei & tranquillitatem Ecclesiae & animarum salutem ordinarent, & uterentur potestate illa & gladio. Hactenus frater Petrus de Soto.

Hæc uero omnia pro nobis, contra ipsum faciunt, id enim summis, & quibus potuit viribus oppugnauit, sicut cap. 13. auditum est: nullo alio filium posse, quam naturale, quod hominum subest facultati. Item, sine seculari potestatem ad terrena tantum tendere: materiam, & res circa quas ueretur terrenas esse. Hæc illic dixit. Si iam ex te quæram, domine Petre, num leges quæ contra hæreticos, idolorum templa atque sacrificia feruntur, & omnia quæ ab hac seculari potestate fiunt ad Dei gloriam (ut affirmas) & ad animarum salutem, atque Ecclesiae tranquillitatem faciunt, terrena sint & temporalia, quid respondebis? Certum est, hæc omnia ad spirituale illud Christi regnum pertinere. cum ergo hæc ad magistratus secularis officium pertineant, teipso teste: uides te tibi ipsi esse contrarium, nam id quod omnibus modis negabas ad eum pertinere, iam data opera, prolixè contra te, eaq; quæ superius à te sunt dicta, multis probas.

Veritatis oratio ut simplex est, ita perpetuò sibi constat, uera ueris consonant: falsitas autem nunquam sibi constat, & ex contrarietate deprehenditur. Sicut manifesta hæc Asoti contradictione ab omnibus intelligi potest, cum id, quod ante per duo capitula negarat, imò impugnarat, iam afferat.

Sed hic simul uidere est, quatenus magistratus secularis officium probent, & Ecclesiae utile esse iudicent, quatenus scilicet decreta & tyrannicam Papisticam confirmant & exequuntur: quod ex legibus Imperialibus ab Asoto hoc capite citatis appareat, cum scribunt Imperatores, Pontificem Romanum caput esse omnium Ecclesiarum. Nihil sine autoritate Romanæ sedis, etiam ab ipsis Romanis Imperatoribus esse constitendum, &c. Si uero Cæsar & Reges se superstitionibus Papisticis opponerent, easque uel minimo digito attingere conarentur, aut iurisdictionem etiam Ecclesiasticam immensam, qua omnem aquam ad suum molendinum deriuare conantur, imminuere, & aliò deriuare tentarent, tum in faciem illis benedicturi essent, & in manifestas blasphemias, diras imprecations & excommunicationem secularis potestatis prorumpentes uideres. Hic nihil profanius, hoc magistratus officio, quod ex historijs notius est, quam ut multis opus sit, nec opus est procuru petere exempla. Quam enim indignè tulerit sanctissimus Paulus Tertius, quod Imperator Carolus V. Nationale concilium Imperio concessurum promisit, in eius Breui typis excusum, quod tamen satis est prolixum, facile apparent. Hoc tam atrox fuit scelus, ut hic sol propemodum radios suos auerterit, ne indignitatem istius facinoris uidere cogeretur. Quantum illic clamoris, ad se solum, non ad Imperatorem, hanc curam & potestatem indicendi concilia, contra omnium generalium conciliorum consuetudinem, turpissime nugas. Exemplis etiam Vziae & Osæ (quibus noster quoque Asotus inde translati Illustrissimum meum Principem, Dominum Christo-

Christophorum Duce Vvitenbergensem, &c. à cura Ecclesiarum & cognitione doctrinę deterrere conatus est) Imperatorem ab hoc suo officio & cura dehortatur, &c. Ex his apparet, quo loco Pontificij, Imperatores, Reges & Principes habeant, alio certe non nisi ut sint Prælatorum Pilati.

Sed heus tu, Asote, qui exempla & leges Regum ac Imperatorum, quas pro Ecclesia, cōtra haereticos & ethnicos promulgauere, enumeras: nūquid adeò stupidos illos fuisse iudicas, ut suis subditis prescripserint leges, & religionem amplecti iussent sibi incognitam, nec probatam, de cuius veritate anteā non fuerint certi, quam non iudicauerint esse uerbo Dei ac sacrae scripture consentaneam? Neminem adeò despere arbitror, qui hoc affirmare ausit.

Etut clarius hoc videas, domine Petre, nec ullus sit tergiuersandi locus, qui tantoperē hīc nobis Theodosij, Iustiniani, & aliorum leges opponis: unum aut alterum testimonium, non cuiuscunq; plebeij, sed Pontificis ipsius, & totius concilij iudicium de illorum Imperatorum in sacris peritia & officio proferam.

Leo I. Pontifex Rom. Epist. LVIII. ad Pulcheriam

Augustam.

Quoniam principib; temporis nostri, non solum potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem inesse cognoscimus doctrinam.

An tu Asote tales Principes, quia neq; rasi sunt, nec uncti rancido uero oleo, cum sacerdotalem habeant doctrinam, à cognitione dogmatū, ne una cum sacerdotibus, quib; eruditione pares sunt, iudicent, repelles? Aut tantum ne potest character ille indelebilis? O insignem stulticiam. Quod si tibi Leo hic nimium rugire contra naturam uidetur, & magis adulatione quam ueritate motum, hæc scripsisse finxeris (quid enim tibi tuiscq; non licet?) age totius cōcilij sententiam tibi producam, quam & superius recitau, sed tamen non piget hīc in loco repetere.

Quinta synodus Constantinopolitana, actione IIII. de

Iustiniano.

Alloquitur autem totum concilium Patriarcha oecumenicus, Archiepiscopus Constantinopolitanus Menna, qui & præsedit, his uerbis: Putamus charitatem uestram non ignorare uoluntatem & zelum pīj Imperatoris nostri, quem habet ad orthodoxam fidem nostram, & nihil eorum, quæ in sanctissima Ecclesia mouentur, conuenit fieri præter opinionem & iussum ipsius.

Nihil, inquit, eorum quæ in Ecclesia mouentur, conuenit fieri præter opinionem & iussum Imperatoris. Decreta erant quædā ab hac quinta generali synodo: sed præsidens, se ea ad Imperatorem prius relaturum esse, dicit. Quid profanius hoc oecumenico Patriarcha & Archiepiscopo? Quid timidius hoc toto concilio, quod pro suo iure & iurisdictione Ecclesiastica tuenda, non audet se opponere Patriarchæ, aut etiam ipsi Imperatori, eumq; tanquam rem ad se minimè pertinentem, rapere cupientem non excommunicat, fulmina & tonitrua in eum torquet? Quid uero superbius hoc Imperatore, qui nihil eorum quæ ad Ecclesiam pertinent, suo non solum consilio, sed iussu quoque uult agitari, multo uero misus decerni? Mirum quod ad tantam hominis profani superbiam, immo sacrilegium terra non sit mota loco, aut dehiscens illum deuorarit.

Ita

Ita enim hic Asotus, postquam seculares potestates defensionem & patrocinium Ecclesiae contra haereticos suscepisse scribit, addit: At uero auctoritatem docendi aut definiendi dubia fidei, absit ut unquam uel cogitauerint ad se pertinere: quod quam uerum sit, ex sententia Patriarchae iam dictum est. Et ut hanc suam confirmet sententiam, legem Theodosij ex Codice adducit, ad quam inferius respondebimus.

Quod legem Iustiniani concernit, qua dicit se non pati ut quicquam quod ad Ecclesiarum statum pertineat moueri, ut non etiam Pontificem Romanum innotescat, quia caput sit omnium sanctorum Ecclesiarum. Item, quod illic Imperator confiteatur fidem suam & omnium Ecclesiarum orientalium, quod eam habeant ab ipsa Apostolica sede. Non quid factum sit, sed quid iuste fieri debeat, querendum. Dicit id male à Romanis Episcopis persuasus Imp. Illi enim toti orbi suis clamoribus persuadere uolebant, omnes causas religionis ad se pertinere. Nihil quicquam in Ecclesijs ullius loci, sine suo consensu agendum, aut actum sine sua approbatione ratum habendum. Ad se curam omnium Ecclesiarum pertinere, sibi primatum & ius in omnes Ecclesias alias deberi, & alia innumera, quibus iam tum & longo tempore ante tyrannidem affectabat, de quo & cap. io. prolixius dictum est.

Sic & Imperatoribus persuadere conabantur, curam rerum Ecclesiasticarum nihil ad ipsorum officium pertinere, sed tantum curam corporum, & fortunarum (quod etiamnum Asotus facit cum sua cohorte) illis esse commissam.

Sed tamen de hoc ipso Iustiniano, cuius legem tanti facit Asotus, quia tyrannidem Romanii Episcopi confirmare uidetur, iam sententiam praesidentis in generali concilio audiuimus, quod nihil eorum quae in sanctissima Ecclesia mouentur, praeter ipsius opinionem & iussum conueniat fieri. Hoc certe amplius est. Imperator enim in sua lege hoc tantum uult, ut quicquid mouetur in Ecclesia, etiam Episcopo Romano innotescat: Oecumenicus uero Patriarcha de Imperatore, quod nihil praeter ipsius iussum conueniat moueri. Quanto ergo amplius est, iubere ut fiat aliquid, quam quod fit alicui innotescere, si omnino ita liber uerba examinare & ponderare, tanto maior erit potestas Imperatoris, quam Episcopi Romani.

De primatu Pontificis Romani, & quod caput sit omnium Ecclesiarum, praecedenti loco copiose est disputatum & responsum. Etsi enim primatus ordinis alicui in Ecclesia, si pius sit & bonus uir, communis totius Ecclesiae suffragio electus, non negetur: tamen primatus ille, quem Papa longo iam tempore sibi arrogarunt, potestatis scilicet & authoritatis, quod propter ordinis primatum, sententia dicta ualeat & rata sit habenda, quemadmodum iudicis aut praetoris sententia dicta ualeat propter auctoritatem: id uero nulla ratione ferendum est in Ecclesia. Hac tyrannis quam exercent intolerabilis est, impia, & plus quam barbarica. Sententie nostrae etiam iniusta sunt timenda. Vbi est maioritas, illic est praeципiens potestas: ceteros manet obediendi necessitas. Item, Summum nemo iudicare potest, ille uero iudicat omnes. Nemo illi dicat, Quid facis, etiamsi innumeratas animas cateruatum secum in infernum abducat. Hac non hominis sunt, sed incarnati diaboli uerba.

Quod etiam Romanam Ecclesiam matrem omnium fecerunt, & omnes Orientales Ecclesias fidem à Romana sede habere sunt gloriati, vanissimum est, & notius quam ut refutatione opus sit.

Contrarium potius uerum est, quod Roma ab Orientalibus fidem & religionem

ligionem primitus acceperit. Ex Zion enim exhibit lex, & præceptum Domini de Hierusalem, & non ex Roma.

Hoc quidem uerū est, Orientales Ecclesiæ Arij ueneno infectas, Occidentales uero retinuisse fidem. (sed hoc longè posterius factum est, cum iam Occidentales Ecclesiæ ab Orientalibus fidem & religionem non accipissent.) Neq; id Pontificibus Romanis acceptum ferendum. Etsi enim illorum nonnulli doctrinam synceram & incorruptam de naturis & persona Christi cōseruarint, tamen per illos non stetit, quo minus uenenū hoc Arij ad illas quoq; partes serperet. Liberius enim dogma Arij in gratiā Imperatoris Constantij, uel metu fractus, uel ambitione motus, ut sedem suā retineret, amplexus est, & subscripsit. Cumq; propter defectionem ab Ecclesia deponeretur, & in locum ipsius Fœlicie. Vtilem tūc nauauit operā Hilarius, sedem recuperavit imperfecto Fœlice. Hactenus in defensione doctrinæ cœlestis, contra Arrianorum heresim. Probat probare uoluit officium magistratus esse, ut sua potestate ad Dei gloriam & animarum salutem leges contra hæreticos & idololatricos cultus ferat, sed non definiant dubia fidei, adductis legib. Theodosij & Iustiniani: his addit: Pertinet igitur ad principes certam & indubitatam fidem profiteri, ad eam tenendam omnibus iūis agere cum omnibus sibi subditis. Idq; plurimi probat exemplis, quæ omnia pro nobis contra ipsum dominum Pertribuerunt, qui id negauit & ex professo impugnauit. Quod enim Sotus distinguuit inter officium cōfitendi & iudicandi dogmata, quid uanius, quid absurdius? Quasi uero in tanta opinionum & errorum uarietate quisquam confessionem fidei sua edere possit sine iudicio de doctrina?

Confessiones etiam aliquot regum concilijs Toletanis oblatas recitat, in quibus inter cætera ait: Vbi non instruere eos, sed instrui potius ab illis conatur & curat Rex, legemq; Dei, iuxta Prophetam, de ore sacerdotum requirit. Non opus est multis uerbis.

Quod ad Prælatos Asoticos attinet, sacerdotes Domini se esse ostendant, iuxta uerbum Domini doceant, & pronuncient & iudicandis secundum illud potestatem, sine ulla difficultate, obtinebunt. Quales autem eos hactenus esse uideamus, merito sciscitari possumus, quisnam eos constituerit iudices & arbitros religionis. Paulus olim Pontificem summum, qui contra legem se percuti iubebat, parietem dealbam uocauit: cumq; ob id repræhenderetur tamquam læsa maiestatis reus, respondit Nesciebam fratres quod Pontifex esset. Quid uero nobis hodie dicendum erit de ijs qui partes iudicandi sibi sumunt de eo quod neque didicerint, neq; intelligint, nec docere possunt? Quid est Asote, quod perpetuo orbi Christiano imponitis, inanibus titulis & uocabulis, quibus res nullæ subsunt ludentes? Doceant qui docere possunt, iudicent qui intelligunt, non perseguatores & uastatores Ecclesiæ & hostes doctrinæ cœlestis, ignavi, ociosi, rudes, ignari. Ne sutor ultra crepidam.

Quod de rege Richardo, eiusq; confessione & lege affert, qua uult ut omnes Hispaniarum & Galliciæ Ecclesiæ hanc regulam seruent, ut omni sacrificij tempore ante communicationem corporis Christi & sanguinis iuxta Orientalium partium more, unanimiter clara uoce sacratissimum fidei recente symbolum, &c. id nos nō offendit. idem enim in nostris observationibus Ecclesijs. Sed tu uideris Asote quo cōsilio hac producas, & quantū ad institutum tuum faciant, imò an non manifestè plurima in ueltris Ecclesijs hac ipsa confessione reprehendantur. Hinc enim apparet, Missarum celebrationi coniunctam fuisse communionem eucharistiæ, unde & Graecis synaxis dicitur. Deinde, manifestum fit etiam, sacrilegam istam mutilationem integri sacramenti fuisse illo tempore incognitam & inusitatam.

Postremò

Postremò, sacra lingua vulgo nota & usitata in Ecclesijs peracta. Non enim Hispani Græca lingua usi sunt. Quod si hanc tui regis confessionem & legem ut obseruetur tuis, Asote, prælatis persuadere poteris, non prohibemus: uerùm ut nobis illorū ingenia nota sunt, maiori opus erit eloqua-
tia. Hæc, inquit, piorum principum exempla proponenda & meritò præ-
oculis habenda à Christianis principibus, quib. ad modestiam, ad seruan-
dū à Christo institutū ordinē, admoneantur: ne temerè transgrediantur limites, quos posuerunt Patres eorū. Verè hæc dicuntur suo sensu, non quem
frater Petrus affingit, ut hanc esse modestiā iudicans: si seculares principes

Sup. cap. 13. corporalia tantū & temporalia carent, ut supra dixit: curā uerò Ecclesiastū relinquant prælatis illis. Ordinem autem à Christo institutū tunc eos ob-
seruare arbitratur, cum obsequia illa ad quæ ab Episcopis ordinantur, pre-
stant. Hæc uerò non modestiā, sed ignavia est, & officij, ad quod diuinitus

sunt uocati, quod hoc cap. prolixè Asotus probauit, prætermisso. Non or-
do est à Christo institutus, sed ab ambitionis pontificibus excogitatus, qui
ut soli regnarent, paulatim iura regum & principum ad se rapuerunt, qua-
lia sunt, quod Pontifex Romanus ab Imperatore olim est confirmatus, iam uice uersa Imperatores confirmationem à Pontificibus petere
coguntur. Olim concilia generalia tantum ab Imperatoribus conuoca-
bantur: nunc piaculum esse iudicaret sanctissimus, si Cæsar hoc tentaret,
quod, ut supra dictum est, hac nostra ætate uidimus, & alia innumeræ.
Postremum illud de limitibus, quos Patres posuerunt, non transgredien-
dis, rectè quoq; monentur principes. Patres autem sunt non quilibet Epis-
copi Romani, qui tyrannidem in Ecclesiam Christi exercuere, & omnia
pro sua libidine constituerunt, ideoq; Patres illos agnoscere non possu-
mus. Patres fuere Apostoli, qui eti nullum in suis concilij habuerint re-
gem aut principem, eo quod tum temporis adhuc aduersarentur & per-
seuerentur Ecclesiam: tamen à causarū Ecclesiasticarum tractatione la-
cos non excluderunt. quod abundè superius est probatum. Exempla quo-

Sup. cap. 11. que eodem in loco & priorum & posteriorum temporū in Ecclesia Dei
sunt addita Hiskiae, Constantini, Marciani Imperatoris, & aliorum. Quod
si Patres, hoc est scriptores Ecclesiasticos requiris, quorū testimonio hanc
curam ad pios Principes pertinere euincatur, non desunt. Est enim Augu-
stinus unus instar omnium, ex quo manifestè hoc apparet, quod uolu-
mus, ut eodem cap. 11. & 13. est ostensum.

Pater fuit, imò Patriarcha, Archiepiscopus Cōstantinopolitanus Men-
na, qui coram toto concilio dixit, non conuenire, ut quisquam eorum que
ad Ecclesiam pertinent, præter Imperatoris opinionem & iussum mouea-
tur. Hos limites, Asote, quos hi tanti Patres posuere, nec nos temerè trans-
gredi debere Principes affirmamus, sed diligenter insistere uestigijis eorū,
atq; omnibus modis sequendos prædicamus. Nemo uerò est, qui magis
transgrediatur limites à Patribus positos, quam ipsi Romani Pontifices,
cum ijs suis quæ se Apostolorum successores gloriantur. Quid enim, uel mi-
nutissimum ex illis quæ rectè, tum quod ad doctrinam, tum quod ad mo-
res & uitam attinet, ab Apostolis constituta sunt, obseruant?

ANNOTATA IN CAPUT XVI.

Dixerat reges seculi fastu & pompa impeditos tardè ad ecclesiam per-
tempore posterius ingressi sint Episcopis, ita etiam dignitate & gradu in-
feriores: ideoq; dignum ut potestas hæc temporalis paci Ecclesiæ seruiret.
Iam igitur duo nobis cōsideranda occurtere dicit, quæ hoc & sequenti cap.
tractat. Primum, quod reges & principes seculi hac sua ad Christum con-
versione & submissione, nihil amiserint auctoritatis & dominij, quod ha-
beant

bebant: sed illud dūtaxat, quōd uanitatis & tyrannidis aut habuit in multi-
dignitas illa, aut habere potuit. Dīdicerunt, inquit, planē reges, illud præ-
ceptum Christi ad se ueraciter pertinere, & illam exprobrationem meritō
sibi fugiendam, Principes gentium dominantur eorum. Et qui potestatem
exercent in eis, & benefici uocantur. Non ita erit inter uos. His addit, hæc
non ad solos Episcopos, aut Ecclesiæ ministros pertinent, sed ad omnes
qui in Ecclesia sunt. Quia omnes Christum imitari tenentur. Et Ethnici a-
gnouerunt, Reges ueros suorum subditorum causa esse, &c.

Non est obscurum, quo consilio à nostro fraterculo his duobus capiti-
bus, obseruationes istæ, & corollaria subiçiantur. Non enim celare possunt
Papales isti suam naturam: sed ubique quacunque arrepta occasione erum-
punt, & produnt suum ingenium. Non possunt ferre superiores, nolunt es-
se subiecti: magistratui diuisitus ordinato aduersantur, & soli regnare cu-
piunt: Principes uero seruorum loco habere, qui tantum expectent, si
quid imperent Spirituales príncipes, & domini ecclesiæ, nutum illorum
obseruent, & iusla capeant. Nec pudet Asotum, manifeste apertam scri-
pturam deprauare, quo id extorqueat quod petit, & in alienum sensum
detorquere, atque illum ipsum locum quo tanquam ualidissima machina,
ficticius Papa primatus expugnatur, ad Principes accommodare, quo
eos sua auctoritate spoliet, & exuat. Quod ut manifestum fiat, locum
videamus. Ambierant filij Zebedæi primas sedes in regno Christi, quæ
illorum stulta petitiō grauiter à Christo est reprehensa: nec tamen hæc re-
pulsa reliquos placare potuit, quo minus eos æmulatio pungeret. Hinc
contentio de primatu inter Apostolos est exhorta. Saluator uero hæc au-
diens, non in genere differit de cauenda ambitione, sed simpliciter admo-
net, ipsos de re quæ non existat, & sic de asini umbra, atque lana caprina,
quo nihil sit stultius, contendere: ostendens, primatum, qui certaminis in-
ter ipsos causa erat, in regno suo nullum esse, sed hunc ad Reges & Prin-
cipes huius seculi pertinere, quorum sit dominari & potestatem exercere:
in suo uero regno esse ministerium: et quo quisque maioribus donis sit
ornatus, eo plus sibi laborandum, ut alijs seruiat.

Atque ita discrimin facit inter Ecclesiæ suæ regnum, & politica imperia
mundi: et tantum abest, ut personarum discrimin tollat, ut maximè hoc
loco confirmet. Relinquit enim Regibus & Principibns suam auctorita-
tem, iurisdictionem, titulos & dignitates, adeoque omnem suam admini-
strationem. Nec comparationem inter Christianos & profanos homines,
sed inter officia facit. Nec enim tam personas respexit Christus, quam Ec-
clesiæ suæ statum, docens discrimin esse inter regna huius seculi, & suum
regnum: haec ita distincta, ut qui sit minister sui regni, non debeat pre-
textum Apostolatus, aut Christianismi inuadere, & occupare huius mun-
dii regna: Apostolatum enim non esse ciuilem dominationem, sed mini-
sterium. Quemadmodum & Paulus inquit: Sic nos existimet homo, ut 1. Cor. 4.
ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur in-
terdispensatores, ut fidelis quis inueniatur.

Præfecit enim Christus Ecclesiæ suæ Pastores, non qui dominentur,
sed qui ministrant.

Hoc quidem uerum est, Reges ipsos & Principes non iuste nec legi-
time dominari, nisi seruant: sed in hoc differunt Regum officia & seruitus
à minere Apostolico, quod Reges & Principes seruitus sua non impedit,
quo minus imperent, & quidem cum magnifero splendore & pompa su-
per subditos emineant. Sic pī Reges, Iuda, David, Iosaphat, Iosias, Hi-
skias & alij similes, ad hunc finem administrationem suī regni referebant,
ut consuleretur utilitati subditorum, eisque suo imperio seruiebant.

Yy Sed

Sed tamen nihilominus sceptro, corona, solio, potestate, alijsq; regalibus
fuere ornati, & cum imperio praeerant: Ecclesia uero gubernatio nihil tale
admittit. Apostoli enim Episcopi & doctores atq; pastores, ministri sunt,
& servi suorum auditorum, a Domino uero prorsus abstinere iubentur.
Quia aliter Regum conditio, aliter munus Apostolicum habet, Asote,
si ignoras.

Gal. 3. Quid deinde sibi uelit, cum inquit, Reliqua omnia, auctoritas, honor,
splendor in Christi corpus transferunt. Reges etiam qua parte Reges sunt,
Christo insiti sunt, in quo non est seruus, ne liber, &c. non satis intelligo,
imò fraterculum nec quid ipse dicat, nec quid Paulus uelit, intelligere ar-
bitror. Nisi forte hoc uelit Sotus, quod Imperatores, Reges & Principes,
ad pedes Pontificis omnia sua abiucere debeant, & cedere suis regnis, ei
suum honorem, splendorem & auctoritatē tradere, ut solus regnet & om-
nibus sit superior, transferat & constituat imperia, & regna pro suo arb-
itrio, quod & factum est. Sed quam hæc cum uoluntate & sententia Christi
conueniant, nemo est qui non uideat.

Et ut omnes intelligent, quanti Asotici, Reges & Principes faciant, in-
quit: Quod ad Reipublicæ pacem & ordinem, quod ad defensionem, &
expurgationem a malis attinet, superiores sunt omnibus, & in hac resicut
Ethnici ab ipsis Apostolis sunt agniti, multò magis Christiani a sanctissi-
mis Episcopis, qui agnouerunt in hoc temporali statu, in his quæ ad tempo-
ralia omnia pertinent, eorum leges, eorum iudicia & cum gratiarumactio-
ne usi sunt priuilegijs & immunitatibus ab eis concessis, de quibus habes
iuris ciuilis multos & manifestos titulos, &c. In his uero quæ ad salutem a-
nimæ & fidei, atq; morum disciplinam, summa cum libertate, ut subditos
ligabant & absoluebant.

Quod ad Apostolos attinet, uerum est, ipsos etiam Ethnicos Reges
agnouisse, & quidem etiam prauos, eorumq; legibus subiectos, orare pro
eis iusserunt: nec se, prætextu sui Apostolatus, ex eorum iurisdictione &
obedientia exemerunt. Nouerunt enim se legibus quarumcumq; politiani
in quibus uiuebant, teneri, eisq; bona conscientia uti posse. Ideo Aposto-
lus dicit, His qui presunt parendum esse. Et utitur ipse Paulus prouocatio-
ne ad Cæarem.

Sic sancti Episcopi, Augustinus & alijs, utebantur legibus Imperato-
rum sui temporis, eisq; obtemperabat, ut ex Chrysostomo dictum est. Sed
quod addit Episcopos agnouisse leges Imperatorum: ita uerum est, ut o-
mnes alios istæ ligarent, exceptis ipsis Episcopis. Ideo recte se interpreta-
tur frater Petrus, quas agnoscant leges, uidelicet de priuilegijs, & immu-
nitatibus concessis. Alias enim scimus, quid de legibus Imperatorum &
aliorum magistratum sentiant, quantique eas faciant, & quam eis obtem-
perent. Tantum enim abest, ut etiam quod ad temporalia attinet subiectos
se legibus ciuilibus agnoscant, ut etiam si quis eorum sacrificulus in adul-
terio deprehendatur, uirginem constupret, aut aliud simile flagitium com-
mittat: tamen potestas secularis ne attingere quidem ausit, nisi indigna-
tionem Episcopiloci incurrire malit & excommunicari. Vnde clericis
illis spiritualibus omnis generis scelera impune licet perpetrare. Hinc li-
centia illa intolerabilis quidlibet agendi pro libidine contra publicam
honestatem, a quo etiam saniores gentes abhoruerunt. Hoc luce meri-
diana est clarius, & in coelum clamor peccatorum istorum ascendit, nec pu-
det, nec pœnitet eos illorum.

Ita scilicet uerum est, quod Asotus dicit, Episcopos agnoscer leges
magistratus politici, ut intelligatur de ijs legibus, in quib; immunitates &
privilegia

priuilegia ab eis conceduntur. In reliquis uero prorsus non curant, sed securi te contemnunt, abiiciunt & pedibus conculcant.

Et quid est Sote, quod de priuilegijs Ecclesiæ & Episcopis datis, uera ba facis, cum illa uerae Christi Ecclesiæ & pijs Episcopis sunt data, non Aſoticis, impijs & Romanensibus illis, qui iam non sunt Episcopi uerae Ecclesiæ, sed hostes eius & persequutores. Quare quod Episcopis iam de- negatur a nobis illa potestas & auctoritas iudicandi, non ueris, sed Aſoti- cis tuis laruatis negatur, qui nec Ecclesiæ quidem membra sunt.

ANNOTATA IN CAPVT XVII.

Alterum, quod obſeruandum eſſe monet frater Petrus, eſt, quod commendat felicitatem illorum temporum, quibus pīj Prīncipes, & digni Episcopi, atque Ecclesiæ ministri, ſe mutuō ſint complexi, alij alios humilitate & honore ſuperare ſine ulla inuidia, æmulatione, aut cōtentio- ne ſtuduerint, exemplo Constantini proposito, qui cauſas Episcoporum ad ſe ab ipsis delatas, iudicare uoluerit, quia Dīj ſint. Illi uero contrā ad Imperium ipsis conuenerint, ſumma ueneratione iſpum ſuſcipientes, & magna ſuſſiſſione, quæ uoluerit, ſint exequuti. Ita, inquit, ad Prīncipum uocationem cogebantur concilia: & quicquid illi ordinaffent, ſuſcipie- bant: non de prærogatiuis & inanibus titulis contendentes. Constanti- nus econtrā sanctos confeffores fidei ut Deos quosdam uenerabatur, oſculans etiam oculos & membra, quæ pro Christi confeffione amiferant, &c. Disputat bonus iſte frater de forma Ecclesiæ, ſicut Plato de politiæ idea, quæ in rerum natura non eſt: idque non Prīncipum fit culpa, ſed maximē Episcoporum, qui ſemper hinc ab illo tempore, quo reſtituta eſt pax Ecclesiæ, ambitione laborarunt, & contentionibus de primatu ferali quadam, & plus quam barbarica rabie, Ecclesiæ tranquillitatem pertur- barunt, intestina mouentes bella, plurimum ſanguinis in iſpīs templis ef- fundentes ſe mutuō confecerunt: idq; non iam in hac tantum poſtrema mundi face & delira ſenecta, ſed eo ipſo tempore, quod tantopere hic fra- terculus nobis prædicat, quod non de inanibus titulis contendenterint, ſicut historia Tripart. refert.

Hiftoria Tripart. lib. II. cap. VII.

Verba ſunt Constantini ad Episcopos: Vos autem qui ſancta myſte- ria eius (Dei) clementia proferre uidemini, non dico cuſtodire: uos, in- quam, nihil agitis, niſi quæ ad contentionem noſcuntur & odia pertinere, & ut absolute dicam, quæ ad humani generis tendere uident̄ interitū. Au- di Aſote, quod nō cōtenderint Dīj illi de titulis inanibus & prærogatiuis.

Hiftor. Eccles. Ruffini, lib. XI. cap. X.

Damasus post Liberium per ſucceſſionem, ſacerdotium in urbe Roma uiceperat: quem praelatum ſibi non ferens Uſtinus, à quodam Epifcopo, Epifcopum ſe fieri, per uim extorquet. Quo ex facto tanta ſeditio, imò ue- ro tanta bella orta ſunt, alterutrum defendantibus populis, ut replerentur humano ſanguine orationum loca.

Libro Pontificali, ex decretis Symmachi Pape.

Propter Epifcopatum Romanum per partes Laurentij & Symmachi cedes in clero & ſanctimonialibus, homicidia ac latrocinia multiplicia commissa denudantes foemineum ſexum, extrahtentes ex monaſterijs & omni die pugnas contra Eccleſiam, in media ciuitate gerebant, & multos ſacerdotes occiderunt.

Chrysost. super Matth. homil. 73.

Hæc enim (ambitio & primatus) et si minima esse videantur, magno-
rum tamen causa sunt malorum. Nam & ciuitates & Ecclesiæ sapen-
tia euerterunt. propterea nec à lachrymis abstinere possum, cum primos
istos confessus & salutationes audiam: ac in mentem ueniat, quot quanta-
que hinc mala in Ecclesia Dei orta sunt.

Idem de Sacerdotio lib. III.

Non quod nonnulli cædibus Ecclesiæ compleuerint, contaminarint
eius honoris (Episcopatus) gratia depugnantes, ciuitates aliquot funditus
euerterint, dicere hic prætermitto, ne quibusdam videar ea in medium al-
ferre, quæ fide maiora sunt.

Idem ad Innocentium Episcopum Rom.

Iterum ex Ecclesia ejeci sumus. Cum autem illa, quæ dixi, prætendere-
mus, ipso magno Sabbatho, collecta manus militum, ad uesperā diei in Ec-
clesias ingressa, clerum omnem, qui nobiscum erat, ui eiecti, & armis gra-
duum undiq; muniuit. Quin & sanctissimus Christi sanguis, sicut in tali tu-
multu contingit, in prædictorum militum uestes effusus est, siebantque
quasi in barbarica captiuitate omnia. Talia ausi sunt præter sententiam
pleniissimi Regis, nocte profunda, EPISCOPIS HAEC INSTRVEN-
TIBVS ET VBIQVE MILITANTIBVS, NEC ERVESCENTI-
BVS, QVOD ESSENT DVCES MILITVM, ET PRO DIACONIS
SATELLITES PRAEVENTES HABERENT.

Ex vita Gregorij Nazianzeni.

Rursus igitur contentio de sede est suborta, inter seque discrepabant
Episcopi, &c. Vide illic orationem ipsius ad Episcopos congregatos,
qua eos ad concordiam hortatur: & ut cessent contentiones, ipse loco ce-
dit. Et ab Imperatore dimissionem petit: Cesset, inquiens, inuidia, pacem
faciant Episcopi, potissimum de authore. Tu qui barbarorum audaciam
compescuisti, sacerdotum etiam pugnas sedato: trophæa potentia tuz
maxima, unica Episcoporum concordia ornato. Hoc ego donum peto,
hanc ultimam mihi gratiam dato.

Sed ineptus forte videbor, qui in colligendis exemplis de Episcopo-
rum ambitione & certaminibus de primatu labore, cum ubique obvia-
sint, & nullum fuerit propemodum celebratum concilium, & etiam inter-
prima, in quo nō hæc fuerit copiosissima materia, & ferè præcipue practi-
cata. Quod ipsum libelli testantur in hoc ipso Nicæno concilio, quod tan-
topere prædicas, Constantino exhibiti & ab eodem exusti. Rectè igitur
iam quoque uidentur facere & suo uti quasi iure, quod tam Pontifex,
quam Episcopi, tanquam pro aris & focis, de primatu contendunt. Est
enim res non noua, neque ab eis aliena. Gloriantur alias de consuetudine
longi temporis, qua omnia sua defendunt, seque maiorum suorum uesti-
gijs inniti: id in hac materia maximè possunt facere. Sed hoc non est de
prærogatiis & inanibus titulis contendere, uerū ius suum tueri.

Neque uero inter se tantum digladiantur, funesta excitantes bella
suo more: sed quod propriè fuit Principum, ut hic Asotus fatetur, crescen-
tibus opibus, ad se rapuerunt. Olim, inquit, ad Principum uocationem co-
gebantur concilia: atqui hoc ipsum iam sanctissimus ad Imperatores &
Principes

Principes pertinere negat, & ad se hoc ius transtulit. Quod si Imperator in hac remolestu esse perrexerit, fulmina sua torquet: & nisi desistat, etiam gladium stringere, & armata manu ius suum tueri paratus est. Hæc forma est, hic status Ecclesiæ primitiæ. Ita quicquid supremus magistratus ordinat, Episcopis suscipiunt.

Persuadeat itaque bonus iste frater iam suis, ut & ipsi odiosa, & ambitiosa certamina de inanibus titulis omittant, magistratu obtemperent, eiisque iussa exequantur: fiant sancti confessores fidei: ueram religionis, & sacrae scripture doctrinam sincere profiteantur: sacramenta iuxta Christi institutionem administrent, pericula propter confessionem ueræ fidei sustineant, oculos sibi erui patientur, si ant Paphnutij: & non solum Orator disertissimus habebitur Asotus, uerum & ipsi Episcopi, Constantinos inuenient, qui eos, ut semideos, & quasi nuper cœlo delapsos, uenerabuntur & exosculabuntur. Sed ut nobis mores & ingenia illorum delicatorum Martyrum, qui multa propter Ecclesiam patiuntur, nota sunt, nec Demosthenes, nec Cicero eos permouebunt, uenter enim non habet aures.

Scribit Ambrosius, Vulgo dici solet, quod Imperatores magis sacerdotium optauerint, quam sacerdotes imperium: quod ut non disputem quam uerum sit, certe, ut reliqua omnia, ita hoc quoq; iam olim inueniuntur est. Nullus enim ferè Prælatus est, qui non deserto suo pastorali officio, regna mundi, secularia illa administret. Propria sunt officia Episcopi, sicut sequenti capite Asotus resert, uerbum & sacramenta administrare & gubernare populos iuxta Christi legem, sine quo non est Ecclesia. Quis uero est omnium, qui hoc faciat? Quis item est omnium, qui non politico more, secularium Principum & Regum, seculararem potestatem exerceat?

Quod ad Constantini dictum attinet, quo Episcopos Deos esse experto dixit, superius est responsum.

Postremò, postquam sibi quantum omnino potuit, suam sententiam, quod solis Episcopis, & non una profanis & secularibus Principibus cum alijs pijs & doctis uiris, controversias religionis dijudicare convenient, confirmasse uisus est: hanc suam confirmationem his uerbis concludit: Hæc est igitur nostra, imò catholica Ecclesiæ, de discriminis ne spiritualis & secularis regni & sacerdotalis ordinis sententia, &c. Sed quia Brentius hæc omnia conatur inuertere, & totum hunc ordinem mutare in Ecclesia, audiamus iam quid loquatur, & quem ordinem constitutat, &cæt.

Quæ, obsecro te, est tua sententia, de discrimine secularis regni & spiritualis, ac sacerdotalis ordinis? Ex iam dictis certe non constat, cum tu ipse tibi non constes. Iam enim dicas, tantum distare inter hæc duo, quantum cœlum à terra: item quantum est discriminis inter hominem seruientem huic mundo & Principi eius, & seruientem ipsi Deo uero, tantum inter Principes seculares & ministros Christi est discriminis.

Esse ingens discrimin inter spirituale Christi regnum & seculare, nemō est qui ignoret, uel contradicat. Verū sicut Prælatos Asoticos (cum his enim nobis negocium est) optimo iure, spirituale esse re-

Yy : gnum,

gnum, nisi forte de spiritu huius mundi intelligi uelis, pernegamus: Ita etiam distinctionem coniunctioni non repugnare, recte affirmare possumus. Neque etiam ordo, quod Asotus, ne cœlum ruat, metuens, afferit, perturbatur, si maximè pī Prīncipes & alijs docti, etiam si neque rasi, neque uncti sint, una in concilio dicant sententias. Relinquitur enim Episcopis quod proprium ipsorum est officium, ut uerba & sacramenta publicē in templis administrent, quod non est omnium, sed certarum personarum, quæ ad id legitimè sunt uocatae: Principibus uero, ut Republicam administrent, & pacem ac tranquillitatem conseruent, & alia quæ sui sunt officij, faciant. Persuade tuis, Asote, Prælatis, ut hoc agnoscant & obseruent. Hac constituta distinctione, nihil obstat, quo minus, qui diuersis officijs præsunt, communib[us] tamen studijs multa simul procurent, & coniunctim unum & eundem uoluant lapidem.

Non enim unius est ordinis, cauere sibi à pseudoprophetis: sed omnibus & singulis est dictum, & ad totam Ecclesiam pertinet. Similiter & probare spiritus. Varia enim sunt Spiritus sancti dona, & inter illa non postremum locum spirituum discretio obtinet. Quo igitur iure, tu Asote, hoc priuilegium, quod toti concessum est Ecclesiæ, ad paucos quosdam, qui nihil minus sunt, aut habent, quam quod dicuntur, contrahes?

Non ergo Brentius ordinem in Ecclesia à Spiritu sancto institutum mutat, aut inuertit: sed potius à uobis iam olim confusum, & ab alienatum, quasi postliminiū iure reuocat: & uniuersæ Ecclesiæ, quod in ipso est, restituit. Id uobis dolet, quod tyrannis uestra, quam satis, & plus quam satis longo tempore exercuisti in Ecclesiam, inuaditur, expugnatur & ejicitur. Hoc uelut est, quod tangi non uultis: & tacto illo, exclamatis cœlum terræ misceri. Sed de discrimine officiorum superius est copiose responsum.

ANNOTATA IN CAPVT XVIII.

IAM ad confutationem sententiae Brentij accedit, quam breuitate comprehendensurum, & in pauca redacturum dicit. Et queritur initio, à Brentio Apostolos & eorum successores, maximè uero omnes Episcopos nostri temporis, seruos Ecclesiæ constitui. Proh nefas, facinus indignum, & nulla ratione ferendum. Deinde uero pios Principes præcipua & nobilissima esse ueræ Ecclesiæ membra, affirmet, & quod ad eos pertineat impiam doctrinam ex animo detestari, & crudeles hypocritas seuerè punire, legitimum Dei cultum instaurare & alienum auferre: quod fieri non possit, nisi cognoverint prius, & iudicauerint, quæ sit uerè pia doctrina. Pertinere itaque ad illos, iudicare de doctrina: idque exemplis piorum Regum Iuda, Iosaphat, Iosia, Ezechiæ, Davidis, Salomonis, qui Ecclesiastes fuit, sicut & pater Propheta, licet non essent ex sacerdotali tribu. Et quia publicæ personæ sint Principes, habere illos publicam potestatem cognoscendi & iudicandi de doctrina religionis. Item, quod possint adhibere in concilium, & uocare ad hoc agendum eos, quos duixerint esse idoneos, tam ex ministris Ecclesiæ, quam ex aliorum hominum cœtu.

Eti

Etsi autem uerum sit, hæc quoque inter alia à Brentio adduci pro stabilienda hac sententia, quod uult ad Principes pertinere curam religionis : et ipsos quoque, tanquam Ecclesiæ præcipua membra, (quia publicæ personæ in externa Ecclesiæ societate) concilijs interessante, dicere sententias, dijudicare controversias religionis debere, &c. Tamen neque sola sunt, neque præcipua. Argumenta enim veterator, quibus tota causa nititur, callide retinet & dissimulat, ne cum firmissima sint, & à bono isto fraterculo refutari non possint, causæ generaliter in medium & lucem producta. Qualia sunt: Totius Ecclesiæ est iudicare de dogmatibus, non unius tantum certè ordinis. Item generales istæ Christi & Apostolorum sententia, quæ ex æquo ad omnes & singulos pertinent: Cauete uobis à pseudoprophetis. Omnia probate, quod bonum est tenere. Probate spiritus, num ex Deo sint. Item: Vos estis regale sacerdotium, uocati in admirabile lumen, ut enaretis virtutes eius, &c.

Quædam excerpit, quæ in speciem cauillatur: postea addit, Responsum est itaque Brentio. Quid igitur Asote, cum hanc Brentij sententiam, quam recitasti, refutandam suscepisti, & tibi displace signifiques, num tu uolebas, Principes non detestari impiam doctrinam, sed sequi & amplecti? Crudeles hypocritas non punire, sed præmijs ornare, & defendere? Legitimū Dei cultum non instaurare, sed abrogare? Alienum uero non auferre, sed stabilire? Aut nunquid hæc dubitante conscientia, propter aliorum tantum iudicium, omnia agere? Ita quidem uos soletis, qui dubitationem approbatis, & credendum esse alijs docetis, etiam minime intellectis & cognitis rebus. Nos uero uerbo Dei melius instructi, scimus quicquid dubitante fit conscientia, peccatum esse, & etiam ad morales uirtutes intellectum & uoluntatem concurrere: alias non probari actiones. Quanto magis in sacris? Sed ne actum, quod dicitur, agere uideamus, fundamenta illa causa à Brentio iacta, in præsentia omittemus: & calumnias Asoticas detegemus & refutabimus.

Primum autem calumniatur fraterculus Brentium, tanquam sibi non constet & contrarius sit. Quòd si quæras, inquit, Asote, quid igitur Episcopi? Non, inquit, sunt iam Ecclesiæ membra: quibus addit Asotus, quod ne putes illum propter uel doctrinæ, uel uitæ defecit, quem semper obiicit Episcopis & Prælatis nostris, dixisse. & hoc addit, Speramus inter Episcopos & reliquos Prælatos aliquos esse uiros piros.

Quod Brentius negat Episcopos Asoticos, membra esse Ecclesiæ Dei, loquitur de publico & præsentí statu eorum, ac ordine, qualis hodie est in genere: qui cum immediatè cū uerbo Dei ac institutione Apostolorum, à Christo facta & ab ipsis obseruata ē diametro pugnet, certè tale uitæ genus & ordinem nemo sanus probare poterit. Non enim tales Ecclesiæ dominos, Prælatos, Christus instituit: sed Apostolos emissit, cum hoc mandato: Ite, prædicate Euangelion omni creature. Baptizate, &c. Non missifices sacrificulos, non qui prætextu prælaturæ, mundi secularia regna occuparent & administrarent: non persequuntur uerbi sui: non concubinarios, bellifaces, percussores, lupos rapaces, ignauos, ociosos, qui officia Episcopalia non curant: sed

uel omnino negligant: uel si quid faciant, idolomaniam exerceant, &c.
 & doctrinæ impietatem, quam timentur, & synceram persequuntur.
 Sed de hoc alibi. Cum uero addit, Speramus inter Episcopos, & reli-
 quos Prælatos, aliquos esse viros pios: sermo est de priuatis quorundam
 Episcoporum personis & uita, quod scilicet, ut maximè titulotenus sint
 Episcopi & in illorum numero: tamen id quod Episcoporum Asotico-
 rum est, non agant, hoc est, non curuent genua sua ante Baal. Et ut intel-
 ligas Asote, quid uelit Brentius, exemplo tibi demonstrabo.

Tempore aduentus Christi cum ipse Dominus in Iudea obambularet
 & spargeret doctrinam cœlestem, præcipua membra synagogæ habe-
 bantur Pharisei, qui opinione sanctimoniae & eruditio[n]is antecelle-
 bant: sed tanta erat illorum ignorantia, ut in sacris nihil proflus, neque de
 Lege, neque de Euangelio, regno Christi, remissione peccatorum & alijs
 præcipuis doctrinæ cœlestis capitibus intelligerent: sed fascinati erant
 innumeris falsis opinionibus de Lege, eius intellectu, impletione, &
 operum iusticia.

Matth. 15. Idem de traditionibus maiorum, quas, sicut uos quoque ipsorum fe-
Marc. 7. lij, longè mandatis Decalogi præferebant, interim Messiam expectan-
 tes, qui inchoaret mundanum regnum, in quo ipsos ex Romanorum ty-
 rannide liberaret: & subactis gentibus omnibus, prouincias suis distri-
 bueret. Hunc uero miserū Christum agnoscere & recipere nolebant sicut
 ipsimet testantur: Nunquid ex principibus aliquis credit in eum, aut ex
 Phariseis? Quod ad uitam ipsorum attinebat, erat illa quidem forin-
 secus ita composita, ut omnes in sui admirationem raperent: omnia enim
 ad ostentationem erant comparata.

Vnde Christus Matthæi uicesimo tertio eos sepulchris dealbatis con-
 fert, quæ intus referta sint cadaveribus, fœtore & uermibus. De hoc to-
 to uitæ genere, & hominum ordine, uerè licuit tum dicere, non esse uera
 Dei Ecclesiæ membra Phariseos. Vnde toties Væ, uæ, uæ, Christus ille
 interminatur, & exitium æternum certò illis præparatum affirmat,
 quemadmodum & præcursor ipsius, Baptista.

Interim tamen fuere aliqui pij in illo hominum ordine, qui corde Pharis-
 ei non erant, qualis erat Nicodemus (Ioannis tertio) ille Phariseorum
 princeps, sed clām erat discipulus Christi, idque ob metum initio Iudeo-
 rum: quare & noctu Christum accedit. Postea palam profitetur, non
 uult conspirare, & consentire in illius condemnationem: imò petit cor-
 pus crucifixi à Pilato, atque tristissimo & pericolosissimo tempore, cum
 Apostoli omnes aufugissent metu, ac laterent, hic in summa rerum, non
 perturbatione solum, sed planè desperatione, re ipsa Christum con-
 fitetur.

Hæc iam Asote quæ de Phariseorum ordine & uitæ genere dixi-
 mus, ad tuos Prælatos poteris accommodare, non quidem per omnia.
 Illi enim quod ad externam uitæ honestatem attinebat, plerisque ante-
 cellebant: quod utrum de tuis uerè dici possit, ipse uideris, sed parum re-
 fert. De ipso uitæ & doctrinæ genere & ordine disputatio est. Recit
 ergo Brentius dixit, Asoticos Prælatos non posse fidei controuerrias
 dijudicare, quia non sint uera Ecclesiæ membra. Et tamē se sperare inter
 illos

illos esse aliquos viros pios , qualis fuit Hermannus Archiepiscopus Colonensis . quod si uerum est , quod summum & principem virum dei psò dixisse scribitur , forte per omnem uitam uix tres Missas legit , atque ita aliquandiu clandestinus fuit Christi discipulus & Nicodemus : suo uero tempore etiam publicè sicut antea credidit , loquitus & professus est , & crucem ac perseguitionem à uobis more uestræ generationis sustinuit . lam uero fruatur æterna & cœlesti uerorum Episcoporum , Augustini & similium , consuetudine .

Tales plures adhuc esse in isto hominum ordine , speramus , quos Dominus Spiritu fortitudinis suo tempore etiam donabit , ut & ipsi palam profiteantur , id quod iam alunt clam in sinu . Atque ita minimè pugnant , quæ hoc loco antilogus Asotus & sophista , tanquam pugnativa producit .

Deinde , quod addit Asotus , audiamus iam quid de Ecclesiæ ministris & Episcopis sentiat Brentius . Quod ad priuatam , inquit , eorum personam attinet , membra quidem sunt Ecclesiæ , non autem ipsa tota Ecclesia ; quod uero ad publicum eorum officium attinet , ministri sunt Ecclesiæ , non domini , & seruiunt Ecclesiæ iuxta uerum & certum uerbum Domini . Igitur eti piorum Prælatorum meminit , non tamen propterea illis potestate in ullam tribuit circa iudicium de doctrina : & tamen Principibus , & quos illi in concilium adhibuerint , publicam tribuit potestatem de doctrina fidei iudicandi . Hæc est Brentij sententia multis quidem uerbis & clamoribus exaggerata , &c. cæterum probata non aliter quam diximus , ex gradu scilicet & loco , quem Principes in Ecclesia habent . Hactenus uerba fratris Petri .

In quibus maliciam , an impudentiam hominis , an uero utrumq simul accusem , nehementer dubito . Nam id quod Brentius de ueris & pijs Ecclesiæ Episcopis , eorumque officio in Ecclesia differit , id fraterculus , ut maxime intelligat de quibus dictum uelit , tamen perinde ac si suis impijs Prælati , uerae Ecclesiæ Christi hostibus Brentius tribuisset , accipit . Præterea negat Brentium etiam pijs & ueris Episcopis iudicium de doctrina tribuere , cum ministros eos uocet , qui Ecclesiæ seruant , iuxta certum & uerum Dei uerbum , cum interim tantum dominos Ecclesiæ neget . Ergone , quia ad certum uerbum Dei illos alligat , & seruos ecclesiæ affirmat , dominiumque illis adimat , ideo etiam potestatem uel autoritatem circa iudicium de doctrina aufert ? Hic luculentam facit Brentio iniuriam , & turpissimè mentitur . Aufert enim potestatem iudicandi tantum impijs Episcopis persecutoribus uerae ecclesiæ : pijs uero omnibus concedit iudicare , sed secundum scripta Prophetica & Apostolica .

An uero tu , quia iudicandi potestatem tuis de doctrina tribuis , prætoriam illis concedis , ipso suo arbitrio iudicandi potestatem , atque ita dominos constituis ecclesiæ , non seruos , aut ministros ? Ita quidem tu Sote . Absit autem hoc à nobis , ut ita in sacris ubi de animæ salute agitur , ludere hominibus permittamus . Non ignoramus , Papales plenariam suis Prælati in concilio tribuere iudicandi potestatem , propter locum & ordinem , ut sit finis litium . sed de hoc inferius agemus , quantum ualeat .

Neque Brentius ut maximè pijs Principibus publicam tribuat iudicandi potestatem , quia publicæ sunt personæ in Ecclesia filij Dei , ideo uel ueris & pijs Episcopis eam aufert , uel illis ipsis Principibus pro sua libidine potestatem iudicandi & copiam facit . Omnes enim ad uerbum Dei certum

certum & infallibile alligat: iuxta hoc omnibus uel publicis uel priuatis personis in Ecclesia pronunciandum esse docet. Iuxta illud ad legem magis, & ad testimonia eius, &c. Hic est filius meus dilectus, huc audite. Item, Oues meæ, uocem meam audiunt. Et si nos, uel angelus de cœlo aliud Evangelium anunciauerit, anathema sit.

Quod addit, Hæc quæ de publica Principum potestate iudicandire religionis controversias magnis clamoribus exaggerata, sed non aliter probata, nisi ex gradu & loco, quem Principes in Ecclesia habeant: uerba sunt Aſoti hæc eodem consilio prolatæ, quo initio huius capituli ostendimus. Qui uero Brentij rationes cognoscere cupit, Prolegomena: legat nimirum enim prolixum foret inserere. In quibus aperte testatur, iudicium de dogmatis sive à publicis sive priuatis personis fiat, iuxtra scripta Prophetica & Apostolica fieri debere. Omnino autem uerum est, et si aliud nullum argumentum, quorum tamen plurima Brentius in medium adduxit, esset, hoc ipso Reges & Principes publicam habere potestatem iudicandi causas religionis, quia publicæ sunt personæ, & officio publico funguntur. Hoc etiam ipsum uult Augustinus.

Augustinus contra literas Petil. Donatist.

lib. II. cap. XCII.

Habent Reges, excepta generis humani societate, eo ipso quo Reges sunt, unde sic Domino seruant: quomodo non possunt, qui Reges non sunt.

Hoc uero minime omnium Dominus Petrus ferre potest, ut sui Praletti hac notentur infamia, & dicantur serui uel ministri Ecclesiæ: Principes uero pios, membra Ecclesiæ nobilia uocari & esse, ac uidetur crimen læsa maiestatis parum abest quin exclamat, Blasphemauit. Ideo dicit, iam igitur consideremus attente, quantum sibi & ueritati consonet. Valde autem insidiose & argutæ querit. Primo, cuius Ecclesiæ membra sint nobilia Principes, cum duplum Brentius faciat Ecclesiam, uerae ne & inex pugnabilis: an uero externæ & manifestæ, cum illius membrum nullum, certò ostendi possit: & non esse certum Brentius dicat, qui hominum cœtus sit Ecclesia illa, à Christo fundata inuisibilis.

Ad hoc Aſoti sophisma ut respondeam, initio sciendum est, Aſotum calumniose Brentij sententiam depravare. Nequaquam enim Brentius dicit, incertum esse qui hominum cœtus sit uera Dei Ecclesia. Certum enim est, quod quos elegerit Deus, hos etiam uocet. Vocat autem per uerbum. Et non esse alibi querendam Ecclesiam electorum, nisi in cœtu uocatorum, qui habent uerbum Dei purum & legitimum sacramentorum usum. De tali hominum cœtu uerè affirmare possumus, esse apud illum ueram Dei Ecclesiam. Sic Paulus passim scribit ad illos, apud quos hunc thesaurum uerbi Dei deposuerat, & sacramentorum usum instituerat, Ecclesia Dei quæ est Corinthi, &c.

2. Tim. 2.

Imo etiam domos & familias priuatas uocat Ecclesias Dei, etiam si de singulis personis & individuis non perinde constet. nouit enim Dominus qui sunt eius: tamen illi ipsi non sunt querendi, nisi in illo externo & inuisibili cœtu hominum, qui suis notis manifestus est & cognoscitur: & qui se consensu de doctrina ei adiungit. Falsissimum igitur imponit Aſotus Brentio, quod dicat, Non esse certum, qui cœtus hominum sit Ecclesia illa à Christo fundata inuisibilis: & simul confundit cœtum inuisibilem Ecclesiæ, & in ea membra uiua & uera, quæ hominum oculis dijudicari non possunt, & tamen non nisi in uocatorum cœtu querendi.

Monstrat

Monstrat enim Brentius certum & uisibilem cōtum hominum, & ^{1f. 55}
de illo affirmat, quod in eo sit illa uera Dei & inexpugnabilis Ecclesia,
propter uerbum, quod nunquam uacuum redit ad Deum, etiam si de
singulis, ut dictum est, non ita certò constet, sed hic locum habeat ar-
ticulus symboli, Credo Ecclesiam sanctam catholicam, &c. Deinde &
hoc itidem falsissimum est, quod dicit Brentium affirmare nullum posse
membrum externæ & uisibilis Ecclesiæ monstrari. Illos enim qui de do-
ctrina consentiunt, & irrepræhensibilem agunt uitam, pro membris Eccle-
siæ agnoscamus, quām diu ita perseverant.

Quod igitur querit more Pharisaorum, cuius iam Ecclesiæ membra no-
bilissima faciat pios Principes Brentius, facilis est responsio. Cum enim di-
serte de pijs Principibus loquatur, non est difficile iudicium, quod ad æter-
nam illam Dei Ecclesiam pertineant. Et quia eo ipso quo Reges sunt &
Principes, habet iuxta Augustinum, quo amplius seruant Domino, quām
illi qui non sunt in publica functione: dubium non est, quin quo maiora be-
nefactia in Ecclesiam Dei contulerint, eo maiori etiam dignitate & gradu
in æterna beatitudine, illos sit Deus ornatus, pluribusq; præmijs com-
pensaturus hanc ipsorum pietatem. Erunt enim, omnino erunt gradus pre-
miorum in uita æterna. Nam sicut stella differt à stella in claritate, sic & re-
surrectio erit mortuorum. ^{1. Cor. 15.}

Deinde, quod ad externam hanc & uisibilem Ecclesiam attinet, certe
negare non poteris, sicut alia Ecclesiæ membra, ita multo magis, & qui-
dem præcipue, Principes pios in illa external conuersatione maiores esse
& nobiliores Episcopis etiam pijs: et hos esse seruos, ut totius Ecclesiæ, ita
maxime Principum: nisi forte illud Christi negare uelis, quod ad Aposto-
los ait, cum de primatu in Ecclesia Dei in hoc mundo contenderent: Quis ^{Luc. 22.}
major est, qui recumbit, an qui ministrat? Ego uero omnium uestrum mi-
nister sum. Et illud Pauli, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita
sit. Ex consuetudine ciuilis uita notum est, dominos discubere: seruos
uero altare mensæ, & nutum dominorum obseruare, ac mensæ ministra-
re, ita ut semper maior sit qui recumbit, minor uero qui ministrat. Iam Ec-
clesia recumbit, singula etiā eius membra: episcopuerò & omnes qui in Ec-
clesia docendi munere funguntur, ordinantur & uocantur propter Eccle-
siam & in eius ministerium, unde & ministri Ecclesiæ à Spiritu sancto, & e-
stam recepta consuetudine, usitatè dicuntur. Atque ita Ecclesia non est
propter ministros, sed ministri propter Ecclesiam. Hac ergo ratione, cæte-
ra Ecclesiæ membra, Christo authore, maiora sunt, nobiliora etiam suis mi-
nistris. Hinc Paulus se seruum etiam uocat. Quo non contenti Papæ Ro-
mani, ut magis se humiliarent & officium suum offerrent omnibus, etiam
seruorum Dei seruos se scripserunt, sed reuera tandem Reges Regum &
domini dominantium facti sunt, qui nemini seruiunt, sed quibus seruire
deheant omnes.

Et apud Ioannem, postquām Christus lauisset pedes discipulorum, re- ^{10b. 13.}
cepitq; uestibus suis accubuisse, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim uo-
bis: uos uocatis me Magistrum & Dominum, & bene dicitis. Sum enim.
Si ergo ego laui pedes uestros, Dominus & Magister, uos quoq; debetis
inuicem alij aliorum pedes lauare. Exemplum enim præbui uobis, ut
quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Cum esset non Magister
tantum Apostolorum Christus, sed etiam Dominus, non ipsorum tantum,
sed & coeli & terræ, tamen non arrogat sibi Maiestatem aut dominium in
illis, sed suscipit non modò uilissimum, uerū etiam contemptissimum, ac
sordidissimum ministerium lauandi sordidos illorum pedes. Et quid sibi
hoc

hoc cuelit spectaculo, declarat, ut uidelicet exemplo ipsius non arrogantib[us] dominationem in regno ipsius, sed ut alij seruant. Non est enim seruus supra Dominum, nec legatus supra legantem se. Si autem ego Dominus uester, uos certe serui mei estis. Et si ego ablego uos ad prædicandum meū Euangelion, uos certe legati mei estis. Quare cum ego Dominus non arrogem mihi maiestatem, dominationem & imperium sed faciam neseruum uelutrum: multo minus uos serui & legati, debetis uobis dominatum arrogare, sed uestro ministerio omnibus alijs servire. Quibus Christus Apostolos, non dominos Ecclesiæ, sed omnium in ea seruos & ministros constituit. Et hæc de ueris Ecclesiæ ministris & doctoribus intelligimus. Nam cum Prælati Papistici abiecerint à se hoc ministerium, & dominationem sibi usurpauerint in Ecclesiam, manifestum est, eos nec esse membra, nec ministros ueræ Ecclesiæ.

Deinde amplius instat quærendo, sint ne p[ro]ij Principes membra Ecclesiæ secundum priuatam eorum personam, an secundum officium publicum, quod habent? Non arbitror hic sine dolo omissum esse in quæstione cum membra sint Ecclesiæ (id quod præcipue in hoc cap. urget) nobilissima, & præcipua membra. Respondeo autem Asote, si simpliciter quæris, qua ratione sint membra Ecclesiæ, affirmare non dubito, quod ad priuatam personam attinet, hominem pium esse membrum Ecclesiæ. Si uero quæris quā nam ratione nobilissima membra? Respondeo ratione officij, quod publicum est, & quod eius ratione, amplius Domino seruire possunt, quam ulli priuati. Et hoc pertinere illud Pauli, Deum uelle omnis ordinis à se instituti, atq[ue] ita etiam regnum & Principium, ordinis homines, saluos fieri. Si igitur quæris, qua ratione p[ro]ij principes sint Ecclesiæ membra nobilitata & præstantiora, respondeo utroq[ue] modo, & quod ad personam priuatam, & quod ad officium illorum attinet. Si enim eos cum Episcopis conferas, ea ratione, qua episcopi serui sunt, & ministri Ecclesiæ, certe p[ro]ij Principes quod ad priuatas ipsorum personas attinet ea ratione, quia recumbunt, auctore Christo, maiores sunt: deinde uero etiam, quia publicum officium habent, quod Christus illis in extrema societate Ecclesiæ non adimit, sed uult ut eo utantur, ad promouēdam causam sui regni tam in politia, quam in Ecclesia, idq[ue] iuxta scripta prophetica & Apostolica: & cum imperio, maiestate, & dignitate præsunt, & dominantur, hoc modo non tantum maiores sunt ministri Ecclesiæ, qui nihil horum habere debent, sed etiam quis priuatis personis, quæ unā in Ecclesia recumbunt, sed nullo publico funguntur munere.

Hæc quæ Christus de suorum Apostolorum, atq[ue] adeò omnium Ecclesiæ ministrorum humilitate ac seruitute dixit, Asoto nostro non solum in mentem uenire non potuerunt, quia ita fascinatus est pharisaicis opinionibus de suorum prælatorum maiestate, majoritate, præcipiendi potestate, & dominatione, pompa, atque splendore, plus quam regio, quo ita oculi eius præstringuntur, ut quicquid de ministerio & seruitute suorum dicatur cum horum nihil in illis videat, intelligere non possit. Quod si autem Papa cuius suis re uera est, quod se esse scribit, uel fingit seruus seruorum Christi, quia impudentia audet sibi sumere, quod Christus Dominus nunquam sibi sumpsit: Maiestatem scilicet super Principes, Reges, & Imperatores, ac se dominum orbis & regnum mundi constituit, ut pro suo arbitrio deponat reges, & imperatores, atque constituat? Quod si non sunt serui Christi, neque Ecclesiæ, quis eorum est usus in filij Dei Ecclesia? Sed hinc uidere est, quantum absint ab hac Christi sententia, & Apostolorum officio, quorum tamen se successores esse gloriantur.

Addit autem Asotus, inconsiderate à Brentio factum, quod non distinxerit

xerit inter Princípum priuatam personam, & officium, sicut in Episcopis hoc distinxerit. Et probare uult Princípes neq; quod ad priuatā personam ipsorum, neq; quod ad officium attinet, esse membra Ecclesiæ nobiliora. Quod ad officium, non. Quia magis ad Ecclesiam pertinet publicum Episcoporum officiū, quam príncipum. Quod ad priuatā personam, nobilio-ram membra sunt, qui sanctitate præcedunt, quia possunt esse ex priuatis & infimæ plebis hominibus, sanctiores & meliores illis. Et hac etiam ratione fieret, ut nullus esset ordo in Ecclesia, nulla distinctio.

Dicitur de monacho quodam Franciscano, quod cum miris laudibus, non ad astra solum, patronum suum eueheret, sed ne in cœlo quidem locum ullum conuenientē, in quem ipsum collocaret, inuenire posset, tandem defatigatus & ipse querendo exclamauerit, Quorsum ego te collocabo: ubi exurrexisse senem quandam, cui & ineptus uidebatur monachus, & ipse harum nugarum pertæsus, respondisse: In meum colloca locum, quo dicto abierit. Siue fabulam dicas, Asote, siue historiam, certè non à nobis est confictum, neq; à uobis monachis alienum. Eodem planè modo hic parasitus suis prælati locum dignum inuenire in Ecclesia nō potest: eum quem Christus eis tribuit, non agnoscit. Non enim uult Episcopos esse servos, quod etiam reuerā non sunt: sed omnino dominos, & quidem supremos. Contrā, Princípes pios etiam (nam de his sermo est) in quem angulū inter laicos detrudat, non inuenit. Sed ut ad rem ipsam ueniam. Non quæritur, utrum officium episcoporum ne an Princípum magis ad Ecclesiam pertineat. Scimus enim docendi munus (Non loquimur autem iam de Aſotis prælati, qui nihil docent, nec uerae Dei Ecclesiæ membra propter doctrinæ Prophæticæ & Apostolicæ depravatiouem agnoscimus) proprium esse, non ullius priuatæ personæ, sed publicæ Ecclesiæ, penes quam est eligendi ex uniuerso corpore suo potestas, cui officium commendat. Sicut Mediolanenses iudicem suum & præfectum Ambrosium, sed de ordine hominum nobis sermo est, qui in Ecclesia, nobilitate, præstantia, maiestate & dominio præcellat. Hæc certè aliena sunt, aut saltem esse debent à ueris Episcopis. Hi enim serui sunt Ecclesiæ, & ministri eius, si faciant officium suum. Neq; laici sunt nobiliora membra, sed qui potestatem à Deo acceperunt & dignitatem, ac sunt Dei uicerij in terris. Hi, inquam, sunt Ecclesiæ in terris membra nobiliora & præstantiora. Ad hos (hic autem recito uerba Aſoti) pertinet ius cogendi concilia, quicquid huius volunt, iubent & ordinant, sine quorum suprema auctoritate non potest esse tranquilla Ecclesia: Episcopi in bonum fidei exequi debent, & iustas illorum iussiones tanquam Dei ordinationem suscipere.

Sihæc tibi tuisq; Aſote nimis uidebuntur dura & grauia, quibus dignitas & maioritas Episcoporum, immunitates & priuilegia imminuantur, & nimium interea crescat Princípum secularium auctoritas & præstantia, ut quasi mancipia illorum fieri cogantur, & in ordinem ac potestatem Episcoporum redigantur: non mihi imputabis frater Petre, sed tibi acceptum feret episcopi tui, & prælati, quorum tu imprudens auctoritatē nimium extolle, cupiens, hæc de Cōstantino & episcopis scripsisti. tua uerba sunt, quæ modò recitaui, capite præcedenti à te scripta. quæ cum habeamus, nō est quod de confirmatione sententiæ Brentij simus solliciti: ipse qui refutare volebas, ita confirmasti, & exemplo ob oculos proposito demonstrasti, ut nihil præterea nobis sit opus plura adducere. Agamus igitur gratias domino Petro, quod nos hoc labore leuauit.

Postremò prolixè probat multis, non tantum Princípes secundum officium, sed etiam eadem ratione episcopos publica esse membra ecclesiæ, & quidem capita esse, & oculos Ecclesiæ, Princípes uero proximiiora mem-

bra, & post hæc capita, nobiliora.

Non arbitror Brentium usquam negare ueros Episcopos, qui faciunt officium docendo & administrando sacramenta iuxta Christi institutio- nem, illisq; gubernando populos, esse publicas personas Ecclesiæ, propter publicum docendi munus: P V B L I C A E T I A M E S S E E C C L E S I A E M E M B R A. Item loco oculorum esse in spirituali corpore Christi: & quaecunq; de muneris huius uel præstantia, uel dignitate dici pos- sunt, ut certè est amplissimum & maximū faciendum, quo etiam Ecclesia carere non potest: uerè, inquam, & hæc & alia de ipsius officij dignitate di- cuntur, quod summum sit in terris. sed hæc omnia personis quæ illo fun- guntur, ut non adiument seruitutem & ministerium, quo alijs inservire co- guntur, unde & uerbi ministeriū dicit, & ministri uerbi & Ecclesiæ nō do- minī gregis: ita etiam nō tribuunt illis, sed sua natura maximē auferunt do- minationem, nobilitatē, maiestatem, & reliqua quæ Principes à Deo sunt con- sequuti, imperium, regna, administrationē, & ut cum Asoto loquamur, & exequantur, tanquam Dei ordinationem, & ut idem ait, Supremam au- thoritatem, sine qua non potest esse tranquilla Ecclesia. Hæc omnia pro- pria sunt Principum. Et quia, ut dictum est, discubunt, & inter discum- bentes, quibus Episcopi ministrat, principem locum obtinent pī Reges, & Principes, ideo rectè hoc modo eos nobiliora & præstantiora Ecclesiæ membra uocavit. Semper enim illud Christi uerum est, Maior est qui re- cumbit, quam qui ministrat. Seruit igitur cū sint Ecclesiæ, quæ domina eit, certè ipsi domini esse non possunt.

A N N O T A T A I N C A P U T X I X.

Oculi nostri fraterculi intuentes in pompam, uestes, & habitacula suorum prælatorum, de quibus superiorius dixit, ita splendore illo ma- gnifico præstringuntur, ut nihil nisi superioritates, maioritates, domina- tiones, potestates, thronos, maiestates, uel cogitare uel crepare possit. Ideò altissimè hoc caput incipit, clamans: Non est ergo (quali antecedentia probarit) cur nobilissima membra Ecclesiæ & altiora cogitentur quam- sint Episcopi. & addit: Nam quod ait Brentius, Episcopos seruos esse, quid impedit hoc? Nunquid Principes non sunt etiam serui? nunquid non satis ostendimus ad eos etiam pertinere uerbum illud: Qui uolue- rit inter uos maior esse, erit omnium seruus. Hæc seruitus nullam habet deiectionē, non est mancipiorum hæc seruitus, quod contumeliosè & fal- sissimè dixit Brentius. Non nouit Asotus iste distinguere inter officium Apostolorum & personas: item, inter maiestatem, splendorem & digni- tatem regnorum huius mundi: & regni Christi atq; ministrorum Eccle- siæ in hoc mundo: quæ alia non est, quam crux, ignominia, persecutio & seruitus maxima, pro donorum magnitudine. Primum negarion po- test, quin uerbum ipsum Dei sit summæ autoritatis & dignitatis. Deinde officium Apostolorum, & ministerium uerbi haud dubie in Ecclesia sum- mun obtinet coram Deo gradum. Sed tamen hinc non sequitur, quod Apostoli eorumq; etiam ueri successores, sint domini in Ecclesia, hoc enim ipsum Christus cauit, ne quia sunt Ecclesiæ ipsius ministri, mai- estatem, dominium, & imperium in Ecclesiam exercent, aut gloriam hu- manam uenarentur. Sed uult ut toti Ecclesiæ suo officio & ministerio seruant, sicut capite præcedenti dictum, & cap. 16. in quo & calumnia ista, quam hic Asotus repetit, quod Principes etiam serui sint suorum subditorum: & se ostendisse affirmat, quod ad ipsos quoq; illud Chri- sti uerè pertineat, Reges gentium dominantur, &c. refutata est. Dixisse cum

eam hoc nouimus: & hoc forte est, quod se ostendisse hic imaginatur: pro-
basse uero non uidimus. Nos uero ingens esse discrimen inter seruitutem
Principum & Episcoporum eo loco probauimus.

Vt maxime igitur officium Doctorum in Ecclesia summum sit, coram
Deo tamen hoc non impedit, quo minus personæ, quæcunque tandem
sint, quoque nomine appellantur Episcopi, Presbyteri, Pastores, &c. qui
docendi munere in Ecclesia funguntur, dicantur, & sint serui & ministri.
Quia ad hoc est institutum hoc officium, & ministerium uerbi & Ecclesiæ
dicitur, ipsi uero serui & ministri Ecclesiæ: ut uel hac ipsa uoce, sui officij
adimoneantur. Nam quemadmodum serui olim nihil sibi, sed dominis suis
omnia acquirebant, nec erant sui iuris, sed in dominorum potestate: ita e-
tiam Ecclesiæ ministri omnem suam operam, studium & laborem ad glo-
riam Domini Dei sui illustrandam, & utilitatem atq; commodum Eccle-
sia procuranda, collocare debent.

Deinde etiam ideo serui & ministri Ecclesiæ dicuntur, ne dominos se
ipsius Ecclesiæ esse iudicent, & pro suo arbitrio aut libidine leges &
creta statuant: sed ei ministrent, utilitatibusq; eius suo ministerio seruant.
Sicut D. Petrus, qui Apostolorum princeps ab eis dicitur, monet: Senio-
tes, inquit, qui in uobis sunt obsecro, &c. pascite gregem Dei, qui in uo-
bis est, non coacte, sed spontaneè secundum Deum, neq; turpis lucri gra-
tia (multo minus ex ambitione, dominandi libidine) sed uoluntarie.
Neque dominantes gregi (uel haereditati Domini, quæ est Ecclesia)
qui cuique pascendus contingit, sed forma facti gregis ex animo.

Quid clarius contra tuorum Prælatorum altitudinem, nobilitatem, do-
minationem & potestatem dici posset Asote? Ideo semper meminerint
se esse seruos Ecclesiæ & ministros, non dominos. prætextu ministerij non
ambiant dominationem: sed ea ferant onera & molestias, quas secum af-
fert ministerium uerbi: cuius dignitas non est secularis, aut mundana, sed
spiritualis coram Deo, pro ratione regni Christi: & auctoritas non per-
sonalis, sed uerbi quod annunciant de Deo, cuius summa est auctoritas,
dignitas & maiestas, in cœlo & in terra. Interim tamen in mundo ministe-
rio hoc nihil est contemptius, uilius, aut abiectius: & nihil aliud habent
quod expectent, quam crucem, exilia & mortem, atq; omnis generis ca-
lamitates, non est enim seruus supra Dominum. Talem gloriam & digni-
tatem ex ministerio tui nolunt reportare: talem Christum, sicut Iudæi,
non uultis. Ideo nescio quas & in quo Christo superioritates, nobilitates
& præstantias imaginamini.

Postea falsitatis Brentium arguit, & tanquam ineptum Pauli interpre-
tem ridet, quod locum ipsius ad probandam Episcoporum seruitutem &
ministerium, Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ad-
duxerit: neque cogitans, inquit Asotus, ea de quibus loquebatur, nec quæ
affirmabat, & quod necesse est, multo minus intelligens. Quomodo non
cogitauit, quod Paulus ipso contextu, liberum se esse dicit, Non sum li-
ber: Non sum Apostolus: Primo omnium statuit se liberum esse, quip-
pe qui ministerium suum honorificat, & qui ait: Malo mori, quam ut glo-
riam meam quis evacuet. Liberum igitur, & superiorem se agnoscit o-
mnibus his, quos docebat, & gubernabat. Hactenus frater Petrus de
Soto.

Quia scilicet Theologiae professor est, ideo etiam optimum se Pauli
interpretam esse iudicat, & sibi magisterium sumit, quia Tolleti est con-
summatus pro suo arbitrio Pauli testimonia & adducendi, & interpretan-
di, O' te miserum, & planè superioritatibus tuis excæcatum, uerè de te

nobis licet dicere quod tu falsissimè de Brentio dicas, te nihil horum quæ
 ex Paulo affers, pro maioritatis & nobilitatis atq; præstantiae tuorum Pre-
 s. Cor. 9. latorum confirmatione, intelligere. Cum enim Apostolus Paulus inquit,
 An non sum liber? an non sum Apostolus? Nunquid non habemus potest-
 atatem edendi & bibendi? Nunquid potestatem non habemus circumdu-
 cendæ uxoris sororis, quemadmodū & reliqui Apostoli & fratres Domini-
 ni, & Cephas? An ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc a-
 gendi? Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia ue-
 stra metamus? Si alij hanc in uos potestatem sumunt, an non magis nos?
 Atqui non usi sumus facultate nostra: sed omnia sufferimus, ut ne quam
 offensionem demus Euangelio Christi. Nescitis quod qui in sacrario ope-
 rantur, ex sacrario edunt? Sic & Dominus ordinauit, ut qui Euangelium
 annunciant, uiuant ex Euangelio. Ego autem nullo horum usus sum. Ne-
 que uero hæc scripsi, ut ita mihi fiat. Mihi enim satius est mori, quam ut glo-
 riam meam quis exinaniat. Nam si euangelizauero, non est quod glorie,
 quandoquidem necessitas mihi incumbit. Quæ igitur mihi merces? Ut
 cum euangelizo, gratuitum impendam Euangelium Christi, ut non abu-
 tar potestate mea in Euangelio. Liber enim cum essem ab omnibus, ser-
 uum me omnibus feci, ut plures lucrifacerem. Itaque Iudæus factus sum
 tanquam Iudæus, &c. Hæc ex Paulo prolixius sunt à nobis recitata, ut
 ipse sui sit interpres, & de cuiusmodi libertate loquatur, intelligi possit ab
 omnibus. Non enim, sicut Asotus nugatur potius, quam interpretatur
 de tali uel libertate uel auctoritate loquitur, cum dicit se liberum esse ab
 omnibus, ut superiorem se agnoscat omnibus his quos docebat & guber-
 nabat. Sed re ipsa confirmat, quod in fine præcedentis capitulis dixerat, se
 potius nunquam gustaturum carnem tota uita, quam ut fratrem cani-
 um esu offenderet: ac simul demonstrat, se nihil plus ab eis exigere, quam
 quod ipse præstiterat, uult igitur, ut in fratribus gratiam potestate sibi con-
 cessa abstinerent, quod ut ab eis impetraret, non modò quid facturus sit, sed
 quid iam fecerit, proposito exemplo, quo libertatem, qua uti potuerat,
 remisisse se propter pseudoapostolos, ne illis maledicendi occasionem
 præberet, neue infirmos offenderet, ostendit. Multis autem uerbis ius il-
 lud Apostolicum de uictu amictuq; accipiendo prosequitur. Quod igit
 tur dicit, An non sum liber, non sum Apostolus? libertatem suam probat,
 quia sit Apostolus Christi, quare non debeat sua conditio deterior esse, q;
 reliquorum Apostolorum. Nihil autem toto hoc loco de superioritatis au-
 toritate tractat: sed tantum hoc uult probare, licuisse sibi ac potestatem
 habuisse se accipiendi stipendum à Corinthis, nomine sui officij, sicut
 Dominus ordinauerit: uerùm se hac sua potestate & libertate non esse
 usum, necq; etiam in posterum usurum ea esse: imò mortem oppetere ma-
 lit, quam committere, ut hæc gloria sibi pereat, quod gratuitam operam
 Corinthis impenderit, idq; propter pseudoapostolos, qui calumniandi
 causam hinc arrepturi erant. Denique ut maximè liber esset ab omnibus,

Comment. quod D. Ambrosius interpretatur in huc modum: Liber ex omnibus, cum
 in Epist. nulli in adulacione tradidit Euangelium, necq; cuiusquam preter salutem
 ad Cor. ca. aliquid concupiuit, necq; ad delicias habendas ab aliquo sumptus largio-
 res mercedem hypocrisis accepit; seruum tamen se fecit omnium, dum
 semper humilitatem similem omnium mente imbecillum exhibuit, ut
 eos per patientiā firmaret ad salutem futuram, conferens animas illorum,
 qui aut peccabant, aut res diuinæ tardius sequebantur, ut non asperè fer-
 rent repræhendise. Hæc Ambrosius, qui Paulum non affectibus suis, am-
 bitione, adulacione, auaricia aut uoluptate, sed humilitate & patientia au-
 ditoribus

ditoribus suis seruissse affirmat: Asotus uero noster nihil nisi auctoritates & superioritates rudit: quas cum in suis Prælatis tantum uideat, in Paulo quoq; fuisse imaginatur, cum horum, dicto loco, prorsus nihil habeatur: sed se in omnes mutasse formas, & omnes induisse personas, prout res & personæ, cum quibus uersabatur, postularint, asseueret, ut omnes lucefaceret.

Ac uide miram inuersionem. Paulus affirmat se malle mori, quam amittere libertatem non recipiendi stipendiū: Sotici uero Prælati malunt potius mori, quam suas decimas & superioritates amittere. Itaq; Pauli locus ex professio pugnat cum Asoticorum Prælatorum instituto.

Nihilo felicius alterum locum pro stabilienda superioritate suorum ^{2. Cor. 10.} Prælatorum, ex Paulo producit, qui dicit: Arma militiae nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, uel secundum Deum, aut ex Deo. Et post, eodem loco, de hac sua auctoritate, inquit Asotus, qua omnes sibi subiicit, addit tandem: Nam eti amplius gloriatus fuero aliquid de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non destrunctionem uestram, non erubescam. Ecce ueram libertatem Apostolorum, ecce superioritatem potestatis & auctoritatis, quam Paulus in se, certè ob exemplum aliorum, ostendit. Hactenus Asotus.

Agnoscimus Pauli uerba, & gratiam habemus fratri Petro. Quid enim magis ridiculum est, quam si ex hac Pauli regula de titulo Apostolicæ dignitatis, quem sibi Papales usurpat, iudicium fiat? Describit Paulus officium Apostolorū & ministerium, quo fideles Christi & Ecclesiæ serui fungi debent, cōparans Euangelij ministeriū militiæ; in qua quidē omnes qui Christo nomē dedere, in primis uero ministris uerbi, Doctores & Pastores, atque Prælatos, Ecclesiæ duces & antesignanos esse oportet. Quia Ephe. 6. lis autem militia? Non certè carnalis, sed aduersus principes, & potesta- tes, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, &c. & quidem sine ullis inducjs. Nec ulli sunt, qui uel publicè, uel priuatim acrius impetantur, quibus magis instet, quam ministris Ecclesiæ. Quibus igitur armis repellendus est? Talia sunt arma, qualis est militia, & cuiusmodi est hostis: Euangelion, uerbum Dei, fides, iusticia, ueritas & oratio, per quæ Spiritus sanctus & datur nobis, & est efficax in credentibus. Num his Papa, Cardinales & Prælati tui utantur armis, an potius magno militum exercitu instructo, res ipsa loquitur. Tam enim sunt ad tractanda arma ista spiritualia exercitati & instructi, quam asinus ad lyram. Quid igitur hec Pauli ad uos uel superioritatem uestram, cuius prorsus nulla hic fit mentio, nisi quod ipsi armis instructi superiores satana euadimus? quid uero de superioritate, qua ceteros ordines in Ecclesia, serui sibi subiicere conantur?

Cæterū auferamus arma carnalia & bellica, quid quæso eis reliquum erit & Mundanam dominationem, externam dignitatem, secularem splendorem, opes magnas, regios prouentus, comitatum equestrem, luxum plus quam Sybariticum, boatus in templis, superstitiones, cæremonias, dogmata falsa, & uniuersum id genus Ecclesiastici cultum. Hæc omnia non sunt nisi carnalia & externa: quæ si eis ademeris, quid amplius apud eos inuenies. & quæ sunt illa spiritualia, quibus militent? Num concio uerbi Dei? Sed quotus quisq; est inter ipsos, qui officium docendi sibi sumit? Num administratio sacramentorum? Sed hos reiiciunt in villanos sacrificulos. Num oratio? Sed ut nec ipsi orare possunt, quia fidearent, ita externam orationis battologiam commendant suis uicinijs. Obscurò igitur te Sote, quam spiritualiem armaturam tuis Prælatis tribues;

*Comment. in
2. ad Cor.
cap. 10.*

Atqui Paulus in sequentibus potestatis suæ meminit, & gloriatur de illa? Sed qualis illa potestas? Non meis verbis, quæ Asotus non curat, sed D. Ambrosij, cuius interpretationem ut sacrosanctam reprobare non audet, respondebo: Is autem ita inquit, super illa uerba, Nam et si aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra, &c. Nunc significat, quia superius se humiliauit (si Asoti interpretationi credimus, nequam se humiliauit, sed superioritatem suam illis commendauit, quo maioris esset auctoritatis) ipsis se comparando, cum si se erigat, non erubescat. Quia à Domino accepit potestatem prædicandi, ut saluet, non ut perdat obaudientes. Et qualis tu Ambrosi fuisisti Episcopus, certè, ut nihil dicat duxi in te Asotus, qui omnibus modis consultum cupit auctoritati & superioritati Prælatorum, cæcutebas hunc locum Pauli intuens, & narrans, qui auctoritatem & potestatem superioritatis, qua Apostolus omnes sibi subiicit, uidere non poteras. Quare aliquantis per Aso- to præceptore utaris, qui diligenter tibi monstrat hanc potestatem, quasi dígito, inquiens, Ecce superioritatem potestatis & auctoritatis, quam Paulus in se ob exemplum certè aliorum ostendit. Ni- mium crassus es, & rusticus & labori assuetus, qui potestatem tan- tum de prædicandi potestate accipis, Ambrosi. hoc nimis erit o- nerosum Prælati, qui huic labori non sunt assueti: quare omisso eo, potestatem superioritatis & auctoritatis, qua omnes alios sibi subi- ciunt, intelligere debes, si uolueris esse Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Asoti.

Diu ergo Ambrosio interprete, quicquid de potestate, dignita- te & auctoritate Prælatorum à Paulo dicitur, totum hoc ad prædica- tionem uerbi Dei referendum erit, & in hac consistet: omniscip mini- strorum Ecclesiæ potestas in uerbo, eiùsque prædicatione erit inclu- sa, ita ut nihilominus tamen semper Christus solus & unus Dominus & Magister maneat: illi uero serui, uel si mauis, ministri: qui tamen ut legitimam hanc teneant potestatem, à Deo eam accipient, & ritè ad eam per Ecclesiam, in qua pius magistratus illustrius & præcipuum membrum est, uocentur, uerbum Dei non depravent, sed sincere & fideliter doceant, nulli parcentes labori, duces & antesignani in pñlli- ma hac militia aduersus sathanæ insultus. Et postremò hanc suam po- testatem ad Ecclesiæ ædificationem & non destructionem conferant. Hæc est superioritatis & auctoritatis Prælatorum potestas, Paulo & postolo authore, & D. Ambrosio interprete.

Quod si fecerint tui Asote, certè & à nobis agnoscetur, non tan- tum legitimæ Ecclesiæ Prælati, duplici honore digni, sed triplici & quadruplici. Imò si ita illis placuerit, semidei à nobis uocabuntur, aut si qua est dignior & præstantior appellatio. Quid tibi uis am- plius? Vides igitur quām turpiter Asotus his duobus uerbis Pauli, li- bertatis & potestatis abusus sit, & in prorsus alienam sententiam de- torserit.

Sed audiamus & reliqua testimonia ex Pauli Epistolis ab Asoto al- legata, quibus hanc suorum Prælatorum potestatis & auctoritatis su- perioritatem comprobet, ex quibus etiam sacrarum rerum expertes, communi tantum sensu præditos fateri necesse est, fraterculum non modò delirare, sed causæ plurimum obesse, adeoque in morem fur- osorum, ac rabidorum in suos Prælatos, ac uiscera propria, sanguine. Ita enim scribit, postquam ex loco Pauli male intellecto hanc superio- ritatem

ritatem demonstrare uellet, Ecce ueram libertatem Apostolorum, ecce superioritatem potestatis, & auctoritatis, &c. Hanc auctoritatis libertatem episcopis omnibus tenendam, commendat Paulus ipse, cum alibi Tito scribit: Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio: nemō te contemnet. Et Timotheo, Præcipe hæc, & doce, nemo adolescētiam tuam contemnet. & statim, indicans qua ratione hanc auctoritatem tenere debeant Christi ministri, inquit: Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, dum uenio: attentione de lectioni, exhortationi, doctrinæ. hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Vides nunc non pompa, non multitudine famulantium, non splendore uestium, non designatione aliorum, deinde non specie aliqua superbiæ, & fastus secularis, Apostolum docere seruandam esse auctoritatem sacerdotalis ordinis. Et Tito etiam aperte dicit: In omnibus præbe te ipsum exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbum sanum, & irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est, uereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Vides etiam, quod se ipsum adiungit Paulus, ut scilicet ostendat, quibus ille rationibus suam tantam auctoritatem tuebatur. Hæc uerba ex nostris fratris defensione, qua suorum prælatorum auctoritatis & potestatis superioritatem tueri conatur, exhibere uolui, ut omnes quicunque hæc legerint, intelligant, Bileam hunc, qui conductus est, ut maledicat exercitu Dei, nos qui, ut nihil dicam arrogantius, certè quantum per carnis imbecillitatem fieri potest, operam damus, ut quam proximè ad hanc uerorum episcoporum idæam à Paulo descriptam accedamus, commendare: uicissim uero in suos, quos longissimè ab ea distare non ignorat, inuehi, ut eos totius Christiano deridendos propinet, cum cuius uidere facile liceat, eos data opera, cum his Christianorum Prælatorum uirtutibus & officio belligerari.

Omnia igitur hæc, & singula, ô Asote insane, quæ Paulus de se, Timotheo, Tito, & uero uerorum episcoporum catholicorum officio scribit, Prælatos tuos, cum nihil in se reperiant quod respondeat, non gravant modò, sed etiam accusant magis, quam ut potestatem uel auctoritatem augeant. Nam episcopi nomen, non tam honos est, quam onus: & sicut alias usitatè dicitur, beneficium dari propter officium: ita etiam auctoritas, potestas, dignitas, & superioritas nemini concedenda, nisi qui faciat ueri Prælati officium. Faciant Asote episcopi tui, & prælati, de quorum auctoritate & superioritate tam sollicitè disputas, officia hæc episcoporum, profiteantur synceram & incorruptam Euangelij doctrinam, non persecuantur: loquantur, sed sermones Dei, non sint muti canes: attendant lectioni, non alijs friuolis, pernicioſis, & à catholicis episcopis alienis rebus: meditentur sacra Dei eloquia, pacant gregem fidei commissum, uerbo sano ueritatis: non sint rapiaces lupi, nec mercenarios conducant: audiatur uox eorum sonans uerbum Dei in templis, non missas denuncians, multo minus in castris classiis canens: subiiciant se, sras personas & facultates potestatibus sublimoribus, sicut Paulus omnibus præcipit, ut sint forma obedientiae toti ecclesiæ: non deſciant reges & Principes è suis ditionibus: reddant Cæſari sicut Christus censem suum, & tributum: non eximant se suis priuilegijs à ciuilibus oneribus: retineant, ut ministros Christi decet, & hie recte in ones, suam auctoritatem: quod quomodo fiat, Paulus citatis à te locis docet: exemplis fidelium in uerbo, in conuersatione: preluceant alijs uitæ sanctimonia, pietate, & integritate: quibus rationibus rectè dicens

Paulum suam auctoritatem tuitū esse. Faciant inquam hęc, & agnoscemus illos pro ueris episcopis, subiiciemus nos illis, deferemus eis omnia quę possumus, & debemus. Faciant hęc Asote. quis enim unquam prohibuit, imò quis nō summis hoc exoptat uotis? Persuade uel tu hoc eis, qui adeo pro ipsorum potestate & auctoritate conseruanda es sollicitus, ut han creationem ab Apostolo præscriptam sequantur. Hoc nihil gratius in omni uita nobis facere poteris.

Rectissimē hoc quoque mones, frater Petre, non pompa, non multitudine famulantium, non splendore uestium, non designatione aliorum, denique non specie aliqua superbiae, & fastus secularis, Apostolum docere, seruandam esse auctoritatem sacerdotalis ordinis. Sed hac ratione profecto autoritas tuorum prælatorum, & totius ordinis sacerdotalis, pluma leuior erit, quod omnes fatebuntur, quibus uel aliqua ratione uita eorum, doctrina, & mores noti sunt.

Hęc est illa prælatorum Asoticorum auctoritas, dignitas, potestas, & superioritas: & hoc modo, hisque scripturæ testimonijs comprobatur. Eas nunc, & dicas Petrum Desotum non probare sua scripturæ auctoritatē, Apostolorum traditionibus, sanctorum patrum scriptis & conciliorum decretis.

Et ut obiter hoc quoque addam. Non est Asote, quod uel tu adulteris tuis Prelatis, uel ip̄si sibi nimī propter auctoritatem Apostolorum blandiantur. Nondum enim tui Prælati sunt Apostoli. Et ut maximē ueri essent Apostolorum successores, & legitimi ecclesiæ ministri: tamen ingens est inter Apostolos & episcopos discriminē. Et habuerunt Apostoli multa singularia, & personalia, claruerunt miraculis stupendis, certi sumus quod repleti fuerint Spiritu sancto, & doctrina ipsorum ita sit confirmata, ut nec angelo, imò ne ipsis quidem Apostolis contrarium docentibus, fides sit adhibenda, &c. Hęc & alia plura auctoritatem illis conciliarunt, quibus omnibus alijs etiam legitimi successores destituuntur.

ANNOTATA IN CAP. XX.

Dixit hactenus fraterculus de superioritate potestatis & auctoritatis suorum Prælatorum, excæcatus opinionibus Iudaicis & Pharisæicis, qui tales imaginabantur & expectabant Messiam, sicut etiamnum hodie, qui deuictis & subactis omnibus gentibus more regum secularium dominaretur, pompa mundana suos ex Romanorum potestate liberaret, & prouincias distribueret. Quare cum Saluator noster longe alia spe appareret, nec quicquam illorum in ipso consiperetur quod sperauerant, non solum non agnouerunt, aut pro Messia receperunt: sed tanto odio persequuti sunt, ut antea conuiescerent non possent, quam ipsum in crucem egissent. Neque Iudæi soli, & pharisæi, uerū & Apostoli ipsi etiam in postrema cœna, adhuc eiusmodi cogitationibus erant fascinati unde & quæstio de primatu in regno Christi. Sed cuiusmodi sit potestas, & authoritas, & à Christo dictum, & à nobis explicatum est in præcedentibus. Eundem ad modum per omnia Asotuscum suis Prælatis de superioritate contendit. Sed hac parte, siue felicior siue infelicior Iudaëis, quod sui non iam de inani & imaginaria potestate disputatione, sed in honorum possessionem uenerunt, qua se non facile spoliari patiuntur. Et quidem quod ad secularem illorum potestatem, ditiones & dominationes attinet, nec petimus quidem, sed relinquimus illis: uerū hoc prætextu etiam dominū & potestatem in ecclesiā exercere cupiūt, leges profiso arbitrio seu libidine potius præscribere, sibique potestate definiēdi causas religionis, quas nō intelligūt, sumere uolūt, id nulla ratiōe ferendū est.

Est omnino potestas & authoritas, sed nequaquam secularis aut munda-
na, uerum pro modo regni Christi, quod est spirituale, constans in hoc mun-
do uerbi Dei prædicatione, quod ex apostolo Paulo, interprete Ambro-
sio, didicimus. Quod si episcopi esse uoluerint, & gaudere illa potestate,
quam Christus ueris & legitimis ecclesiæ sua ministris concessit, quæ in
officio faciendo constat, nemo illis hanc potestatem inuidet: imo grati-
as insuper, quas possumus maximas, illis habituri sumus, & eorum offici-
um quibus possumus laudibus, ut par est, ornabimus. Sed de hoc suo of-
ficio, eos non pugnare certò scimus. operas enim illas episcopales & pa-
storales fugere, aliorumque mercenariorum humeris imponere, nemo est
qui non uideat interea bonis ecclesiasticis, dignitate, & dominatione ad
stabilitienda idola & omnis generis tyrannidem in pios exercendam (ta-
co alia, quæ non sunt obscura) abutuntur. Iam cum fraterculus iste conui-
tus apertissimis scripturæ testimonij tot & tantis de officio laboribus,
cruce & ærumnis ministrorum ecclesiæ, quæ in hoc mundo sunt ferenda,
seruitutem, & ministerium iniunctum episcopis diuina ordinatione, ne-
gare non possit: seruitutem ipsorum cum sua potestate & auctoritate mi-
nimè pugnare affirmat. Et in hanc sententiam plurima ex Paulo testimo-
nia & loca producit, in quibus Paulus seruitutis sua, humilitatis, laborum
etiam corporis, quibus uitum sibi quæsiuerit, periculorum, tribulationum,
persecutionum, nuditatis, & aliorum innumerorum malorum quæ pro-
pter Euangelij confessionem, & officium sum, quo plures Christo lucra-
ceret, sustinuerit, meminit.

Et quidem uerissimum est, seruitutem, & ministerium Apostolorum,
atque episcoporum, non pugnare cum uera potestate ipsorum: imo quod
amplius est, tantum abest ut repugnet potestas episcoporum seruituti, ut
nihil sit quod tam augeat, ornet & conseruet illorum auctoritatem, nihil
quod tam in illorum admirationem omnes rapiat, quam si Pauli, & alto-
rum Apostolorum, quorum successores se esse gloriarent, uestigia secten-
tur, se humilient: tanto labore, diligentia & studio seruant ecclesiæ, onera
ista ferant, de quibus Apostolus gloriatur, atque ita in charitate omnibus
seruant, hec propriæ sunt ornamenta, & insignia episcopalia. Hec inquam
verissime non pugnant uel cum potestate, uel cum auctoritate Apostoli-
ca, quæ ut iam aliquoties dictum est (si uel hoc modo tandem audiret, &
intelligeret Asotus) spiritualis est, sicut & regnum, & arma, & officium
ipsum. Interim uero in hoc mundo nihil minus appetet. Et ut rectè
frater Petrus ex Paulo prolixè probauit, humili, & officiosissimi serui
sunt exemplo Pauli.

Sed præstat aliquot Pauli testimonia audire, quæ Asotus recitat, quibus
seruitutem Prælatorum ecclesiæ, Apostolus in se descripsit: ut uideamus
quam procul ab Apostolis absint isti ecclesiæ prælati. Non quærentes ne-
que à uobis, nec ab alijs gloriā, cum possemus uobis oneri esse, ut Christi
Apostoli, facti sumus parvuli in medio uestrū, tanquam si nutrix foueat
filios suos, ita desiderantes uos cupide. Memores enim facti estis, fratres,
laboris nostri, & fatigationis, uel ut alij dicunt, sudoris, nocte & die ope-
rantes, ne quem uestrū grauaremus, prædicauimus in uobis Euange-
lium Dei. Et iterum: Non inquieti fuimus inter uos, neque gratis pa-
rem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte &
die operantes. Quæ mihi opus fuerunt, & his qui mecum sunt, ma-
nus istæ ministrarunt. Hæc eadem scilicet faciunt Asotici prælati. Re-
ctè igitur facit Asotus, ut eos hoc modo Ecclesiæ commendet, ut o-
mnes intelligant, uere esse Apostolorum legitimos successores, qui
innitan-

innitantur uestigijis eorum. Recitat & alium locum, ex eodem, ubi dicit Apostolus: Puto enim, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Usque in hanc horam esurimus, & sitiimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema, usq; adhuc.

Mirari satis nequeo, quibus furijs agitatus Asotus, propugnator protestatis, & auctoritatis, atque superioritatis prælatorum, hæc Pauli testimonia, de sua aliorumq; Apostolorum calamitate, & miseria, summa, quibus conditio, & fortuna episcoporum depicta, ob oculos proponitur, e numerare uoluerit: nisi forte quod mollem & delicatam suorum uitam, quod & alij ante ipsum fecere, in primis uero D. Bernhardus, traducere uoluerit: ut cum aperte illos in faciem reprehendere non ausit, oblique hoc egerit: ut consideratione tanti Apostoli, eorumque qua fecit & passus est, pudefacti, tandem quasi ex ueterno euigilarent, sui muneris & antecessorum apostolorum memores, officium facere instituerent.

Nudi sunt, scilicet sanctissimi isti prælati, sed in balneo. non uestiuntur mollibus, hi enim in domibus Regum sunt, non in episcoporum aulis: esuriunt, & sitiunt, cum nondum edormiuverunt hæsternam crapulam: ac multa pro ecclesia patiuntur, colaphis etiam cæduntur sancti Christi confessores. Instabiles sunt, & incertis sedibus vagantur. Hæc, hæc actiue, ut reliqua omnia, & non passiuè sunt accipienda. Eijsunt enim prius suis sedibus, spoliant eos, & exuunt suis bonis, fame premunt, & contabescere faciunt membra Christi, bona ecclesiastica abligurientes, & dilapidantes. Facti etiam sunt angelis & hominibus spectaculum. Angeli enim talem splendorem, quo nunc fulgent Asotici prælati, & pompan, nunquam in Apostolis, & primitiæ ecclesiæ episcopis uiderunt. Ideo haud dubie inusitata hæc spectacula, in ecclesia admirantur, & dicunt: Quæ hæc inusitata in ecclesia monstrat qui noui hi Domini: & undenobis orti: quæ hæc metamorphosis: Pij similiter hunc nouum & inusitatum ordinem hominū in ecclesiæ prætextu curæ pastoralis prouincias, & ditiones huius mudi occupantes, & prætermisso atq; neglecto officio, illas gubernates & administrates sumopere mirantur, q; pompa, & omnibus alijs plus q; mundanis rebus, quosuis satrapas & principes superant, cum in Apostolis nihil nisi studium & laborem, quo cursus euangelij promoueatur, ecclesia ædificaretur, & plurimos Christo lucrificerent, crucem & ærumnas ac omnis generis calamitates, quas loco premij receperint, audiant ex historia sacra pertulisse, sicut & hoc loco recte à fratre Petro enumeratur.

Cum igitur ea quæ à Brentio dictasunt de piorum principum officio in ecclesia Dei, sacre scripture testimonij, exemplis eiusdem, similiter & primitiæ ecclesiæ, alijsq; argumentis, & rationibus, uera esse comprobauerimus: colligamus contra Asoti conclusionem contrario modo, uere ea quæ Brentius tribuit pjs populorum principibus conuenire: ea uero quæ ab episcopis aufert, ob causas à nobis expositas, uerè negari. Illos scilicet ecclesiæ præcipuam esse partem (ijs enim uerbis Brentius uititur) ad illos, etiam Asoto authore, pertinet ius cogendi concilia, quicquid illi uolunt, iubent, & ordinant, sine quorum suprema auctoritate non potest esse tranquilla ecclesia, episcopi serui, & ministri ecclesiæ, & non Domini, in bonum fidei, exequi debent, & iustas illorum iussiones tanquam Dei ordinationem suscipere. Neq; hoc modo ecclesiastici ordinis ratio aufertur, neque Christi institutio aboletur, uel Principum secularium

tum officium, functio, & uocatio obscuratur: sed potius episcopi, & totus ille ordo ecclesiasticus, in uerum ordinem redigitur, ne extra limites & metas euagentur, dominium sibi in eccllesia arrogantes, & hoc modo ad institutionem à Christo factam, obseruandam coguntur, atq; principum secularium, quos Asotici tantummodo uentris curatores, & suos carnifices faciunt, officium illustratur. Sed neque à ueris Christi ministris, præcipua ministeria auferuntur, doceant illi publicè in templis, administrent sacramenta, una dijudicent controversias religionis. quis enim unquam hœ prohibuit? faciant hæc, sicut haud dubie omnes ueri Christi & Ecclesiæ ministri faciunt hoc sibi diuinitus inlunctum officium: uerum studiū propagandæ doctrinæ coelestis, commune omnibus Christianis, pro sua cuiuscip; uocatione esse affirmamus. Reuiciuntur autem, non Christi sed Antichristi ministri, non ueri sed laruati episcopi, non p̄ij sed imp̄ij Baalitæ, non pastores sed lupi rapaces, ne saeuiant in gregem, à Christo redemptum. Hoc modo, sanitas doctrinæ propheticæ & Apostolicæ conseruantur, nō cum indocti, qui sacras literas ne per transennam quidem unquam uideret, tantum propter locum, ordinem, & nomen ac titulum iudicium sibi de controversiis religionis sumunt, ac reliquos omnes, quia hoc inaniū titulo & larua destituuntur, excludunt: sed cum ex omnibus ordinibus p̄ij uerum sacrarum periti, & docti, atque in eiusmodi rebus exercitati, qui à Spiritu sancto excitantur, donis ad eam rem necessarijs ornati & instruti sunt, siue iam ex infima siue media plebe sint, parum refert. scimus enim Deum personarum respectorem non esse, sicut Amos ex pastoribus Thœcœ, Apostoli ex pescatoribus & publicanis sunt uocati, eliguntur. Et conuelliuntur quidem aliquot seculorum consuetudo, quam per uim & tyrannidem Papales ad stabiliendum suum regnum introduxere: sed quasi postliminiū iure, uera antiquæ & primitiæ ecclesiæ consuetudo, & ius revocantur, atq; ab iniustis possessoribus, qui nullo bono titulo hactenus ea occupauere, repetuntur, & uendicantur.

ANNOTATA IN CAP. XXI.

CVm sua opinione Dominus Petrus pro sua potestate & dominatio-ne planè Papali, pios Principes à cognitione & definitione controuersiarum religionis exclusisset: ne se negligere illos, ac omnino ab eccllesia alienos iudicare Asotici uideantur, sed uel aliquem in ea locum eis concedere, atque aliqua ex parte in ea hærere, infima saltem iudicentur, ad illos pertinere dicit, confiteri fidem, & defendere. Atque hoc modo plurimum olim principes ecclesiis contulisse, cum uel congreganda essent cōelia, uel cōferendū cum hæreticis, aut eorū temeritas cōprimenda: idēc exemplū collationū Augustini probat: dubia uero fidei nūquam definiti, sed ut ab episcopis definirentur, postea quæ ab eis definita erant, potestate sua temporali, ut rata haberentur, egisse. quæ omnia cum iam à nobis sunt refutata, & contrarium probatum, breviter attingemus.

Initio autem, postquam dixisset frater Petrus, Brentium consuetudinem totius ecclæsiae in finiendis dubijs circa doctrinam religionis, ab episcopis & ministris ecclæsiae, & non à principibus, cōuellere: iam addit: Sed nec hic conquiescit, uerum omnium hic tantus innovator, maiora audet, &c. magnum omnium innovatorem uocans Brentium. Ingens hoc cūmen est quod intentat Brentio, quod omnia innovet, consuetudinem scilicet in ecclæsia ab omnibus agnitam. Quod si laudabilis, pia, & sancta sit cōsuetudo, & crimen intentatum probetur, certe morte expiandum erit, si quis temere totam perturbet ecclæsiā Dei, & ea quæ secundum uerbum Dei instituta sunt, mutet. Alias uero consuetu-

*August. epist. 36. l. 6
lib. de du-
ab. animab.*

suetudines Augustinus annos, decrepitas, & diu defensas, atq; creditas falsitates, item ueterinas opiniones uocat: quare sine crimen, imo cum laude etiam, mutare eas possumus.

*contra Ma-
nich. c. 3.*

Ambros. lib. v. Epist. xxix.
Non erubesco cum toto orbe longea couerti. Erubescat senectus que emendare se non potest. Non annorum canicies est laudanda, sed morum, nullus pudor est, ad meliora transire.

Chrysost. in Genes. homil. L vii.

Vbi tantum animae damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Et postea: Vides quomodo non oportet consuetudinem pretexere, sed quod iustum est inquirere? Ecce enim quoniam mala erat haec consuetudo, explosa est, & non licet ulli eam prætexere. Nusquam igitur obsecro consuetudinem inquiramus, sed ubiq; quod utile, & si quid est bonum, etiam si non sit consuetudo, fiat a nobis; & si perniciosum est, etiam si consuetudo sit, fugiamus, & auersemur.

Idem in I. ad Corinth. homil. v. II.

Quidam scriptorum, secundam naturam, consuetudinem appellant, quæ cum in dogmatibus est, longe firmior efficitur. Nam facilius est quidvis aliud mutare quam religionem, & consuetudinis reverentiam.

Neq; uero tam Asoto dolet, quod consuetudo aliquot seculorum mutatur, quam quod Prælatis dominium in ecclesiam & potestas, qua habent abusi sunt, ad ferendas leges pro sua libidine & ad tyrannidem stabilendam in ecclesia auferatur. De hoc eos deiici gradu, valde indignus fraterculus, & uociferatur, Brentum esse omnium innouatorem, perinde ac impius ille idololatra Ahab, qui uenditus erat ad faciendum malum, exclamat contra Heliam, perturbatorem uocas Israelis: sed audit uicissim a Dñi propheta, Non ego turbauis Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti mādata Domini, & sequuti estis Baalim. Ita Brentius nihil in ecclesia Dei piè institutum innouat, sed ea quæ perperā a uobis sunt usurpatæ reperit, & in pristinum locum restituit: & quæ aliquo temporis spacio in ecclesiam perperam per tyrannidem Papisticam sunt introducta, refomat: cumq; eam quam haec tenus exercuere, concedere nolit, innouare omnia, ab ijs qui neq; quid nouum sit, neq; quid uetus intelligunt, dicitur. Sed haec contra calumniam innouationis sufficient hoc loco: superius em copiosius explicantur circa initium huius loci.

Pertinere asserit frater Petrus ad Principes, cōfiteri fidem & defendere, ac impios impietatemq; persequi, qd Donatistæ negauerint. Quod si cōfiteri debent Principes fidem, necesse est ut prius teneant & intelligent eam. Quomodo enim non intellecta profitebuntur? Credidi, inquit David, ideo loquor. Testis non auditur, nisi de ijs quæ certò nouit, uidit, audiuit, & intelligit. Et quomodo in rebus æternam salutē, fidem & religionem concernentibus, confiteri & testari poterunt, nisi de ijs quæ certò cognita & perspecta habent? Quomodo fides illorum confessioni habebitur, qui ea quæ non norunt confitentur? Atqui illi, qui tantum aliorum fidem in causis religionis sequuntur, & non facti prius ex uerbo Dei certiores, aut temerarij sunt, aut omnia dubitante conscientia tanquam opinio-

Dan. 3. nes incertas & dubias dicunt, faciunt, & amplectuntur. Nabuchodonosor cum edictum proponit, de non blasphemando Deo Israëlis, confitens hunc solum uerum esse Deum, re ipsa experimentum cœperat, & ex reuelatione atq; interpretatione somni sui per Danielem facta, & ex stupenda ac miraculosa trium Israëlitarum conseruatione in camino ignis, hunc Deum quem ipsi colebant, solum esse unum & uerum Deum cognoverat.

verat. Quod si p̄ij Principes tantum eam quam antea uerē cognouerunt religionem & fidem confiteri debent, eamq; quam tenent, qua fronte tu monache iudicium illis adimes? Quia scilicet non sunt in ordine sacerdotali, neq; rasi, neq; uncti rancido chrismati oleo? Atqui cognitio causarum religionis, totius est ecclesiae, & singulorum membrorum: ad quam cum Principes p̄ij quoq; pertineant, & nolis uelis pr̄cipua eius pars sint, qua ratione tu eos, impudentissime, à cognitione excludes?

Hoc ne Donatistæ quidem, quos hoc loco accusas, quasi ad Principes fidei negotia referri iniquum iudicauerint, fecerunt. Hi enim et si Episcopos Christianos eo nomine reprehenderent, quod ad defensionem fidei magistratus ciuilis opem implorarent, qui pœnis corporalibus aduersarios cohercerent: tamen iudicium & cognitionem controversiarum eis sua uoce nō solū ademerūt, uerū etiam ab Imperatoribus ut non iudicest tantum darent, petierunt: sed, ut & ipsi cognoscerent, precibus institerunt & usserunt, de quo superius. Hæc cum non ignoret Asotus, & ea patre suæ causæ metuat, quam his exemplis premi uidet, callidè anteueritur, ut illorum auctoritate & interloquitionibus tergiuersationes hæreticorum comprimerentur: & statueretur cuilibet, quid probare deberet, & an hoc, ut oporteret, fecisset, definiretur. Et addit: In illa certè collatione episcoporum catholicorū cum Donatistis cognitor sententiā scripsit, cōfutatos Donatistas à catholicis omnium documentorum manifestatione pronuncians. Quod hoc est delirū anile, tribuere iudici, ut statuat cui libet quid probare debeat, & an hoc ut oportet fecerit, definit, ac sententiam pronunciet, & interim definitionem dubiorum negare? Quæsito enim te bone uir, quomodo Imperator iudicem dare potuit secularem in causis & dubijs fidei ac religionis? Hæc certè cum tuis principijs pugnat. Quomodo item iudex, uel cognitor secularis, & tuo iudicio profanus, qui causa merita ignorat, scire potuit quid cuiq; parti probandum imponere deberet? Quod si maximè hoc ad alterius partis instantiam factum esse diccas, quomodo scire & definire potuit, num rite id sit factum, nec ne, nisi ipse causas quæ controuerbantur intellecterit? Nam si tunc demum iudicex pronunciare & definitiuam ferre sententiam debuisse, si pars altera tacuisse, & se uictam esse professa fuisset: certè cum cōtentiosis uerba nunquam defint, nunquam ita obturari sibi ora passa fuisset, ut non haberet aliquid quod uel in speciem probabile erat. Si uero parti alterutri de uitioria gloriabit, sine iudicio proprio, cognitor fidem habere debuisse, & iuxta hoc pronunciare: quis non intelligit, nunquam fuisse pronunciatum, cum inter hæreticos & uerē pios Christianos nunquam ita conueniat, ut hæretici depositis erroribus, omnes ueram amplectantur sententiam, sed pertinaces in semel concepta hæresi perseverent? Deniq; quid tam affirmare, ostensum esse, principes dubia fidei non definisse? Hæc certè non sunt hominis sanæ mentis, sed amentis, & insanientis, ac furens. Quid enim aliud est definire utra pars de religione concertantium, sum causam, ut oportet, probauerit, ea de re sententiam scribere, & pronunciare, quam fidei dubia definire? Atqui illud fecit cognitor secularis, à Cæsare datus. Quid ergo reliquum est aliud, quam ut non solum, quod pars in eum consentiebat, secundum allegata & probata, ut solet fieri, sententiam scribat, & pronunciet?

An non ridiculum est, tribuere Principib; cognitionem causarum religionis, definitionem, & sententiæ scriptiōnem, ac pronunciationem: & tamen affirmare, ostensum esse, principes dubia fidei non definisse? Hæc certè non sunt hominis sanæ mentis, sed amentis, & insanientis, ac furens. Quid enim aliud est definire utra pars de religione concertantium, sum causam, ut oportet, probauerit, ea de re sententiam scribere, & pronunciare, quam fidei dubia definire? Atqui illud fecit cognitor secularis, à Cæsare datus. Quid ergo reliquum est aliud, quam ut non solum, quod

hactenus egimus, Principes p̄ij in concilio unā sententias dicant definitivas: sed quod multo est amplius, & ex iam recitato exemplo bona consequentia sequitur, de tota causa auditis episcopis pronūciant, & illorum iudicio partes acquiescant. Vides Asote quorsum exemplo à te produceto res redeat? Non ergo Principes seculares tantum ab episcopis definita exequantur, & illorum sint carnifex, dubitante conscientia: sed ipsi causas religionis communes omnibus Christianis, & toti ecclesiæ, in primis uero populorum gubernatoribus, diligenter cognoscant, & priuatim & publicè unā cum alijs p̄ijs & doctis, quam agnouere uerē piam doctrinā, amplectantur, suis proponi carent, eam omni studio defendāt, & blasphemos seueriter poenis cohercent. Hęc officia Deo grata sunt, & à sua functione non aliena, nec noua, sed ueteri ecclesiæ usitata.

ANNOTATA IN CAP. XXII.

Lib. 5. cap.

Hoc capite frater Petrus exemplum Imperatoris Theodosii in histo-
ria Tripart. descriptum, & à Brentio pro confirmatione suae sententie
in medium allatum, uarijs glossis explicandum ut ipse quidem profitetur,
sed ut ego uerius iudico obscurandum, imò potius corrigendum suscipit.
Theodosius enim Imperator cōuocauerat in suam aulam orthodoxos, Ar-
rianos, Eunomianos, & Macedonianos Episcopos: & accepto cutulq; do-
gmati scripto, scorsim Deum impense orat, ut se ad eligendam ueritatem
adiuuet. Deindi lecto cuiusq; dogmatis scripto, reliqua omnia, tanquam
separationē sanctę Triadis inducentia, reprehendit, ac rumpit: solum uero
quod homousianam fidem continebat, laudat, & amplexitur.

Quae cum aperta, certa, & manifesta sint, ut neque colore ullo, præte-
textu quæsito, aut glossemate eludi possint, dictu mirum est, in quas se
uertat formas, quas querat latebras, quas interpretationes, quas commi-
niscatur, opiniones, quę sophismata, quibus aperte ueritati tenebris indu-
cat, eamq; inuoluat, uel eludat. Tandem frustra defatigatus, cum totius rhe-
toricę præsidio nihil strophis suis consequi se posse uideat, eō defugit ut fa-
ctum hoc Theodosii, quo se iudicem cōtrouersiarum religionis, & dubio-
rum fidei constituit, tanquam superioritati, & auctoritati, atque potestati
suorum Prælatorum in præiudicium uergens, accuset, & damnet, corri-
gendum esse dicens.

Denique dicit Brentum libenter, si inueniri possent, antiquitatis testi-
monia pro se adducturum fuisse: quippe qui diligenter quæsuerit, unde
uideretur etiam aliquid probasse. Sed in tanta multitudine historiarum ec-
clesiasticarum, solum hoc uerbulum inuenire potuisse, unde aliqua ueris-
titudine, sed falsa, persuadere posset, quod tam constanter & confiden-
ter affixmet, cum omnia quæ historijs prodita sunt de hac re, manifeste
contrarium ostendant. Quām uera hęc sint, quæ postremò hic ex Asoto

Supra cap.

recitauimus, superius copiose & prolixè cùm argumentis ex sacra scriptu-
ra tum exemplis ex eadem, similiter & historia ecclesiæ plurimis, addu-
ctis, planum fecimus, & demonstrauimus. Et quidem plura illuc sunt pro-
lata exempla, quām Asotus cupiat. Neq; si nullum, uel unum tantum, aut
alterum reperi possent, ex illa consuetudine, ius eslet faciendum, & do-
minum ac tyrannis Papistica stabilienda. Sed certa sunt, quæ à nobis
eo in loco sunt dicta.

Videamus ergo nugas Asoticas, quibus exēplum hoc Theodosii præ-
stigiator eludere conatur. Et primum quidem, uralde male habet hominē,
quod Brentius dicit, Imperatorem episcopos tanquam seruos ad se in au-
lā uocasse, sicut hactenus quoque audiuimus superioritatis suorum pre-
latorum patronum strenuum molestē tulisse, & quasi probrum accepisse,
serui appellationem in Prælatis. Hic dicit, id Brentium de suo assumere.
Et quid

Et quod uenerint ab Imperatore uocati, non seruitutis, & subiectionis, sed necessitatis fuisse, quia nouerint potestati temporali & gladio deferendum esse huc honorem. Quid audio Asote, Prælati tui ergo & episcopo pilimperatorum serui non sunt. quid igitur, Dominis Atqui Paulus, eleatum illud Dei organon, & qui plus se laborasse dicit omnibus reliquis Apostolis, se suosq; collegas, seruos uocare non deditur. Et quod Asotus dicit, potestati temporali & gladio deferendum esse hunc honorem, hoc uere seruitutis est, & subiectionis. Christus saluator noster dulcissimus similiter non dominos emittit Apostolos, & legatos suos, sed omnium seruos. Quale ergo hoc hominum genus, quos tu prælatos uocas, & successores Apostolorum, & tamen seruos esse negas? Monstra certe erunt in ecclesia. Nam quemadmodum in reru natura, cum indiuividu aliud à sua speciei forma, & figura uariat & degenerat, monstrum est, & dicitur: ita hi noui in ecclesia prelati, qui Apostolorum se successores esse gloriantur, cum ab eis degenerarint, & serui esse nolint, certe monstra sunt in ecclesia Dei. Veri Apostoli, & *γένοις* eorum successores, certe ecclesie & singulorum eius membrorum serui sunt, non nomine tantum, ut maledictus ille, qui seruorum seruum se scribit, cum interea Rex sit regum, & Dominus dominantium: sed re ipsa. Quod si infimorum etiam in ecclesia serui sunt, quanto magis supremæ maiestatis, cui etiam alias ex necessitate omnibus episcopis quoque, obtemperandum est? Quod igitur episcopi ab Imperatore uocati, ueniunt, & necessitatis est & subiectionis, atque seruitutis: aut si ita placet, emanent. Certè & episcopos & Prælatos omnes potestati sublimiori subiectos esse debere ppter Dei ordinationem, ex Apostolica doctrina certum est, & uiolari conscientiam inobedientia, Paulus author est. Verum Prælatorum Asoticorum con-

Rom. 13.

scientia non uiolatur inobedientia erga magistratum, quia conscientiam forte non habent, aut si habent, tamen immunes sunt, & priuilegiati, atq; ab omnium obedientia exempti, & immunes, nec legibus tenentur.

Deinde, ubi Socrates dicit, Imperatorem cuiuscq; dogmatis scripta legisse, addit Brentius, & expedit ea summo studio. Hæc Asotus cauillatur dicens, eum omnia ex suo in extrema trahere: nec hoc cōtentus fraterculus, insuper addit, Merito queram ab eo, quomodo expendit, num ut iudex doctrinæ, cōsulens loca omnia scripturæ, & disputationes quam plurimas, circa illa perlegens? Certè ad hoc longo tempore, & multo studio opus habebat, quod tunc Imperatorem constat non habuisse.

Quid ergo Asote, nunquid tu obiter Imperatorem, rem tantam insperisse dices, & in alterum extremorum omnia trahes? Sed longo tempore, & multo studio opus habebat, quod tunc Imperatorem constat non habuisse? Quis hoc tibi significauit Asote, num interfueristi, aut te Imperator in consilium adhibuit? Quid si ex te uicissim queram, unde tu conieculum facias, quod non summo studio expenderit? Quid autem, si tibi fidem ex ipsis Imperatoris uerbis faciam, quod non obiter, nec negligenter, ut tu, tuiq; Prælati, sacra tractauerit, sed summo studio: an & tunc nihilominus dices, Brentum omnia in extrema trahere, aut Imperatorem tempore destitutum? Audiamus itaq; Imperatorem ipsum suam diligentia, operam, & studiū quod in religionis causas posuit, prædicantem.

Imp. Theodosius, & Valentinianus, Cyrillo.

*Extat hec
epistola a-
pud Cyril.*

In regnum itaq; à Deo constituti, & cōnexio pietatis ac prosperitatis subditorum existētes societatem horū perpetuō indiuisam custodimus

Aaa 2 ac pro-

ac prouidentia nostra pacem inter homines procurantes, haec tenus quidem reipublice augendae ministramus: per omnia uero subditis, ut ita dicamus, seruientes, ut piè uiuant, & conuersentur, sicut pios decet, adornamus, VTRIVSQUE VT CONVENIT CVRAM GERENTES. Neg enim fieri potest, ut alteri studentes, non similiter & alterius curam geramus, PRAE CAETERIS IN HOC INCUMBIMVS, VT ECCLESIA STASTICVS STATVS, & qui Deum deceat, & nostris temporibus conueniat, firmus permaneat, tranquillitatemque ex omniū consensu retineat: sitque per ecclesiasticarum rerum pacem, quietus, & pia religio seruetur irreprehensibilis: eorumque uita qui ad clericatum & magnum sacerdotium delecti sunt, ab omni culpa libera.

Ex his apparet, Theodosium religionis studium omnibus rebus humanis prætulisse: & præ caeteris, ut ipse testatur, in hoc incubuisse, ut floreret ecclesia, & religio incorrupta conseruaretur. Habes ergo Asote incredule, nō Brentium omnia in extrema trahere, sed Imperatorem ipsum hoc affirmare: & te negare secularibus Principibus, quod in tuis Pilatis non uides. Quod uero querit Asotus, num ut iudex doctrinæ cognoverit diuersas circa fidem opiniones? Certè aliud responderemus non pollum quam quod Socrates scribit, quod & legerit cuiuscumque dogmatis scripta, & elegerit ipse, diuino adiutus auxilio, quod anteā implorauerat ardenter & simis uotis & pijs gemitisbus ueritatem, & suo iudicio reprehenderit & damnarit haereses, cum uera fide pugnantes.

Sed non tantum sibi arrogauit iudicij Imperator, obiicit Asotus, qui antea ignorauit, quæ esset differentia sacerdotis, & Imperatoris, donec ab Ambrosio edictus esset, qui eum ad templi interiora, in quibus separatim sacerdotes stabant, noluist intromittere. Et fuit Theodosius uir misericordis, totus bellicis rebus occupatus: quomodo igitur posset de mysteriis fidei difficilimis sensum scripturæ penetrare? An nō te tandem Asote harum nugarum & tenuium cauillationum pudet, & tædet?

Non disputamus de Ambrosii facto, quo subinde delectantur, & setti tillant prælati isti Asotici, qui suo iudicio Imperatorem excōmunicavit, deinde absolutū extra cancellos consistere uoluit, quo tamen à Constantiopolitano patriarcha inuitabatur. Nec opus erat mensis, multo minus annnis spacio, donec differentiam illam disceret: sed statim ex ipso Ambrosii facto animaduertit magnitudinem animi in Ambrosio, quod uere esset episcopus. Quantum uero somnium illud Asotū ualeat, quod quia Theodosius bellicis rebus fiterit occupatus, ideo religionis studio vacare non potuerit: ex epistola ipsius Imperatoris ad Cyrrillum, facile possumus colligere. Et mirum est, quod bonus iste fraterculus ad confirmandum discrimen inter Reges & sacerdotes, non etiam locum illum sacræ scripturæ adduxerit, ubi David templum ædificare prohibetur, quia uir bellator multum sanguinis effuderit, unde multo melius argumētari potuisset frater Petrus, quod si non licuit illi templum ædificare, quia dux bellī, multum sanguinis effudit: quanto minus Imperatores, Reges, & principes causas religionis, que multo maioris sunt momenti, quam templo ex lapidibus extructa, tractare poterunt? Quod si illi omnes qui bellis occupantur gerendis impediuntur quo minus scripturæ mysteria penetrare possint, & à iudicio eam ob causam arcendi: ubi Asote manebūt pontifices Romani, qui perpetuò bellis gerendis sunt occupati: ubi epis copi, & Cardinales, sanctissimi patres, qui prouincias, ditiones, duca tus, principatus, & ciuitates administrant? Et qui fit, quod hi non impedian-

impediantur? Vides ergo quām friuola sint quāe singis, & quām omnia in tuos nullo negocio uerissimē retorqueri possint. Aut cede igitur de loco, & sententiam hanc impugnare cessā: aut meliora & firmiora affer, nisi explodī malis, & ab omnibus pueris etiā rideri monache. certē Imperator nihil hic à suo officio alienum fecit, nec aliud quām quod ante ipsum Constantinus, qui causam Donatistarum ipse cognouit: aut ludices, & cognitores ab Imperatoribus misi, de quibus cap. præcedenti & cap. XI. suprà.

At non suum sequutus esse iudicium, ab Asoto dicitur, sed Niceni cōclū: hoc curauit, ut agnosceret: quorum scripta illi concilio consentiebant, & illa probauit, in quo sciebat certam esse regulam fidei, firmatam etiam legib⁹ suorum antecessorum.

Parum memor es, Domine Petre instituti. non enim quæstio in hoc versatur, unde iudicauerit Theodosius: sed utrum omnino definierit, & sibi in causis fidei iudicandi autoritatem sumpserit. Hoc tu impugnandum susceperas. sed iam à Socrate eò deductus es, ut fatearis sponte Imperatorem iudicasse. dicas enim cognouisse, quæ scripta concilio Niceno consenserint, & illa ab eo esse probata. Quero itaq; ex te Asote, num ista collatio scriptorum, cum Niceni concili⁹ decretis, fieri sine iudicio potuerit? Quod cum absurdum sit affirmare, iam per te lis est direpta, undecimq; iudicauerit Imperator. certē iudex fuit doctrinæ, & scripta cum Niceno concilio pugnantia reprehendit, & rupit: orthodoxorum uero, ut consonum fidei, solum laudavit, & amplexus est.

Hoc intelligit bonus iste fraterculus: ideo cum se frustra in explicatione uaria laborare uideat, tandem ad reprehensionē huius facti uertitur. Corrigendum hoc esse in Theodosio, plurimum principum & conciliorum auctoritate, quæ omnia contrarium ostendant. De quibus superius cap. XI. abunde sati, ubi falsitas Asoti detecta est. Quod etiā Nicenum cōcilium, certam fidei regulam esse dicit: sciat Asotus non nobis tanti esse conciliorum autoritatem, ut propter illorum determinacionem, fidei articulos credamus, & recipiamus: alias enim fides nostra ualde intimo niteretur fundamento: sed quia hæc ex sacris literis nobis p̄bare potuerunt & definire. Scriptura enim sacra prophetica & Apostolica, norma est infallibilis, & regula firmissima, iuxtam quam omnia dogmata dijudicanda. qua de re plura inferius.

A N N O T A T A I N C A P. X X I I I.

Evripides, simplicem ueritatis esse orationem affirmat, nec uolla opus est arte: uera enim ueris consonant. Mendacium uero etsi studiose tegatur & pallietur, tandem tamē seipsum prodit, & turpitudinem suam omnibus conspiciendam præbet. Id quoque hoc capite apparent. Nam superius, quantis uiribus potuit, non solum à docendi munere, cūm alios omnes qui in ordine sacerdotali non sunt, nec characterem bestiæ in-deleibilem habent, tum præcipue principes pios sua opinione deiecit Asotus: uerum etiam religionis curam ad ipsos pertinere pernegauit. Et quod amplius est, hanc esse præsentissimam perniciem dixit. Recitat enim eo in loco ex Brentij peroratione hanc sententiam, ubi dicit: Meminerint principes esse sui officij, non ut politica tantum current: sed in hoc quoq; incubant, ut & ipsi cognoscāt, quæ sit uerē pia ac efficax doctrina ad salutem: & quam cognoverūt, in ecclesiis suarum regionum summa qua possunt opera instituant, & conseruent. quibus addit Asotus: Hæc sunt noua Brentij adiuuenta, quæ non opus est impugnare: quia seipsa

suprà cap.

6.

Aaa 3 manife-

manifeste destruunt. & perniciē ipsa sunt præsentissima & manifestissima, & spiritualis, & temporalis boni totius Christianæ reipublicæ, perpetuam enim diuisionem in regno Christi afferunt.

Et cap. 9. supra: Meritò nullum agnoscimus prædicatorem preter hos quos Christus misit, & eos qui in hoc ordine ipsis succedunt ab eis descendentes.

Cap. 10. Nullum audimus nisi per hoc ostium intrantem, scilicet per ordinem papisticum sacerdotalem.

Item cap. 11. Meritò sententiam hanc Brentij nihil uel probabile, uel uerisimile habere, ex ipsa Christi institutione constat. Ostendat Brentius, ubi Christus potestatem Euangelium prædicandi secularibus Principibus dederit: ostendat si aliquando dictum est eis, Docete omnes gentes: quod si hæc affirmans meritò irrideri potest, &c.

Audiamus itaq; iam, quæm pulchrè ea quæ hoc cap. dicit frater Petrus, cum ijs, quæ recitauimus consentiant, videbimus summam contrarietatem, quod ex diametro pugnant. Enumeratis enim exemplis piorum regum Iuda, Dauidis, Salomonis, Ezechiæ, Iosaphat, Iosia, &c. quæ Brentius pro confirmatione suæ sententiæ adduxerat, nō modò eos docuisse concedit, sed exoptat etiamnum dari tales Principes, inquiens: Atq; utnam catholicos Principes tanto zelo ardentes nobis mitteret Deus, ut sicut Rex Iosias, cōgregato populo legem Dei ipsi exponerent, ipsi exhortarentur ad eam seruandam in toto corde, &c. Hoc quoque à cunctis inferioribus Principibus fieri posse affirmat: Doceat, inquiens quilibet, & exhorte filios suos, familiam, & domesticos, subditos etiam & populos. quis unquam hæc prohibuit? Hæc enim omnium sunt, ab omnibus fieri possunt, iuxta captum cuique proprium: ad illa non opus est aut magna scripturæ sacræ scientia, aut difficultum locorum studio, nec eruditione quidem. Inuitus quidem huc & quasi ui, perspicuitate ue ritatis tractus, descendit, quod hoc capite demonstrabimus. Estq; hæc confessio non spontanea, sed ui extorta.

Exponere legem Dei congregato populo, cōcedit Principibus, id à Deo dari exoptat, tunc fœlicem fore rempublicam Christianam significans. quid enim aliud uotum sancti & catholici viri sibi uult? Atquisuperius dixeras, hæc esse noua Brentij adiuventa, & perniciē ipsam præsentissimam & manifestissimam, & spiritualis & temporalis totius boni Christianæ reipublicæ, quæ perpetuam diuisionem in regno Christi afferant: Iam docere non solum Principibus concedis, sed etiam inferioribus, Doceat quilibet, dicens. quis unquam hæc prohibuit? Quætis, quis prohibuerit? An non tu ipse dicens, Nullum agnoscimus, nullum auditum prædicatorem, præter illos qui in hoc ordine succedunt. Item, Hæc perniciē ipsam presentissimā & manifestam, & spiritualis & temporalis totius boni Christianæ reipublicæ esse, quæ perpetuam diuisionem in regno Christi afferat. Hic dicit, Itaq; sana & catholica fides nec Principes, nec priuatos excludit à negocijs religionis, nō à cura & sollicitudine propagâdē & promouendē pietatis: sicut nō eximit à studio, & meditatio ne diuinæ legis, confessione q̄ fidei, nec opus erat Brentio id multis ageta nobiscum, qui nihil horum negamus. An non tu mendacissime rabula, cum Brentius dixisset, ad Principum officium pertinere, non ut politica tantum current, sed in hoc quoque incumbant, ut cognoscant quæ sit uerè pia ac efficax doctrina ad salutem: & quam cognoverunt, in ecclesiis suarum regionum summa qua possunt opera instituant, & conseruent:

seruent: haec esse noua Brentij adiuventa, & perniciem præsentissimam, adeoque omnia haec negasti uerbis atrocissimis: iam uero nihil horum tenegare affiras. Quid est uertigo, quid contrarietas, si haec non est?

Sed quid dico Petrum de Soto in hoc capite ijs quæ superius scripsit contraria habere, quæ iam sunt demonstrata, recitatis bona fide uerbis ipsius: etiam secum in hoc eodem capite, in quo se nihil horum negare affirmat, maximè pugnat, omnis generis *iniquitas* querens, & diuerticula, ne exempla haec concedere cogat, q Principes populos docuerint, uel quod docere ad ipsorum officium pertineat. Iam enim dicit, Haec ad ueterem legem pertinebant, quæ solum umbra erant nostrorum, quæ longè sunt explicatoria. Iam forte in lege ueteri, ubi non tam spiritualia erant ministeria quam nunc, nō erat tanta distantia, scilicet inter duo haec officia Regum & Principum ac sacerdotum. Item fieri potuit ut ipsi Principes, sacerdotes essent, &c.

Vide quam uarias & uanas uanus homo sectetur conjecturas, ut testi moniorum pondera eludat & eleuet: cum tamen profiteatur se nihil homum negare?

Initio dicit, Nec tamen Principes missi sunt à rege ad docendum. Vix 2. *Pard. 17.*
mente concipere possum impudentiam, impietatem, audacem & manefestam uerbi Dei, & oraculorum Spiritus sancti depravationem in Asoto, qui apertam scripturam sacram blasphemè inuertere audet, quod uix diabolum facere quis credat: ita enim habetur in sacra scriptura: Tertio autem anno regni sui misit (Iosaphat) de Principibus suis Benail & Abdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Micheam, ut docerent in ciuitatibus Iuda. Vbi Spiritus sanctus testatur, missos Principes ut docerent, Asotus dicit, Nec tamen missi sunt Principes à Rege, ut docerent: quod affirmat Spiritus sanctus manifestè, id negat Asotus aperte, inuertens orationem, & ex affirmativa facit negativam: cumq illud à Spiritu sancto scriptum sit, à quo spiritu haec proferantur, non est obscurum. Quid faciemus eiusmodi homini? Certe dignus non est, cui uel in minimo credatur. Vident ipsi Prælati Asotici qualem habeant defensorem, qui scilicet scripturam manifestam non negare tantum audeat, sed plane inuertere, & Spiritum sanctum mendaci arguere. horresco considerans excærationem & indurationem hominis, in quam iusto Dei iudicio traditus est. Sed quid uos capita & columnæ Ecclesiae ad haec? Vobis cura religionis est demandata: hanc nemini, authore Asoto, concedere uultis. Liceret ne uobis iudicibus impunè blasphemare Spiritum sanctum? Certe faciens & consentiens eadem poena digni sunt, uidete igitur quid faciat. Cumq nimis manifestum hoc esse mendacium, imò blasphemiam ipse intelligeret, glossam querit, dicens, Docebantq, inquit scriptura, populum in Iuda. Qui, nisi Leuitæ & sacerdotes? Sed neq huic glosse tutò inniti audet, uidet enim nimis esse fruolam & frigidam, ideo addit: Aut si mauis mordicus literæ adhærere, Principes hoc fecerunt, non tam sine illis. Vtricq igitur hoc agebant, Principes iuxta gradum suum & sacerdotes atq Leuitæ, iuxta suos. Principes ergo per illos, quibus fauebant, regio mandato. Quando Asote ex Iudaea rediisti? interfuisti ne & uidisti Principes assistentes tanquam *καφε πρόσωπα*, ut tam certò de re tanta, sine scripturæ autoritate, imò contra ipsam sacram scripturam testari & pronunciare ausis? Atqui certior multo nobis est testis Spiritus sanctus, qui de Principibus dicit, quod ad hoc à Rege sicut missi, ut docerent in ciuitatibus Iuda. Quod ne accipias figuratè

esse dictum, propriè uero ad Leuitas & sacerdotes pertinere. Deinde ubi Leuitarum & sacerdotum mentionem facit, eos quoque docuisse scribitur, & reperitur id quod antea de Principibus, eorum officio & legatione erat dictum. Ita ut ex textu appareat, Princes non multas fuisse personas, sed loquitos fuisse: non mandato tantum regio illis fauisse & astitisse propter maiorem autoritatem, quod ipsum non negamus: sed id addimus, quod scriptum est, ad hoc & ipsos à Rege missos, ut docerent in ciuitatibus Iuda.

Tertio, adhuc non est certus de sua facta & mendaci sententia, nec locum inuenit (licet diligentissime querat latebras) in quo tuto conquiscere possit. Forte, inquit, in lege ueteri, ubi non tam spiritualia erant ministeria, quam nunc, non erat tanta distantia, intellige inter Principum & sacerdotum officia. Quid si ego econtra dicam Aselle, forte fuit maior in lege ueteri distantia: de ministeriorum spiritualitate iam nihil dico, quod ad rem praesentem nihil faciat, num in ueteri lege uel noua, ut tuo more loquar, magis sint spiritualia ministeria, an uero utробiq; paria: sed tantum de officiorum differentia. Scimus enim in ueteri Testamento electam fuisse & destinatam ad sacrorum tractationem, solam tribum Leuiticam, nec fas cuiquam alij fuisse ea attingere. In novo uero Testamento omnes & singuli ius habemus (sumus enim regale sacerdotium, uocati ut uirtutes Dei annunciemus) licet publicum docendi munus in Ecclesia propter ordinem, certis quibusdam demandetur.

Quarto adhuc uagus & mobilis est Cain, in nullo certo loco consistere potens: ideo tandem, ut officium docendi, quod commune hoc capite omnibus esse dicit, solis suis ratis & uncis sacrificulis & Praelatis, quo tamen nihil minus exoptant, uendicet, ait: Fieri potuit, ut ipsi Principes sacerdotes essent. Quanti Asote hoc redimeres, ut certo ex scriptura confirmare posse: Nam id quod in Lege ueteri fuere Principes sacerdotum, id in noua lege sunt Episcopi, qui in locum & ordinem illorum successere. Hinc optimè sequeretur, si hi fuissent Principes sacerdotum, & Episcopos esse Principes spirituales, & ad hos solos causas religionis, doctrinae studium, uisitationem Ecclesiarum & dogmatum disputationem, hoc exemplo pertinere. Quod si negem, fraterculi, Principes fuisse sacerdotes, certe tibi id probandum erit: qui licet dubitanter id non quidem asserere audes, sed coniugere & diuinare cupis.

Ego uero tibi confirmare ausim, fieri non potuisse, ut Principes ipsi sacerdotes essent: nec uanis coniecturis adducor, sed scripturæ auctoritate. Hic enim tres ordines legatorum à Rege in totam Iudeam emituntur diversarum conditionum. Primo loco numerantur Principes, & de his scribitur, quod missi sunt, ut docerent in ciuitatibus Iuda. Secundus ordo fuit Leuitarum, qui nominatim, sicut antea Principes, recitantur. Tertius fuit sacerdotum. hi duo posteriores coniunguntur ipsi, & dicitur de his quoque quod docuerint, habentes secum librum Legis diuinæ. Separatim igitur mentio fit Principum, separatim Leuitarum, separatim & sacerdotum: & tamen principibus quoque tribuitur, quod docuerint, immo ad hoc missi esse scribuntur, id est primo loco. præterea & alia nomina sunt Principum, alia Leuitarum, alia sacerdotum: recitantur enim propria singulorum nomina. Quod si Principes quoque fuissent sacerdotes, uel non fuissent à sacerdotibus separati, uel dignitas sacerdo-

sacerdotalis adscripta fuisset. Et quod dictu mirum est, ipse se mendacij arguit. anteā enim negauerat, Principes uel docuisse, uel ad docendum missos esse; iam uero fatetur eos docuisse, quia forte sacerdotes fuerint, &c.

Sed priusquam pergam, non oscitanter prætereundum est, quod scriptura addit, sicut commemoratum est, Habentes librum Legis Domini: ut manifestum sit, quod etiamsi omnes sacerdotes fuissent (quod falsum esse probauimus) tamen non docuissent suas traditio-nes non scriptas, quales Ecclesiæ Asotici obtrudunt, sed legem Do-minis scriptam.

Postremo ad id consurgit, ut quantumvis iniuitus concedere cogatur, non Principibus modò, sed etiam quibuslibet inferioribus docendum esse priuatim & publicè, familiam, subditos & populos exemplo pio-rum Regum & Principum iuda: tamen hinc sequi neget, nec legi, uel illos ipsos Reges dubia & incerta aliqua religionis definisse, nec Da-uidem quidem, nec Salomonem, quamuis Propheticō spiritu prædi-tos, uel alios principes seculares dubia fidei & controuerrias religionis posse dijudicare, addita ratione: Quia dubia fidei & difficultas soluere & in eis statuere certum, res ipsa ostendat quām sit paucorum: quanta ad id necessaria eruditio, & attentio animi: & quod primum omnium est, humilitas & mentis puritas, propter quod illud Pauli saluberrimè audia-tur in Ecclesia, non plus sapere quām oportet, sed unicuique secundum quod Deus diuinit mensuram fidei.

Non longè petenda est horum solutio, sed ex illo ipso Asoti scripto, & loco hoc secundo. Superius enim dixit, Ecclesiam, iudicium de dogmatibus merito sibi sumere. Et sequenti capite, Agnoscentibus semper omnibus, rem fidei conuenienter non posse tractari priuatim apud aliquem, aut etiam multos, sed omnium, ad quas fides pertinet, Ecclesiarum communi consensu. Item, capite 10. iudicium de dogma-tibus, illis competere, quibus est commissa doctrina.

Iam igitur responde Asote, num pios Principes ad Ecclesiam filij Dei pertinere existimes? Nec te adeò iniquum esse Principum ordinis arbitror, licet plurima contumeliosa & non ferenda in eum dixeris, ut uel totum ordinem, uel si non ordinem, singulas eius personas ab Ec-clesia alienas esse, præsertim cum nobis non de quibuslibet principi-bus, sed de pijs sermo sit, iudicare possis.

Quod si pios Principes Ecclesiæ membra esse concedis, eumq; ordi-nem Deo probari, porrò ad Ecclesiam totam, omnesq; ordines, iudi-cium de dogmatibus pertineat, qua ratione iam pios Principes exclu-des, ne una fidei ambigua dijudicent?

Item, si ad illos pertinet iudicium de dogmatibus, ad quos docere, hoc autem & Principibus & alijs quibuslibet concedas: certe & illud alterum sequetur, ut à iudicio de dogmatibus Principes & alios ordi-nes excludere nequeas, quos ad docendum clementer admisisti.

Sed non omnibus, quibus doctrina commissa est, iudicium hoc de dogmatibus competere ualeat, inquit Asotus, sed summis tantum. Et hoc capite, paucorum est. Nam ad hoc necessaria est eruditio, lectio, ^{sup. ca. 10.} attentio animi, humilitas, & mentis puritas. Et nemo plus debet sa-pe-re quām oportet, sed unicuique secundum quod Deus diuinit mensuram fidei;

Nec

Nec nos, bone uir, singulos admittendos esse dicimus, sed ex omnibus ordinibus excellentissimos, & ad hoc instructos. Num uero cuius Prælati omnes & singuli tales sint, quales hoc loco requiri, ipse uideris, quanta eruditione, humilitate, & mentis puritate sint instructi. Sed bene habet quod ex Paulo afferit locum, ubi non ordinis respectus habendus in electione personarum ad iudicia dogmatum dicitur: sed pro ratione donorum Dei, eligendos esse idoneos, secundum quod, inquit Paulus, Deus diuisit mensuram fidei. Constat autem, uaria esse Spiritus sancti dona: nec illa secundum ordinem, aut loci prærogatiuam distribui. Non enim alligatus est Spiritus sanctus ad ordinem, locum, aut personarum externas larvas: sed liberrime datur a Deo, cuicunque uisum est, dividens singulis prout uult: quemadmodum cum hic, tum aliibi Paulus testatur. Alij, inquit, discretio spirituum. Item, Cæteri diuident. Quod si sedenti fuerit reuelatum, taceat prior.

Quæ cum ita habeant Asoe, nulla ratione pios Principes, & ab eis missos, doctos uiros, & bonos, a dogmatum & dubiorum fidei iudicatione excludere poteris: sed tuo calculo iam admittendos esse censes, & uel aliqua ex parte illos hærere permittes.

Quam uero apertum mendacium sit, quod Dauidem dubia fidei definiisse negat, manifestius est, quam ut multis opus sit. Quid enim in plerisq; Psalmis aliud agit, quam quod Doctores falsitatis arguit: At qui reprehensio falsæ doctrinæ nunquid sine iudicio & definitione fieri potest aut debet? Quare toties dubia definit Dauid, quoties reprehendit & damnat falsos doctores. Et ut uno Psalmo id demonstrem, Christus ipse ex Psalmo 110. falsitatis arguit opinionem Pharisaorum de se, quod non tantum sit filius Dauid, sed etiam Dei, qui est summus nostræ fidei articulus.

Et cum monachus sis, atque Psalterium memoriter teneas, legas & cantilles quotidie, nolo tibi Psalmos istos præscribere, ne laborem frustra suscipiam: nisi forte ita legas Psalterium, quemadmodum tuę Nonnæ: quod uerissimile est, cum Dauidem dubia definiti neges.

ANNOTATA IN CAP. XXXIII.

Hoc caput Asoi nihil nisi meras habet calumnias, ab authore exco perturbator exosus reddatur, sed totum doctrinæ genus suspectum faciat, confictis periculis, quæ professoribus eius inde emergant. Et ut opus fraterculi crescat, ne obscurus in angulo sui monasterij & inglorius delitescat, eadem iam tertio repetit, quod sibi uictoriam & applausum hinc suorum polliceatur. Nam & in præfatione huius sue Defensionis, & deinde cap. 7. huius loci secundi, haec eadem si non omnia, tamen præcipua pleraque tractauit. Quare nisi sibi hoc argumentum palmarium putaret, nunquam toties Lectori molestus esset, subinde eadem chorda oberrans. Quare ueniam nobis dabit Lector, si secundum sapientem, stulto iuxta stulticiam suam responderimus, ne sibi sapere uideatur.

Initio autem ualde atrociter, tanquam nimium suo iudicio fidentem Brentium, & tanquam seditionis dogma accusat, quod dixerat, ad omnines pios pertinere confessionem fidei & detestationem errorum, omnesq; ad id obliget: uerba Brentij referens, eiusq; probationem, Omnibus, inquit,

Inquit, dicitur illud Ioannis, Nolite omni spiritui credere. & illud Pauli: Si angelus de cœlo, &c. Hoc uero sine iudicio, & quidem proprio, fieri non potest, nec licet alienæ sententiaæ inhærcere sine proprio iudicio. Quod si hæc Asote displicet, aut cum scriptura sacra pugnare uidentur, eur non respondes & refutas? Atqui nihil aliud Brentius dicit, quam quod ante ipsum duo summi Apostoli: immo ipse tu, qui tanquam absurdam recitas hanc sententiam, superius eadem propemodū iisdem uerbis affirmasti, pertinet, inquiens, ad Principes confiteri & defendere fidem. Sed proprium iudicium Asoto displicet & temerarium uideatur, quod fides non habetur zelosis patribus, & fraterculis cæcis, & cæcorum ducibus. Ideo addit, Nunc audiamus quid inferat ex his principijs. Non tantum ad uniuersam Ecclesiam, uerum etiam ad unumquemuis hominem priuatum, qui est Ecclesiæ membrum, pertinet de doctrina religionis iudicare. Hinc fraterculus dicit, sic sibi Brentium esse contrarium, ut uniuersam Ecclesiam confundat, quia uelit quemlibet in rebus dubijs fidei suum sequi iudicium, ut nulla alia sit fidei unitatis ratio, sed quisque quod sibi uidebitur, id sequatur. Vide sycophantam & calumniatorem. nequaquam enim Brentius uult aut dicit, unicuique quod sibi uideatur, sequendum: sed omnibus ex æquo sacram scripturam proponit, hanc esse affirmat Lydium lapidem & regulam ac normam ad quam omnia dogmata sint examinanda & probanda: hinc uult de dogmatibus iudicium nos facere. Hanc sententiam quæ nihil habet absurdum aut incommodum, sed ex media scripture desumpta est, inuerit ueterator & deprauat, ut dicat Brentium docere, ut quisque quod sibi uideatur, id sequatur. Hoc à patre suo, authore mendacijs, qui inde Diabolus dicitur, quod omnia uerba & facta Dei calumnietur, monachus didicit. Cumq; hoc dicas Brentius quod veritas habet, tam grande est piaculum, ut mirum non esset, si totus orbis Christianus corrueret, id quod in sequentibus docet Asotus, nec ullo sacrificio expiari potest, ne quidem si omnes monachi & sacrificuli, qui in toto orbe sunt, una die in Missa corpus Christi Deo pro ipso offerrent. Cum uero Panormitanus hoc idem, & amplius hoc, prior dixerit, ueniale est, nec quisquam contradicit. Hic enim affirms, plus esse credendum uni priuato fideli, quam toti concilio & Papæ, si melioribus rationibus moueatur.

Quid enim Asote, nunquid ita credendum & inhærendum est alterius sententiaæ, ut nos tanquam stipites trahamur & sequamur alios, quod eunque tandem sentiant, & doceant? Quid si ipse Episcopus, Doctor vel Pastor sit pseudopropheta & lupus? Certe neque Episcopi, neq; quisquam aliis in iudicio coram tribunali Dei, pro nobis respondebunt, aut poenas seductionis pro seductis sustinebunt: neque in agone & luctu conscientia homines consistere possunt, aut nisi firmiter, uel in hære te aliorum sententiaæ, nisi ex uerbo Dei persuasum habeant certa & indubitate esse Dei oracula, quibus fides nitatur: nulla pax, nulla tranquillitas conscientia esse potest, si hominum opinionibus regamur, & omni uento doctrinæ agitemur. proprium igitur accedit iudicium ex uerbo Dei formatum, quo certiores de via salutis reddamur. Deinde quod garrit garulus & loquaculus fraterculus, hoc modo per Brētium auctoritatem Principum, cuius tamē acerrimus sit defensor, sic destrui & euerti, ut nihil in ea integrum relinquatur: quia nisi subditi proprio iudicio consentiant, non teneantur illorum sententiaæ inhærcere, sed pro solo suo iudicio rejice posse, ex eadem officina prodit, qua illud prius. Neque enim usquam hoc Brentius dixit, neque ex eius dictis hoc sequitur. Scripturas sacras nos sequi iubet, & inde formare iudicium. Quod si quis meliora

meliora & apertiora afferat testimonia, illi cedendum est, non innitendum suo ipsius iudicio absq; uerbi Dei testimonio, ut nec alienæ sententiæ: sed uerbum Dei, quod cunq; in illo iubemur credere & facere, sequendum. An uero sacram scripturam sequi, idem tibi est quod facere id quod sibi uideatur, aut propriae inniti sapientiae? O' te insulsum hominem. Nec pugnant hæc duo, neque quicquam absurdum vel confusionis inde oritur, quod Principes cognoscere iubentur, quæ sit uerè pia doctrina, & ad salutem efficax, eamq; quam cognoverunt, subditis proponendam curare, ac omnibus modis agere, ut promoueat ac propaget, pœnisq; impios & blasphemos cohercent: & illud alterum, ne quis alienæ sententiæ inhaereat sine proprio iudicio, sed omnes & singuli Deo in uerbo se suamq; uoluntatem nobis patefacenti credant, & nō propter hominum autoritatem amplectantur doctrinam. Nam subditi ex eodem Dei uerbo, quod magistratus amplexus est, & proposuit, certiores redduntur de fide articulis. Quod si quid melius & certius habent, audiantur, semper enim omnes pij & boni meliora afferentibus cedere sunt parati. Si quis uero nulla ratione adductus, sed mera petulantia, pertinacia, superstitione, cōsuetudine longi temporis, aut multitudine male persuasus, nullo modo cedere uoluerit, & insuper etiam sanctum Dei uerbum blasphemare ausus fuerit, nulla ratione ferendus erit hoc modo: neq; Ecclesiastica neque politica potestas tollitur, si id quod perhiberi uolunt, re ipsa præstiterint, uerbum Dei utriq; audientes & sequentes in docendo & iudicando. Si uero diuersum fecerint, nec sic quidem magistratus aut potestas Ecclesiastica tollitur, sed contra Deum obedientia negatur. An tu id reprehendes Asotus? Nihil igitur horum, quod nugatur Asotus, ex hac sententia sequitur. Sed hoc est quod metuit, si uidelicet Camarina hæc sua moueat & agitet, ne sordibus & scætore omnia repleantur, ut nemo amplius hæc σκύβαλα humanarum traditionum amplectatur, sed impietas Pontificia & chaos illud immensum idolatriæ, qua Papatus est refertus, detegatur. Ideo nihil uult innouari, nemini permittere iudicium: disfidit enim suæ causæ, & metuit ne cœlum Papisticum ruat. Quæ bona sunt, honesta & pulchra, lucem amant, abscondi nolunt: turpia uero & inhonestia lucem ferre non possunt, sed refugiunt. Luciferæ Papistæ hac ipsa tergiuersatione, se suamq; pessimam causam produnt. Cur enim iudicari alias nolunt? Cur in iudicium neminem alium admittunt, nisi ex suo ordine? Hoc, hoc, hoc inquam metuit Asotus, & interim nescio quæ singit pericula ex pia hac Brentiæ sententia sequitura, confusionem scilicet totius Ecclesiæ, pericitaturam Principum auctoritatem, de qua scilicet uehementer est sollicitus, ut nihil supra, omnem subditorum obedientiam erga superiores cessaturam, &c.

Deniq; tanquam rhetor eximus hypotyposi formâ talis Reip. ob oculos proponit, in qua nemo alium audiat, sed quisq; quod sibi uideatur, sequatur. Talia & multa alia rhetorculus deblatterat, quibus omnes ab hac sententia uult dehortari. Anilia hæc sunt uetularum deliramenta, & puerorum terriculamenta. Non secus autem facit Asotus, quam olim gentiles Alexandriæ, qui ut idolum suum Serapin defendere contra Christiæ

Ruffin. hist. nos possent, persuasionem quandam de illo sparserant, quod si humana

Ecccl. lib. ii. manus simulacrum illud contigisset, aut uiolaret, terra dehiscens illico sol-

cap. 23. ueretur in chaos, cœlumq; repente rueret præceps. Quæ res patulum stuporem quandam populis, cum iam idola reliqua uastata essent, dabat: donec ex militibus quidam fide quam armis magis munitus, correptam bipennem, omni nisu insurgens, maxillæ ueteratoris Serapis idolo illidit, ubi clamor attollitur utrorumq; populorum: neq; tamen aut cœlum ruit, aut

ant terra descendit. Ita nihil horum periculorum, quæ hic crudit, sequetur, sed veritas sola ubiq; regnabit. Neq; illa alia erit inobedientia, quam illa de qua Petrus loquitur, Deo magis obediendū, quam hominibus. Quod si quis propter pertinaciam in erroribus patitur, iustas dat suæ impietatis penas.

Deinde tanquam seditionis authorem Brentium, propter hanc sententiam accusat, dicens: Nec his contentus, quemlibet etiam priuatum hominem armat & excitat ad seueriter animaduertendum in suasorem erroris, citato loco ex 13. cap. Deuter. Sed uetus & gentilium & pontificiorum, adeoq; omnium impiorum consuetudo est, doctrinam uerbi Dei seditionis ream agere. uerùm dudum aures nostræ ad istiusmodi uanos clamores occalluerunt. Christus quoq; saluator noster à pharisæis & scribis coram Pilato accusabatur tanquam seditionis author, qui commouerit turbas, &c. nihil ergo mirum, quod hi uestigia suorum antecessorum sequantur. Quod si querā ex Asoto, quomodo Brentius armet quemlibet priuatum in suasorem erroris, respondet quod legem Mosis adducat, de interficiendo suafore idololatriæ. Ergone tibi Asote Moses, uel ut uerius dicitur, Spiritus sanctus, qui per Mosen loquutus est, seditionis autor erit? Sed ut videamus quanto pere calumnijs uanissimus monachus delectetur, qui anteā dixerat Brentium armare quemlibet etiam priuatum hominem, & excitare ad seueriter animaduertendū in suasore erroris: iam Brentij uerba, quibus anteā eum armare dixerat, recitemus, quibus nihil eiusmodi dicitur: sic enim ea, ut ipse Asotus refert, habent: Qui iubet quemuis etiam priuatum hominem in Ecclesia populi Dei, tam seueriter animaduertere in suasorem idololatriæ: an non eadem seueritate exigit, ut de idololatria iudicet, ac alienos deos à uero diligenter discernat? Hoc ne demum tibi idem est quod armare & excitare ad seueriter animaduertendum? Aliud longè est, armare & excitare ad puniendum: aliud, de idololatria iudicare, atq; deos alienos à uero discernere. hoc Brentius dicit, illud Asotus mendaciter Brentio affingit, cū tamē Brentij uerba recitet, quib. nihil tale continetur. Sed hoc ipsum, quod Brentius ex lege Mosis infert, & iam relatū est, Asotus clamat aperte scripturæ contradicere. Quia iam sic debeat iudicare de idololatria, sicut de occidendo: hoc autem non potest priuatus, sed solum testis esse debet. Iudicium ergo de homicidio & idololatria non ad eum, sed ad iudicem pertinebit. Ergo germanius lex intelligetur exire à priuato, ut accuset manifestam defectionem à Deo, permettere uero potestati publicæ iudicium. Sic Asotus.

O' lepidū caput, imò sycophantam. Quomodo enim, quæso te, priuatus de idololatria accusare potest quenquam, nisi anteā apud se iudicauerit hunc ipsum quē accusat idololatrā esse? Non enim uirum pium, & Deum uerē colentem, aut quem iudicat talē esse, tanquam idololatram accusabit. Nemo certe tam petulans aut malus erit, ut eum quem iudicat esse iustum & bonum ciuem, tanquam impostorem accuset: sed eum de cuius flagitijs certus esse, eorumq; reum conuincere posse uidetur. Ita nisi ueram à falsa religione discernere possim, falsæq; conuincere alium, nūnquam accusabo. Prius ergo est, ut iudicem priuatum apud me errare alii quē, deinde sequit accusatio & iudicium publicū, quo publicē reus condemnatur, ut omnes norint eum tanquam seductorem cauendum. Quid uero Asote, si uel magistratus uel Episcopij ipsi sint idololatræ, & non modò non condemnare uelint idololatram, sed etiam defendere, & me qui recte sentiam condemnare, num illorum iudicio acquiescendum mihi erit? An nō hic me totius mundi iudicij etiā priuatus ego opponere debeo? Manifestum igitur est, te mero calumniandi studio hæc omnia excogitare &

dicere non modò contra sacram scripturam & Brentium, sed etiam experientiam & communem sensum.

Postremò, rhetorulus pericula amplificat, in quæ Brentius illustrissimum Ducem Vvirtenbergensem, hac sua doctrina coniçiat, ut nullus hostis plus ei possit inferre malorum, quam ipse Brentius. Quia non sit obscurum, quod sit iudicium circa controversias has Cæsaris, supremi Principum Germaniæ Domini, deinde Ferdinandi Romanorum Regis, cuius Vvirtenbergensis Dux feudatarius sit, & subditus. Si ergo, inquit, debent Principes omnium pœnarum genere persequi contrariam fidem sequentes, eius quam ipsi iudicant ueram, debet Imperator & Rex Romanorum Ducem Vvirtenbergensem cogere ad ea sequenda.

Quinque autem in hoc cap. Cæsar & Regis facit mentionem, non quod adeò honorificè de ipsis sentiat monachus. Audiuiimus enim superius, quod cum faciunt suum officium, ad quod diuinitus sunt uocati, dia-bolo seruienti eos conferat. Et nota sunt ea, quæ Pontifices Romani & plerique Papales, semper contra supremum magistratum tentauerunt, & machinati sunt. Nec eam ob causam tam frequenter illorum meminit, quod tantoperè de ipsis salutem sit sollicitus: sed quia sperat hypocrita se habere illos suorum dogmatum & cultuum defensores, nostræ uero religionis aduersarios & persequutores, & ad quod hactenus monachi & alij pontificij studiosè illos sunt cohortati: nec quicquam intermisserunt, quo eos in nos armarent: Cæsarem & Regem, nullam uitoriā à Turcis reportaturos afferentes, nisi prius brachia sua in sanguine Lutheranorum lauerint. Semen Turcicum in Germania ex nostra uera doctrina esse exortum & sparsum, bellum à Turcis esse retrahendum in Germaniam: hunc hostem prius esse debellandum. Hæc extant publicè. O' uos uiuentes & crudeles Cainitas, ô uiros sanguinum, & dolosos, ô linguis quauis nouacula acutiores, ô progenies uiuperarum. Nota sunt nobis uestra studia, consilia & uoluntas erga nos, neç ea uos celatis. Sed Deo & ciuius gratias, qui sua clementia auertit, ne Cæsar & Rex eiusmodi consilia cruenta sequerentur, nec se innoxio sanguine polluerent: sed pacem dederint firmam & stabilem Ecclesiæ: idq; publico comitorum Imperialium decreto sit confirmatum.

Miror autem, quod hoc loco Cæsari & Regi iudicium tribuat de causa religiōis, sicut & superius dixit: Scitis quid Imperator uester definierit de fide. An non enim hactenus omnes ingenij sui neruos intendit, ut iudicium in causis religionis Imperatori, Regibus, & Principibus adimat, eosq; depellat? Iam uero eis tribuit, illudq; approbat? Quæ hæc uerito, bone uir? nisi quod ubi pro te faciunt iudicium eis permittis: nostris uero, quia tibi aduersari non ignoras, nulla ratione concedendum contendis: atq; hoc modo duo cum idem faciant, in altero probatur, in altero improbatur? Quæ uero ista diuersitatis ratio Aſote?

Ambr. Ora Et quid est, hypocrita (libet enim nobis cum D. Ambroſio, qui simili-tione in Au-ter in causa religionis, authoritate Cæsaris grauabatur, iterum dicere) xemium. quod semper de Cæſare seruulus Dei inuidia commouetur? Et hoc ad calumniam sibi accersit impietas, ut imperiale nomen obtendat? Sed hec uerba sunt arma, cum uerbi Dei & sacræ scripturæ autoritate uos longe inferiores intelligatis, brachium seculare inuocare soletis: lapides pharisaico more tollitis, quos in Christi membra coniçiat. Sed uiuit Dominus, uiuit & iudicabit.

Videre quoque est, quam hic Caiphæ minister occasionem capiet ex clamandi, Blasphemauit, quid opus habemus testibus: Ipsí blasphemiam eius

eius audiuitis. Quid uobis uidetur? sedditiosus est, crimen læsa maiestatis commisit, reus est mortis, inquiens. Quid igitur mirum, si sua tam præcipiti loquacitate noceat principi suo, qui in se primo summam potentiam excitauit: si quod Brentius dicit illi fecerint, primò ille peribit: nisi forte audeat Imperatorem & Regem Romanorum, impios Principes dicere. Nos certè Asote causam nostram & religionem coram iudicibus non suspectis defendere sumus parati, nec haec tenus ullius eroris in ullo legitimo iudicio sumus conuicti: nec subterfugimus disputationem, colloquium, aut concilium legitimum. Non sumus lucifuge ut uos, qui ne quidem primum congressum sustinere: aut, ut nos publice audiamur, ferre potestis. Sed Dominus de cœlo tandem suo tempore sententiam pronunciabit, & controversias istas inter nos, utra pars ueram coluerit religionem, dirimet. hunc expectamus: huius quoq; cum tuis Prælatis tententiam audire cogeris, ut maximè iam nos ad ipsum tanquam summum iudicem prouocantes, derideas. Tempus erit, quo nec ridebis, nec forum huius iudicis declinare poteris.

ANNOTATA IN CAPVT XXV.

HOC capite frater Petrus de Soto nugatur Brentium, ut Episcopos à iudicio dubiorum fidei excludat, de corruptione morum, & uita longè ab Apostolis aliena, excipere: & instantia data eadem in Principibus inueniri posse, afferit, inquiens: Quasi uero ignoremus, qualis fuerit Julianus, Valens, Iustina. Itaque siue antiquos Principes spectes, siue proximiores nobis, non est quod ad mores attinet, uita eorum omnino inculpabilis: ut si Episcopos propter hoc reieceris, non sit defuturum, quod contra Principes excipi possit.

Non est, bone vir, quod Brentio hanc ob causam irascaris, quod tui Prælati passim male audiuunt. Nihil enim de suo in Prolegomenis contra ipsos dixit: sed quæ Cardinales & Pontificij legati de se palam profittentur editis scriptis, hæc Brentius recensuit, uerba ipsorum recitans: Et quæ iam olim Nazianzenus, Basilius, & post hos Bernhardus, de corrupto Prælatorum Ecclesiasticorum statu, scripsere. Cum his tibi Asote expostulandum erit: hos tu cum tuis accuses, ut uolueris.

Etsi autem uerum sit, quod per malos ministros qui institutionem & verbum Dei retinent, id efficiatur, ad quod à Domino ordinati sunt: (Non enim ministerij efficacia & sacramentorum dignitas à persona & uita hominis ministri dependet, nam aliás perpetuò de nostra salute incerti essemus) tamen interim hoc quoque uerum est, pollutos libidinibus, & manifestè sceleratos homines, nequaquam ad dogmatum fidei disputationem admittendos esse. Qui enim aguntur Spíritu Dei, hi sunt filii Dei: Si quis uero spíritum Christi non habet, is non est eius. Non possunt autem Spíritus sanctus & mala conscientia, uel propensum peccandi, unā consistere: sed ejicitur & expellitur sanctus Spíritus eiusmodi flagitijs. Quoniam in maleuolam animam noī introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spíritus enim sanctus disciplinæ effugiet factum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, &c.

Quod si suo quoq; iudicio, tales sunt Prælati Asotici, quales se sponte esse perhibent: quoniam modo Spíritu sancto destituti, oracula eius, que non nisi eius adminiculo intelligi possunt, nobis enarrabunt, & fidei

dubia sine sancto Spiritu dijudicabunt: Quod si Spiritum sanctum non habent, necesse est eos contrario agi & gubernari spiritu. Hic scilicet erit iudex in concilio Asotico, hic fidei dubia dijudicabit. Et qua ratione nos ad iudicium maximarum rerum, salutem animae conceruentium, contaminatos sceleribus admitteremus, cum ne rustici quidem in pagis apud nos de rebus uslissimis iudicantes, adulterum, aut alio simili uitio pollutum, in suo iudicio ferant? Sed obijcit Asotus, etiam si peccatores sint, efficiet per illos Spiritus S. ad quod ordinatis sunt. Respondeo, sicut tunc Deus per sacramenta efficax est, quae etiam mali administrant, cum ea dispensant iuxta Christi institutionem, eaq; non corrumpunt aut deprauant: ita propter defectus quosdam & infirmitates, sine quibus haec uita transigi non potest, non rei carent illorum dijudicationes, si secundum praescriptum uerbi Dei pronunciauerint.

Verum hoc non est principale propter quod à cognitione & dijicatione controversiarum religionis Brentius Praelatos Asoticos excludendos esse censet, quia magna sit in hoc hominum ordine morum deprauatio & corruptela: sed quod genus doctrinæ diuersum à sacra scriptura profiteantur, contaminati sint innumeris superstitionis opinionibus & multiplici idolomania, uerbum Dei persequantur & blasphemant: deniq; hostes sint uerbi Dei, cultus, & religionis sincerae, nec uera Ecclesia, eiusue membra.

Hos'ne, Asote, nos iudices controversiarum & dubiorum fidei constitueremus: quæ haec dementia? hoc enim quid aliud esset, quam lupis oues committere?

Obijcit Asotus, aut nullos esse ueros Ecclesiæ Pastores, Episcopos & Doctores: aut illos esse, quibus Christus dixerit, Ite, prædicate Euangelium: hos esse ordinatos à Christo ad docendos populos in his quæ ad salutem æternam pertinent.

Concedo totum. At legitimí horum successores sunt, qui sedi Petri communicant, & legitimó ordine ingressi sunt: ergo hi soli Episcopi Romanenses audiendi. Hoc pernego. Qui enim ueri & legitimí Apostolorum successores sint, superius est ostensum. Alijs in rebus consistit illa successio, quam in loco, & ordine, ut dictum est.

Quod Asotus contra Principes quoque, de moribus excipi posse assertit, quia & Julianus fuerit apostata, alij uero Arij ueneno infecti, & proximiores nobis, non omnino, quod ad uitam attinet, inculpabiles esse: incogitatantia id sit Asoti, quod statum causæ non obseruat: aut simius, animi morbum prodit, quod parum honorifice de magistratu politico sentit, asserens eum principi huius mundi seruire.

Neque enim Brentius hoc agit, ut ad solos Principes iudicia de doctrina deferantur, neque id iuris à ueris & legitimis Episcopis auferit: sed tantum ab Asoticis Praelatis, hoc est hostibus & persecutoribus uerbi Dei & Ecclesiæ, atque idolorum cultoribus, quos nulla ratio de uera religione iudicare suadet aut permittit: affirmans, id quod Sotus non semel dixit, commune esse tribunal, & iudicium totius Ecclesiæ, & ex omnibus ordinibus Principum, Episcoporum uerorum, Doctorum, Pastorum, & etiam laicorum, tum nobilium, tum aliorum, pios uerae religionis amantes, ad res istas arduas idoneos, deligendos, qui communione ex uerbo Dei controversias & dubia fidei dijudicent, semutuo amanter audiant, amicè conferant, & eam sententiam, quæ melioribus argumentis nititur, nullo ordinis superioris, aut cuiuscunq; tandem rei, præter-

Praterquam solius uerbi Dei habitu respectu, elegant & sequantur. Nec, ut dictum est, tantum propter depravatos mores, Episcopos a iudicio de dogmatibus repudiatur, licet animalis homo non intelligat ea quae sunt spiritus Dei: sed precipue propterea quod ueram doctrinam coelestem non agnoscant, sed perseguantur.

Postremo, ualde indignè fert Asotus, quod Brentius durius quædam contra Prælatorum suorum mores & uitam protulerit, & dicit: sed qui ueritatem certissima (ad Principes non pertinere dubia erga fidem & religionem definire) se premi uidebat, cum eam haberet odio, quid potuit agere, quam in contumelias prorumpere? Hæc sunt eorum maxima gratia. Primum, ueritas est quod Brentius de moribus Prælatorum Asoticorum dixit. Memineris autem Lector, nos ubique non de ueris, si qui sunt, Episcopis & Prælatis Asoticis, quod saepe diximus, loqui: nec habet Asotus quicquam in hoc tam prolixo scripto, quo uel unico iota respondeat ad illa, nedum excusat, multo uero minus defendat suorum uitam & mores. Cum igitur Asotus ipse suo silentio uera esse confirmet, qua ratione sycophanta ueritatem contumeliam appellare audet?

Verum non sustinent delicatulae Patrum istorum auriculæ, ueritatem audire, cum delegerint sibi magistros prurientes auribus, & nihil nisi magnificos soliti sint audire titulos sanctissimorum, clementissimorum, & alia sesquipedalia uerba magnifica suorum adulatorum. Ideo insignis contumelia est, & non ferenda, si quis odiosis adeò nominibus ipsos compellat.

Deinde non Brentius autor est illorum, quæ contra Prælatos Asoticos scripsit, sed partim ex Patribus, Basilio, Nazianzeno & Bernhardo de corruptis moribus illorum deprompsit: partim ex Cardinalium consilio, partim etiam ex Legatorum Papalium admonitione ad concilium Tridentinum, quæ publicè & dicta sunt & scripta: item, ex confessione Hadriani Papæ, atque ita propria eorum confessione. Quod si contumelia est, contumeliosi fueré Patres illi, contumeliosi sunt & ipsi summi Cardinals & Legati in seipso, suumq; totum ordinem.

Sed quæ, o miser, ueritas illa est, qua premitur Brentius, & quam odio habet? Ad Principes scilicet non pertinere dubia erga fidem & religionem definire. Quod quam uerum sit, tum, alibi haec tenus, tum uero maximè capite ii. demonstrauimus. Tam autem uerum est, quam uerum hoc est, Asotum esse bonum virum, qui se nec bonum, nec doctum, aut credere aut affirmare audet, quod ipse de se in prefatione testatur.

Quod uero ad Principum uitia & mores attinet, non negamus illos homines esse, & humani nihil ab eis alienum. Posse & in illius ordinis qui maximè pietate & uirtutibus illustris esse debebat, personis uitia non ferenda inueniri omnibus æratibus: que non defendimus nec excusamus, quicunque tandem illa committant. Sed ut diximus, quod ceteris paribus, propter infirmitatem Episcopi a iudicio non sint remouendi, ita nec Principes alias idonei.

ANNOTATA IN CAPVT XXVI.

I Dem agit fraterculus sycophanta & hypocrita, hoc cap. quod milites Christo (sive propria libidine, sive in gratiam pontificum & sacerdotum) illudentes, uelata facie alapas impingentes, & deinde querentes, Vaticinare nobis quis est qui te percussit? Ita hic monachus sive Pharisaico odio aduersus Principes, & propria libidine, ut eam expleat, sive ut suis Prelatis gratificetur, omnibus pijs Principibus, quibus curæ est religio & salus Ecclesiæ, in prefatione sue Confessionis colaphum impegit, satanas illos uocans, Christo scandalo esse dicens, nec sapere ea que Dei sunt.

sunt. Cumq; ob grauissima hæc crimina & iniurias non ferendas, quas Principibus omnibus pjs intulit, à Brentio, ut par est, reprehenderetur, iam id à se factum esse negat: nihil enim ea uerba contumeliosum habere, cum à Christi dicantur summo Apostolo. Vbi mirabilem est uidere præstigiatorem, sed de hoc paulo post, prius enim alia quædam sunt uidenda, quæ præmittit Asotus. Ea se dixisse affirmat, quæ maximè credat necessaria Principibus, uidelicet, ut terminis suis quisque sit contentus. Vera hæc sunt: sed iam audi cuculum subinde suum repetentem cocysnum, ostendere uolens, quinam sint Principum secularium termini, dicit: Ne se constituant iudices fidei & religionis. Quo unico uerbo adhibita est medela præsentibus omnibus malis. ô suauissimum gerto, nem. uerissima sunt hæc, quod ad Asotimentem. Nam si Principes omnes, Respub. Ecclesiæ, & pñ toto orbe terrarum, item ministri Ecclesiæ, Pastores & Doctores ueræ religionis, Antichristo Romano, eiusque satellitibus Episcopis, eorumq; iudicio causas religionis & controversias subiacerent (quod Asotus hac tenus hoc loco strenue egit & persuadere conatus est) parati quævis decreta ipsorum sine ulla contradictione, tanquam oracula coelestia recipere, facilimè & nullo negotio præsentibus controuersijs finis imponeretur. Hoc esset remedium prælettissimum, si omnes acquiesceremus Pontificum decretis, nec quisquam esset toto orbe terrarum qui contradiceret. Quis expectare potuisse tam prudens consilium ab Asoto & Deum immortalem, quanto hic homo antecellit sapientia omnibus hominibus? Verum si nos discipuli Christi tacuerimus laudes eius prædicare, & turpi ac ignavo ocio torpe scere, manus remittere, & paci atq; tranquillitatib; studere, ac metu periculorum foedus cum hostibus Dei, uerbi ipsius, ac totius uerae Ecclesiæ inire, denique religionem prodere uoluerimus, non deerunt aliij, qui hoc strenue agant: uellapides clamabunt. Aut fortassis miser iudicat Principes seculares sua potentia synceriores Euangelijs doctrinam conseruare, quod si hi se non admiserent, se facile nos cohercitos, & ipsorum præsidio nudatos è medio sublaturos, & ueterem idolomaniam & tyrannidem inuestituros denuò. Agimus quidem Deo patri liberatoris nostri gratias quas possumus maximas, quod excite pios magistratus, qui curam Ecclesiæ ipsius suscipiunt, & Doctores uerbi eius fouent: sub eisq; mediocre & tranquillum hospitium concedit. Sed scimus ministerium uerbi à filio Dei conseruari, qui sedens ad dextrâ Patris, subinde excitat pfos Doctores & instaurat ac cōseruat doctrinā religionis. Recte ergo nobis Asoto dicere licet, Vade retro satan, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt. Et audi uicissim: Non Principes ipsi se constituunt fidei & religionis iudices: sed ad hoc uocatur & constitutur diuinitus. hoc officium Deus eis demādat & ab eis exigit. Ad omnes sup. 23. cap. enim quæ pertinet cause religionis, quod tu ipse cōfessus es, dicens: Itaq; in fine. sana & catholica fides nec principes nec privatos excludit à negocijs religionis non à cura ac solitudine propagandę & promouendę pietatis. Non ergo terminos suo transgrediuntur.

Quid si ait econtra, inquit monachus, falsam fidē cōfiteant principes, & uerā pietatē impugnant, dici ne poterit, Vade post me satan. Dubius non est esse tales principes, qd & nos & alijs multi pñ in diuersis locis magnō dolore & periculo experimur: & quod amplius est, maiori studio & zelo illi falsam religionē defendunt, & propagare student, q; fortassis alijs uestrā. Semper em̄ impietas est negotiosa. Illis recte dici, ut petis, iudicamus, Vade post me satan. Sed non hoc uult Asotus: aliud spectat, false em̄ monachus hic Principes pios, qui nō nostrum, sed Dei Euangeliū profitent, deridet;

deridet, perstringit, & religionē ipsorū tanq̄ falsam cōdemnat, eosq; uerā pietatē impugnare iudicat. Verū ex toto doctrinæ genere cōstat, utra pars uerā religionē defendat: & nos id superius egimus, ac planū fecimus. *Supradiccap.*
 Iam ad locum Matthæi, ubi Christus Petro dicit, *Vade post me satana,* ^{3.} scandalum mihi es, quia non sapis quæ Dei sunt, &c. in cuius depravatione dictu mirum est, quantopere laboret, ut obtineat nihil cōtumeliosum habere, sed admonitionem piā, ut inquit Asotus, ad sequendum Christum, ostenditur Petro suauiter quidem error, & remedium opponitur, *Vade post me,* quod Asoto significat, *Sequereme.* & addit, *Quomodo i-*gitur ita nunc scripturā peruerit Brentius, ut hoc uerbum, *Vade post me* satana, intelligat significare detrusiōnem in infernum, & non uidet quantum hæc duo distent: ceriè qui sequitur me, inquit Christus, habebit lumen uitæ: *Vade itaq; post me,* invitatio est ad lumen. Non ignoramus hæc interpretationem Origeni acceptam ferendā, ex quo Sotus eam desumpsit: sed quātum alias Origenis autoritati sit deferendum, nemo est qui ignoret: quām dextre etiam scripturas enarret, non est obscurum. Sed prius est, ut prober Sotus, hęc uerba, *Vade post me satana,* idem significare quod sequere me. Hęc enim eadem uerba Christus diabolo tentantis dixisse manifestum est. Et si enim Erasmus apud Matthēum à sciole quodam addita esse suspicetur, eo quod Origenes non legerit: tamen & Augustinus & Theophylactus legunt. Quod si maximè à Matthæo omissa essent, tamen Lucas disertè dicta esse à Christo hęc uerba diabolo, expresse affirmat, & scribit, *Vade post me Satana.* Frustra ergo philosophantur in ad. *Luc. 4.* uerbio Retro, uel prepositione Post, & pnomine Me, *Post me,* quasi nō idem audierit à Christo Petrus quod satanas: aut satanas, idem quod Petrus: sed Petro ut discipulo, qui Christum se qui debeat, dictum sit, *Vade post me,* id est, sequere me: Diabolò uero tantum, Abi: quod cōueniat in eum qui tantum reisciendus esset, non etiam ad morem gerendum inuitandus. Idem ergo dicitur Petro, quod diabolo, *īsdem uerbis,* ne ape-
 ce quidem uno mutato, *īwāyē dīwōw με, σατανā.* Quod si cum hæc uerba Christus ad Diabolum diceret, non fuere suavis quædam reprehensio, nec remedium, quo reuocaretur: hoc enim absurdum est dice-re, nisi omnino uelis originizare (qui etiam diabolos, ut aūint, tandem salvandos existimauit) sed reisciendi, & damnandi animo dicta: quæ ratio erit diuersæ eorundem uerborum interpretationis: præscitum cum Theophylactus hęc Christi ad Petrū uerba hoc modo interpretatur: *Vo* *Theophyl-*
cat Christus Petrum satanam, quia etiam satanæ displicebat, pati Chri- ^{super 16.} *Aperte fatetur hic pater, propter quandam peccati similitudinem,* *cap. Matt.*
Petrum satanam uocari. Scimus equidem sophistas pontificios uehemen-
ter laborare & sollicitos esse, cum Petrum summum & uerticem Aposto-
lorum iudicent, Papam uero ecclesiæ caput, eius successorem, ut eum ab
omni peccato excusent, & immunem faciant, & si fieri illa ratione possit,
etiam abnegationem eius excusarent saltē, si non defendere possent,
ne scilicet primatus ille sanctissimi illa peccati labe contaminaretur.
 Ideo uehementer Asotus contra Brentium stomachatur, quod iudicauerit Petrum, cum Christum prohiberet, ne pateretur, peccatum inferni bathro dignum admisisse, cum omnia illa excusationem quandam magis habere peccati, atq; adeo mansuetam tantum correptionem, bono zelo errantis, Sotus alleueret: ideoq; sequi, & nō præire Petrus iubeatur. Sed fruola sunt figura hominū ociosorum, & indoctorum, inepte philo-sophantium. nam ut dictum est, Christus *īsdem uerbis diabolum à se repulit.* Et uerbum *īwāyē* idem quod facesse significat: unde & nostrum

Apage. Rejicit igitur procul à se Christus discipulum, cum hac sua intem
pestiuā opinione, quod hoc modo diabolī partes, ut Theophylactus in-
terpretatur, obiret. Neque simpliciter aduersarij nomen, sed satanæ
imponit, in signum maximæ detestationis. Et additur ratio, Quia scan-
dalum mihi es, & non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Dic
ergo nobis fratercule, quid hæc singula sint, & quid homines ijs merean-
tur, si Deus debitam mercedem reddere uelit, primum opus redemptio-
nis humanæ per Christum factæ impedire, deinde scandalum Chri-
sto esse. Tertiò, non sapere ea quæ Dei sunt. Postremò, eas sapere quæ
sunt hominum? Et ut tria prima, quæ esse atrocissima, nemo nisi palam
impius, negabit, taceam: hoc postremum, quod omnium leuisissimum du-
citur, certe omnis mali fons est, & uel solum dignum, propter quod ad
diabolum homines ablegentur. Nam Apostolo teste prudentia, & af-
fectus carnis mors est, & inimica Deo: legi enim Dei non est subiecta, &
nec potest quidem. Ita scilicet authore fratre Petro de Soto, omnia illa
excusationem habent, nec quicquam fuit in Petri hoc facto, inferno di-
gnum. Quid igitur est, quod Paulus affirmat inimicum esse Deo, reum es-
se mortis? Et quomodo Asoto cum Paulo conueniet? Negar non potest,
inquit Sotus, germanum illius loci sensum non esse, ut significetur detru-
sio in infernum, uel abiectio, uel despectio. Verum hoc est utique, sine-
getur Paulus.

Rom. 8.

Hil. super

Sed quid Sote, ut omnia iam dicta nihil sint, ad Hilarij interpretatio-
nem respondebis, qui dicit Petrum satanæ conuicio à Christo nuncupa-
tum? Rectè igitur Brentius dixit, his uerbis Christi ad Petrum, detru-
sionem in infernum significari. Quid enim tu Sote hominem quantum in-
se est, humani generis redemptionem impudentem, insuper hoc suo fa-
cto cœlū, quæ tua est impudentia & impietas, mereri dices, an infernū po-
tius? An, qui dixit, ei qui unū ex pusillis suis offendat, expedire, ut suspen-
datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, non
grauius animaduersurum in eum qui sibi sit scandalum, arbitraris? Sed hic
est germanus sensus illius loci, inquit Asotus. Brentius uero scripturam
peruertit. & addit, Et quæ potest esse maior scripturæ peruersio? Iudicet
iam qui uolet & potest, quisnam peruerat scripturam, quis germanus
eius sensum sequatur. Quod si Soti sensus germanus erit, tunc
omnia scelera impunè perpetrari licet: quod si neque impedimen-
tum operis redemptionis humanæ est peccatum, neque Christo scan-
dalum esse, neque sapere quæ sunt hominum, neque ignorantia Dei, pec-
cata sunt inferno digna, quæ alia his maiora esse poterunt? Hæc mystica
erit Asoti theologia, cuius se professorem profitetur. Certe dignus esto-
mnino hic professor discipulis Prælatis. Ita optimè status Ecclesiæ unicō
uerbo tranquillus reddetur, hæc medela est præsentissima, dicere nullum
esse peccatum inferno dignum, frequens nouis professor breui habiturus
auditorium Epicureorum.

Matt. 18.

Talia igitur & tanta cum in Principes dixerit Asotus, negat tamen se
in Principes contumeliosum dixisse quicquam. & addit, Etiamsi oppro-
brium haberet aliquid, nullus posset in Principes dictum meritò acci-
re, cum in uniuersum dictum sit in omnes transgreſiētes līmites suos. Sed
ne quid dicam aliud, hæc si uera sunt, falsa esse evincetur, quæ in tua pre-
fatione dixisti, maximè hec Christiano principi esse consideranda, aut er-
go hic aut illuc falsum dixisti: cum hic neges in Principes hoc dictum, illuc
uerò fatearis, maximè ad Principes pertinere.

Postremò, ut & Petri peccatum extenuet, & iniuriam p̄s Principibus
illatam,

llatam, dicit illud à Petro pia intētione factum: nec ideo priuatum, quia hoc dixit, priuilegijs, & laudibus paulo ante sibi promissis: ita nec hoc principum esse semper, & necessariò tam graue peccatum, ut uel diuinō fāuore, uel gratiæ promissionibus indignum reddat.

Perge fratercule, ut cœpisti. sic omnes cultus idololatricos, & alia que sine verbi Dei autoritate à uobis instituunt & obseruant, uelstra hac bona intētione defendere soletis. Et quia Petrus nō est abiectus perpetuò, sed receptus in gratiā, & in officiū restitutus, ideo Asoto iudice, nō cōmisi sit grande peccati abiectione dignum. Quid si sic argumētari libuerit, nec David commissio adulterio, & cāde patrata, est à Deo abiectus, sed remissionem peccatorum consequitus. Non morieris, Dominus abstulit peccatum tuum. ergo cādes & adulterium non sunt peccata digna morte æterna. uides, qualem simus habituri theologiam, iuxta nouum Asoticum morem argumentandi. Et quid hoc est quod addit? Factum hoc principum nō est tam graue peccatum, ut diuinō fāuore indignum faciat. quid ergo eis facessis negocium? quid tanto studio rem non necessariam inculcas toties, & repetere ac inculcare te nō cessaturum, hoc cap. affirmass? Cur non studium & operam in res magis necessarias collocas? Et cum de omni ocioso uerbo reddenda sitratio, certè tibi qui tot non necessaria effutis uerba, rationes crescent? Sed mittamus Asotum quō dignus est.

ANNOTATA IN CAP. XXVII.

Verē & ex animo studiū hoc sophistices omnia rectē dicta calumniandi, & sacram scripturam studio contentionis, & ne usquam errasse uidearis, deprauandi, detestari, & abominari animo, omnes pios decet. Tale autem fratris Petri, et si in toto hoc scripto facile sit uidere, tamē præcipue ex hoc cap. apparet. Initio enim negat se quicquam in præfatione suā cacolicæ assertionis, in speciali, de uocatione Principum, aut aliorum dixisse: sed tantum hoc, ne Principes rtansgrediantur uocationis suā terminos, quod exemplis Vsiæ & Ozę manifestum fecerit. Et tamen ibidem dicit, Audi iam in lege gradum, quem & reges & populi & sacerdotes ipsi erga doctrinam teneant. ibi enim cum gubernatio populi stabilitur, mox in ipsa potestatis regiæ constitutione, ostenditur regi terminus suus. Accipiet exemplar legis à sacerdotibus, &c. Vbi quid aliud principi quod ad se attinet præscribitur, quam ut nouerit se discipulum esse legis, non doctorem, &c. Ad eos sacerdotes etiam, non ad reges aut principes mittit eo loco Deus difficultia omnia. Vbi aptissime, quis sit locus nō principi tantum, sed & populi circa legis doctrinā, offensum est. Ibidem dicit se uoluisse Principes exemplis illis Vsiæ & Ozę ab usurpatione alieni ministerij in ecclesia detergere, & ut suum gradum principes agnoscant. Item maximē hæc Christiano principi esse consideranda. Sed ineptē facere uideri possim, qui rem manifestam pluribus probare instituerim, cum tota illa præfatio in hoc sit instituta, ut ostendat ad Principes non pertinere iudicia de doctrina religionis, eaq; Principem dehortari instituerit. Et ut stulticia Asotica omnibus fiat nota, quod tota hac præfatione huius capitū negat magno cum labore & clamore, id iam antea in epistola dedicatoria, re ipsa confirmauerat, constituenta illustrissimum Principem, iudicem omnium controversiarum religionis. Ita falsitas & mendacia Asoti se mutuò destruunt. Dum enim unum uel errorem, uel mendacium tegere conatur, alio opus est errore & mendacio, donec tandem turpidinē suam reuelet.

Idem

Idem quoq; initio huius cap. ut diximus, accidit: iam negat, iam affirmat, mox iterum negat, ut hoc Asoto, nihil sit inconstantius, nihilq; vanius. Sed heus tu Asote, nondum probasti alienum esse à uocatione Principium, eosq; terminos suos transgredi, & non tenere modum, si fidei du-
bia iudicent: cum hoc & ad ipsos & omnes pios pertineat. quod supra
cap. ii. probatum est.

Deinde, defendit rectè à se dictum, quod Vsias nihil de diuino cultu detraherit. Atq; hic philosophat de uicis, quæ in defectu, uel excessu à medio accidunt, vocabulum detrahere, defectu in uirtute, cum quis mi-
nus facit, quam requiritur, significare. Et hoc modo in defectu Vsiam nō peccasse: sed contrario actu, uidelicet excessu, quod nimio pietatis zelo, addendo & plus faciendo, q; dominus præceperit, peccauerit. Quod si hoc tam atrox est peccatum, plus facere: iam omnes omniū monachorū ordines, regulæ, uota, & opera supererogationis indebita, quibus plus & amplius se facere iactitant, quam Dominus præcepit, eaq; alijs uen-
tant, h̄s sublimiore quendam gradum in cœlo sibi comparare conantur,
quam vulgus reliquum Christianorum, hoc c ipso f. Petrus damnauit.

z. Par. 26. Quod uero Asotus, Vsiam hoc pietatis zelo fecisse ait, ne Spiritus san-
ctus ex superbia, & neglectu Dei, uerbiq; ipsius factum esse affirmat: Ele-
uatum est, inquit scriptura, cor eius in interitum, & negligit Dominum
Deum suum. Hic' ne pietatis zelus est, an uero impietas summa? addit au-
tem, peccasse quidem Vsiam, sed nō grauissimo peccato contra religio-
nem, in hoc genere: quale fuisset, si cultum Dei impedisset, uel blasphem-
asset Deum, sed tantum uolens sacrificare.

Profectò quantum video, nisi hoc factum pro confirmatione facti sui
Sacerdotij νεοζηλανίζ legis Mosaicę instituti, facere iudicarent contra poli-
ticos magistratus, quos à cura ecclesiæ alienos esse uolunt, & ut maxime
iam corā oculis ecclesiam ruentem uiderent: tamen manum non
uolunt eos admouere, atq; ita à dijudicatione dogmatum detergere: cer-
tè etiam defenderen, uel saltem excusaret Asotus, quod bona intentio-
ne & studio, ac zelo pietatis fecisset Vsias, quo omnes electicij cuius
iam essent confirmati. Negligere Deum, eiusq; uerbum, est' ne addere &
quid cultui Dei, an uero detrahere: Ego certe neglectū & contemptū
Dei, defectum & non excessum esse iudico.

Asotus uero perinde sibi loqui uidetur, ac si in tripode Apollinis se-
dens, oracula quædam Delphica proferret. Factum autem tantum intue-
tur Asotus, nec animum ex quo facta proficiscuntur, & iudicanda, con-
siderat. Ideo specie facti fallitur. Eleuare cor, & negligere Deum, nō sunt
excessus in bono, & pietatis zelus, sed defectus boni. Cor cōuersum es-
se debebat ad Deum erectum, & intentum in uerbum ipsius, ardore di-
lectione eius, & obseruatione mandatorum eius. Hic uero dicitur non
modò à Deo auersum cor habuisse, sed etiā eleuatum, & neglexisse De-
um: ideo cessit in interitum ipsius. Et punitus est lepra, unde grauitas
peccati intelligitur.

Quod ad bonum attinet, procul omnes absimus à perfectione, ne-
dum plus facere possumus. quod stulte expertes pietatis homines ima-
ginantur.

Sed quod ad rem ipsam, & exemplum Vsiæ, quo subinde pontificij
ad confirmandā suam tyrannidē, & deterrendos pios principes ab omni
cura ecclesiæ suscipienda, uti consuevere, quemadmodum & caput ec-
clesię Asotice, hoc ipso in Imperatore Carolū v. cum Nationale tantum
conci-

concilium uellet instituere, uel hoc modo dissidia religionis conciliaris possent, inuectus est, perinde ac si atrocissimum peccatum commisisset: sciant Asotici, si eo uti uoluerint contra pios Principes, prius esse, ut probent eos non necessitate aliqua inducitos, sed mera superbia, & neglectu Dei, ac uerbi ipsius contemptu, curam ecclesiarum, & studium doctrinæ religionis suscipere. Deinde sacerdotium Papisticum, Pontificium dico (non ministerium Euāgelij intelligo, quod longe ab illo est diuersum) in star Leuitici sacerdotij, à Deo habere originem.

Tertiò, diuina ordinatione hoc suum sacerdotium, & curam religionis, atq; controuersiarum dijudicationem ita sacrificulis commendata, ut ab ijs omnes quicunq; manus chrismate unctas, & rasa capita, atque characterē istum quem indicant indelebilem, non habeant, nec acceperint, sint arcendi: sicut olim omnes qui ex tribu Leuitica nō erant, ab adolendo thy miamate prohibebātur: quod quando facturi sint, ipsi uiderint. In præsentia autem non hoc agitur, an factum Vslæ excessus sit, uel defectus: sed an fuerit peccatum contra uerbum Dei. Quod ut manifestum est ex uerbis sacrae scripture, ita etiam manifesta est uanitas Sotii, qua in hoc loco de excessu & defectu philosophatur.

Cæterum quod Brentius rationē sacerdotij, quod ad unam certam tribum erat alligatum, enarrans dicit, typum fuisse & figuram unius summæ sacerdotis Christi, qui solus sua passione iram Dei placarit, & nos patri reconciliari, id se certissime credere, Asotus affirmat. Quod uero addit Brentius, Pontificios hanc Christi Maiestatem transferre in opera aliorum hominum, id uero fraterculus indignè fert: nec tātum falsum sibi imponi, sed etiam Brentium sibi ipsi contradicere asserit.

Explicit autem Asotus hoc loco suam sententiam de merito & beneficio Christi, cuius hęc sunt uerba: Christum non solum per se, uerum etiam membra nos, hoc est nostra bona opera, ex gratia per ipsum facta, nos patri reconciliare. Nam sicut orationi & passioni Christi hoc tribuimus, ita orationi & contritioni, quæ ille operatur in nobis, non dubitamus conuenire & addit, Est' ne hoc gloriam Christo auferre? Ridicula, inquit, sunt hęc, quæ tanto clamore ingerunt in auribus simplicium. & amplius nos quicquidem catholicam, & antiquitus fundatam fidem sequimur, glorificamus Christum, agnoscentes eum non per seipsum tantum, sed & per fideles suos, & membra sua, gratia sua donata, & à se ad operandum mota, reconciliare nos patri. Et probat autoritate Augustini, qui hęc uerba Christi de creditibus, Opera quæ ego facio, faciat, & maiora horum faciat, in hanc sententiam interpretetur.

An nō insignis est huius nebulonis impudentia, immo blasphemia in saginam filij Dei, quod dicit, opera nostrā nos Deo patri placare, & reconciliare? Et insuper impietas in sua malitia gloriatur, hoc modo inquit Christum glorificari, hanc esse catholicam, & antiquitus fundatam fidem. Et quidem catholica, id est uerè uniuersalis opinio est omnium hypocritaum & ualde antiqua, à serpente in paradiso fundata, Eritis sicut dij, & per Cain propagata.

Quod si Christus non solum per se, & sua satisfactione, ac passione nos Deo patri reconciliauit, ergo non fuit sufficiens satisfactio. atqui scriptura nusquam hoc nostris operibus, sed tantum Christo eiusq; sanguini tribuit. Ad Rom. 5. Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Non ait per opera nostra, quæ Christus in nobis operatur, nos uel reconciliari, uel iam reconciliatos saluari: sed per mortem filij eius, & in uita ipsius.

Ephes. 2. Ut reconciliet ambos in uno corpore Deo, per crucem interficiens inimicicias in semetipso. Per crucem, inquit, & in semetipso, non per nostra opera, uel in nobis.

Et idem multo clarius Colos. 1. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, non per opera nostra, quæ ipse in nobis operatur.

Et qua ratione id, quod operibus, passionibus & orationibus Christi personalibus (sunt enim duplicita Christi opera: alia personalia, quæ sua ipse persona operatus est ad expianda nostra peccata: alia quæ in nobis, & per nos operatur. hec non possunt esse expiatio peccatorum) immediate competit operibus, orationi, & contritioni nostræ, quæ ut maximè etiam ipse, sed per nos operatur, tribueretur, cum hæc multis modis sint imperfecta, & contaminata, & omnes nostræ iusticiæ tanquam pannus menstruata: atq; ideo severitatem iudicij Dei, opera ista polluta infirmitatibus nostræ carnis ferre non possint, sed potius stercora sint (sic enim Paulus uocat) & damnū. Nec etiam opera ista à persona Christi separari possunt, aut ulli alijs creaturæ, uel operi tribui, nisi illi soli, qui Christus dicitur. Gloriæ hæc reconciliationis, nulli alijs dabit. Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus. Atqui Asoftica ista catholica, colluuiæ tot facit Christos, tot dominos, quot sunt sordidae & pediculosæ cappæ, quot idololatriæ missæ, quot sacrilegi ab ipsis excogitati cultus. hoc scilicet modo Christus glorificatur, cum non tantum per se, sed etiam per opera nostra Deus reconciliatur, & placatur. Hoc uero quid est aliud quam adorare opus manuum suarum? Quid aliud est q; procidere, & dicere contaminato opusculo: Deus meus es tu, serua me, reconcilia me. Mediator enim es. An non ad has tantas blasphemias torso Christi detrahí, uerum magis amplificari & illustrari arbitratur Sotus, cum tantum esse Christi meritum dicitur, ut non ipsum per se tantum peccata nostra expiet, sed etiam per bona nostra opera, quibus impetraverit sua passione, ut ex merito ipsius expient peccata nostra, atque ita nihilominus honos ad Christum, eiusq; passionem redeat. Ad hæc breuiter respondeo, cum copiose à Brentio in Pericopis non semel sint refutata. Gloria Christi, non ihs honoribus, quos ei humana hypocrisis affingit, sed quos ei uerbū Dei tribuit, illustratur. Cum ergo ex iam recitatis testimonij, soli ipsius sanguini, & redemptioni per se, & non nostris operibus, in hoc consecratis tribuatur, manifesta est impietas.

Deinde contumelia est, non tantum aliquid de laude & gloria, quæ alicui debetur, detrahere, uerum etiam nimium laudis & gloriae quam debeatur tribuere. Non communicat autem hanc laudem Christus cum nostris operibus, nec uult ut nos faciamus. quare non amplificatur hoc modo Christi gloria, sed blasphematur.

Postremò, non pro nostris bonis operibus Christus passus est, ut ea conciliatores consecraret: sed pro nostris peccatis, ut ea expiatet.

Paulus quidem dicit Deum nobis uerbum dedisse reconciliacionis, hoc est ministerium, quod organum est, quo offertur per uerbum Dei & annunciatur seu applicatur illa reconciliatio per Christum facta. Sed hoc nihil ad nostra opera. Et ibidem additur, Deus nos sibi reconciliauit per Christum. Item, Deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Reconciliauit, inquit, nos sibi pater cœlestis per Christum, non per opera nostra: eaq; ut excludat à causa reconciliationis, nulla nostra merita allegat, sed delicta nostra non imputari nobis asseuerat. Iustitia

Iustitia enim nostra & reconciliatio non constat nostris aliquibus operibus, aut qualitate noua, sed remissione & non imputatione peccatorum, quæ teguntur, sicut idem Apostolus ad Rom. 4. ex psal. 32. definit. Quod uero hæc suam blasphemiam & impietatem D. Augustini authoritate uult confirmare, facit id F. Petrus suo more, hoc est mendacia mendacijs pallia re uolens. Luculentam enim Augustino iniuriam facit, cum dicit in hanc sententiam ab eo uerba Christi, *Opera quæ ego facio, qui credit in me & ipse faciet, & maiora horum faciet, exponi.*

Augustinus enim consequentia uerba præcedentibus iungens, *Quia ego uado ad patrem, & quæcumq; petieritis in nomine meo, hæc faciam, &c. dicit quidem, Ergo & illa maiora opera seipsum facturum esse promisit. Non se extollat seruus supra dominū, nec discipulus supra magistrum. Maiora quām ipse fecit, dicit eos esse facturos, sed in eis, uel per eos se factente, non ipsiis tanquam ex seipsiis. Sed addit qualia ista sint, aut quæ illa opera, ne, ut Asotus ille impostor facit, de reconciliatione per opera nostra coram Deo intelligentur, inquiens, Sed quæ sunt tandem ista maiora? An forte quod ægros ipsis transiuntibus, etiam eorum umbra sanauit? Me ius est enim ut sanat umbra, quām fimbria: illud per se fecit, hoc per ipsos, sed tamen utruncq; ipse. Veruntamen quando ista dicebat, uerborū suorum opera cōmendabat. Quæ opera tunc dicebat, nisi uerba quæ loquebatur? Audiebant & credebat illi, & eorundē uerborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus discipulis, non tam pauci quām illi erant, sed gentes etiam crediderunt. Hæc sunt sine dubitatione maiora.*

Intelligit ergo Augustinus locum hunc de multitudine credentium per ministerium Apostolorum, per quod ipse efficax erat futurus, ut suo ministerio plures ad fidem conuerterent quām ipse Christus, dum adhuc in terris obambularet.

Idem Tract. sequenti, eodem loco diligentius eadem tractans, dicit, Ecce maiora fecit prædicatus à credētibus, quām loquutus audientibus. Ad placata autem deinde hanc sententiam ad omnes credētes: & interpretatur de fidei iustificatione, qua ex impio fit iustus: quod ipsum credere in Christum, opus sit Christi, quod in nobis operetur, non tamen sine nobis. Hoc maius esse affirmat, quām cœlum & terram, & quæcumque cernantur in cœlo & in terra.

August. de fide interpretatur, quæ ad iustitiā imputatur, & hanc Christi opus in nobis esse dicit: est enim donum Dei. Asotus uero impostor & de prauator atq; corruptor, ut scripturæ, ita & Patrum, de bonis operibus intelligit, per quæ nos Christus Deo reconciliat: cum operum prorsus nulla hic fiat mentio. Et longè diuersum sit fides, propriè loquendo, ab operibus. Nec fides etiam ipsa, ea ratione qua opus est, iustificare dicatur, sed quia organon est, quo mediator apprehenditur, & in ipso omnia eius beneficia. Videmus itaque hanc Augustini interpretationem, ut nihil impij habet, ita etiam nihil ad Asoti impiam opinionem de operum iustificatione facere. Interpretatur enim bifariam uerba Christi, de maioribus operibus, uidelicet ad miracula & deinde ad fidem referens, cui & nos iustificationem tribuimus: hæc uero non nostrum, sed Christi in nobis opus est.

Quid autem Asote, si hanc interpretationem posteriorem Augustini non recipiam, sed simpliciter de miraculis, que Christus ad confirmandam Euangelij doctrinam per Apostolos operatus est, intelligam? Non opinor me crimen falsi etiam te iudice incursurum. Habeo enim Chrysostomum, cuius hoc loco expositionem simpliciorem, & præsentiloco magis conuenientem, sequar. Is super Ioannem Homil. 73. ita interpretatur hæc uerba, *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora ho-*

tum faciet, quia uado ad patrem. hoc est, uestrum iam est, miracula opera
ristrego abeo.

Quo igitur iam fundamento impium tuum, idolatricum & blasphemum in Christum, commentum nitetur? Sacræ scripturæ testimonijs deſtitueris. Augustini authoritas tibi non suffragatur. Et ut maximè hæc eſſet Augustini sententia, quod tamen ipsum nunquam probabis: tamen nobis longè pluris sint illa, quæ paulo superius ex Paulo produximus. Et ea eſſet tum pietas tum modestia Augustini, addo & reverentia erga Paulum & sacram scripturam, ut sibi plus credi non uelit, quām ex eadem probare posſit. Postremò concludit totum hoc caput his uerbis: Valeant ergo tam uanæ imposturae. In hoc solo uerus est uates & scriptor Asotus, si de se ſuicq; his dogmatibus loquatur. Quid enim, quæ ſo te, amice lector, uanius eſt, quid magis impium, sacrilegium & blasphemum, quām nō ſolum hoc morte & crucē pedibus cōculcare. Et opera quæ Christus in nobis operatur preſſerre, & ea maiorem reconciliationem mereri, affirmare, quām ipsa perſonalia Christi opera quæ corpore ſuo gessit. Valeant ergo, imò pereant oī uanissime, uanissimæ tuæ iſtae uanitates, imposturae & deprauationes: damnantur, ut damnatae ſunt & pereant in æternum igni inextinguibili cum omnibus cucullis & cucullatis, qui resipiscere ab eis nolunt, cum nō ſit aliquid nomen, uel opus, quo cuncti tandem nomine uocetur sub ccelo datum hominibus, in quo nos oporteat ſaluos fieri: nec ſit in alio quo quā ſalus, quām in filio Dei, Domino noſtro Iefu Christo, quem proposuit Deus propiciatorum per fidem in ſanguine ipſius, per redēptionem ipſius, non per opera noſtra, quæ ille in nobis operatūr.

Act. 1.

Rom. 3.

ANNOTATA IN CAP. XXVIII.

Exempli Ozæ, Asotus in præfatione ſua, ſicut & Vſiæ conatus fuerat, ne terminos ſue uocationis transgrederentur, hoc eſt (ut ipſe calumniatur) ne diſputationē cōtrouerſiarum, quæ circa religionis dogmata ſunt, fuſcarent, aut Eccleſiam iam ruentem ſuis ſtudijs ſubleuarent. Atq; ut declaret quām horribile hoc eſſet peccatum, addidit eum præter omnem temeritatem manum admouiffe, ut arcam Dei iamiam ſe ad ruinam inclinaret, teneret. Cum igitur reprehensus eſſet à Brentio, quod non peruertere ſolū ſacram scripturam, ſed etiam luculentum mendacium aduersus illam diceret, in qua aperte habeatur, Dominum eum propter temeritatem percuiſiſſe, ipſe non ueritus ſit dicere, quod præter omnem temeritatem manum admouere, ſibi licere crediderit: hic tantum abeft, ut F. Petrus ſuā ipſius agnoscat temeritatem, ut insuper ſe recte feciſſe arbitretur, ſuimque defendat factum, & ſicut Sodoma peccatum ſuum prædicet. Quæ enim manifestior eſſe potest contractio, quām hęc, quod cum ſcriptura affirmet, Ozam à Domino ſuper temeritate ſuā percuiſum: Asoto non ſufficiat negare temeritatem, ſed addat, præter omnem temeritatem: Videamus ergo præſtigias, quibus h̄ic in ſua defenſione utitur. ita autem inquit: Ego animum excuso, non opus à temeritate. Deinde ait, Vſus ſum uocabulo temeritatis ea ſignificatione, qua temere fieri dicitur, quod ſine cauſa & neceſſitate aliqua fit. Tertiò cum neq; Philosophia, neq; Grammatica latina ſufficiere uideatur, ad Iudeos configuit, & ex Hebræo, uilitatam uerſionem uult corrigere uocabulum, errorem & ignorantiam ſignificare dicens.

Bone Deus, quām homo iſte folia ſicus conſuit, quibus turpitudinem ſuam, ne conspiſciatur, contegat. Recte dicitur, uoluntatem diſtinguere facta. Et Deus ipſe non opera per ſe intuetur, ſed ex personæ facientis animo & uoluntate de eis iudicium facit. Eadem enim opera hypocrita facere poſſunt

possunt, quæ uerè pīj. Tam offert Cain quām Abel: Deus uerò illius oblatione reiecta, huius accipit. Quæ causa est? Quia hic ex fide offerebat, ille uerò hypocriti. Eadem sunt uerba Abrahæ, cui Deus promiserat terrę Canaan possessionem: & Zachariæ, cui Deus per angelum promiserat filiū: uterque enim dicit, Vnde hoc sciam? Hic certè humano iudicio uterque pariter aut diffisus est Deo, aut ex fide signum petiit, quo de promissione certior fieret. Vnde igitur, quod Abrahæ signum datur, Zacharias uerò punitur? Hinc factum est, quod Deus *λαβει την αυτην* uidet Abraham ex fide, Zachariam uerò ex diffidentia signum petere. Atque ita Deus ex animo de uerbis & factis hominum iudicat. Cum igitur Deus hic dicatur iustus indignatione contra Ozam, & eum super temeritate percussisse: quis non videat, Dominum Deum nostrum non in factum illud externum respexisse, quod humano iudicio uralde pītum, & sicut Asotus loquitur, bona intentione suscepsum fuerat, ideoque non modo non peccata, sed etiam præmijs dignum: sed de animo illius iudicium fecisse, & propter temeritatem, quæ ex uoluntate & iudicio processerat, eum interfecisse. Quis ergo tu ignote & obscure fraterculi? Quando de cœlo delapsus es, aut Dei consilijs interfueristi, ubi sicut Paulus ad tertium cœlum raptus & edocetus, hanc subtilem & planè supercœlestem distinctionem attulisti, qua iudiciorum Dei altitudinem non solū temeraria tua præsumptio ne penetrare, sed planè euertere, & Spīritum sanctum mendacij argue re conaris?

Itaque quod dicit, Ego animum à temeritate excuso, non factum: nescio qua id temeritate garriat. Certum est enīm, ordinatione & uerbo Dei *Num. 4.* constitutum, ut Kahatitæ seruirent in tabernaculo, portando sanctū sanctorum, ut erat arca, mensa, altare thymiamatis. Nec quis præterea attingere impunè audebat, exceptis filiis Aharon. Non solū ergo sine causa & sic temere, iuxta Asotum, sed etiam impiè contra expressum Dei mandatum, Oz a traxit arcum. Quare non temere dicitur, Dominum iratum indignatione magna, & percussisse Ozam super temeritate sua. Sed quod addit, se uocabulo temeritatis usum esse, pro eo quod sine causa & necessitate fiat: certe uidebatur Ozam non sine causa, nec sine necessitate id facere, cum arca iam inclinata esset.

Quod uerò sibi ad Hebræam linguram, cuius forte se Rabīnum quendam eximium esse iudicat, configiendum existimauit, dicens uocabulum ḥen errorem & ignorantiam significare, non solū ignorantiam suam & stultam arrogantiam prodit, quod eius linguae peritiam sibi ascribit: sed etiam in decretum concilij sui Tridētini atrocissimè peccat, quo ue tis translatio ita est confirmata, ut nec in publicis lectionibus, nec disputationibus, ab illa cuiquam recedere liceat.

Quare cum concilia errare non possint, & anathemate dignos iudicant prævaricatores suorum oraculorum, Asotus sua temeritate incurrit indignationem Apostolorum Petri & Pauli. Nec Pontifex ipse Romanus, cuius tamen satelles est addictissimus, absoluere poterit Asotum à sua temeritate.

Nomen ḥen à uerbo ḥn̄ quod fortunatum esse accessione bonorum, ḥs̄p affluere significat, deriuatur. Cūque fortunati & bonis affuentes, plerunque sunt securi, & ex securitate, freti successu rerum atque fortuna, temerariè multa suscipiant: hinc nomen pro temeritate accipitur. Quare non est quod Rabbi ille Mosche hoc loco usitatam translationem repræhendat, & quod dicitur, Magnificat corrigat. Quod si tantum sibi fidit Sotus, atque in Hebræa lingua tribuit, cur non alia loca ex veteri translatio-

*Gen. 15.
Luc. 1.*

ne, in quibus plus est periculi, corrigenda sibi sumit, & virum se demonstrat. Sed haec haec tenus ex grammatica, qua Asotus suam temeritatem probare uoluit.

Mirabitur forte quis, cur fraterculus adeò sollicitè animum Ozæ à temeritate excusat, quod non malo animo, sed bona intentione consulendit maiestati diuinæ, putauerit se temerè agere. Verum id hoc facit consilio, lob. 16. quod ex crebra uerborum re petitione apparet. Putant hypocrita superstitiosi, quod quicquid bona intentione, ad gloriam Dei, pia credulitate, seu ut uerius dicam, impia crudelitate suscipiant, id gratum esse cultum, sequæ Deo præstare obsequium. Hac unica ratione, siros ordines monasticos multiplicipes, Regulas, cappas, funes, calceos ligneos ex arida & maledicta fico, quæ nullos bonos fructus fert, sculptos, & reliquum immensum traditionum Papistiarum chaos defendere cupiunt, & commendare. Apparet autem ex hoc Domini iudicio, quam grata sibi sint haec, quæ ex illa bona intentione, sine uerbo Dei profiscuntur. Quod si huic Dominus tantopere irascitur, quid non pœnarum Asotici innumerus eiusmodi temeritatibus merentur?

Deinde, hoc exemplo iræ Dei, pios Principes & ministros Ecclesiæ, qui iam adesse ruenti, eamque sua opera subleuare cupiunt, deterrere co[n] natur: quod illis hoc non sit permisum, sed ad sacerdotalem ordinem, qui Kahatitis ueteris Testamenti in novo successerint, pertineat. Quod si quis alius extra hunc ordinem constitutus, tentaret, id terminos suos est transgredi, & præsumptio æternis pœnis cohercenda.

Ad hoc commentum, quauis glacie frigidius, præcedenti capite est respondum. Probent sacrificuli Pontificij, Missales isti, adhuc durare typos istos legis Mosaicæ, sacerdotium illud Leuiticum: deinde se Kahatitas. Ad se solos, non etiam ad quosvis, maximè uero pios Principes & doctos uiros, qui singularibus donis ad hoc à Deo sunt ornati, non ut talentum abundantant, sed super candelabrum collocentur, & luceant in domo Dei, quæ est Ecclesia, curam hanc pertinere. Probent & se ad officium faciendum paratos & idoneos. Vbi uero nunc sunt in tota ista clericorum colluie sacerdotes in studium conseruandæ Ecclesiæ intenti?

Punitus est Oza quod contra Dei interdictum ex temeritate arcum attigerit. Vbi uero Dei interdictum, quo ab hac cura & studio p[ro]i Principes arcentur? An non potius contraria, hoc officium ab eis Deum requirere, probatum est? Quam igitur dissimilis est causa Ecclesiæ famam non modò, ut affirms, ruentis, sed etiam humili projectæ, impiorum probris expositæ, & inluto demersæ. Quid igitur, tu ne Asote pios deterrebis, ne Ecclesiæ curam suscipiant, cum uos impuro uestro ore, multiplici idiomania & cultibus ficticij, crudelibus persecutionibus, ac scriptis uenenatis, tanquam telis & machinis prostraueritis, & iam pedibus conculetis: Principes uero pios & uiros doctos, quia non sunt de uestro grege, eam repurgare prohibebi?

Videmus quid moliantur. Funditus interire potius & radicibus extirpari malent totam Ecclesiam, quam eam piorum Principum & doctorum uirorum studijs foueri & conseruari paterentur. Nec uana ducor coniatura, res ipsa loquitur: non uerbis opus est. Colligere etiam hoc ex uerbis fraterculi promptum est. Deum posse affirmat sua omnipotentia custodire Ecclesiam: & certè facturum, sine transgressione præfixi à nobis termini: neque propterea nos debere aliquid audere, quod nobis non sit permisum. Quid uelit, intelligimus. Alienum hoc esse dicit à Principibus: quod quale sit, dictum est superius. Sui, ad quos præcipue hoc spe-

claræ

stare dicit, nec uolunt succurrere Ecclesiæ, metuant enim ne quid de pompa illa & splendore decedat: nec si maximè uellent, præstare quicquam possent.

Quid ergo reliquum est, nisi quantum in ipsis est, ut tota pereat Ecclesia. Quod Asotus fatetur, addens, Deum satis esse fortem, nec opus habere adiutore. Grati summum hoc Dei beneficium agnoscimus, si enim pene Pontificios suis let hactenus, quod & ipsi agnoscunt & prædicant, dum sicut Sodoma & Gomorrah facti essemus.

Quod uero addit, Deum non nisi legitimo, & a se constituto ordine Ecclesiam seruare, recte quidem dicitur, si etiam recte intelligatur. Sed hunc legitimum ordinem, Asotus de suis Perlatis & Iaruatis Episcopis intelligit. Nos uero minime omnium, Deum & Ecclesiam ad hoc alligari dicimus. Ordo autem a Deo institutus is est, quem Paulus describit: quod Christus ascendens, dona dederit hominibus, Apostolos, Prophetas, Pastores, Doctores. Aliquando etiam excitatis pijs Regibus & Principibus, sicut Hiskiam, Iosaphat, & alios, qui curam Ecclesiæ suscipiunt, eamque restaurari faciunt, fauent: & quantum in ipsis est, suo studio, pietate & diligentia conseruant, cum iussit non Princes tantum, sed etiam quosvis laicos in Ecclesia cauere a pseudoprophetis, & probare spiritus num a Deo sint.

Atque adeò ad istum legalem ordinem & successionem carnalem, non esse alligatum Deum nouimus, ut cum etiam in veteri Testamento, talis quidam ordo a se esset institutus in tribu Leuitica: tamen illos omnes saepissime errare permiserit, & extra ordinem illum conseruarit Ecclesiam, excitatis Prophetis, etiam ex infima plebe & sorte, pastores pecorum, & alios, qui collapsam Ecclesiam malitia & negligētia atq; impietate sacrificiorum restaurarent, & doctrinam squalore obsitam, tenebris & densa caligine inuolutam, explicarent & repurgarent.

Verum aduersarij nostri idem facere uidentur, quod olim senatus Romanus, qui nolebat quenquam in Imperio Romano in numerum Deorum referri, nisi ex suo decreto: ideoque cum Tiberius, cognitis Christi miraculis, eum Deum pronunciasset, non prius cum senatu communicato consilio, & hoc facto demum ad Senatum de eo referret, quia senatus non prior decreuerat, Christum Deum agnoscere idem noluit.

ANNOTATA IN CAPVT XXIX.

Analogia Synagogæ ad Ecclesiam, ex veteri lege, quam Rex a sacerdotibus accipere iussus erat & describere, Asotus probare uoluit in prefatione, causas religionis non ad Princes, sed tantum sacerdotes, hoc est Prælatos pertinere. Ibi Brentius ioco dixit, ergo ne his licere ut possideant proprias terras. Hic fraterculus culinæ metuens, acriter non in Brentium solum, sed etiam illustrissimos Princes, huius doctrinæ discipulos inuehitur: & ex horum operibus, quid Brentius uelit, intelligi inquit. Male autem habet hominem, quod Regias istas opes, quas avaricia, rapina & idolomania, male persuasis miseris Christianis, sacrilegè corraserunt, simplicioribus imponentes, domos uiduarum prætextu longarum precum deuorantes, iam abiiciendas, per iocum audiat. Quod deicit, qualiter sit affectus & affectos uelit in Prælatos, suos Princes, intelligi: facile ferre possumus, ut omnes agnoscant & intelligent, quæ nostra sint studia & opera, quod ad bona Ecclesiæ attinet. Quid queramus,

notum est, quæ ministrorum Ecclesiæ apud nos conditio sit, clarus est, quam ut multis uerbis opus sit.

Agnoscimus autem nihilominus & grati prædicamus piorum & illius strissimorum Principum ac magistratum clementiam, quod suis officijs docentium & discentium studia fouent, præbentes hospitia, uictum & amictum, pro quibus nos gratos esse decet. Sed quid hæc sunt ad Canonorum & reliquorum Papalium præbendas, quibus singuli cumulanter nec enim unica quantumuis pingui contenti sunt, sed plurimas occupant quid ad immensas opes, splendorem & apparatum regium, cum tamen officium propter quod ea accipiunt, non faciant, & maxima pars nec facere possit? Et in quem usum opes istas & bona Ecclesiæ conferant ueluti, Asote, sole meridiano clarus est.

Quod Principes pios & magistratus nostros perstringit, quasi prætextu Euangeliū bona Ecclesiæ diripiunt: non opus illi habent mea defensione, parati sunt ipsi de ihs coram iudicibus æquis reddere rationem. Si qui iniuste inuadunt & diripiunt bona Ecclesiastica, ihsq abutuntur, id à nobis non dīdicere, nec nobis probantur omnia quæ à singulis suo arbitrio fiunt. Sed quid hæc ad totam causam?

Hoc unum addendum est, bonaista, quæ sic recte uocantur Ecclesiæ, non esse Papæ, non Episcoporum, aut Prælatorum, nec ociosorum, acignavorum Canonicorum irregularium, neque etiam Monachorum, quorum Deus uenter est: sed Ecclesiæ ueræ Dei. Quare cum uos Ecclesiæ Dei non esse constet, & præcedenti primo loco demonstratum sit, mitem ad uos ista bona pertinent, sed quemadmodum ignavi & ociosi fuisti arcendi eratis. Quemadmodum & Augustinus recte suo tempore fā

August. E-
pist. 18.50. Cūm esse docet, ut legibus Imperatorū hæretici bona illa, quæ Ecclesiæ nomine possidebant, amitterent, ihsq exuerentur: data uero esse uera *Augustinus* Christi Ecclesiæ, ad quam solam, & non ad alienos pertineant. Ideo bona, *cōtra Cres.* quæ sub nomine Ecclesiæ teneantur, non debere ab hæreticis posse *Grammat.* fideri.

lib. 3. cap. 50. Sed hoc non cupimus Asote, non inhiamus bonis illis. Nam si hoc quæ reremus, ad uos transfugeremus, & mox omnibus bonis afflueremus. Ita enim transfugas nostros degeneres excipitis & tractatis.

Hæc obiter. Iam ad rem ipsam accedamus. Analogiam esse dicit Synagogæ ueteris Testamenti ad Ecclesiæ noui. Cum igitur ordinatione Dei, discrimen sit inter sacerdotes illos & Reges, ad sacerdotes uero per tinuerit, ambigua definire & religionem tractare: ideo iam quoque Principes non debere in concilio fidei ambigua unâ dijudicare, ne confundantur officia.

Quod si analogizare placet Asote, quid si utraque hæc & regnum, & sacerdotium populi Israhelitici unius Christi figuram fuisse asseramus, qui summus Rex & sacerdos atque Monarcha populi sui est? Non puto te nos iustè repræhendere posse, cum & Epistola ad Hebræos id affirmet, & manifestè Psalmi utrumque Christo tribuant: & licet antea diuersa fuerint, pulcherrimè tamen Christo conueniant, utraque & in una atque eadem persona concurrant.

Porrò, cum à Christo & nos Christiani dicamur, quid mirum si nos quoque omnes & singuli, quotquot Christo nomen dedimus, sacerdotes & Reges simul dicamur? Vnde etiam hoc nomine & Principes p̄ij & laici, quod sint ueri & spirituales sacerdotes coram Deo, iudices esse debent, controuersiarum religionis. Aut nunquid eò uestigia procedes, ut nos à Diuino Petro Regale sacerdotium appellari neges, vocatos in admira-

bile lumen, ut uirtutes enarremus eius, qui nos de tenebris uocauit? Non
ne & uestri Pontifices, Cardinales, Praelati & Episcopi non modò titulo-
tenus, sed re uera utrumque administrare, uideri uolunt, regna, prouincias,
Ducatus, Principatus, ciuitates in morem Regum & Principum, ac Du-
cum: quo nomine etiam compellari uolunt. Belligerantur etiam, in aciem
procedunt, eam instruunt, &c. Et nihilominus etiam sacerdotes & E-
piscopi perhiberi uolunt, Ecclesiæ Praelati. Atque hunc in modum ar-
ctissime hæc duo officia diuersissima, atque iuxta Asotum incomparabi-
lia, in una & eadem persona nec confunduntur, nec se mutuo impediunt:
Principes uero seculares, qui eti sacerdotali munere publico fungi non
uelint, tamen interesse cupientes dijudicationi controversiarum, confer-
te & dicere sententias & communicare consilia, impediuntur hac politi-
ca administratione, ne id fieri possit, quia alias hæc duo diuersa confun-
derent ministeria? Quæ ratio est diuersitatis, Asote? Nullam aliam
afferre potest miser, quam unctionem istam olei & chrismatis. Tanti' ne
tibi est rancidum illud uestrum oleum? O' uos terque quaterque stu-
tos & insanos.

Etnos affirmamus, distinctas esse sacerdotum & Principum uocatio-
nes: sed hinc nondum sequitur, pios Principes & sacrae scripturae peritos,
in concilio non debere dicere sententias definitivas. Causæ enim reli-
gionis & fidei communis sunt & esse debent omnibus. Singulib[us] à fal-
sis Prophetis cauere debent. Omnibus Christi fidelibus dictum est, O-
mnin probate. Item ad totam Ecclesiam pertinet, Cæteri dijudicent. Etsi
sedenti fuerit reuelatum, taceat prior. Similiter & illud, Probare Spiriti-
tus. An hæc ad Principes non pertinere iudicas Asote? aut illos Eccle-
siæ membra esse negabis? Sed hoc modo confundi officia sacerdotum &
Principum, fraterculus uociferatur. Non iam dico, quod Episcopi, qui
pascere debebant gregem, facti sunt hostes Ecclesiæ & persecutores uer-
bi Dei, ideoque tanquam lupi cauendi, eamque ob causam necessariò
Principes ad curam Ecclesiarum, consilio piorum & doctorum virorum
suscipiendam cogi: sed hoc dico, non propterea confundi has diuersas
diuersas functiones. Quia non ideo mox Principes constituentur Episco-
pi: nec his electis, ipsi officia omnia Episcoporum inuadent & usurpabunt.
atq[ue] hoc modo distinctione coniunctioni huic non repugnat.

Quod igitur dicit frater Petrus, Reges à sacerdotibus legem accepis-
se, eamque ab eis didicisse: ideo non eorum doctores, sed discipulos fuiss-
se. Agnoscimus Dei beneficium, quod huic ordini curam & custodiam
sacerorum librorum commendauit, quos certa authoritate à Prophetis san-
ctis acceperant, atque ita per manus posteris tradiderunt, ipsi custodes
librorum authenticorum. Quid tum postea? Asote. Et à Iudeis nos acce-
pimus. Sicut etiamnum hodie diligentissime conseruant. Ergo' ne Ra-
bini Iudeorum, nostri erunt præceptores? Licet sacerdotes nec hoc
suum officium semper bona fide fecerint. Notum enim est, librum legis
eorum iniuria & ignavia amissum, tandem uero sub Iosia repertum: adeò 2. Reg. 22.
diligenter scilicet & in lectione & in explicacione legis Dei sunt uersa-
ti. Debebant quidem illi docere Reges legem Dei, sed quid amissa le-
ge docerent? Reges accipere debuerunt & discere legem à sacer-
dotibus, quid autem si ipsi summi & infimi sacerdotes errant? Sed ue-
rissimum non est, tantum legis uerticem errare in ihs quæ sunt fidei. iu-
sta illud: Non peribit lex a sacerdote. Qualis igitur tibi uidetur Vtias?
Et quid ab eo didicit Ahas? An qualis Rex, talis sacerdos? aut qualis sa-
cerdos, talis Rex? Quod si hoc doctore & præceptore usus esset Hiskias,

nunquam nec æneum serpentem confregisset, nec excelsa dissipasset, nec statuas contriuisset, nec lucos succidisset: sed fecit mandata Domini, quæ præceperat Moysi: unde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ pro cedebat, sapienter se gerebat.

Mirari autem satis nequeo ingenium, eruditionem & acumen sophicum Asoti, qui in hunc modum argutatur: Rex describit exemplar legis à sacerdotibus, & leget in eo cunctis diebus uitaे suæ, ut discat timere Deum suum & obseruare omnia uerba legis, ut faciat ea: Ergo Principes non debent fidei dubia definire, sed soli Episcopi, qui habent analogiam cum Leuiticis sacerdotibus: quibus cum demandata sit custodia sacrorum codicum, constituti sunt, ut hic nugatur, iudices, ut quid pro uero Dei uerbo, quid pro adulterino & dubio habendum sit, iudicent.

Primum, solennis hic fuit ritus in consecratione Regis, quod librum legis accepit à sacerdote, ut eo admoneretur hac ceremonia, curam & studium religionis sibi demandari. Sicut sacrificulis missalibus dum suis sacrís initiantur, à suffraganeo calix in manus traditur, quo admonentur sui officij, quod iam accipiunt potestatem sacrificandi & offerendi pro uis & mortuis.

Deinde legere iubetur in lege ipse Rex, non credere quæcumque sacrificuli somniant: & ex lege ipse Deum timere discat. Timoris autem nomine cultus Dei & tota fere religio comprehenditur. Sicut Isaías in Isa. 29.quit, Timor eorum in mādati hominum. Quod Christus reddidit, Frustra Matth. 15. colunt me mandati hominum.

Tertiò additur, Ideo leget Rex Deuteronomium, ut obseruet omnia uerba legis huius, atque statuta ista, ut faciat ea. Atqui inter istas leges haec quoque una est, qua iubetur fugere, cauere & iudicare falsum Prophetam, etiam illum qui signis & miraculis dogmata sua confirmet, ut à uera religione abducat. Cognoscere autem hoc sine iudicio non potest, quo ueram doctrinam à falsa discernat, ut sciat quam sequi, quāmque cauere debeat.

Hoc modo uidemus id quod fraterculus pro se, suisq; Prælati contra pios Principes, ut eos à dijudicatione doctrinæ depellat, attulit, pro ipsiis contra Asoticos facere.

Porrò quemadmodum hoc testimonio ad imminuendam piorum Principium authoritatem est abusus: ita uice uersa ad conciliandam suis Prælati eam, quæ eis minime debetur, deprauat, inquiens: Sacerdotes fuere custodes sacrorum librorum: ergo Episcopi constituti sunt iudices, ut quid pro uero Dei uerbo, quid pro falso habendum sit, pronuncient. Respondeo: Sacerdotes Leuitici, testes fuere de scriptis Propheticis, quod certa autoritate & bona fide, à fide dignis hominibus per manus a Prophetis tradita acceperint, suaque cura & testimonij quibus assuerant, posteris per manus quasi tradidere. Sed quis ignorat, quantum sit discri- men inter testem & iudicem? Testes de sacris Prophetarum & Apostolorum librī agnoscimus: iudices uero illorum non admittimus. Testimonij autem auctoritas non à personis dependet, sed ab ipsius rei ueritate & certitudine, de qua testimonium perhibetur. Neque enim testis rem sua natura dubiam & incertam sua attestatione certiore reddit, sed rem perspectam & cognitam, bona fide, ut se habet, exponit. quod si quid de suo addat, falsus testis perhibebitur.

Hoc igitur sacerdotum, quod ad libros sacros attinet, erat officium, te-

stari scilicet bona fide, à quibus authoribus acceperint, eosque sua diligētia asseruare. Pro hoc beneficio Deo patri liberatoris nostri Iesu Christi agimus gratias quas possumus maximas, quod hæc scripta certis testimonijs & autoritate ad nos usq; propagauit & conseruauit contra furores diaboli, & totius mundi potentiam.

Sed quod uel sacerdotes Leuiticos Propheticorum, uel Episcopos Romanos Apostolicorum librorum iudices esse concedamus, id uero non quam Deo propicio in æternum sumus permisurū. Absit, absit, ut iuxta talium sacrificiorum decreta, res sacra stetq; cadatq;

Quanuis nec illud alterum, quod ad testimonium attinet de libris Canonis, Augustinus Episcopis solis, sed toti adscribat Ecclesiæ. In hunc enim modum scribit.

August. contra Faustum Manich. lib. xxviii. cap. II.

Sicut ergo ego credo illum librum Manichæi esse, quoniam ex ipso tempore, quo Manichæus uiuebat in carne, per discipulos eos certa successione præpositorum uestrorum, ad uestra usque tempora custoditus, atque perductus est: Sic & istum librum credo esse Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipse in carne uixit, non interrupta serie temporum, Ecclesia certa connexionis successione, usq; ad tempora ista perduxit. Nec Paulus solis sacerdotibus creditam esse custodiam sacrorum codicum affirmat, sicut Asotus Pauli testimonium depravat: sed toti genti Iudaicæ dicit credita esse oracula Dei. Quanta igitur iranitas & mentiendi, atque scripturam depravandi libido in Asoto, quod hinc uult inferre ad solos sacrificios suos pertinere dogmatum dijudicationem?

Quod si sacerdotes fuissent iudices sacrorum librorum, aut soli ipsi custodes, & non Ecclesia populi Iudaici, & synagogæ hinc inde in Iudea: certè Vras Baalita, qui sub impio Ahas uixit, & huius mandato idololatria n instituit, nunquam approbauit Prophetas sui temporis, Isaiam, Oseam, Amos, Micham, &c. nec eorum scripta & libros pro diuinis oraculis recepit, nec ea conseruauit. Quid igitur de his actum fuisset, nemo est qui ignoret. Similiter & Pontifices, ac sacerdotes, qui circa tempus captiuitatis Babylonycæ uixerunt, nunquam Ieremiam Prophetam Domini agnouere: sed miserabiliter eum tractauere, in carceres coniecerunt, summo ac Pharisaico odio eum persequuti sunt: neq; scripta eius receperunt, aut fide digna iudicauere. Ideoque facile à Rege comburi passi sunt, atque hoc spectaculo summopere delectati. His ne sacrificulis iudicium de libris sacris permittendum Asote? Hinc custodes illorum erunt? At qui omnes dudum, ni Dominus melius Ecclesie cōsuluisse, intercidissent: sicut Deuteronomij liber ab iisdem est amissus. tanta scilicet sacrorum cura eos rangebat.

Atque, ut suorum Prælatorum autoritatem extollat, hoc sacerdotum munus amplificat Desotus, inquiens: Certè scimus quantum fuerit creditum sacerdotibus veteris legis, cum ab eis duntaxat exemplar illius petendum præcipitur, res ipsa satis ostendit. Deinde addit, Hebræorum omnium certissimus sensus est, qui non dubitant solos eos libros Canonicos, & in auctoritate esse, quos sacerdotes semper ita seruarunt, & suis posteris ita seruandos tradiderunt, atque ita per manus sacerdotum & auctoritatem sacri libri à non sacris discreti sunt. Quod quantum ualeat, iam est demonstratum. Sed ignorat Asotus, dum hoc modo suis cupit gratificari sacerdotibus, & laudibus autoritatem extollere, se interim altera parte gravissime in scopulos impingere, naufragium facere, & magnam partem suo tam bonorum amittere, quibus reliqua, quæ sunt præcipua Papatus, tanquam fundamentis nituntur, omnia euertuntur.

Si enim uera sunt, quæ iam dictis uerbis afferis & commendas eonomi-
ne, quod sit certissimus sensus, ut si soli sint libri Canonici & in auctoritate,
quos sacerdotes Iudaorū afferuarunt, &c. ubi manebunt uobis Thobias,
Machabæorum libri duo, quibus purgatorium uestrum ignem imaginari
accendere, ac rursus eleemosynis, uigilijs, & precib⁹, atq⁹ sacrificijs uestris
extinguere, & ex eo redimere, & liberare miseris animas illorum, quorum
propinqu⁹ precio à uobis conducunt missas & alias nugas, conamini. Hos
enim sicut alios apocryphos libros, Hebræi in suis Biblijs non habent, nec
unquam pro talibus agnouere.

Et quomodo tibi Rabino Iudaizanti, cum concilijs, quæ alias tanti
facis, conueniet? Immemor fortasse, cum hæc scriberes, eras, Domine
Petre, primi decreti, quartæ sessionis concilij Tridentini anno 1546.
Aprilis 8. editi, in quo sacrorum librorum index enumeratur, & inter ce-
teros, Tobias, Judith, Sapientia, Baruch & duo Machabæorum libri reci-
tantur, quo facto additur: A' uenerabilibus Patribus in concilio generali
legitimè congregatis & à Spíritu sancto gubernatis: Si quis autem libros i-
pios integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi
consueuerunt, & in ueteri uulgata Latīna editione habentur, pro sacris &
Canonicis non suscepere, & traditiones predictas sciens & prudens con-
tempserit, Anathema sit. Cum igitur hi libri ab Hebræis nunquam sint
agniti, & Asotus probet Hebræorum sensum, certissimum uocans, syno-
dus uero pro Canonicis haberi sub pœna anathematis iudicarit, uiderit
frater Petrus, qua ratione anathema illud effugiat. Sed fortasse nouit isti
puncte quiduis etiam contra synodi decreta licere, agere, fingere, commini-
isci & mentiri etiam, modò id ad auctoritatem Prælatorum quoque
modo faciat. Egregium uero conciliorum uindicem, & Prælatorum au-
ctoritatis defensorem, qui solus prætutus, ignotus & obscurus fraterculus,
contra totum concilium à Pontifice Romano indictum, legitimè in Spi-
ritu sancto congregatum, adde etiam, in quo nullus secularis Princeps
sententiam dixit, contra totum concilium pronunciandi, iudicium & au-
toritatem sibi sumit. Quod si nos tale quid tentamus, statim audi-
mus, Hæretici: Monacho uero, ob id solum, quia Cacolycus est, impu-
ne id licet.

Postremo, quasi graui affectus iniuria, cum non somnia sacerdotum
Rex describere iussus dicitur, sed legem Dei: non uult hanc notam suis
Prælatis impingi, sed, ut præ se fert, valde iniquo fert animo, dicens:
Nec uerum est, nos uelle, ut somnia nostrorum Episcoporum sequantur
Principes. Sed heus tu bone vir, quem tamen te esse negas, hoc non
solùm uera Dei Ecclesia, sed totus mundus nouit, & grauissime etiam
nun hodie gemit & conqueritur. Quid enim! non somniorum & hu-
manarum traditionum, nomine Ecclesiæ, miseris obtrusere hominibus,
tam summis, quam infimis?

Vnde quæso te immensum illud legum chaos & Decretorum uolumi-
na? Vnde indulgentiarum literæ, quibus totum replete mundum,
mendacissimis eas uenditantes encomijs, & hoc prætextu fallissimo &
imp̄issimo commento, opes & thesauros orbis Christiani exhaustis &
expilatis? Vnde peregrinationes laboriosæ, sumptuosæ, periculosæ,
ac superstitiones in loca remotissima & terminos ferè mundi, ubi homi-
nes uagabundi, palantes & errantes, desertis suis Ecclesijs & œconomia,
uocatione, uxoribus & liberis miseris, cum ingenti pudiciciae, fortuna-
rum, adeoque uitæ periculo, reliquias nescio quorum diuorum, spe salu-
tis, falso sunt persuasi, inquirere?

Vnde

Vnde asine (Asote dicere uolebam) leges de discrimine ciborum & prohibitions carnium: Vnde purgatorium illud uestrum sicut cibum, exequiae vigiliae, Missæ & anniversaria pro defunctis, quibus magnam partem orbis Romani, perinde ac fures, & prædones, prætextu redēptionis & liberationis occupastis, & interea fumos uendistis: postremo, ut alia omittam, unde uociferationes, atq; ululatus in specubus uestris: Quid Legende uestrorum sanctorum somnia non sunt: Quid de aquæ, salis, cereorum & reliquarum Dei bonarum creaturarum execratione uestrar: Quid de coacta, impia, tyrannica & misera animarum carnificina, confessione, inquam auriculari, omnium peccatorum enumeratione, & pro peccatis canonica satisfactione, dicam: Vnde hæc omnia & singula, ut alia sexcenta huius farinæ omittam, de quibus ne tota quidem in sacris literis canonicis monstrare potestis: nisi ex somnijs & traditionsbus uestrorum Prælatorum, orta sunt & conficta: Atq; haec onera grauissima totius Ecclesiæ non plebeiorum solum, sed Regum etiam & Principum ceruicibus, uestri prælati, imponere non sunt reueriti. Et quidem longè fuit atrocis peccatum, multo etiam grauioribus poenis, in harum impiarum nugarum & somniorum trāsgresores animaduersum est, quam si quis legem Dei præuaricatus esset. Hæc vulgo nota sunt, & notiora, quam ut uerbis opus sit. res ipsa loquitur: Et tamen quæ est Asotij impudentia, dicere non erubescit: Nec uerum est, nos uelle, ut somnia nostrorum Episcoporum sequantur Principes. An non frons meretricis tibi est, ut erubescere nescias, negans quæ luce meridiana sunt clariora: Nimium deliras Asote, si res uestras adhuc eo in loco esse arbitraris, in quo ante annos quinquaginta fuere, cum tempus esset tenebrarum & densissimæ caliginis. Fax uerbī diuini discussit nebulas, & patefecit Antichristum: nec quicquam aliud est reliquum, quam ut Dominus noster Iesus Christus illustratione aduentus sui hominem illum peccati & filium perditionis, cuius aduentus est secundum operationem Sathanæ, destruat: id ut breui faciat togamus & obsecramus, quo tandem isti somniatores qui euigilare nolunt, nec resipiscere, digna suis pessimis factis præmia percipiānt. Amen, Amen.

ANNOTATA IN CAPVT XXX.

HOC loco ex Deuteronomij cap. 17. autoritatem sacerdotum, regia potestate superiorem esse, & decreto illorum circa fidei dubia standū (de his enim quæstio est) similiter, & discrimin utriusq; potestatis sacerdotali & regiae, uel principum, ostendere conatur. Quia Deus ibidem, quid circa fidei dubia fieri uelit, præcipiat. Ascendo, inquit, ad locum quem elegerit Dominus, ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & iudicem qui fuerit illo tempore: quæresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem, & factes quodcumq; dixerint, qui præsunt in loco quē elegerit Dominus, & doceant te iuxta legem eius, &c. Qui autem superbierit, & sacerdotis nolēs imperio obedire, ex decreto iudicis morietur. Incivile esse aiunt respondeat lege non integrè perspecta: quod cum fiat in iudicij politicis, multo æquius est idem in grauissimis fidei causis & quæstionibus obseruare. Frater Petrus locum iam dictum ad fidei ambigua & dubia accommodat, cum prorsus nihil in eo loco de fidei quæstionibus, sed de causa ambigua in criminalibus, & profanis negotijs, & sicut illic habetur, inter sanguinem & sanguinem, hoc est homicidia: inter causam & causam, id est, furta, rapinas, iniurias & similibus: inter plagam & plagam, id est, uulnera & corporis læsiones, tractetur. Vbi Hieronymus, uel quisquis est usitate ueteris translationis author, lepram & lepram reddidit. quæ uersio forte iphis occasionem prebuit, cū analogia sit synagogæ ad Ecclesiam, ut ad Papam tanquam Pontificem summum, omnes quæstiones fidei & ambigua referrent.

Scimus

Sciimus sacerdotes Leuiticos habuisse aliquam partem administratio-
nis politice. Iudicem fuere interpres legum forensium apud populum Israe-
liticum, quemadmodum apud nos iure consulti. Quare non immerito ad
ipsos in dubijs tanquam ad oracula mandato Dei fuere alegati. Cum ita-
que tantum de iudicialibus legis Mosaicæ hic agatur, illæ uero forenses &
iudiciales nihil ad nos pertineant, sed nobis presentis magistratus legib. pu-
blicis uti sit concessum, nec ad illas Mosaicas, que certo populo ad certum
tempus datae sunt, simus alligati, hac figura, teste Augustino, Frater Petrus
suorum Prælatorum auctoritatem & superioritatem minimè probabit.
Quod si omnino ad aliquem, certè ad magistratum politicum pertineret
hæc lex de causa ambigua, ut inferiores à superioribus suis & ex aula sen-
tentiam in causis ambiguis accipiant. Loquitur lex de certo quodam loco
à Deo electo, probent ergo Papistæ, Romam esse electum locum à Deo.
Neque enim quia Petrum aliquando illic sedisse aiunt, ideo locus hic à
Deo est electus, ut omnes eius loci successores primatum habeant in Eccle-
sia, & is locus perpetuò Dei maneat sedes: cum Deus adhuc stante politia
Iudaica Silo locum, quem antè elegerat, reprobarit. In novo uero Testa-
mento, ubi regnum Christi spirituale per totum terrarum orbem disper-
sum est, nullus est eiusmodi locus certus & fixus, ad quem Ecclesia sit alli-
gata. Nam si dixerint, Ecce hic Christus, ecce illic, nolite credere. Etue-
niet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adora-
bitis patrem.

Matth. 24. Et ut hæc omnia nihil sint aut faciant, quæ tamen ex textu præsentis
Ioan. 4. loci euidenter apparent: tamen additur, Et iuxta legem eius te docuerint,
non ex scrinio pectoris, nec ex plenitudine scientiæ, uel potestatis, quod
male habet fratrem Petrum dicentem, Nihil multis uerbis, multo uero mi-
nus clamoribus opus erat, ut hoc daremus Brentio: certum enim esse, sen-
tentiam sacerdotum ad regulam legis Dei alligatam esse: non ideo sequen-
dum, quando manifestè est contra legem Dei. Cæterum, inquit, lex non lo-
quitur nisi in causa dubia. Deinde repetit eadem: Si manifestè contra legem
doceant sacerdotes, imo angelî ipsi, non sunt audiendi, sed rejiciendi ab
Ecclesia. Illa quæ manifestè contra legem Dei sunt, à nullo recipienda, nul-
lum excusant. Inter hæc fuit damnatio Christi. De manifestis itaq; non est
statutum iudicium: in dubijs parendum est supremo. Dubia uero à manife-
stis in re quacunq; communī sensu discernuntur, nec opus est alio iudicio.
Hactenus frater Petrus à Soto.

Deut. 6. Vide quām sit apertus, quām durus & seuerus iudex sacerdotum, quid
requirimus amplius in Asoto? Videt ueterator suorum Prælatorum au-
thoritatì per iniquissima & manifestè impia iudicia summorum sacerdo-
tum Caiphæ, Anne, & reliquorum, plurimum decidere, nec sine discri-
mine propter loci & successionis prærogativam & præminentiam quæ-
uis ipsorum decreta recipiendi. Audio quod dicat, manifestè contra legem
Dei si decernant sacerdotes, inquit, imo ne angelî quidem audiendi erūt.
Inter hæc fuit & Christi damnatio. Atqui negabant tum Pontifices, sacer-
dotes & Pharisei, se manifestè contra legem Dei agere, condemnando
Christum: imo iuxta legem se rectè ipsum tanquam blasphemum in crucē
agere. Quia æqualem se Deo faceret, cum in lege audirent, unum tantum
esse Deum. Vnde blasphemum esse iudicant. Apud plurimos res maximè
dubia erat. Pauci enim credebant, aut agnoscebant hunc esse promissum istum
Messiam. Vnde & uaria de ipso plurimorum iudicia, quibusdam bo-
num ipsum pronunciabantibus, quibusdam uituperantibus. Multo uero pau-
ciores credebant Messiam esse Dei filium, coæternum patri, &c. Et quid
multis opus est: Paulus & Petrus summi Apostoli, ignorantiam populi
Iudaici

Iudaici aliquo modo excusant. Scio quod per ignoratiam fecistis sicut & Act. 3.
principes uestrī. Et, Si enim cognouissent dominū gloriae, haud quaquam 1. Cor. 2.
crucifixissent. Dubium ergo fuit, cum alijs Baptystam, alijs Heliam, alijs Hie- Matt. 16.
remiam, aut alium quendam ex prophetis esse affirmarent. Quare iuxta
fratrem Petrum supremo parēdum erat. Recte ergo fecit Pilatus, recte &
milites exequutores, qui Christum cruci affixerunt: recte Annas & Cai-
phas, quia suprēmi, ut res erat dubia.

Quid autem dicam de cœnæ Dominicæ institutione, quomodo Chri-
stus eam celebrari uoluerit. Num & hæc inter dubia est? Non puto, quan Gelasius sa-
tumuis alias impudens sit Asotus, manifestam esse negaturū. Quod si du- erlegiū uo-
biām esse affirmauerit, planè sensu communi (ad quem tamen iudicij de cat mutila-
manifestis & dubijs ipse refert) eum priuatum dicere, minimè dubitabi-
tionem. Rejciendum igitur erit decretum concilij Constantiensis, de dī-
mīdia Eucharistia, ut quæ manifeste cōtra legem Dei sit. Nec credendū hoc
decretum à Spíritu sancto profectum, sed damnādum, & ab ecclesia Dei,
id quod factum est, rejciendum. Sed facile sophista colorem aliquem
Rheticum inueniet, quo uel excusat, uel non impiam esse constitutio-
nem, aut manifeste contra legem Dei, probet. Cum bona intentione ad
cauenda pericula decretum hoc sit promulgatum, cum non minus habe-
ant sub altera specie, quam sub utraq. Et ecclesia pro tempore dispensare
habeat in sacramentis, mota alijs atq; alijs causis. Sic facile quoq; nobis
probabit, non esse manifeste contra legem Dei, prohibitionem coniugij
sacerdotum, quamvis Paulus disertē dicat, Episcopus sit unius uxoris ma- 1. Tim. 4.
titus. Et prohibitionē cōiugij, doctrinā dēmoniorū uocet. Hęc scilicet, ut
alia innumera omittā, nō sunt manifeste contra legem Dei. sed quid facias
elusmodi uesanis hominibus? Miror autem, si frater Petrus impunē tule-
rit à supremo suo iudice, quod dicit, eum non esse audiendum, sed rejcien-
dum ab ecclesia, si contra legem Dei doceat: cum neq; Papam, neq; eius
sententiam quisquam in terris iudicare possit, ipse uero Papa omnes iudi-
cet: cum etiam si innumerā animas secum adducat in gehennam, nemo il-
lum redarguere debeat. Verū iudico fratrem Petruū præsupponere hoc
tantq; νεθολυκόν θεώρημα, Papam errare non posse. Quam uero absurdum sit
id quod dicit, dubia à manifestis in re quacunq; communi sensu discerni,
nec opus esse alio iudicio, nemo est qui non uideat. Ratio enim humana
& intellectus hominis prorsus nihil sacrarum rerum percipit, nedum sci-
ret quid manifestum, quid dubium est. Rom. 5. Prudentia carnis mors est,
& inimica Deo.

Satis itaq; mirari non possum Asotum, quod cum alias tantam obscu-
ritatem tribuat sacris literis, & sensus tam profundos atq; impenetrabiles,
parum instituti sui memor, iam cōmuni sensu dijudicari posse dubia à ma-
nifestis asseuereret. Nos uero in sacris (de his enim agitur) nequaquam du-
bia à certis communi sensu, & ratione dijudicari posse, sed Spíritu sancto
opus esse, affirmamus. Animalis enim homo, hoc est communis ille sen- 1. Cor. 2.
sus, non percipit ea quæ sunt sp̄iritus Dei: sed stulticia est illi, & non po-
test intelligere.

Quod uero addit, Brentij sententiam, qua permittit in causis religionis
cūlibet damnato iudicare & definire, num sit iuxta legem definitum, nō
solum falsam esse dicimus, sed apertissimè primō legis, & scripture uerbis,
deinde sibj̄ p̄fī, & deniq; omni sensus humani rationi repugnare. Miras fo-
miniat frater Petrus absurditates, quas ex sententia Brentij sequi nugatur:
cum lex ipsa disertē hanc exceptionem subiectat, luxta uerbum legis,
quam te docuerint. Sequitur ergo, quod si non docuerint iuxta uerbum
legis pronunciatum, nequaquam iniqua sacerdotis sententia grauatum

debere in illa acquiescere. Quasi uero propter ordinis superioritatem, ut
frater Petrus loquitur, sententia lata ualeat, quemadmodum Pythagore disci-
puli de suo praceptor, cum ratione destituerentur, dicere soliti sunt,
au^tos t^eph^a: aut uero homines illi errare non possint, ac nunquam etiam er-
rarint. Vel ideo quis condemnatus sit, quia a coetu qui titulum populi Dei,
^{1. Reg. ult.} & Ecclesiae retinet, condemnatur. An non unanimi consensu, & eodem spi-
ritu prophetae coram duobus regibus, in solijs suis sedentibus culta
regio, bona predixere, tanta fiducia & plenitudine scientiae, ac spiritus, ut
etiam Sedechias filius Chanaan cornua terrea sibi faceret, & adderet: Hæc
dicit Dominus, his uentilabis Syriam donec deleas eam. Insuper & pium
prophetam Domini Micham se opponentem, illosq; erroris arguentem
contumeliosis uerbis & pugno impeteret, inquiens: Me' ne ergo dimisit
Spiritus Domini, & loquutus est tibi:

Sed excipiet frater Petrus: Mirum non esse, quod hi errauerint, quia non
fuerint in legitima administratione; neque per successionem diuinitus insi-
tutam ordinati: sed de extremis & sece plebis, non de filiis Leui. Quare
ut uel iniquissimo homini satisfaciamus, & nihil habeat fraterculus sic
quod opponat: An non idem negotium fuit Hieremij cum sacerdotibus
& prophetis gentis Iudaicæ, qui in legitima erant successione, & admini-
stratione diuinitus ordinati? Hi magno consensu ex plenitudine scientie,
^{Hier. 26.} & potestatis damnant prophetam Domini. Ita enim habetur: Et loquuntur
sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum dicen-
tes, iudicium mortis est uiro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem
istam, sicut audistis auribus uestris. Quid igitur hic rex, & principes, qui
erant iudices populi Israel, nonne secundum Asotum, sententiam hanc a
sacerdotibus & Prophetis latam exequi debuissent, & carnaclives esse sa-
crificulorū? An non Hieremias iuxta Asotum acquiescere debuisset sen-
tentiae damnationis contra se latæ? Ita enim deridens Brentium, inquit:
Sed quod pulchrius est, permittit iudicium in propria causa grauato, quo
quid ineptius? quid magis contra omnem rationem quam in propria cau-
sa aliquem esse bonum iudicem? Sed multo sunt equiores iudices, & prin-
cipes Iuda quam crudeles & sanguinolenti isti hypocrita sacrificuli.

Admittunt enim Hieremiam ad defensionem, cum illorum sententia
esset grauatus etiam in propria causa pro se dicentem. Neque enim ideo
merito & iuste est damnatus, quia ab ordinaria potestate. Quare constan-
ter suam agit causam, dicens: Dominus misit me, ut prophetarem ad do-
mum istam, & ad ciuitatem hanc omnia uerba quæ audituistis, &c. Sum
quidem in manibus uestris, & facere potestis quod uobis bonum & re-
ctum in oculis uestris videbitur. Veruntamen scitote & cognoscite, quia
si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra uosmetipso, &
contra ciuitatem istam, & habitatores eius: in ueritate enim misit me Do-
minus ad uos, &c. Et quanta fuerit pietas & aequitas principum & senio-
rum, statim subiicitur. Et dixerunt Principes, & omnis populus ad sacerdo-
tes, & prophetas: Non est uiro huic iudicium mortis, quia in nomine Do-
mini Dei nostri locutus est ad nos. Similiter & seniores terræ surgentes,
defendunt Hieremiam contra sententiam a sacerdotibus & Prophetis la-
tam. Et quæ hæc absurditas ridicula Asote, quod in Brentij sententia rej-
cis, in Papa tuo probas? Ille enim in propria sua causa neminem agnoscit
iudicem, sed ipse uult ferre sententiam in eadem.

Quare neque falsa, neque legis & scripturaræ uerbis hæc Brentij sententia
repugnat, sed pulcherrime cum utraq; cōuenit. Quod Asotus, fascinatus
falsa imaginatione similitudinis iudiciorum forensium & ecclesiastico^{rū},
uidere non potuit. Iudici em de rebus rationi humanae subiectis, & causis
politicas

politiciis pronuncianti, propter officium est obtemperandum, ut finis sit aliquis dissidiorum, & tranquillitas reipublicæ conseruari possit. Vbi et si errata aliqua incidant, quæ multis ex causis fieri possunt: tamen cum bona tantum corporalia, caduca, & quæ reparari possunt: uel eis sine periculo animæ carere possumus, dissimulanda sunt, & publicæ tranquillitatæ condonanda. Secus uero habet in causis religionis, quæ ad Dei gloriam & æternam hominis salutem pertinent, ideoq; supra rationis humanæ capitum longè sunt positæ. Vbi & facilime & periculosissime erratur. In his enim nullius cœtus iudicio standum est, nisi firma ratione & perspicua ex sacris literis Prophetarum & Apostolorum redditâ, in qua tutò acquiescere possimus.

Et quod dicit, ridiculum fore iudicium, de quo cuilibet iterum iudicante permititur, sine ullo ordine superioritatis, atq; ideo inutile: tyrannidem illam Papisticam iterum in ecclesiam monachus parasitus conatur introducere, de qua dixerunt: Vbi est superioritas, ibi est præcipiendi potestas, ceteros manet obediendi necessitas. Verum nihil aliud dicit Brentius, quam quod Panormit. cap. significasti. de Ele&t. affirmat dicens, Plus credendum unius priuato fideli, quam toti concilio, & Papæ, si melioribus rationibus moueatur. Quod & exemplo Paphnutij in concilio Niceno manifestum est, qui unus toti concilio, cum legem de sacerdotum cœlibate statuere uellent, dittersum persuasit.

Nam quod Brentius dicit, unumquemuis priuatum, in sua causa debere esse iudicem: non hoc sentit, quod priuatus quisq; debeat publicam iudiciorum administrationē inuadere, & se, deiectis & oppressis iudicibus, legitimè institutis, in publicum iudicem cōstituere. Sed quod si publicus iudex pronunciarit iniquam sententiam, liceat & debeat suam quisq; in civilibus causis innocentiam, & in religionis controversijs fidem profite-ri, nec unquam sibi bene conscius siue in causis politicis, siue religionis, impietatem & iniuriam publici iudicis approbare, sed ei quoquo modo licet contradicere, & in professione sua innocentia perdurare. Num scilicet Naboth Iesraelita, iniquissimè à suis ciuibus cōdemnatus, nō debuit sententiæ tam crudeli reclamare, & cōfessione atq; protestatione sua cōfessere? Similiter & Zacharias iniquè imperfectus, non debuit prouocare, & dicere, Videat & iudicet Dominus: Num Apostoli à Pōtificibus damnati, non debuerunt suam innocentiam profiteri, & in ea professio-ne aduersus impiam sententiam perdurare? Num Stephanus in sententia Pontificum iniquissima acquiescere debuit, sentire & confiteri se recte & legitime à Synedrio condemnatum? Hoc illud est quod Brentius dixit, unumquemq; debere esse in sua causa iudicem, hoc est, suam innocentia, quæ sibi quisq; conscius est, profiteri, nec iniquam iudicis sententiam approbare. Vides igitur quam ingeniosus calumniarum artifex sit Sotus, cum longè aliam definitionem iudicij in propria causa finxerit, quam Brentius senserit.

Quod uero hanc sententiæ omni sensus humani rationi repugnare monachus dicit: quale sit hoc iudicium rationis humanæ in rebus Theologis, iam ante dictum est, & nemo est qui ignoret. Egregiam scilicet Theologiam nobis in ecclesiam inuehet Asotus, & optima erit consequentia iuxta hunc matelogum, Deum trinum esse & unum, repugnat omni rationi sensus humani: ergo non est credendum. Filium Dei incarnatū esse, corpora nostra resurrectura, & in summa omnes articuli fidei nostre repugnant omni rationi sensus humani. ergo iuxta Asotum, eis non credendum. Eò tandem Atlas hic cœli Papistici nos cum suis perlatis ecclesiæ scilicet columnis deducet. Talem habemus antagonistā. Talem doctorem

& eius similes, illustriss. Princeps Vuirtenbergensis, Dux Christophorus semotis arbitris, ut in præfatione contendit, cōquirere & audire debebat. Audi, inquit, nō me duntaxat, sed doctiores quosq; undiq; etiam, si opus est, aduoca. audi, inquit, illos quietè seorsim. Dignus erat hic theologaster, ut ex ultima Hybernia aduocaretur, quo religionis doctrinam profiteretur, aut ut uerius dicam, ad extremos usque Garamantas cum hac summatæologia alegandus.

ANNOTATA IN CAP. XXXI.

Ex analogia, quæ inter synagogam & ecclesiam est, probare conatur sacerdotes esse iudices, & in eis ueritatē doctrinæ deficere non posse. Ideo principes à legitimis illis Prelatis tradita tenere debent, non a scilicet propriis magistris. Hęc omnia ea consequentia coharent & se inuicem consequuntur, quemadmodū vulgo dici solet, à baculo ad angulum. Sacerdotes sunt iudices cōstituti: ergo errare nō potuerūt. Nostrī prælati in nostro Testamēto sunt iudices à Christo cōstituti: ergo ueritas doctrinæ in eis nō potest deficere. Satin sanus es monache an uero phreneticus. Est in aliis quibus analogia synagogæ & ecclesiæ: ergo in omnibus. Ceremoniæ Mosaicae, summus sacerdos, uictimæ, umbræ fuerū Christi, quare postquam Christus, qui est corpus, aduenit, umbræ iam cessauerunt. Nec iterū in ecclesiā *κακοληίας* legis Mosaicae ista ceremoniæ semel abrogata, reuocadē, cum nihil ad nos pertineant. Concedamus sane synagogam etiam in hac lege umbram fuisse ecclesiæ. Sed quid inde sequitur Aſote: hoc scilicet, summus sacerdos, typus fuit Christi: qui ubi aduenit, cessat umbra. Ergo iam summo pontifice Romano opus non habet ecclesia. Deinde sacerdotes alij, & Leuitæ, totam ecclesiam noui Testamēti, & omnes Christianos representarunt, qui singuli sunt sacerdotes sp̄irituales. Tota uero ecclesia regale sacerdotium. Quare quemadmodum illic sacerdotum, & Leuitarum fuit, controuersias dijudicare: ita iam ad totam ecclesiam, & singula eius membra pertinet. Quod in novo Testamēto sacerdotium, & liquod esse debeat, hoc est, ordo aliquis ministrorum ecclesiæ, qui iuxta Christi mandatum & institutionem, uerbum Dei prædicent, & sacramenta administrant, tantum abeat ut negemus, ut etiam summum Dei beneficium in his terris agnoscamus, & grati prædicemus. Quod iudicare debat illi ipsi de dogmatibus, neq; hoc inficiamur, sed eo modo, quo dictū est, uidelicet iuxta uerbum Dei. Iam probet Aſotus, suos Prælatos, illos esse ecclesiæ ministros à Christo institutos, & facere officiū, hoc est, prædicare synceram euangelij doctrinam, & sacramenta iuxta Christi institutionem administrare, & agnoscemus eos iudices: sed tamen nō sine discrimatione omnia ipsorum decreta recipiemus, uerū ad Lydium lapidem, sacram scripturam uidelicet, probabimus. Quod si quæ illi consona propoſuerint, recipiemus: ſin uero ſuo more pergent eidem uerbo Dei contraria.

Gal. 1. promulgare, anathema nobis erunt. Quemadmodum nec tunc ecclesia ueteris Testamēti prophetarum occifores audiebat. Dic enim, queso te,

Matth. 23. à quibus prophetæ pleriq; & iusti, qui de Christi aduentu sunt uaticinati,

Luc. 13. occisi sunt, niſi à sacrificiulis, ſcribis, & Phariseis hypocritis, & quidē Hierosolymis:

Ridiculum uero est, quod dicit: In illis legitimis Prelatis, qui agnoscendi ſint ueri sacerdotes, quos Christus constituerit iudices, non posſe deficer ueritatem. Hoc est ſpiritu sanctum captiuum retineri penitus, ut au-

Eph. 2. lare non poſſit, ut maximè cupiat, adeò mordicus ipsum retinent. Verum

quidem eſt, in ecclesia, quę eſt columna ueritatis edificata ſuper fundame- tum Prophetarum & Apostolorum ipſo angulari lapide Iefi Christo, qui ſuſtinet totum edificium, nunquam deficere ueritatem. Verum he pro- missiones

missiones nihil ad Asoticos Prælatos pertinent, sed ad ueram Dei ecclesiā: à qua prorsus illi alieni sunt, eo quod doctrinā cœlestem persequantur. Porro ecclesia non est alligata ad certum hominum ordinem, nec ad loci aut personarū successionem, uerū in illis manet qui amplectuntur verbum Dei. iuxta illud: Si māseritis in me, & uerba mea manserint in uobis. Item, qui ex Deo est, uebum Dei audit. Et singulis temporibus aliqui tales fuere alio tempore plures, alio pauciores: sicut & doctrina ipsa alio tempore magis floret & claret, alio minus. Manet enim fundatum perpetuò. Sed super illud alijs ædificant aurum, alijs argentum & lapides preciosos: alijs uero fœnum, ligna & stipulas, quae igni pereunt, non illo fictio purgatorij, sed examine Spiritus.

Vtracq; enim sententia uera est. Ecclesia nunquam errat universaliter, quia habet promissionem Spiritus sancti, & ueritatis: sed simul dicitur in euangelio latè grassaturos esse in magna parte gubernatorum, & populi qui habet nomen ecclesiae, crassissimos errores, & densissimas teuebras: adeò ut Antichristus in templo Dei sedeat, & administrationem habeat: & si fieri possit, in errorem etiam, nisi dies abbreviarentur, electi Dei inducerentur. Quod uero ad se suamq; cohortem promissiones illas de presentia Spiritus sancti, & ueritatis conseruatione rapit Asotus, id mirum non est, nec insolens illi hominum generi. Similis est hic ululatus uociferationi legitimorum sacerdotum temporibus Hieremias (ut per omnia hos suos Prælatos conferat illis Prophetarum occisoribus ratione analogiae ueteris & noui Testamenti) qui uociferabantur ualido clamore & magna confidentia, Templum Domini, templum Domini, templum Ier. 7. Domini est, quod Hieremias uerba mendacijs uocat.

Et iterum: Non peribit lex à sacerdote, neq; cōsilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Hoc est, ecclesia sumus, legitimi prælati, ut Asotus loquitur, errare non possumus, ueritas doctrina in eis perire nō potest. Pastores sunt populi Dei. Sed ô pastor, & ô idolum, derelinquens gregem. Ve- Zach. 11. rum cum repulerint scientiam, uicissim eos Dominus abiecit, ne sacerdo- Osee 1. tio sibi fungantur. Quod uero ordinarij illi ecclesiae gubernatores errare possint, & saepe turpissime errarint, manifestè ex sacræ scripturæ exemplis apparet, & suprà cùm alibi, tum etiā cap. 9. est probatum, & infrà cap. 73. ostendetur. Quare cum Asotici Prælati non sint ueri illi sacerdotes à Christo instituti, nequaquam traditiones illorum pīj principes recipere debēt, aut tenere, neq; ea suis subditis proponere, multo minus ut ab eis seruentur, curare. Sed explosis illis traditionibus erroneis, ueritatem religionis ex uerbo Dei discant, & subditis proponant.

ANNOTATA IN CAP. XXXII.

Quæ te, malum, dementia cepit? Qui hactenus summis uiribus è subsellis Imperatores, Reges, & Princes in causis religionis dei scere conatus es, ut soli episcopi & Prælati pro sua libidine illis ius dicenter, & præscriberent: iam in rebus omnium grauiissimis, totius negotijs judices eosdem cōstituit. Caput enim rei est, discernere uerā religionem à falsa, ueros Christianos ab hereticis, id cum iam sua sponte tribuat Theodosio Imperatori, qua fronte effrenis monachus hactenus Princes omnes quantumvis pios & eruditos à cognitione causarum religionis & ambiguis fidei rei scere ausus fuistis? Habemus itaq; iam confessionē aduersarij nō uerbalem, sed realem, qua nobiscum fatetur, id quod hactenus toto hoc secundo loco negare uidebatur. Sed quæ causa huius tam subite mutationis animi & sententie? quæ causa tantè liberalitatis, quod iam det id quod antea negauerat? Id spe facit maioris emolumenti. Nouit enim uerum esse id quod Comicus dicit: Pecuniam in loco negligere, pro lucro reputan-

dum. Hac enim ratione silex Imperatoris admittatur, se totius Papatus cæremonias, ritus, missæ sacrificium, quod neruus est regni, cultus & inuocationem sanctorum, & quid non confirmasse arbitratur. Sed fallitur miser, & misere sua spe frustrat. Asotus totus absorptus suis quibusdam imaginationibus nihil aliud cogitare potest, quam de potestate prælatorum, quod ab eis principes fidem accipere debeat, de suo illo missæ idolatrico sacrificio, sanctorum cultu, & inuocatione & castitate sua sacerdotali, plus quam angelica. Nos contra legem Theodosij agere, ideoque hæreticos esse uociferatur. Et ita argumentatur:

Theodosius edicto præcipit omnibus Imperij sui subditis, ut sequantur religionem Damasi: ergo Principes teneant tradita à legitimis prætis. Porro Damasus, teste Hieronymo, sacrificiū obtulit altaris, ueneratus est reliquias martyrum, probauit cœlibatū. Quare qui hæc contemnunt, à religione Damasi recedunt, quam Petru Apostolum tradidisse compertum tunc erat: ergo sunt hæretici. Sed nihil horum lex Theodosij uult miser. Certum enim est agi ea in lege, id quod titulus ipse indicat, de summa trinitate, & fide catholica contra Arrianos, qui eam negabant. quod satis Brentius in Prolegomenis probauit, & lectori non stupido, aut alias contentionis cupido, satisfecit. Lubet autem Theodosius cunctos populos in ea uersari religione, quam D. Petrus Apostolus Romanis tradidit: prædicent & doceant prælati tui. Asote ea que Petrus docuit, eandem religionem colant & proponat, & nos erimus illis subiecti, habebunt etiam Principes auditores, & discipulos.

Quam uero Petrus religionem Romanis tradiderit (si tamen unquam illi præfuit ecclesiæ, de hoc enim à multis nō iniuria dubitatur) partim ex actis Apostolicis, ubi plurime ipsius cōciones descriptæ extant, partim ex eo ex ipsius epistolis & Marco eius discipulo, in quibus fides & doctrina ipsius continent, patet. Doctrinā igitur de trinitate, quæ ab Arrio erat corupta, & à Damaso tunc pure docebat, sicut à Petro erat tradita uult Theodosius cunctos populos, suo subiectos imperio sequi. Petru ergo doctor ecclesiæ pponit Theodosius, huius dogmata amplectenda esse præcipit in hoc Apostolū Paulū imitans, qui ecclesiā ædificatā dicit super Apostolorū & Prophetarū doctrinā. Hic honor solis propheticis & Apostolicis scriptis debet, ut nullū horū autorē errasse statuamus, sed ex Spiritu sancti reuelatione omnia docuisse, adeoque etiā omnia sine discrimine illorū dogmata recipiamus. Necque Petrus sibi ipsi cōtrarius esse potuit, ut alia scriperit, alia diuersa tradiderit. Hoc em nō Apostolorū, sed apostatarū impostorū est & ueteratorū. Hanc eandem doctrinā & religionem sequi Damasum Theodosius affirmat. Et in hoc recte Damasus fecit, discipulus em esse debuit Apostolorū & illorū uestigia sequi. Hos em Christus ipse ecclesiæ doctores constituit, & audiri præcepit. Quod uero Asotus ex Hieronymo affert Damasum sacrificiū altaris obtulisse, ueneratum esse reliquias martyrum, pbase cœlibatū, & seruari curauisse à sacerdotibus, & alijs quibusdam ministris. Hec si ita obseruasse existimat Asotus Damasum, eo modo, eas superstitioe, qua iam ipse cum sua cohorte: certe nō accepit, nec didicit hoc à Petro. Nihil em horū ex cōcionib. & epistolis Petri appetit. Nec em Petrus super mortorū hominū ossa (quod Hieronymus de Damaso scribit) sacrificia Domino obtulit, aut offerri iussit, nec Stephani reliquias circum sepelierunt, & fecerūt super eum planctū magnū, inquit Lucas: nō inquit, Obtulerūt super eius ossa sacrificia Domino, sed per domos frangebāt panem, & perseuerabant in oratione & panis fractione. Plastra uero traditionū innumerarū, & centones istos missæ male cōsutos, à Petro traditos Roma-

August. e.
pistola 19.

Hier. aduer
sus Vigil.

Aff. 8.

Romanis, absurdissimum est, & ridiculum dicere, nedum credere. Nouit & ipse Asotus ex Platina in uita Sixti, Petrum nudè & simplicissimè coenam Dominicam consecrasse, & tantum oratione Dominica usum esse. Reliqua uero omnia à successoribus paulatim sunt addita, & de singulorum authoribus constat ex Bergomate, Platina, Gregorio, & alijs qui diligenter, Gregorius lib. 7. epistolarum ex registro cap. 36. idem testatur, inquiens:

ORATIONEM AVTEM DOMINICAM MOX POST PRECEM DICIMVS, QVIA MOS APOSTOLORVM FUIT, VT AD IPSAM SOLVMMODO ORATIONEM OBLATIONIS HOSTIAM CONSECRARENT.

Sed nec omnia ea quæ tum in Ecclesia Romana uiebant, ab Apostolo Petro tradita & accepta sunt. Conqueritur de ihs grauissimè Augustinus de multitudine ceremoniarum sui temporis, quæ tamen non est ^{Aug. epist. 119.} tant contra fidem, quod religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei liberā esse uoluerit, seruilib. oneribus premant, ita ut tolerabilius fuerit conditio ludorum, qui etsi tempus libertatis non agnouerint, legalib. tamen sarcinis & non humanis presumptionibus subiectantur. Addit se non audere liberius ista improba ad nonnullarum uel sanctarū uel turbulentarum personarum scandala denitida. Quo loco certe Augustinus nō agnoscit obseruationes omnes illas & ceremonias quæ tū erant receptæ ab Apostolis traditas, sed humanas uocat presumptiones. Et tamen nebulones hi Romanis, quæ ipsorum est impudentia, & frons meretricis erubescere nesciens, iam omnia quæcumq; in sua extant ecclesia, nomine traditionum Apostolicarum, Ecclesiæ non uerentur obtrudere. Certò constat de omnium propemodum & singularium rituum origine, quibus authoribus in Ecclesiam, & quo tempore sint introducti, quid singuli Papæ Romani centoni illi Missæ assuerint, quas ceremonias & ritus pro sua deuotione, ut cumularent cultus, & ut ipsi sibi persuaserant, ornarent uel potius onerarent Ecclesiam, sua bona intentione excogitarint: & tamē quæ huius hominis est impudentia, cum manifesta experientia bellum suscipit gerendum. Quadragestis, inquit, plus minus annis à prædicatione Euangeli hoc dixit Theodosius, cuius temporis recentissima erat memoria, & manifestissima monumenta, confessiōnē omnium, qui à suis maioribus ita acceperant, agnoscebatur Petrus religionem illam tradidisse. Recentissimam memoriam uocat ^{400.} annorum, cum non ignoremus quanq; incident mutationes, præfertim in religione, doctrina & ceremonijs non dicam quadragestis, sed quadraginta annis. Exemplo nobis sunt Ecclesiæ Galatarum & Corinthiorum, quæ statim post discessum Pauli sunt funditus euersæ, ipso adhuc superstite, ab ipso edificate. Similiter & populus Israeliticus statim post mortem losue, imò presente Mose & gubernante.

Prius est, ut probes Asote, hęc omnia quæ Hieronymus de Damaso scripsit, à Petro tradita esse. Deinde, quod Theodosij lex ad omnes ceremonias Romanæ ecclesiæ tunc temporis, & nō solum ad dogmata de Trinitate contra Arium, sit referenda. Quod enim Theodosij legem adducit, nihil probat, necq; enim ad oblationes, aut alios ritus id pertinet, sed ad doctrinam de Trinitate, de qua sola lex loquitur. Hanc à Petro traditam esse confirmat, quod non negamus: hanc Damasum sequi dicit. Et recte quidem hāc omnes populos amplecti uult, nec contradicimus, sed utrāq; manu accipimus. Sed non sequitur Asote, quod cum Theodosius uelit omnes populos sequi fidem Damasi de Trinitate, quod ideo omnia eius sequi eos uelit. Sicut neq; hoc sequitur, quod cum David commendetur

à Deo in scriptura, ideo etiam cædem & adulterium ipsius commendari. Fallaciam Dialectici uocant, à dicto secundum quid, ad dictū simpliciter. Quod si omnino pertinaciter urgere coepis, Damasi fidem in omnibus sequendam, ab Imperatore Theodosio præcipi, quod tamen nunquam ex lege euinci potest: Damasum porrò hæc & illa fecisse, illaç omnia Theodosium hac sua lege confirmasse: tuo iure Asote, quo tu pro te usus es, contra te utemur. Meministi autem te supra dixisse, cum probasset Brentius, Theodosium iudicem se constituisse in causa grauissima fidei, idç negare nō posses: nihil aliud quod responderes habuisse, nisi quod dices: Certe si hoc ita esset, corrigendum foret in Theodosio. Theodosij authoritatem accipis, ubi pro confirmatione fictitia Prælatorum facere uidetur: ubi uero aduersat, corrigeret uis Imperatorem. Sed quem elegisti pro te, ferre debebas contra te. Et uide præstigiatorem & ueteratorem. ita enim addit: Non inquit Theodosius, Omnes sequantur hanc doctrinam & religio: n. et. quam nos iudicamus Petrum tradidisse, aut quam nos sequimur: sed duces sequēdos primos Pontifices posuit, Damasum scilicet Romanum, & Petrum Alexandrinum. Theodosius uero Petrum Apostolū ducem sequendum proponit, & hunc sequi etiam dicit illos duos Pontifices. Hic uero ordinem inuertit, & hos duos duces sequendos nugatur. Ideo enim horum religionem ueram esse & sequendam Imperator affirmat, quia Petri doctrinam retineant & sequantur. Quæ hic addit de traditionibus, in suum locum reseruabimus. Neç enim consultum uidetur, omnia ubique tractare. Infert autem ex hac lege & exemplo Theodosij, qui ad Pontifices & traditionem remittere uidetur: Quanto rectius, Brenti, omnes Principes Christiani hoc nunc agerent, quanto prudentius cōsensu Christianorum omnium traditionem agnoscerent, de sacrificio altaris, oratione pro defunctis, coelibatu & omnibus similibus: quam ut ipsi uel suo iudicio, uel uestro scripturā se putantes intelligere, hæc omnia reiſcerent: &c. Cum ex sacris literis, quibus, ut alia omnia, ad salutem sufficienter & manifeste descripta continentur, non possit Missam suam idololatricam, quam sacrificium pro viuis & mortuis uendant, probare: similiter nec oratione pro defunctis, coelibatus perpetui legem & configūj prohibitionē: ad traditionem configit, illamç persuadere Principib. conatur, & illos rectius & prudentius agere dicit, si has traditiones reciperent non scriptas, quam quod scriptura occupati eas reiſciunt. In tanta luce Euangeli, quod sole meridiano clarius fulget, nobis tenebras inducere nititur cæcus iste, & cæcorum dux. Nouimus Dei beneficio quodammodo, in quem finem Christus coenam suam instituerit. Manifesta hæc sunt & certa, nulla hic opus est traditione. Quod uero ueteres sacrificiū uocarunt & oblationem, multæ causæ sunt, quæ alibi à nostris copiose sunt explicata, & à D. Brentio in altera parte secundæ Pericopes. Quare ne actum, quod dicitur, agere videamur, eò Lectorem remittimus.

De oratione pro defunctis quid nugaris Asote? Num uigilias tuas & Missas pro defunctorū animab. ex dicto purgatoriū igne liberandis restare cupis: sed frustra hunc ignem fulmine uerbi Dei extinctū, accendere laboras. Beati mortui qui in Domino moriuntur. Qui crediderit in me, inquit Christus, mortem non uidebit in æternum, sed per mortem transiuit in uitam: qui uero non crediderit, iam condemnatus est. Et accipiet uniusquisque prout se gessit in corpore, siue bonum siue malum. Et nullum medium aut tertium locum scriptura refert. Quare faceſſant hi sumi, quibus tamen egregieſe pauerunt corui isti, cadauerinis nidoribus inhiantes. De impuro & Sodomitico Papistarum coelibatu, ac coniugij prohibitione, non est quod traditiones nobis obiſciat Asotus, manifesta sunt

lunt Pauli uerba, Dæmonijs illam ferentis acceptam. His subiçit Brentius acerbius torqueri, quoniam addiderit in hac lege Theodosium iustissime statuisse & nomina & notas, quib. quisq; in Ecclesia insigniri debeat, quis scilicet catholicus quisue hæreticus nominari. Quoniam sic statuitur ibi, hanc legem sequentes catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos vero dementes, uesanoscq; iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere. Non video quomodo Brentius torqueatur. Simpliciter, uere, & recte responderet, hanc legem contra Arianos consubstantialitatem personarum in diuinæ essentiæ unitate negantes, latam esse. Nec habet Aſotus quod contradicit, sed silentio suo adprobat. Deinde uero de suo addit: Nos palam & manifeste dicimus, qui traditionem Apostolicam non secunduntur, lege Theodosij hæretici sunt. Satis pro imperio. Quis uero hic nouus leguleius: Mirabilis sanè uel definitio uel descriptio heretici, videatur, qui nō sequitur quam ipse cum suis singit & comminiscitur traditionem, quamq; nomine Apostolorum Ecclesiæ obtrudit, is, inquit, est hæreticus, idq; lege Theodosij. Atqui Theodosius loquitur de religione à Petro instituta, non de traditionibus, cum quibus Theodosio nihil est negotij, sed in specie de summa trinitate & fide catholica. Multis præterea & magnis opus erit testib. quibus probentur hæc omnia, quæ iam nomine traditionum Apostolicarum Ecclesiæ obtruduntur, ab Apostolis esse profecta, de quibus suo peculiari loco. Mirabilis, inquam, est hæc hæretici definitio, uidelicet, qui non sequitur traditionē Apostolicam, quam ipsi hoc nomine uenditant. Mirabilior uero probatio & planè Aſotica. Quia, inquit, qui non credit, iam iudicatus est. Hoc erit argumentum Aſoti. Qui non credit in Christum, iam iudicatus est: ergo qui non sequitur traditionem Apostolicam, est hæreticus. Bella mehercle consequentia secundum Aſotum, nouum Dialetices autorem & Aristotelis preceptorem. Quod si pueri in schola triuiali hoc modo ineptirent, uirgis digni essent. Cùm uero tantus Theologiae professor, sacerdotio Tolleti consummatus, ita argueatur argumentetur, uenia dignus erit. Quod Christus de fide in se loquitur, id Aſotus ad fidem in traditiones accommodat, ex traditionibus nouum Christum faciens & idolum. Sed quid mirum, cum alias officium Christi transferant in sordidum & pediculosum cucullum monasticum: quidnisi pluris facerent traditiones siue uerē, siue falsò Apostoliças?

SECUNDVS LOCVS,

DE SCRIPTVRAE OBSCVRITATE,
& ambiguitate, iuxta Aſotum.

ANNOTATA IN CAPVT XXXIII.

POST QVAM frater Petrus, ut ipse putat, magno labore & sudore Principes de subsellijs deturbare uoluit (sed tamen frustra id & infeliciter, ut dictum est) ne unā causas fidei ambiguas dijudicent: sed solis suis legitimis, quos uocat, Prælatis & Episcopis conuenire magna uociferatione persuadere uoluit: iam se Brentij clamoribus, ut de hoc iudicio, ratione scilicet & medijs, quib. in eo procedendum sit, authoritateq; & certitudine eius diserte dicat, cogi asserit, quod uidelicet dubia scriptura explicanda & definienda sint ex traditione Apostolica, consensuq; Patrum in concilijs episcoporum. Quare se de ratione, qua in dubijs religionis iudicandum sit, dictum, ostensurus sacram scripturam esse fundatum, ad quam in hoc iudicio, tanquam ad primam regulam, cuncta sunt exigenda. Deinde, quod hæc scriptura necesse habeat ex Apostolica

līca traditione explicari: quā traditio auctoritate quidem non inferior sit scriptura, quā in ea probatur & commendatur, antiquitate uero eam precepsit. Tertiō, traditio hæc ex consensu omnium Ecclesiarum & temporum agnoscenda. Consensus uero, consonis Patrum testimonijs probetur. Quartō, consensum hunc Patrum in concilijs Episcoporum inquirendum, & ex eo definienda dubia circa fidem & religionem. Hoc uiuentium scilicet & presentium episcoporum concilium, iudicium esse uerum, & quod semper ad manū haberi possit, atq; ideo ultimū, cui omnes parere debeant. Hæc eadem tertio & quartō hoc eodem capite paulum mutatis verbis repetit, ut diligenter scilicet inculcat. Hæc facile quidem & populi ritus in theatro Prelatorū, qui eiusmodi nenijs delectantur, dicunt. Quod si tam facile probare & persuadere posset, quam facile dicit: iam plane habueret Asotus, quod querit & petit. Verum maior est in probando difficultas. Non enim facile nos talibus ambagib; circumducī patiemur, cum compendiariam, planam & rectam uiam dijudicandi dubia propositam habeamus, quam sequamur, non ab Asoto & eius farinæ impostoribus, sed à Spiritu sancto præscriptam, de qua mox. Sed prius ea quā ab Asoto in medium de ratione & modo, quo in dubijs religionis iudicandum sit, allata sunt, uideamus. Deierares hominem magnifice de sacra scriptura authoritate sentire, eiq; plurimum deferre, fundamentum uocans, & tanquam primam regulam, ad quam cuncta sunt exigenda. Sed ne nimium tribuisse uideatur, & ut quanti eam faciat intelligi possit, mox id quod una manu dederat, altera afferat. Statim enim subiicit, ambiguam esse, ideoq; necesse habere eam ex Apostolica traditione explicari. Et ut uideri possit quam pulchre sibi constent hæc Asotica figmenta, eandem scripturam sacram, quam ambiguam uocat, paulò superius hoc eodem cap. præcipue certam & sanam doctrinam nominauit, quā sua ipsius uirtute, suo splendore & luce facile tenebras errorum excludat. Quid de hoc homine dicam, nescio: malitiosum uocem, an prestigiatorem, an uero mentis non bene compotem, qui id quod affirmat, statim negat: & id quod negat, denuo affirmat: Hoc saltem dico, quod Propheta: Vt uobis, qui uertitis lucem in tenebras, &c. Instituit & egregiam comparationem sacre scripture & traditionum: & dicit, quo ad authoritatem, paria esse hæc duo: nec minorē esse traditionem, authoritate, ipsa scripture: sed quemadmodum scriptura maiorem habeat authoritatem, ita traditio precellat antiquitatem. Ethoc sibi habere proprium quodammodo, & peculiare sibi traditionem uendicare, quod apertior sit, plenior, & explicatior, atq; hoc modo spiritū S. sapientissima dispositio inter scripturā & traditionē Apostolorū hæc ita distribuisse. Quid tibi amice lector de hac comparatione uideis? An non pius est Theologus Asotus: an nō magnifice de organo Spiritus sancti, per quod Deus salutem nostram operatur, sentit: obscuram & ambiguam uocans, traditiones uero multis nominibus prefert, cō quod sint antiquiores, pleniores, apertiores, explicatores, pares uero authoritate scripture? Quā uero pulchre sibi aduersetur, nemo est, qui non expeditis intelligat. Si enim præcipue certa est, suo splendore & luce facile tenebras errorum excludens scripture: certe nō admitti potest, quod si ambigua & obscura. Præcipue enim certa, opponitur ambiguitati. Cum uero dicit suo splendore & sua luce tenebras errorum excludere, opponuntur hæc obscuritati: splendor & lux, tenebris & obscuritati. Hæc accidentia magistris illis nostris, qui etiam Spiritum sanctum docere possunt, & obscure ab ipso dicta, suis traditionibus explicare, & ea quæ ab ipso succincte & minus plenē in scripturis prolata sunt, apertius & plenius per traditiones explanare uolunt. Hæc omnia & singula bona fide ex Asoto sunt descripta.

Deinde

Deinde quaternionem confignit, sacram scripturā, traditionem Apo-
stolicā, Patrum consensum, & Episcoporū uiuentium iūcūm conciliū: &
hæc quatuor nobis à Deo data esse dicit, in quib. ueram fidem & religio-
nem ad æternā nostrā salutēm necessariam querere debeamus, & inue-
nire possimus. Hæc quatuor ipse coæquat, cœlum terræ miscens, & omnia
confundens: cum ingens inter hæc sit discriminē, & tantum distent quan-
tum cœlum à terra. In Ecclesia oportet infallibilē esse regulam pro seruan-
da fidei unitate in dubijs emergentibus, secundum quam omnia dijudi-
centur & determinentur. Aliás enim non possunt conscientiæ in ueris &
serijs certaminibus certiores & tranquillæ reddi, sed semper anguntur &
dubitant. Talis autem regula est sola scriptura diuinitus nobis data, & per
spiritum sanctum inspirata, quæ Lydius lapis est, ad quem omnia dogma-
ta & dubia sunt exigenda. In hac sola nullus est error, nec dubitatio. Ad
quam & Christus ipse remittit, inquiens: Scrutamini scripturas, quia uos Ioan. 9.
putatis in ipsis uitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium per-
hibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Hoc Dei uer- Ioan. 12.
bum iudicabit etiam in nouissimo die. Ad legem & testimonium, quod Ies. 8.
si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit eis matutina lux. In hac sacra
scriptura filius Dei nobis loquitur, enarrans uoluntatem Patris, quem Pa- Matth. 3.
ter constituit Doctorem toti Ecclesiæ, eumq; uult audiri: Qui uero non
audierit, Dominus ulciscetur. Hic ueritas est, uia & uita: errare, fallere & Deut. 18.
decipere non potest, sed in regia uia per uerbum nos deducit: quem si se
sequamur, non à scopo aberrabimus, sed ad uitam æternam perueniemus.
Aliás omnes homines, Pontifices, concilia, Patres, errare, decipere, labi,
fallere & falli possunt. Ideo hominum iudicio mentes piorum & consciencie
acquiescere non possunt. Quare nec ulla est contra hanc admitenda
authoritas ullius hominis, non consuetudo, aut constitutio, nec ratio e-
tiam ualeat, si contra sacram scripturam militare conuincatur. Vnde & la- Act. 19.
cibus ex uerbo Deo pronunciat. Hoc consilio in primis concilijs Euan-
gelia in medium posita sunt, quo significaretur secundum illa pronunci-
andum esse.

Quemadmodum Constantinus concilium Nicenum his uerbis allo- Hist. Trip.
quitur: Euangelici enim libri sunt & Apostolici, antiquorumq; Propheta lib. 2. cap. 52.
rum sanctiones: quæ nos erudiunt quid de sacra lege lapiamus. Expellen-
tes igitur hostile certamen, EX VERBIS DIVINITVS INSPIRATIS
SOLVITIONEM QVAESTIONVM MENTE PERCIPIAMVS.
His uerbis suam sententiam fert, quod controversiae ex libris Euangeli-
cis, Apostolicis & Propheticis sint dijudicadæ, nō ex traditionib. incertis
& ambiguis atq; diuersis. Cum uero hic sit cardo quasi totius negocij, un-
de & quomodo controversiae religionis sint dijudicandæ, pluribus hæc
sunt agenda. Clare itaq; affirmamus, ex solo uerbo Dei scriptis Propheti-
cis & Apostolicis comprehensa debere & posse dubia fidei dijudicari, &
non ex traditionibus, neq; ex Patrum scriptis, multo uero minus à concilijs
Episcoporum & Prælatorum Papistiorum. Id et si ex scripturæ testi-
monijs iam recitatis pateat: tamen non p̄igebit plura addere ex ipsis Eccle-
siasticis scriptoribus, quos Patres uocant testimonia. Nam hi ipsi uolunt
fidei controversias, neq; ex traditionibus, neq; ex suis scriptis, sed ex sacra
scriptura dijudicari.

August. epist. XLVIII.

Audi, dicit Dominus: non dicit Donatus, aut Rogatus, aut Vin-
centius, aut Hilarius, aut Ambrosius, aut Augustinus: Sed dicit
Dominus.

Idem

Idem de peccatorum meritis & remiss. lib. II. cap. 36.

Vbi enim de re obscurissima disputatur, non adiuuantibus diuinarum scripturarum certis clarisq[ue] documentis, cohibere se debet humana præsumptio, nihil faciens in partem alteram declinando.

Idem Enarrat. in Psal. LVII.

Nec tu mihi quos nominas ex Euangelio legis, nec ego quos nomine ex Euangelio lego. Auferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex Dei. Audi Christum dicentem, audi ueritatem loquentem,

Chrysost. in Psal. xciv. homil.

Et quis est, qui ista promittit? Paulus. Necq[ue] enim oportet quicquam dicer sine testibus, solaq[ue] animi cogitatione. Nam si quid dicitur absq[ue] scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hesitans, & interdum sermonem ut fruolum auersans, interdum ut probabilem recipiens: uerum ubi è scriptura diuinæ uocis prodijt testimonium, & loquens sermonem & audientis animum confirmat.

Idem de sacerdotio lib. IIII.

At cum humanus animus decretorū minime uerorum sententiarumq[ue] à fide abhorrentium morbis laborauerit, hic demum euangelici sermonis usus magnoperè necessarius, non solum ut qui tibi domestici sunt robores atq[ue] confirmes: uerum etiam ut cum externis bellum geras, ac manus conferas.

Et quid multorum opus est testimoniorum coaceruatione, cum Aforus ipse uel sacram scripturam tanquam ad primam regulam cuncta exigenda esse testetur? Si cuncta ad eam exigenda, ergo etiā traditiones, Patrum sententie, & conciliariorum decreta. Et quomodo obsecro hæc conueniunt, cum dicat nihil esse certius in ecclesia sacris libris, eosq[ue] certitudine praestare traditionibus tamen uelit, ut eos per traditiones explicemus. Hæc cum natura & ratione frater Petrus pugnare diceret, si à nobis essent prolatæ, quod uidelicet id quod certius est, per incertius confirmare uellemus. Quam pulchre ergo hoc fundamento nostra fides nitetur, si scripturas certas exorto aliquo fidei ambiguo per incertas traditiones explicare uoluerimus, & inde causas religionis nostræ determinare. Quod ex traditionibus cōtrouersias & ambigua fidei uult dijudicari, scimus quam hæc sibi constent, quam incertæ sint & ambiguæ. Scimus in periculissimo schismate, quod in Ecclesia Orientis & Occidentis de re non usque ad eum magni momenti, Paschatis scilicet tempore, exortum est, quid acciderit, cum Episcopus Romanus Ecclesiæ omnes totius Orientis excommunicaret, eo quod nollent secum eodem tempore illud celebrare, sed potius decima quarta luna. Illuc utraq[ue] Orientis & Occidentis Ecclesia opinionem suam traditione Apostolica confirmabat, affirmans se ab Apostolis traditionem hanc accepisse.

Vide hist. Ecclesiast. lib. 5, cap. 24. Tríp. hist. lib. 9, cap. 38. Quod si eo tempore, uicino scilicet Apostolorum, in re quæ omnium oculos incurrit, non dogmate Ecclesiastico, sed ceremonia notissima, tanta fuit incertitudo traditionis, tanta de illa diuersitas opinionum & sententiarum, quid iam futurum tam longo tempore post Apostolos, ubi Roma ipsa bis à Gothis capta & uastata, multæ & uariæ mutationes incidere, futurum existimamus. Cum igitur tam incertas esse traditiones, res ipsa loquatur, & Aforus dicit, scripturas quod ad certitudinem attinet, primum tenere gradū: quæ hæc dementia esset, desertis certioribus ad incerta & dubia nos converrer. Nec mouet nos quod Aforus dicit, quod ea quæ Apostoli tradidérunt

derint suis discipulis, quos magistros dederunt ecclesijs, eadem ipsos sibi proximis reliquisse. Quid docuerint Apostoli scripta & epistole ipsorum testantur, & de his sumus certi. Quid uero tradiderint, ignoramus: nisi quod contra his quae scripserunt tradere non potuerint, certum sit. Nec est quod frustra multū in ea re laboremus, cum ea quae scripta nobis reliquerint, ad salutem sufficiāt. quo quid amplius requiri mus: Potuisset Ioannes Evangelista & Apostolus plura cū dicta tum facta Christi describere, sed noluit, ne immensa libroru[m] multitudine Ecclesia obrueretur: cum hæc que extant, ad uitam eternam sufficiant, si fide accipiamus. Cum igitur Apostoli ipsi plura scribere noluerint, sed hæc ad salutem & uitam æternā omnino sufficientia iudicarint: nō sumus de ih[esu], quae ipse spiritus S. describere consulto omisit, solliciti. Quod si maximē de traditionib. Apostolorum certo constaret: tamen reuocari in usum omnes nec possent, nec debent, nec etiam secundum illas Ecclesiæ instituti aut reformari. Non enim hoc consilio ab Apostolis sunt institutæ, ut leges quasdam sancirent, sicut Paulus inquit, cum suadet virginitatē propter instantem necessitatē: *i. Cor. 7.* negat se uerbum Dei habere, sed consilium dare uult, non laqueum conscientijs iniucere: quod posteri fecerunt, & faciunt Papistæ contra Paulū. Nec generales omnium locorum & temporum esse uoluerunt: sed certo loco, tempori & personis conuenientes. Qualis etiam ipsa Apostolorū & *Act. 15.* firmi offenderentur. Aut cur non eam reuocant hodie Papistæ, cum certa hæc traditio, & ex sp̄itu S. profecta? Et quod historia Tripartita lib. 9. cap. 38. de ieiuniorum diuersitate afferit, nullam de hac inueniri antiquam lectionem, sed aliter apud alios obseruari, Puto, inquit, Apostolos singulorum hoc reliquisse sententiæ, ut unusquisq[ue] operetur nō timore, non necessitate quod bonum est. Idem de omnib. reliquis affirmare licet. Quod uero ad sensum scripturæ attinet, quem per traditiones Apostoli discipulis suis, quos Ecclesiæ magistros dederunt, tradiderint, hi uero sibi proximis reliquerint: Respondeo, quomodo & q[uod] certò per traditiones ab apostolis acceptas religio & doctrina proximis relinquit, experientia ipsa loquitur, & descripsit Apostolus Paulus, electum illud Dei organon, oculi horum omnium & locupletissimus ac fide dignissimus testis. Ecclesiam Corinthiorum optimè instituerat, perseverans cum illis annum integrum, & sex menses: hanc Ecclesiam summo labore, uigilantia & diligentia optimè instituit, omnia tradens. Sed quid post abitū illius accidet, nō est obscurum. In nulla Ecclesia forte diutius mālit, nullib[us] maiori cū diligētia sunt instituta & tradita singula: sed nulla necq[ue] citius, necq[ue] turpius defecit, oblita illarum traditionum, & sensus illius scripturæ quem ore & uoce tradiderat. Ita scilicet accepta & tradita ab Apostolis, semper proximis relinquentur, & ad nos usq[ue] propagata sunt. Idem accedit Paulo cum Galatis. unde ipse Apostolus dicit: Miror quod sic tam cito transfera *Gal. 1.* mini ab eo qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod nō est aliud, nisi quod sunt aliqui, qui uos conturbāt & uolunt euertere Euangelium Christi. Neque tam facile retinetur & propagatur ueritas & sensus uerbi Dei ac error, cum illa sit rationi nostræ contraria: hic uero nobis innatus est. Ad hunc proni natura, ad illam uero non nisi sp̄itu Dei trahimur. Caro infirma & imbecillis: facilis lapsus ad idolomaniam. Accedit & furor satanæ, qui depravare omnibus modis conatur doctrinam religionis: tenebras & errores inducere, & Dei gloriam obscurare summis uitibus contendit.

Sensum hunc scripturæ in Patrum scriptis, qui cum à suis antecessorib. quasi per manus traditum acceperint, inueniri, quemadmodum & tradidit.

Ecclesiæ

IN CAPUT XXXIII.

³¹⁴ tiones ab eis descriptas Asotus afferit. Ideo consensum Patrum requiri, & ex illorum scriptis sacram scripturam alias obscuram & ambiguum interpretandam, & controversias religionis & fidei dubia dijudicanda. Monachus hic ex certissima sacra scriptura folia Sybillæ facit obscura, flexibilia & ambigua. Ex Deo uero Apollinem aliquem, qui ad fallendum idoneam, quæ in utrunque partem detorqueri possint, oracula flexiloqua quædam edat, immo sphingem. Deinde uero ut hæc Dei oracula intelligimus ad interpretes Patres nos remittit, & ingens mare hoc uult nos ex haurire scriptorum & opinionum multiplicium. Bone Deus, quam male nostræ salutis consultum esset, si consilio huius monachi nobis (quod cupit) obtemperandum esset, & quando tandem ad portum tutum perueniremus? Nunquam per omnem uitam, immo ne in aeuum quidem. Sed in elius nostræ saluti Deus omnis consolationis, & pater misericordia consuluit. Mandatum hoc, quod ego tibi præcipio hodie, non supradictum est (inquit) neque procul positum, nec in cœlo situm, ut possis dicere, Quis nostrum ualeat ad cœlum concendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus; neque trans mare positum, ut caueris & dicas: Quis enim nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo ut facias illum. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo, uitam & bonum: & econtra riu mortem & malum, ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in iuis eius, & custodias mandata illius ac cæmonias atque iudicia, & uiuas, &c. Vult Deus his uerbis nullum esse reliquum locum ignorantiae, quia uerbum Dei habeant, audiant, & intelligere possint. Hæc sacra scriptura certa est, plana & perspicua. Vnde lux & lucerna dicitur, splendida, clara & pura sicut argentum & aurum. Et quam ob causam Deus loquitur est, nisi ut intelligatur? Et ita se demisit ad nostrum captum, ne quis ignorantiam prætexere possit, id quod etiam Patres ipsi & intellexere, & nobiscum fatentur.

August. in Ioann. Tract. 21.

Temere fortasse facimus, quia discutere & scrutari uolumus uerba Dei & quare dicta sunt, nisi ut sciantur; quare sonuerunt, nisi ut audiantur; quare auditæ sunt, nisi ut intelligantur. Et postea *Tract. 22.* Ergo loqui nobis dignatus est (Deus) debemus credere, quia uoluit ut intelligatur.

Ambr. lib. 1. epist. v.

Sic enim loquitur nobiscum, ut nos eius sermonem intelligamus, uel quia non mundana, sed intelligibilia loquitur. Sicut ait: Aperiā in parabolis os meum. Vbi enim Christus, ibi omnia, ibi doctrina eius, ibi peccatorum remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorum ac uiuentium.

Idem lib. 11. epist. VII.

Paulus in plerisque ita se ipse in suis exponit sermonibus, ut is qui tractat, nihil inueniat quod adiiciat suum: ac si uelit aliquid dicere, Grammatici magis quam disputatoriis fungantur munere.

Idem serm. LXVIII.

Dabo uobis terram fluentem lac & mel. De terra Pauli, eiusque similium loquitur, quæ iugiter purum suaveque distillat. Quæ enim Pauli Epistola non melle dulcior est, lacte candidior: quæ Epistolæ tanquam ubera Ecclesiarum populus nutriunt ad salutem.

Idem lib. de Paradiſo cap. XII.

Infirmi enim pertractando & diligentius requirendo, uniuscuiusque quam non intelligunt possunt investigare sententiam.

August.

August. de disciplina Christiana.

Hoc ipsum ergo uerbum consummatum & breuiatum nec obscurum
Deus esse uoluit. Ideo breue, ne nō uacaret legere: ideo apertum, ne dicat,
Non mihi licuit intelligere.

Chrysost. in Prologo super Ioannis Euang.

Talis in præsentia nobis Ioannes offertur, nullam nec simulationem
nec fabulam afferens, quæ longè ab eo absunt: sed nuda & aperta fronte,
nudam & apertam annunciat ueritatem.

Idem in cap. Ioann. I. Homil. I.

Huius autem doctrina sole clarior est, atq; illustrior, ideoq; in omnes
mortales propagata.

Idem in II. ad Corinth. homil. IX.

Semper enim quando aliquid obscurum loquitur (Paulus) seipsum ite-
rum interpretatur: id quod profectò & hoc loco fecit, ut dicebam, inter-
pretans manifestè.

Tertull. de resurrect. pag. 83. 84.

Age iam quod ad Thessalonicenses ipsius solis radio putem scriptum
ita claret: qualiter accipient lucifugæ isti scripturarum, Ipse autem Deus
pacis sacrificet uos totos.

Hilarius lib. II. de Trinit. loquens de sermone Dei.

Quid enim in eodem sacramento salutis humanæ non continetur? aut
quid est quod reliquum sit aut obscurum? plena sunt omnia & perfecta, ut
pleno & perfecto.

Lactantius de uero cultu lib. V. I. cap. 21.

Num Deus & mentis & uocis & linguae artifex, diserte loqui non po-
test: Imò uero summa prouidentia, carere furco uoluit ea quæ diuina sunt,
ut omnes intellegent, quæ ipse omnibus loquebatur.

Cyrill. contra Julianum lib. VII.

Si dicet aliquis, quod diuina scriptura communem omnibus & uulga-
rem ac protritam habet dictionem: res autem Græcorum diserte dicun-
tur, & abundat gratia & eloquentia. Dicimus igitur, quod lingua Hebreo-
rum, Prophetica dicta sunt & Mosaica: ut autem omnib. essent nota par-
vis & magnis, utiliter familiari sermone commendata sunt, ita ut nullius
captum transcendant.

Ibidem lib. IX.

Ignorat autem (Julianus) quod nihil difficile est ijs qui in legis uersan-
tur scripturis ut decet. Inaccessa autem omnino ipsi & suis quævis senten-
tiarum in illis.

Sensus autem & interpretatio scripturæ, non aliunde nisi ex ipsa sacra
scriptura petenda sunt. Quæso enim te unde Prophetæ & pīj Doctores in
ecclesia Iudeorū, cum destituerentur scriptorib. Ecclesiasticis & Thalmu-
dicis, intellectū sacre scripture petierunt & hauserunt, nisi ex diligentí scri-
pturæ lectione, meditatione & collatione pījs & sedulis precib. impetra-
uerunt: Id quod ex Daniele liquet, Ego Daniel intellexi in librīs numerū D. 9.
annorum, de quo factus est sermo Domini per Ieremiam prophetā, ut cō
plerentur desolationes Hierusalem 70. anni, & posui faciem meam ad Do-
minus Deum meum rogare & deprecari in ieunijs, facco & cinere, & o-
raui ad Dominum Deum meum. Nam ea quæ interdum dicuntur ob-
scurius, alibi planius exponuntur. Id quod Chrysostomus ipse testatur,
ut modò dictum est. Testantur id & alij pleriq; Patres.

Quoniam ostensiones quae sunt in scripturis non possunt ostendi, nisi ex ipsis scripturis.

Ambr.in Psal.cxxviii.serm.8.

Multa obscuritas in scripturis Propheticis: sed si manu quadam mentis tuae scripturarum ianuam pulses, & ea quae sunt occulta diligenter examines, paulatim incipit rationem colligere dictorum. Et aperietur tibi non ab alio, sed ab ipso Dei uerbo.

Aug.lib.11.de doctrin.Christiana, cap.6.

Quaedam in scripturis obscura & difficilia, nec tam aliud, quam quod alibi planissimis uerbis proponitur. Magnifice igitur & salubriter spiritus S. ita sacras scripturas modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detegeret. Nihil enim ferre de illis obscuritatibus eruitur, quod non plenissime dictum alibi reperiatur.

Ibidem lib.111.cap.26.

Vbi autem apertius ponuntur, ibi discendum est, quomodo in locis intelligantur obscuris.

Et cap.27.

Nihil periculi est si quodlibet eorum congruere ueritati ex alijs locis sanctorum scripturarum doceri potest.

Et cap.28.

Per scripturas enim diuinias multo tutius ambulatur, quas uerbis translati occupatas cum scrutari uolumus, aut hoc inde exeat, quod non habet contiouersiam: aut si habet, ex eadem scriptura ubi cuncte inuentis atque adhibitis eius testibus terminetur.

Quod uero ad Patres & eorum scripta attinet, grati eorum labores agnoscamus & prædicamus & utimur ijs, sed tamen ea libertate, quam ipsi quoque nobis coelestere, scientes ingens discrimen esse inter canonica & sua scripta.

Aug.Epist.cxxii.

Nolo authoritatem meam sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necessesse esse credere, quoniam a me dicitur. Sed ut scripturis canoniciis credas, &c.

Idem lib.de Trinit.111.in proemio.

Noli meis literis quasi scripturis canoniciis inservire, sed in illis & quod non credebas, cum inuenieris, in cunctanter crede. In istis autem quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmiter credere.

Idem de Civit.Dei lib.19.cap.111.loquitur autem de Philosophia.

Sed quid ad nos, qui potius de rebus ipsis iudicare debemus, quam pro magno de hominibus quid quisque senserit scire?

Idem de anima & eius origine lib.4.cap.1.

Nec enim negare debeo, sicut in ipsis moribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quae possint iusto iudicio & nulla temeritate culpari.

Hi omnes & singuli Patres nos a se ad scripturas ablegant, illas legi & consuli uolunt: hinc peti interpretationem scripturæ, quae propter phrasis ignorantiam uidetur esse obscurior: hinc omnia probari & dijudicari, quia sola haec errore careant, ideoque omnia ad sacra scripturæ examinanda. Asotus contra a scriptura ad Patres ablegat, hinc scripturæ sensum petendū esse dicit. Quid igitur faciendū nobis erit: Cum tanta sit Patrum autoritas, quantam ipse facit Asotus, credendū potius eis quam Asoto iudicauerim. Ex sacris ergo literis potius omnes contiouersiae, que ex Patrum scriptis dijudican dæ. Alias quanto opus erit labore, donec prius Patres ipsos dissident.

dissidentes cōciliabimus: Testas id Petrus Lombardus libris suis Sententiarum, q̄ immensus sit hic labor. Testantur & scholastici Doctores, qui plaustra aliquot, suis libris ea de re scriptis, repleuerunt. Similiter & Gratianus compilator Decreti, qui ideo libro titulū inscripsit, Concordantia discordantiarū: & Canonistæ, qui innumera propemodū in id cōmentati sunt. Etsic omnem ætatem consumemus lectione Patrum, & eorum scriptorū, qui in hoc opere sudauere; nec tamen unquam de sententia & concordantia illorum certi erimus. Et ita idem nobis accidet, quod Paulus dicit, semper discentes, & nunq̄ ad scientiam veritatis peruenientes. Quando uero ad sacræ scripturæ lectionem tandem accedemus? Quin ex ipsis fontibus salutaribus hauriemus aquas, quæ dulciores bibuntur illinc, q̄ extimulis & lacunis putidis.

Aug. lib. 2. de Baptism. contra Donatist. cap. 3.

Certè nobis obijcere soletis Cypriani literas, Cypriani sententiam. Quis autem nesciat, sanctam scripturā canonicā tam ueteris quam noui Testamenti, certis suis terminis contineri, eamq̄ omnibus posteriorib. Episcoporum literis ita p̄apponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari nō possit, utrum uerum uel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constituit: Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonē uel scriptae sunt, uel scribūtur, & per sermonem forte sapientiorē cuiuslibet in ea re peritioris & per aliorū Episcoporū grauiorē autoritatē doctiorumq̄ prudentiā, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte deviatum est: & ipsa concilia, quæ per singulas regiones uel prouincias sunt pleniorum conciliorū autoritatē, quæ sunt ex uniuerso orbe Christiano sine ullis ambagibus cedendo, ipsaq̄ plenaria s̄p̄e priora posteriorib. emendari, cum aliquo experimento rerū aperitur quod clausum erat, & cognoscit quod latebat sine ulla arrogantia, sine ulla cōtentione liuidæ inuidiæ, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana.

Quod si non ex Patribus tantis, quod ex illis ipsis probatū est, religiosis controversiæ possunt aut debent dijūdicari: multo certè minus, imò nullo modo ad tuos ô Asote Episcopos, Prælatos, & illorum uiva conciliabula, ad quos proximos statim nos mittis, eundum nobis erit. An non pudet te harum nugarū & imposturæ: Quasi uero adhuc illorū studia sint ignota, & non toti orbi perspecta & cognita; illi scilicet diu noctuq̄ sacra rum literarū, quæ (ut dicis) totum hominem requirūt, & Patrum lectione sunt occupati, in his perpetuò uersantur, hæc à pueris agunt, discunt & imbibunt: Quis dubitat de illo? Hoc deniq̄ iudicium est ultimum in Ecclesia, cuius decreto in controversijs est standum: hi iudices, qui de rebus æternæ nostræ salutis & animæ censere debent, quorum iudicio merito omnes acquiescere debemus: ad hos Asotus nos ablegat Doctores & magistros Ecclesiæ hi fidei ambigua dijūdicabunt: Tunc egregiè nobis erit consultum. Hoc modo, inquit, semper ad manus habebimus iudicium uiuum & ultimum, cui omnes parere debemus. Ita enim inquit: Quia aperitè dicimus, in dubijs fidei, proximos, ad quos statim eundū est, Episcopos esse, & eorū concilia. Isti consensum Patrum inquirētes, ex illo traditionē agnoscunt, ex qua scripturā interpretantur & explicant. Quod uero hypothecata protestationē addit, de Prolegomenis Brentij dicens: Nam quod te conscientia corā Deo asserimus, nihil aliud in his Prolegomenis inuenimus, q̄ que ad subuentos simplices & nimiū credulos ualere possint, nisi quod suo more in quibusdā manifestis quidē & certis immorat & spaciā, ut illis uenenū abscondat & laqueos: id nos multò rectius de hoc ipsis scriptis pliō testari possumus. Nā penē singula uerba singulos errores & blasphemias cōtra uerbū Dei cōtinent. Etsi ad uiuum omnia resecare uel-

Ecc 3. lemus,

lemus, parum foret reliquum de toto uolumine. Sed hoc nimis foret longum, & alias hæ nugæ à nostris sæpe & rectè sunt refutatae. Quare nō est quod cum nonnulla non attingimus, sed silentio preterimus, à nobis tacite, pbari existimet. Hæc in genere de curru seu plaustro Asotí, quatuor rotis, ut audiuimus, constante, quo mendaciorū plaustra ex Asotia inde aduehit, cùm ex ipsa scriptura sacra, tum ex Patribus, dicere libuit. Miror autem, quid non Ezechieli visionem de quatuor rotis, ad extruendam hanc suam quadrigam adhibuerit.

ANNOTATA IN CAPVT XXXIIII.

Hoc capite quadripartitam suam definiendi ambigua fidei rationem, probandam instituit: quam ita cohærere dicit, ut qui unum neget, omnium negasse videatur, authoritatis scripture sacræ nullam faciens mentitionem, sed ex ea reliqua tria probari affirmat. Atque primo loco esse traditiones Apostolicas, probat ex Paulo, qui iubet tenere traditiones quas dicerunt, siue per epistolam, siue per sermonem. Item, Cetera cum uenero disponam. Item, quod Paulus precepit custodiri dogmata ab Apostolis & senioribus decreta.

Nō negamus Apostolos instituisse & ordinasse quedam in ecclesijs quas constituere, quæ nō sunt ab eis descripta, quæ ad ceremonias pertinent, & externos ritus, vel decoro, vel discipline seruientes: sed hę nihil ad fidei doctrinam. Etsi enim multa oretenus docuerunt, quæ non sunt descripta, tamen alia aut diuersa ab ihs quæ extant minime tradiderunt. Quod itaque Paulus Thessalonicensis hortat, ut constantes perseverent & teneant institutiones, vel traditiones, quas uel per sermonem uel per epistolam didicierunt, nihil hic de ritibus aut ceremonijs loquitur, quæ sunt pedagogia tantum & exercitia leuiora, decoro seruientia: sed de fidei constantia & regulâ totius doctrinæ à se tradita, in qua erant constituti. De re omnium maxima agitur, non puerilibus ceremonijs, ut in horribili Ecclesijs uastatione per Antichristum futura, firma & stabilis eorum fides permaneat, nec se seduci patientur. Et ut maximè demus Paulum de ceremonijs & preceptis ad Ecclesijs administrationem pertinentibus loqui, non tam facile adeò probabunt, has esse quas ipsi in sua ecclesia retinent. Notum em est, quib. authoribus acceptæ illæ sint ferendæ. Paulus traditiones

Rom. 1. suas seruari precipit: sed idem dicit: Si quis aliud Euangeliū predicauerit, anathema sit. Porro alibi testaf hoc suum Euangeliū antea per Prophetas esse promissum & descriptum. Quare non ad traditiones ἀγέφας hec referri possunt: multo uero minus ad institutum Asotí, quod uidelicet ex traditionib. illis, fidei dubia sint dijudicanda. Et ex ipsis uerbis Pauli, adeo ꝑ tota epistola iudiciū fieri potest, quānam traditiones cōmendet. Dicit enim: Sive per sermonem, hoc est, oretenus, per conciones: siue per epistolam. Quid autem continent hę duę epistole, nisi pura & sincera religionis doctrinam: & in primis posterior totum Papatū & omnes eius traditiones, protestatem & primatū, immo tyrannidem potius, quam in templo Dei sedens exercet, se extollens super omne quod Deus dicitur, &c. funditus prosternit & extirpat. Et ut maximè summa cōtentione euincat Asotus Paulum hic urgere traditiones à se institutas, hoc est, ceremonias, & ritus uel etiam quedam mysteria abscondita obseruanda, monstrat nobis eas, & tam certos nos de ihs faciat, quām de epistolis ipsius sumus. Et si sunt dogmata scripturis ipsius consentanea, recipiemus: sive uero dissonna, ea libertate ute-

Gal. 1. mur quam nobis concessit, Sive nos uel angelus de cœlo annunciet aliud Euangelium, anathema sit. Sive uero ceremonię eiusmodi, quæ scripture & fidei libertati non repugnant, sed omnibus temporibus, locis & personis conueniunt, neque illas recipere grauabitur. Quod uero dictum Pauli

Pauli ad Corinthios adducit, Cetera cum uenero disponā, eam esse Missę dispositionē, quam Paulus hic pmittat, & hinc nescio ex quo loco Augustini missam suam, eiusq; cæremonias probare conatur, quod is dicat, ritum eucharistiæ, quem tota seruat ecclesia, à Paulo hoc loco promitti, & post suum aduentum ab eo traditum. Miror quod non pudeat hominem tam non dico pueriliter ineptire, sed turpiter metiri. Quis enim est omnis qui ignoret, quibus autoribus singula propemodū minutissima in missa, accepta sint ferenda? Quasi uero electum illud Dei organon, tantum sibi permiserit, ut æternam Christi ordinationem coenæ, quam hic manifeste probat, se etiam nihil aliud tradere affimat, sed id quod à Domino accepit, mutare aut euertere uoluerit? Porro quam ingens sit inter coenam Domini, & missam Papisticam discriminē, quis est piorum qui ignoret? Ceterum est autem Paulum, sicut eadem epistola inferius 14. cap. præcipit, ut omnia secundum ordinem & decenter in ecclesia gerantur: ita hoc quoq; loco uelle, ut meliori ordine in administratione Eucharistiæ gerantur, idq; se præsentem, prout necessitas postulauerit, dispositurum dicit. Hoc non nostrum est figmentum, sed ex Apostoli uerbis patet. Reprehendit enim *Ad Cor. 11. 16.* circa coenam Dñi, dices: Nō laudo q; nō in melius, sed in deterius cōfessay cœlum. Ideo in fine addit, Cetera cum uenero disponā. Hinc uero nō pba venitus. Ideo profecta, postquam sunt non quidem abrogata, sed sua sponte paulum collapsa, cur non reuocas quasi postliminio, & ecclesie restituis, cum adeo seuerus uindex sis traditionū illarū Apostolicarū, & Paulus hic præcipiat hęc eadē custodire: sed hoc est, quod nos uerè affirmare possumus, & Asotus ipse cōcedere uolens nolens cogitur, decreta hęc Apostolorū gentibus ad Christum conuersis non ad modum obseruationis legis Moysæ esse proposita. Iudicat enim Petrus onus esse importabile: sed hic fīnis est principalis, ut parcatur infirmis iudeis, qui haec libertate offenduntur. Igitur ut charitas & concordia inter gentes & iudeas conseruantur, hec sunt proposita. Quare nō fuit perpetuum hoc decretū: sed unā cum fratrum imbecillitate desuit. Cumq; has traditiones, de quibus certò constat, nō obseruēt ipsi, & impossibile sit secundum illas ecclesias cōstituere, aut fidei ambigua dijadicare: quid nobis molestus est Asotus dubijs & incertis traditionibus, præsertim cum fidem nō ex traditionib. quas aegrotus vocat, sed ex scriptura petere debeamus. Id qd August palam affirmat *De Civit. Inquis.* Credit etiā (Civitas Dei) scripturis sanctis, & veteribus, & nouis, *Dei lib. 13.* cap. 18. quas canonicas appellamus, unde fides ipsa cōcepta: est, ex qua iustus uiuit, per quā sine dubitatione ambulamus q; dū peregrinamur à Dño, &c.

Hęc breuiter dicere uolui, ut uera & genuina sacræ scripturæ testimoniū sententiā teneamus, quibus Asotus abutit ad suū institutū. Ita aut̄ argumentat: Apostoli quedā tradiderūt quę nō sunt descripta: ergo hę sunt illae, quas nos hodie in Romana ecclesia obseruamus. ergo ex illis traditionib. dubia fidei sunt dijadicada. Egregia mehercule & plane Asotica cōſequētia. Cum uero duplices faciat traditiones, ceremoniales & doctrinales, laud dubiē non loquitur de ceremoniis: nā illis fidei dubia non poterunt definiri. faciunt enim tantum ad gubernationem ecclesiæ & disciplinam

decoro seruientes & ordinī, quæ pro ratione temporum, locorū & personarum variantur, etiam si certū sit eiusmodi ab Apostolis profectos. Neq; enim ipsi perpetuas illas & immutabiles esse uoluerunt, sicut iam de traditione Apostolorū ex 15 Act. dictū est, & præcedenti de ieiuniis ex historia Tripartita, quo loco etiā hoc additū de festis: Non fuit mens Apostolorum, de diebus sancire festiuitatum: sed conuersationem rectam & Dei prædicare culturam. De traditione igitur doctrinæ & cōsensu, quem hinc ab Apostolis per manus quasi semper tradidisse & accepisse posteros à suis antecessoribus singit, loquitur. Etsi autem præcedenti capite ea dera sit dictum: tamen pluribus respondere non grauabor, ut scripture testimonia, quæ ad suum propositum detorquet, ab eius depravatione vindicemus. Apostoli non docuerunt alia aut diuersa, multo minus contraria ab ihs quæ scripsérunt. Nam ex eodem sp̄itu loquuntur & scripsérunt. Cum igitur certi simus de doctrina ipsorum, & sensum quoq; ex ihs facile possimus eruere, sicut præcedenti capite dictum est: incertæ uero sint traditiones, & aliis alium sensum facile fingere possit: que hæc stulticia esset, à certis ad incertiora, ipsomet Asoto autore, deflectere: Paulus ipse cum iubet examinare dogmata, & dubia, non ad traditiones nos reuocat, sed ad scripturam: Prophetia, inquit, sit analoga fidei. Et Petrus: Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei. Item, iubet nos attendere firmiori sermoni propheticō. Eadem est sententia, idem quoq; iudicium hac de re Patrum.

Tertull. de proscript. aduersus hæret.

Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangeliū, cum credimus, nihil desideramus ultrā credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultrā credere debemus.

Idem lib. aduersus Hermog.

Adoro scripture plenitudinem, quæ mihi & factorem manifestat, & facta. Et mox iterum: Scriptum esse doceat Hermogenis officina. Sinon est scriptum, timeat. Væ illud adiūcientibus aut detrahentibus destinatum.

Cyrill. in Leuit. lib. v.

Si inualidus fueris, & non poteris omnes carnes sacrificij secunda die finire, nihil de his in tertia comedes, sed igni trade quod superest. Si em uolueris post duos dies manducare de sacrificio, peccatum accipies. Ego (putens sensus mei capacitas habet) in hoc biduo puto duo testamēta posse intelligi, in quibus liceat omne uerbū, quod ad Deū pertinet (hoc em est sacrificiū) requiri, & discuti, atq; ex ipsis omnē rerū scientiā capi. Si quid autem perfuerit, quod non scripture diuinā decernat, nullam aliam debere tertiā scripturam ad autoritatem scientiæ suscipi, quæ hic dies tertia nominatur: sed igni tradamus quod superest, id est Deo reseruemus.

Irenæus lib. 2. cap. l. v. longè præfert scripturas sacras eiusmodi hominum fragmentis, dicens:

Non enim magis idonei hi, quam scripture: nec relinquentes nos eloquia Domini & Moysen, & reliquos Prophetas, qui ueritatem præconiauerunt, his credere oportet, sanum quidem nihil dicentibus, instabilita autem delirantibus. Hæc instabilitia uestræ sunt traditiones, Asote.

Aug. quest. super Leuit. lib. 3. cap. xxi. de Iudeis.

Sed quid scripture uoluerit, non quid illi opinati fuerint, requirendum.

Quod igitur Ireneus de hæreticis, Augustinus uero de Iudeis dicit, scripture præferens illorum opinionibus: hoc idem nos dicimus omnibus ihs qui nobis ficticias quasdam & incertas traditiones obtrudere conantur, omessa certissima sacra scripture: quam cum è manib; nostris aperta

ui, ne.

vi, ne hostes manifesti Dei, & uerbi ipsius conuincatur, excutere non possint, cum per eandem falsa ipsorum dogmata & cultus ficticios cōdemne mus: ad traditiones incertas configunt, & secundū illas cōtrouersias has dijudicari, scripturasq; sacras per eas interpretari uolūt: ut hoc modo scripturas, et si nominet enus nobis relinquit, tamen re ipsa auferant, ne ullus earum usus sit reliquus: sed id sonent quod ipsi uolunt conflictis suis fabellis. Proinde nō est quōd putet Auctor hoc sibi suisq; quicquam suffragari uel ad tyrannidem legum suarum stabilendam, quibus conscientias misericordie excarnificant: uel ad superstitiones suas obtegendas, quas cōfarcinatas esse ex uictiosis omnium seculorum Pontificum, adeoq; gentium ritibus constat, & ecclesiæ, Apostolorum nomine obtrudunt.

Porrò quemadmodum traditiones suas non scriptas male detortis & depravatis scripturæ testimonij probare conatus est, & inde, quod tamē non potuit, inferre uoluit, ex iisdem dubiis fidei esse dijudicanda: ita iam plenē eodem modo iisdem scripturis abutitur, ut confirmet ex consensu ecclesiæ, qui sit perpetuus & in patrum scriptis continetur, controuersias religionis definendas. Quia scilicet ecclesia columnæ & firmamentum sit ueritatis, contra quam portæ inferorum non pertaleant. Item quōd Christus dederit Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Doctores, quibus sit obtemperandum.

Agnoscimus Asote hæc priuilegia, & beneficia ecclesiæ sponsæ, à Christo spōnso promissa, exhiberi. Columna est ueritatis ædificata super fundatum Prophetarum & Apostolorū ipso angulari lapide Christo. De Eph. 2^o. posuit Dominus uerbum suum ad ecclesiam: hoc ipsa retinet. Cum igitur verbū Dei per Prophetas & Apostolos traditū, quod est ueritas, cōseruet, rectè dicitur columna ueritatis. Cumq; super Christū sit fundata, qui firma est petra, non Petrum, eiusue successores: certè portæ inferorū nō præuelabunt aduersus eam. Dedit & doctores, Prophetas, Apostolos, & Evangelistas, aliosq; pastores qui uerbo suo eam pascerent, quibus etiam obdiuent omnes Christiani. Sed quid hæc ad ecclesiam Romanam, quid ad tuos Prelatos Asote: cum fundamentum non retineatis, sed subuertatis, & aliud ponatis eiusdem autoritatis, uidelicet traditiones, quæ tibi tuoq; sterquilinio certissimū sunt fidei fundamentum: cum Paulus diserte dicat, neminem posse aliud ponere, ecclesiam super doctrinā prophetarū & Apostolorū esse ædificatā. Quod si hoc iuxta Paulum est fundamentum, scriptura scilicet (hæc enim est doctrina Prophetarū & Apostolorū) ergo non traditiones nō scriptæ. Ergo hæc nō tanto cum periculo, incertæ cum sint ipsæ, inquirendæ. Quid docuerint Apostoli & Prophetæ, certò nobis constat: quid uero tradiderint, uos probate: certè diversa non potuisse tradere, probauimus. Patres ecclesiæ sunt Prophetæ, & Apostoli, hi loquuntur nobis per sua scripta, quæ etiamnū hodie sonat: hos audimus, illis subiace mus, in his uerè est catholicus consensus. Nam omnes Christo testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes Att. 10. qui credunt in eum. Hūc & nos amplectimur cōsensum. quē tu dicas alium extra hunc, ignoramus. Hic à Spiritu sancto nobis prædicat & pponit. Ni hiligitur hæc ad tuos Prelatos. Deinde non quibusuis præpositis, sed uigilantibus p animabus nostris, easq; uerbo uiuifico & saluifico pascūt, obediēt. Quid hæc ad larvas & idola, quæ animas truculenter excarnificat, & lupi sunt rapaces: Neq; em qā præpositis obtēperādū, ideo mox omnibus qui hoc titulo se uenditāt, & in omnib. eis obedire, aut quēuis eorū dogmata recipere iubemur: sed ea tantū quæ sacræ scripture sunt cōsentanea: ita ut nō secundū illos scripturā interpretari iubeamur, aut fidei dubia dijudicare: sed cōtrā, ex scriptura sacra omnia illorū scripta & dogmata, pbare, & iudi-

& iudicare: & illos quidem Patrum libros recipere qui analogi sunt uerbo Dei, alios uero ab illa discrepantes rejicere.

Porrò de Patrum authoritate & scriptis, quid ipsi de suis scriptis sentiant, quantumque ualere debeat, praecedenti capite dictum est. Par felicitate probat conciliorum suorum autoritatem: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, sicut illis. Vbi enim sunt duo uel tres in nomine meo congregati, in medio illorum sum. Similiter & exemplo Apostolorum, qui orta contentione conuenerunt. Et Christus ipse: Super cathedram Mosi sedent scribae & Pharisei: omnia ergo quaecunque dixerint uobis, seruate, & facite. Hinc concludit Asotus: Dat ergo autoritatem concilij Patrum, & omnes subiicit illis. Sed prius uideamus quid si uero Christi, ut inde intelligamus, quam apte haec sequatur conclusio. Porrò non loquitur Christus de omni consensu. Consentient enim & malis in malo, ut latrones: uerum haec conspiratio magis est quam consensus. Quare etsi generale hoc uidetur, tamen non nisi ad res pias & uerbo Dei consentaneas accommodari debet. Similiter nec id quod sequitur, De omni re qua petierint, erit generale, sed ad res petendas restringenda. Petendae autem sunt res uerbo Dei concessae, & licitae: & quemadmodum Ioannes loquitur, quaecunque petierimus, secundum uoluntatem eius. Tertiò in nomine Christi congregati esse debent. Impij quoque sacrū Christi nomen suis conspirationibus praetexunt. Quemadmodum pseudoprophetæ imitatione uerorum, subinde in haec uerba prorumpunt, Dominus dixit. Et quemadmodum ille inquit,

Tuta frequensq; uia est, per amici fallere nomen.

Ita nihil usitatus, quam ut falsi doctores, specie, titulo & nomine ecclesiae, & conciliorum, quorum magna est autoritas, simplices fallant. Hi uero in nomine Christi congregati esse dicunt, qui sincerè ad eum aspirant, eius uerbo se regi permittunt: quo praeuite, causas determinat, nihil addentes, nihil detrahentes. Ergo Christus suam præsentiam non ad quosvis aliis coetus, sed tantum ad illos, qui iuxta uerbum suum pronunciant. Quare hinc non sequit, quod uult Asotus, Nulla scilicet concilia errare, ideoque omnium decretis standum, quia profitentur se nomine Christi conuenisse, ideo ipsum abesse non potuisse. Est enim discrimen inter sacros & profanos coetus, nec sunt confundendi. Tunc ergo patebit, num in Christi nomine conuenerint, cum decreta ad hunc Lydiū lapidem, sacrā scilicet scripturam examinantur, & illi cōformia deprehenduntur. Stulte ergo infert Asotus, Christum dare autoritatem concilij patrum, & omnes illis subiicere. Multo uero stultius concludit, concilij probatam scripturā, cum plane ordo sit inuertendus, uidelicet scripturis sacrī probanda esse concilia. Scriptura enim non habet opus conciliorum autoritate: sed contraria, concilia si scripturæ sacræ autoritate destituantur, penitus collabuntur: imò damnanda sunt illorum decreta & Anathematismi.

Non dānamus concilia omnia: sed agnoscimur quatuor prima, q; ad dogmata fidei contra hereticos attinet, eaq; magnificimus, & recipimus decreta de consubstantialitate filij Dei: uerum nō propter Synodi iudicium, sed quia nobis ex sacra scriptura articulum hunc probauerunt.

Scitissimum uero est, quod ex Matthæo, Phariseus & hypocrita (cum quibus saluatori eo in loco negotium est) affert, ubi Christus dicit: Super cathedram Mosi federunt scribae & Pharisei: omnia ergo quaecunque dixerint uobis, seruate & facite. Agnoscit itaque Asotus Prælatos suos esse Phariseos, qui à Baptista progenies uiperarum dicuntur. Verum sicut in praecedenti testimonio non generaliter Christi uerba sunt accipienda; ita nec hoc mandatum, quod sine discrimine Christi omnia Phariseos

Phariseorū, & Prælatorum sociorum decreta sint recipienda: sed ad cathedram Mosi, hoc est, eius doctrinam examinanda sunt, & probanda. Chrysost. Tum enim in cathedra Mosi sedent, cum non sua, sed quæ per Mosen super Mat. Deus imperauit, prædicant. Idem enim noster saluator cauere iubet à fer. homil. 73.

mento Phariseorum.
Quod si reijcere, authore Christo, licet fermentum illorum, hoc est, quicquid de suo admiscent puræ legis doctrinæ: certè non sine delectu recipiendum, quicquid ipsis pro sua libidine mandare libuerit. Deinde si hominum præceptis, suorum conscientias hic Christus obstringeret, falso alibi pronunciaret, frustra Deum coli mandatis hominum.

Hinc apparet, Christum eatenus populū ad audiendos Phariseos horari, quatenus legem pure doceant. Idemq; uelle, ut ipsi examinent eorum dogmata. Non igitur quamlibet doctrinam recipi uult: & tantum hoc in loco Christus sanctam legis doctrinam, à pessimis Phariseorum operibus, & moribus discernere uoluit. Augustinus per scribas mercenarios à Christo demonstratos esse dicit. Quid aliud dixit, inquiens, nisi per mercenarios uocem pastoris audite? Sedendo enim super cathedram Mosi, legem Dei docent: ergo per illos Deus docet. Sua uero illi si uelint docere, nolite audire, nolite facere. Cathedra ergo non scribarum, sed Mosis cogebat eos bona docere, non bona facientes. Sua enim agebant stiana. in uita sua: docere autem sua, cathedra eos non sinebat aliena.

Habes Asote qualem det Christus concilijs autoritatem, si omnino placet Prælatos tuos conferre cum Phariseis, uidelicet ut doceant uerbum Dei, tum omnes id agnoscant, & recipiant: sed non quævis eorum dogmata sine discrimine aut probatione admittant. Idem enim Christus à fermento Phariseorum iubet cauere. Non ergo hinc sequitur quod tu uis, ut uidelicet dogmata controuersa, aut fidei dubia ex conciliorum auctoritate definiantur. Sed potius contrà, ut concilia, omnia sua decreta ex præscripto uerbi Dei constituant, & ut de ih̄s certi simus, iudices nos constituit Christus, ut concilia examinemus ad sacram scripturam, & ea de cœcta recipiātur, quæ scripturis sunt consentanea, ex eisq; probari possint. Ea uero quæ cum his non consentiunt, caueantur & damnentur. Ita scilicet Christus hic duabus sententijs concilijs dat autoritatem, ita illis omnes subiicit.

Concludens itaq; dicit, Ipsa scriptura nobis hęc tria, scilicet traditionē, patres, & concilia ostendit, tanquam fundamenta certissima fidei & pietatis. Quis hic non toto pectore cohorrescat ad tantam blasphemiam? Bone Deus, quanta huius monachī effrenati est impudentia, quod hęc, quibus nihil est incertius, faciat certissima fidei fundamenta: nec hoc contentus, insuper & sacræ scripturæ nomen usurpat in uanum, prætexens illud suę blasphemię horribili, quasi ipsa alia fidei fundamēta faciat, & quidem certissima. At que illa: traditiones non scriptas, Patrum scripta, Prælatos suos eorumq; conciliabula, auertat Deus clementer hanc pestem à sua Ecclesia. Nos uero hactenus probauimus ex eadem sacra scriptura, quam nihil hęc faciant, quæ protulit ad probandum suum institutum: nec plura esse fundamenta, sed unum, uidelicet doctrinam & scripta prophetarum & apostolorum de angulari lapide Christo. Quod si fides nostra fundata esset super traditiones, Patrum scripta, & concilia prælatorum & episcoporum Romanensium: profectò non esset certa, nedum certissima: imò dudum subuersa, collapsa, & eradicata funditus. Cum uero dubitandum esse pijs doceat Asotus, mirum non est quod talia iactat fidei & pietatis fundamenta. Sed qualia sunt fundamenta, tale est etiam quod superstruitur ædificium, fides scilicet & pietas Papistica.

Hæc

Tratt. 4.6.
in Ioan.

Lib. 4. de

doct. Christi

stiana.

Hæc sibi Asotus cum suis fundamentis retineat. Nos unico erimus contenti certissimo, firmissimo, & infallibili: & superedificamus domū, quam nullæ tempestates, nulli satanæ insultus, non denicē inferorum portæ subuertere unquam poterunt. Hoc modo ostendimus sacrae scripturæ testimonia, quæ Asotus ille, pro confirmatione impia suæ sententia prodixit, prorsus nihil ad institutum facere, & dissoluimus quaternionem Asoti, & tanquam nodum Gordium gladio uerbi Dei dissecuimus. Hoc uero negabit frater Petrus, quia sacram scripturam acceptam fert traditionibus: quæ nisi essent, eam nō haberemus. Traditionis, inquiens, primò dat nobis scripturam. quod quidem uerum est de illa traditione, qua nobis quæsi per manus ecclesiæ, sacra scriptura à maioribus continua successione est tradita. Hinc uero non sequitur, omnia quæ nomine traditionum apostolicarum nobis obtruduntur, recipienda. Multo uero minus hinc Asotus institutum suum probabit, quod ex illis traditionibus apostolicis, si dei dubia sint dijudicanda.

Traditio enim illa, qua scripturam sacram ecclesia singulis temporibus primum à patriarchis, deinde à Prophetis, postrem ab Apostolis & Euangelistis accepit bona fide, & deinde successoribus per manus eadem qua acceperat fide, tradidit: & aliæ traditiones toto genere sunt diuersæ. Et de hac scripturæ traditione, certa serie successionis facta, qua ecclesia omnium temporum testatur de scriptis canoniciis, quod ea certò à prophetis & Apostolis acceperit, nec sint noti aut suppositicij, uel commenticij libri, Augustinus loquitur, cum se Euangeliu non creditur dicit, nisi ecclesiæ autoritate moueretur. quem locum Sotus hic allegat. Sed primum Augustinus non loquī de Asotica ecclesia. hanc enim colluviem Papisticam nunquam agnosceret D. Augustinus pro uerbi Dei, sed Dei huius seculi ecclesia, quia eam cum ueibo Dei (in quo solo ecclesiam quærendam docet) non consentire cretissimum est, sed propter loci successionem, de titulo ecclesiæ frustra gloriatur, & ociose nugatur. Deinde non affirmat, se propter ecclesiæ credere, sed eius testimonio moueri se dicit, ut credat hos libros euangelicos, diuinitus per prophetas & Apostulos atq; Euangelistas esse traditos, quia certa serie successionis, & non interrupto ordine ecclesia omnium temporum ordine testetur, hos libros diuinitus sibi per autores canonicos commendatos.

Ne uero cauilleris Sote, hanc nostram esse & detortam interpretationem loci Augustini, quem nobis perpetuò tāquam Gorgonis caput opponitis, & ostentatis, pro confirmanda uestræ ecclesiæ (ad quam tamen, ut dixi, & probauī, minimè pertinet) autoritate, ipsum Augustinum interpretem sui ipsius audiamus.

August. contra Faustum Manich. lib. xxvii. cap. II.

Sicut ergo ego credo illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore, quo Manichæus uiuebat in carne, per discipulos eius, certa successione præpositorum uestrorū, ad uestra usq; tempora custoditus atq; perductus est: sic & istum librum, crede esse Matthæi, quem & ille tempore, quo Matthæus ipse in carne uixit, non interrupta serie temporum, ecclesia certa connexionis successione, usq; ad tempora ista perduxit.

Quod ergo D. Augustinus exempli causa, de uno Matthæi libro proposuit, id de omnibus & singulis canoniciis libris iudicandum est.

Tertio, & hoc animaduertendum est circa hunc Augustini locū, quod tametsi magna sit ecclesiæ in commendandis nobis scriptis canoniciis autoritas, qua meritò moueri debeamus: tamen non tantam esse, ut certitudo horum librorum potius ab autoritate ecclesiæ testificantis, quam à certitu-

certitudine & ueritate rei ipsius, de qua testimonium perhibetur, dependat. Quemadmodum testis non facit rem per se & sua natura dubia & incertam, suo testimonio certiorem, sed rem talem narrat qualem esse cognovit, & nihil de suo addit: ita Ecclesia suo testimonio non effecit ex falsis & dubijs aut incertis ac profanis libris certos & indubitatos, sed tales quales erant sua natura, & ipsa esse norat, suo testimonio comprobauit.

Postremo & hoc addendum est, sacræ scripturæ auctoritatem & certitudinem, quod uerè diuinitus sit tradita, non sola successione ordinaria & perpetua, eiusq; testimonio confirmari: sed alia æquè firma esse argumēta, que hoc ipsum nobis persuadeant, qualia sunt: perpetua horum librorum mirabilis & planè diuina conseruatio, quod contra diaboli furem horribilem & totius mundi potentiam hęc scripta, quae in tanto odio sunt, & non semel exuri mandata, inuiolata permanserint: cum alijs libri, qui magno studio ab omnibus hominibus sunt afferuati, interciderint.

Item mirabilis & suauissima harmonia, & consensus horum scriptorum omnium: addo uaticinia de rebus maximis & longo tempore post futuris certissima, quae euentus omnia cōprobauit. & aliae multæ rationes, de quibus alibi à nostris agitur.

Quod igitur probari præterea manifesta ratione dicit, quod traditio nobis scripturam confirmet, quia non alia ratione Euangelium Andreae nomine & Nicodemii rejectum, reliqua uero recepta, quam quia Apostoli ita tradiderint: longè alias rationes Augustinus recenset, propter quas certi libri in canonem non sint recepti: uidelicet quod uel illorum quibus tribueruntur, non certò esse constabat. Deinde quia quædam erant admixta Apostolorum doctrinæ contraria. Quidam uero libri propter nimiam ueterem erant suspecti. Similiter & Eusebius alias causas enumerat, propter quas libri quidam non sint recepti, quam noster Sotus,

Eusebius Hist. Eccl. lib. III. cap. 25.

Sequenti loco iam sunt illa de quibus à nonnullis dubitatum est, Reuelatio Ioannis, de qua quid singuli ueterum senserint suis in locis ostendemus, & epistola Iacobi, sed & Iudæ Petri quoq; secunda, & item Ioannis secunda & tertia, siue hæ ipsius Euangelistæ, siue etiam alterius eius cognominis ostendentur. Post hæc iam scriptura est, quæ dicitur Actus Pauli, sed & liberus qui appellatur Pastor, & reuelatio Petri, de quibus quam maximè dubitatur. Fertur etiam Barnabæ epistola, & doctrina quæ dicitur Apostolorum. Quidam autem his sociant etiam Euangelium, quod dicitur secundum Hebræos, quo præcipue utuntur illi Hebræi, qui Christum suscipere uidentur, sed in Ecclesia ei contradicitur. Quæ omnia tamen à nobis necessariò enumerata sunt, ut absq; ulla ambiguitate claresceret, quæ sint in ueteri authoritate, ET QVAE SINT IN QVIBVS VEL CONTRADICTIONIBUS ALIQUA, VEL ETIAM CONTATIO, CVM TAMEN A QVA M PLVRIMIS ECCLESIIS RECEPIANTVR, SOLENTE ADMITTI. Sed & de illis sciendum est, quæ sub nomine Apostolorum ab hereticis proferuntur, uelut Petri & Thomæ & Matthiæ, & cæterorum similiter Apostolorum quæ appellat Euangelia: sed & Andree & Ioannis atq; aliorum Apostolorum Actus, quod nusquam prorsus in scripturis ueterum eorum duntaxat qui Apostolis successerunt, aliqua mentio eorum, aut commemoratione habetur. In quibus & ipse stylus multum ab Ecclesiastica constructu deprehenditur esse diuersus. Sensus quoq; ipse, & omnia quæ his inseruntur, longè ab Apostolica dissonant fide, ex quo figura esse prauitatis hereticæ comprobantur. Vnde ne inter illa quidem, de quibus dubitari diximus, collocanda sunt, sed ut aliena penitus & à pietatis regula discrepantia propellenda.

Fff Affirmat

Affirmat hic Eusebius Euangelia sub nomine Petri, Thomæ, Matthiae, &c. non esse uera Euangelia, quia nusquam prorsus in scriptis veterum, qui Apostolis successerunt, illorum fit mentio. Deinde quod stylus ab Ecclesia stica consuetudine alienus est. Tertiò sensus quoq; ipse, & omnia quæ his inseruntur, longè ab Apostolica dissonant fide. Et ut maximè horum nihil esset, tamen ideo non fuere recepta: sufficiente enim hi qui extant. Nam in ore duorum uel trium stat omne testimonium. Quod si Ioannes qui diutissim uixit post Apostolos omnes, noluit, cum tempus haberet, omnia Christi miracula, dicta & facta describere, eo quod illa à se descripta sufficienter ad uitam æternam: quis tu es Asote, quoque spiritu agitaris, ut nobis, non scriptas nescio quas Apostolorū nomine traditiones ad salutem & ad dubiorum fidei dijudicationem necessarias obrudere conaris? Nihil ergo ad rem quam instituit hæc scripturæ traditio, quam nō negamus, sed summi beneficij loco ducimus, facit. Ex illa enim non sequitur omnium reliquarum probatio: uel q; ex illis non scriptis, fidei dubia sint dijudicanda. Quod præterea addit, eadem traditio habet successionē Apostolorum & autoritatem succendentium eis, cum id non probetur ab Asoto, nos eadem facilitate qua ab ipso dicitur, repudiamus. Nam non loci successio facit successionem Apostolorum: sed idem officium facere, eandē doctrinam propondere, inniti deniq; uestigij Apostolorū. Porro quantū hi qui de successione Apostolorū gloriantur, ab illis differant, nemo est qui ignoret. Quod si iam Apostoli rediret, nihil certe in his successoribus Apostolicum agnoscerent: et paulo antē satis ex scripture testimonijs, que perperam Asotus adduxit, demonstratum est.

De successione eide supra ca. 9.

His subiicit: Eadem, inquit, traditio habet usum & consuetudinem cōgendorum in rebus dubijs conciliorum. Porro quis coegerit quatuor illa prima & generalia concilia, astutè dissimulat, ne quid Papæ potestati deroget, cum non à Romanis Pontificibus, sed Imperatoribus sint indicta & congregata. Sed de concilijs suo loco copiosius infrā dicetur.

ANNOTATA IN CAPUT XXXV.

SVficerent quidem hæc in genere de omnibus quæ iam sequuntur: nra cum pluribus rem agere uisum sit Asoto, ut cum multa dicat, omnina probasse uideatur, nos quoq; pluribus respondebimus, ne sibi sua loquaci garrulitate uicisse uideatur, & iam etiam triumphare uelit. De singulis, quæ in quaternione continentur, plura uult dicere, ut ea confirmet, & Brentij calumnij respondeat. Sed neq; sua, ut audiemus, confirmabit, neq; Brentij calumnij, quæ nullæ sunt, respondebit. Vocata autē veterator ueritatem calumnias. Et se respondere arbitratur, dum non rater: sed multa deblatterat loquaculus & garrulus Monachus, quale solet esse hoc hominum genus, quod uenales habet linguis, easq; prostituit ad quæstum, & miseris uetus imponit, caseos, butyrum, & reliqua prætextu precum emulgens, atq; emungens. Hoc itaque capite de sacræ scripture authoritate & utilitate loquitur, & quidem multa de ea dicit. Et nisi animus ipsius nobis esset perspectus, cuius morbum alibi prodit, quam scilicet infensus sit scripture hostis, honorifice de ea non tantum loqui, sed etiam sentire uideretur.

Cum uero supra capite tricesimo tertio traditiones, nō scriptas affirmauerit nō minoris esse authoritatis, item apertiores, pliores, & explicatores esse: & infrā cap. 41. & 44. prolixè sacras scripturas non solum obscuras, sed etiam dubias esse & ambiguas: item mortuam esse literam, nec respondere nec se explicare: ideoque nullo modo expedire, ut præcipua opera eius scientię detur: nulline quidem doctori in Ecclesia, Episcopo, & cuicunq; etiant

etiam (quæ certè minimè laudibus eius conueniunt) probare conetur: facile hinc iudicare possumus, quanti ipse sacram scripturam faciat, & hæc falsa esse & ficta scripturæ encomia: quæ tantum in hoc ab ipso recitantur, ne prolsus esse, & planè nihil de ea sentire iudicetur. Et omnino idem facit hypocrita, quod ludas Iscariores, quisignum dederat ijs qui Christum Dominum capturi erant, ne errarent, aut ex ignorantia ipsum dimitterent, Quemcumq; inquiens, osculatus fuero, ipse est, tenete eum: atque ita specie amicitiæ ad Salvatorem accedens, salutauit ipsum dicens, Ave Rabbi, & osculatus est eum. Hoc uero osculo, quod amicitiæ signum erat, ipsum prodebat. Ita hic Monachus commendare uidetur scripturam, & exosculari eam, atq; uenerari: sed dum illi multis nominibus præfert traditiones, traditor est scripturæ: & etiam (sicut de mendacibus dici solet) id quod uerum dicit, mentitur. Ideo tam frigidè de ea eius authoritate & utilitate scribit, & inter reliqua dicit: Quia enim uerba sunt, quæ scribuntur, ad subuentum defectui memoriae, ad loquendum absentibus, meritò linguam ad ipsa uerba referimus. Commendatam nobis à Christo & Apostolis non uerbis modo, sed etiam exemplis, dum & scripturæ authoritatibus, sua confirmant, & ut nos hoc ipsum faciamus, admonent, assentierat. Qui sit igitur, ut cum Christus & Apostoli in suis disputationibus & concilijs, sacrae scripturæ testimonij & authoritate fuerint contenti, nullasq; traditiones alleghuerint, sed easdem traditiones maiorum, seriorum, cum extarent, insectati sint, eo quod etiam pluris cas facerent, Pharisei, scribe, & Pontifices, quam ipsum uerbum Dei, quemadmodum nunc Asotica turba: nos iam non debamus esse scriptura contenti, cum tamen Christus hoc ipsum quod fecit, nos quoq; ut faciamus admonuerit: An uero maior est difficultas in narrationibus Euangelistarum, qui uerba & facta Christi descripserunt, & in Apostolorum epistolis, quam in ipsis Prophetis, quorum tamen noui Testamento libri sunt commentarius? Astutè etiam Monachus, ut suo instituto seruat, cum utilitates scripturæ enumerare uult, hanc inter præcipuas unā dissimulat, quod ad hoc data sit, ut omnes controversias & certamina quæ exoriantur, hinc dijudicemus. Cum tamen Christus & Apostoli semper, quod mouebantur à ludicris quæstiones & disputationes, his solis usi sint armis, & ijs eos errorum suorum cōuicerint. Sed quid Asoto cum scripturæ cum habeat tria fidei & pietatis certissima fundamenta, traditiones non scriptas, que eiusdem sunt cum sacra scriptura authoritatis, & non minoris, antiquitate uero præcellunt, scripturis uero ipsis pliores, explicatores & apertiores: Patrum scripta, & uita Prælatorum suorum concilia, ad quæ in omnibus dubijs, tanquam ad oraculum Delphicum, decurrent: hinc responsa & quæstionum solutio petenda. Pergamus igitur ad alia.

ANNOTATA IN CAPVT XXXVI.

IN quem finem & usum Deus legem scribi uoluerit, hoc capite uult agere. Resed id antequam aggrediatur, prius Brentio respondet, à quo durius & inclemens, quam pro merito, tractari se conqueritur, quasi minus honorifice de sacra scripture sentiat. Ideoq; libertatem & temeritatem iudicandi accusat: & si omnino, cum uerba sua nihil eiusmodi præse ferant, de animo Asoti iudicet, ostendi sibi uult, ubi dixerit eam sibi non placere, uel minus de ea quam par erat sentiat. Sed certè hac præfatione nihil opus erat, cum ex ijs quæ iam ex ipsius libro protulimus, manifestum fiat, quanti sacram scripturam faciat. Notum est illud Christi dictum: Ex dictis tuis iustificaberis, & condemnaberis. Quod ergo animus Sotii sacrâ scripturâ peius cane & angue odiat, ex dictis eius manifestum est. Vocat scripturâ Fff 2 mutam,

IN CAPUT XXXVI.

323

mutam, obscuram, ambiguam, se non explicantem, literam occidentem, mortuam, & multa id genus alia. Hæc sunt elogia, quæ sacræ scripturæ tribuit. Quis autem rem mortuam, obscuram, se non explicantem & occidentem fauore suo prosequeretur? Quis in tali re studium suum benevolent & obedienter colloquaret? Vides ergo Sote te tuis ipsum uerbis, ordinum animi tui erga scripturam prodidisse. Quid autem dicam de blasphemia, qua his uerbis Spiritum ipsum sanctum afficit? Dicit scripturam esse oraculum Spiritus sancti; interea autem uocat eam mutam, obscuram, mortuam & occidentem. Quid ergo aliud sibi uult, quam ut Spiritus sanctus, qui est illustrator Filij Dei, sit obscurus, mutus, mortuus & occisor? O blasphematorem omnibus diris deouendum. Et idem evidentius multo ex sequentibus, & etiam ex hoc capite appareat. Ita enim dicit: Hoc scribendi consilium ob imperfectionem & infirmitatem humanam à Deo excogitatum, atq; infirmioribus & imperfectioribus magis expediens: item & prioribus uero & purioribus, aut minus, aut nullo modo necessarium. Item nouum Testamentum non necessario egere illis literis. Nos uero initio cū mentionem sacræ scripturæ facimus, non de literis, syllabis & uocabulis tantum loquimur, sed de rebus ipsis, hoc est, de oraculis Dei, responsis & promissionibus, atq; etiam mandatis, de re ipsa, sententia & uoluntate Dei, quam dato certo uerbo patefecit, siue reuelatione Prophetica, predicatione & concione, atq; sermone, siue scriptura Dei ipsis, Prophetarū, Evangelistarum & Apostolorum. Quare hac cauillatione opus non erat, præset tim cū id diserte Brætius in Prolegomenis affirmasset. Necq; negamus quod prolixè contendit A. totus hoc loco, Deum uoluuisse etiam in scripta redigi præcepta sua, ut consuleret obliuioni humanæ: nam ea quæ auditu tantum percipiuntur, facile excidunt: scripta uero permanēt. Verum neq; sola, necq; principalis hæc fuit ratio consilij Dei, quo oracula sua conscribi uoluit: sed cum ingens sit odium satanæ quo surit aduersus Deum, uerbum eius, & hanc miseram naturam, ipsis dicta & facta peruerit, corrumperit, depravat & calumniatur: unde & diabolus dicitur, hoc est, calumniator. Magna & horribilis sit humanorum ingeniorum levitas, & audacia confingendi noua dogmata, ingens etiam comminiscendi nouas religiones libido, id quod ex A. totis traditionibus non scriptis apparet: Deus Ecclesiæ suæ contra eiusmodi satanæ præstigias, & hominum figmenta melius consuere uoluit, & uoluntatem suam æternam, & immutabilem, quam ante patefecerat, etiam describi uoluit, ne quouis uento doctrinæ in modum arrundinis circumagitaremur, & fides nostra fluctuaret. Sed ut certò nobis constaret, quodnam esset uerbum à se traditum, ne uel errore euaneliceret, uel audacia hominum, aut furore diaboli corrumperetur: hinc, quam necessaria & utilis fuerit coelestis doctrinæ descriptio, perspicitur. Sunt autem omnes libri ueteris Testamenti Spiritus sancti instinctu & reuelatione scripti in nostram doctrinam, ut ea quæ ad salutem sunt necessaria, inde 1. Petri 1. hauriamus. Organon Dei sunt, per quod se nobis patefecit, fidem in nobis operatur, nosque per hoc uerbum, tanquam semen immortale regene Rom. 15. rat ad uitam æternam. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Justus Orgelitanus in Cant. LXXVII.

Turris dicitur, perfectio uel doctrina sanctorum, quæ nō à se, sed à Christo ædificata est cùm propugnaculis, tum sanctorum scripturarum testimonijs, quibus infideles uel heretici debellantur.

Idem Cant. 7. 8.

Potest hæc turris, scriptura Canonica ueteris & noui Testamenticonuenienter

nienter intelligi, quæ per Spíritum sanctum, uelut turris excelsa, construēta est. Itaq; in hac sancta scriptura omnis armatura fortitum reperitur, ex qua uel contra diabolum, uel contra ministros eius fortiter repugnatur. Nam & ipse Dominus cum in deserto à diabolo tentaretur, ex hac turri arma produxit, cum eum prolatis ex sacra scriptura testimonijs usque-quaque deuicit.

Idem Cant. 127. scripturas sacras, uocat aureas bases.

August. lib. 1. de morib; Ecclesiae cathol. cap. vii.

Sed quomodo sequimur quem non uideamus? Nobis illa opacitas autoritatis occurrat, & mirabilibus rerum, uocibusq; librorum, ueluti signis temporis ueritatis, umbrisq; blandiatur. Quid potuit pro salute nostra fieri amplius? Quid liberalius diuina prouidentia dici potest?

Chrysost. in Ioan. homil. 36.

Omnium enim medicinarum thesaurus diuinæ scripturæ sunt, & siue stulticiam exuere, siue adfectus sedare, siue pecuniarum cupiditatem expellere, siue dolores contemnere, siue fortē animū induere, siue aduersa æquo animo tolerare uelimus, quamplurima hinc remedia inuenire possumus.

Ibidem homil. 52.

Hoc igitur pacto, si scripturas diligenter scrutari uoluerimus, salutem aequi poterimus: si penitus in eis uersabimur, ad doctrinam rectam & uitam erudiemur. Et licet durus sit quispiam & asper, & immittis, licet superiori tempore nihil profecerit: nunc saltē proficiet, & aliquam, et si non statim sentiat, utilitatē accipiet. Nam si unguentario quispiā aut unguentariæ tabernac; absideret, etiam inuitus illum accipit odorem. Longè magis qui frequentat Ecclesiam.

Idem in præfat. Epistola ad Rom.

Nam hinc innumera mala nata sunt, quod scripturæ ignorant. Hinc erupit multa illa haeresis pernicioes, hinc uita dissoluta, hinc inutiles labores. Quod uero Asotus addit sanctioribus & purioribus, aut minus, aut nullo modo necessariā: imò omnino nō necessariam ad fidem scripturam: idq; apertissima experientia probat, quia nō semper fuerit scriptura: hinc appetet, quanti faciat scripturā, & quam optaret ea proorsus non extare. Etsi autē Deus iusto suo, sed incoprehensibili iudicio maximam totius mundi partem reliquerit studijs suis, & elegerit tantum certas quasdam familias, quibus se suamq; uoluntatem patefecit: tamen id nō sine uerbo est factū. Hoc enim medium & organum est per quod Deus fidem & salutem hominum operatur. Quare cum omnino uerbum ad salutem sit necessarium, & scriptura sacra aliud non sit, aut habeat quam uerbum Dei: hanc uero omnino non necessariam ad salutem esse dicat: nihil certe profanius, nihil magis sceleratum excogitari potest, quam quod non solum ex mētibus fidelium, sed etiam ē mundo, quasi sacras scripturas tanquam omnino non necessarias ad fidem, profligare homo scelestissimus conatur: Olim tyranni qui ex professo, Deo uero bellum inferre uolebant, sacram scripturam, quæ Biblia dicitur, igni tradebant, hostilem suum animum & sceleratam impietatem hoc modo declarantes: quales fuere, Antiochus Epiphanes ante Christi aduentum in carnē: postea idē fecit Diocletianus, &c. Qui uero ex Christianis metu periculorum exhibebant, traditores uocabantur, & excommunicabantur. Vnde & dissidium ingens in Ecclesia Africana est exortum. Hunc uero monachum idem, sed prætextu pietatis, conantem & faciētem ab ultimis terris, imò ex inferis ab ipso diabolo excitatum & productum esse, nemo est Christianus qui dubitet.

330 Neq; quicquam Chrysostomi auctoritate iuuatur, ad confirmandum suum propositum. Neq; enim Chrysostomus dicit, Scripturam ad fidem omnino non esse necessariam: sed planè contrariū in eodem loco affirmat: Necessariò scilicet duas tabulas & literas esse datas, & eam quæ per has de tur administrationem: sed tantum antithesin instituit duorum horum lo quendi modorum, quibus Deus uisus est, immediate scilicet loquendi Patriarchis: & alterius, quo idem Deus uerbum suum describi uoluit, & peril lud etiā nō nobis quotidie loquitur. Idem uero uerbum est, idem Deus, ab eodē auctore utrumq; proficiat, per utrumq; æquè Spíritus sanctus est effi cax. Et in hac hominū imbecillitate multo tutius est audire Deum nobiscū per scripturas loquentē, quam immediate. Facile enim fieri posset, ut sathā, qui est simia Dei, Deū imitari cuperet, nosq; seduceret, quemadmodū & in paradiſo accidit. Loquutus quidē est Deus, & se reuelauit paucis quibusdā. Postquam uero non unius familię, sed totius gētis Israēliticę Deus esse uoluit, & sibi hunc populum delegit in peculiū, & Ecclesiam erigere atq; poss tiam constituere uīlum est, non soli Mosi est loquutus: sed per ipsum uni uerso populo, idq; literis consignari uoluit. Quod ex Chrysostomo male intellecto addit, Christum Apostolis non scriptum tradidisse, sed pro lite ris Spíritus sancti gratiam promiserit, qui omnia doceat: Nihil ad rem quam instituit Asotus faciunt. Scimus enim Christum & ante & postre surrectionem Apostolis enarrasse scripta Prophetica, & Spíritum sanctum quem promisit nihil noui doctrumarū: sed in memoriam reuocaturum, quæ antea dixerat, & scripturas explicaturum. Non nouas nescio quas mirabiles reuelationes aut speculationes de uita contéplatiua, ut ambularēt in mirabilibus super se promisit: sed ad uerbum à se dictum, & Prophetica scri pta alligat & Spíritum sanctum & discipulos: Docete, inquiens, quæcumque præcepī uobis. Garrit etiam monachus Enthusiastarum & Anabaptistarum more de interiori reuelatione, forte ex anilibus fabulis Heremitarum: qui cum indulgerent, neglecta scriptura, contemplationibus, egregiè sunt à sathanā delusi. Qualia sunt etiā deliria de Francisco & Dominico. Si mus quidē Prophetis Deum loquutum, & multa per Spíritum sanctum reuelasse: sed iam loco omnium, uerbum habemus per Prophetas, Evan gelistas & Apostolos descriptum, qui omnia ad doctrinam, salutem, con solationē & patientiam necessaria, abundē nobis descripta reliquere. Quo Dei dono contenti sumus, eiq; gratias quas possumus maximas agimus, nihil morantes, neq; etiā petentes eiusmodi reuelationes. Donec enim in terris uersamur, Christum pannis inuolutū in sacra scriptura querimus, & inuenimus. Quod Dionysius altissimus ille iuxta Asotum Theologus in mystica sua, ut loquitur, theologia spiritualiter & mystice loquitur de nube & caligine in quam Moses est ingressus, idq; de summa à sensibus omnibus, & creaturis in cognoscendo Deo elongatione interpretatur, unde sacra scriptura omnino opus non esse colligit: id contemplatiuis istis in tertio cœlo uersantib; cōmittimus. Nos interea contenti erimus luce uerbi

Psalm. 119. Dei, quod in scriptura sacra proponitur, qua lucerna est pedibus nostris:

2. Pet. ca. 1. attendentes, bene facimus lucenti in loco caliginoso, & cæt. Tertium

sua opinionis testem producit D. Augustinum eadem fide qua reliquos,

qui dicit: Homo itaque fide, spe, & charitate subnixus, eaque inconcu

sse retinens, nihil indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. His certe

uerbis Augustinus non dicit id quod Asotus, scripturam sacram non ne

cessariam esse. Vnde enim, dic obsecro, fides: Nonne ex auditu uerbi

Dei & quidē iam post scriptas sacras literas, Deus non nisi per hoc or

ganon operatur illam. Cum igitur Asotus dicat, scriptura prorsus opus

non esse, plane significat, nec fide ad salutem opus esse, fiat ergo Turca

gentilis

gētis, aut alterius sectę philosophus, nihilominus saluari poterit. sicut Tri
dēti durante concilio, monachū enarrantē secundum cap. Epist. ad Rom.
dicentē in confessu Episcoporū plurium audiuiimus, Gentes ante Christū,
que nihil de ipso unquā audierint, honestē aut uixerint, saluatas. Quid igit
opus religione Christiana: De spe quid dicit Paulus: quod uidelicet quæ-
cunq; scripta sint, ad nostrā doctrinā sint scripta, ut per patientiam scriptu-
rā ipem habeamus. Quod & ipse August. non dissimulat, scripturas ma-
chinas uocās ad illa tria, fidē scilicet, spem & charitatē conseruāda. Ita pro-
bat Augustini authoritate Asotus, scripturas omnino nō esse ad fidem ne-
cessarias. Nam quod dicit, subnixū fide, spe & charitate, nō indigere librīs:
id nequaquā eō referendū est, quod scripture uel ad ea cōparanda, uel con-
seruanda non sit necessaria. Vtruncq; enim manifeste non hoc solum loco,
quē pro se Asotus adduxit, sed multis alijs locis affirmat. Hoc tantum dicit:
Qui ex scripturis sacrī iam hæc tria comparauerit, eum non opus habere
libris ad ea cōparāda, quia iam id habeat: quod ut acquiramus, librīs uten-
dum est. Ideo etiā statim addit: Ad docendos alios cum indigere librīs, do-
nec & ipsi fidē acquirant. Talia sunt propemodū omnia & scripturæ sacræ
& patrū testimonia, quæ pro se, ipsis repugnantibus, contra nos Asotus ad-
ducit. Ut maximē autē horum Patrū hæc esset sentētia, quā Sotus eis affin-
xit, quid tum postea: Num quia (quod absit) ipsi sensissent, scripture sacra
opus non fuisse, ideo sequererēt, hoc ita uerē se habere: Quanto rectius Da-
uidem audimus, imò per ipsum, Sp̄ritum sanctum præcipiente, & de scri-
pture sacræ necessitate docentem, cum inquit, Scribātur hęc generationi
alteri, & populus qui nascetur, laudabit Dominum. Deinde, ne nihil dicat,
& multas chartas illinat, se cōuertit ad allegoriās de lege scripta, & tabulis
lapideis in arca ex corruptibili ligno fabricata cōseruandis, ad significan-
dam duriciem cordiū illius populi & legis & status, cū quibus Deus agat
per illas literas quasi cum absentibus, & longè positis, ac seruis qui nō ma-
nēt in domo in æternū. Ideoq; lex propria quadam & necessaria sibi ratio-
nescripta dicatur, quæ nisi scriberetur, quod ad eam attinet, quæ exterius
tantū proponebatur, & ad eos qui sub illa erant, necesse erat ut non staret.
Hęc ualde obscurē dicuntur, cum alias ueritatis ut simplex est oratio, ita e-
tiam plana & perspicua, ut non tenebras amet, sed lucem uideri & intelligi
cupiat. Et propemodū ita sonant, ac si Decalogus tantum ad gentem iudei
cam pertineat, propter quam etiā scriptus sit: nihil uero ad nos Christianos,
qui nouam habemus legem Euāgelicam, de qua etiā sequenti capi-
te peculiariter. ut hoc modo Asotus ille noster in hæresin Antinomorum
inclinarē uideatur. Et si mentem illius assequor, quantū ex obscuris uerbis
colligere possum, hoc uult, hanc esse causam propter quam lex Decalogi
digito Dei in tabulas lapideas inscripta sit, ut significarētur, corda lapidea
populi Israēlitici, alias necesse erat, ut non staret: ergo, tantum iuxta Asotū
(sic amen mentem illius assequor: si minus, sibi imputet, qui adeo obscu-
re scribit altissimus Theologus, à nemine ut intelligatur) Lex Decalogi
scripta est in tabulis lapideis propter allegoriam, ad significandam duri-
tem cordium populi Israēlitici.

Ita Asotus se probē suo munere perfunctū arbitratur, laudaturus autho-
ritatem & utilitatem sacræ scripturæ, nullo modo necessarias esse sacras
scripturas sanctioribus & purioribus: imò ad fidem omnino non necel-
larias. Quomodo uero id sacræ scripturæ autoritate probat, cum præce-
denti capite affirmauerit, Christum & Apostolos scripturæ authoritatibus
sua confirmasse, & ut nos hoc ipsum faciamus, admonere: Cum, qui ^{Pet. 4.}
loquitur in Ecclesia Dei, loqui debeat eloquia Dei. Sed quid sua,
quæ de sacræ scripturæ autoritate, seu uerius, iuxta Asotum, uilitate, bla-

sphematis potius quam dicit, eiusdem testimonij probaret? cum hoc agat, ut in medio, tanquam ad fidem omnino non necessaria, tollatur. Et ad hoc suum propositum, plus quam diabolicum, machinis utatur & acie instruat productis veterani, quorum opera, contra ipsorum voluntatem, ut & coa cte abutitur. sed contentus male detortis & consutis, adeoq; nihil ad rem facientibus testimonij, ut potius impugnet Asotica q; propugnet. Interim de Decalogo digito Dei in tabulis lapideis descripto allegorizans, hanc causam esse dicit scripte legis: que nisi esset, necesse erat ut non staret. Sed quid interim bone vir de omnibus libris Mosis: quid de Psalmis, adeoq; Proptarum scriptis omnibus, ex quibus Christus, Euageliste & Apostoli adeo multa de promulgare testimonia, quibus sua in certaminibus probauere, & illas de quibus populi & aduersarij dubitant, fidei controversias dijudicarunt: Legem uel solam Pauli, quam ad Romanos olim scripsit, epistolam, & refutam videbis testimonij ex sacra scriptura petitis. Cur quæso de his omnibus tam altum, Asote, theologie mysticæ professor altissime, silentium? Num horum quoq; omnium causa fuit, ut duricies populi Israelitici significaretur? An nos cæcos & surdos, adeoq; amentes esse iudicas, qui neq; uideamus, neque audiamus, deniq; non intelligamus, quæ tu nugaris? Imo quid sathan, per te, organum suum meditetur, quod non solum contemptum sacræ scripturæ machinetur, eamq; è manibus nostris tanquam non necessariam excutiat, sed ut (quemadmodum dicitis) librum hereticorum & hoc modo perniciosum, è medio tollat: quo traditiones uestræ non scriptæ tanquam certissimum fidei fundamentum & Perlati tui soli regnent in Ecclesia & triumphent. Egregium uero encomiasten & hyperaspistē: imo potius hostem, uituperatorem & insectatorem, sophistam & sycophantam sacræ scripturæ, sed audiamus reliqua.

ANNOTATA IN CAPUT XXXVII.

Tintio præcedentis capituli uoluit Asotus, ut Brentius ostendat, ubi dixit sacram scripturam sibi non placere, aut q; non bene de ea sentiat. Ego uero minimè nobis in ea re laborandum esse arbitror, cum ipse Asotus totus in eo desudarit præcedenti capite, ut ostendat nobis scripturam veteris Testamenti omnino ad fidem non esse necessariam, & haec tenus nimis multa ea de re Sotiphius testimonia & argumenta audierimus, quæ piorū auores sustinere nequeunt. Iam hoc capite planè idem agit, sed multo pluribus argumentis, ut uidelicet ostendat, multo minus in noua lege & Testamento, scripturam esse necessariam post Christum, quam antea. Recito bona si de uerba ipsius. Et tamen interim non bonus vir uideri nō uult, quod sibi scriptura sacra displiceat, cum in hoc totus sit, idq; omnib. uiribus quantū potest, agat. Rem mirā. Quid igitur restat, secundum Asotum, quo minus abiijciantur Biblia, & comburantur tanquam prorsus non necessaria? Quia obscura, quia dubia & ambigua, ideoq; perniciosa, ac liber hereticoru, qui solet ad sacram scripturam prouocare. Boni uero catholici, ad traditiones non scriptas, Patres & concilia uiuorum prælatorum: hi habent per spiritum dubia fidei declarare.

Miseret me sortis Ecclesie, quod eò sit deuentum, ut hæc non modo impune dicantur & scribantur publicè: sed etiam fautores habeant illos, qui successores uolunt perhiberi Apostolorum. Sed adduci ægrè possum, ut credam hæc ab Episcopis, si ea legere dignantur, probari. Quod si scientes ad hæc conniuēt, quo loco sint habendi, re ipsa declarant. Hoc modo autem argumentatur, & probat suum institutum Asotus: Lex gratiæ, siue Testamentum, sua natura infusum est cordibus per Spiritum sanctum, Jerem. 31. Ezech. 36. ergo non necessariò eget illis literis. Perpetuò hallucinatur Asotus, quod uerbum Dei à scriptura separat, tanquam res diuersissimas, cum scriptura

Icriptura aliud nihil nisi uerba & oracula, sententiam & uoluntatem Dei revealatam per filium, qui est in sinu patris, enarrans decreta ipsius, compleatur. Atque ita res planè eedē sunt, diuersis tātum uocabulis: deinde, quod Enthusiastarum more, in suis cōtemplationibus uersans imaginatur, Deus immediate nobiscum agere, nec uti organis & medijs à se ad nostrā salutē institutis. Respondeo igitur ad locum Ieremiæ: Nouum Testamentum est promissio Abrahæ facta, & scilicet eius, qui est Christus, in quo benedicēt erāt omnes nationes terræ. Complectitur hoc Testamentū, & hęc promissio exhibitionem Christi, & in ipso remissionem peccatorum reconciliationem cum Deo, donationem Spiritus sancti, liberationem à tyrannis de diaboli morte & inferno, & donationem uitæ æterne. Hoc igitur Testamentum iam ante erat promissum, & tempore Ieremiæ dudum literis scriptum, & consignatum in scriptura sacra. Repetit itaque Dominus hoc loco promissionem illius noui Testamenti, & exhibitionem illius pollicetur, inquiens: Post dies illos dabo legem meam in uisceribus eorum, & in cordibus illorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Generali uocabulo legis, & tum temporis usitato, Euangelium intelligit. Significat enim Lex Hebræis doctrinam. Hanc Euangelij doctrinam se daturum in corda ipsorum pollicetur: hoc est, facturum ut credant, & fide eam amplectantur toto corde, & per hoc Deum propiciū remissis peccatis consequantur, ut ab ipso in gratiam recipiantur, & in filios adoptentur. Ego, inquit, ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Ioh. 14.

Nam ī pse ministerium uerbi in hoc consecravit, ut sit potentia sua ad salutem omnium credenti. Atque ita Dominus per Ieremiæ hunc locum nihil aliud uult, quam id quod alii uerbis eadem sententia dicitur: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatēm filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Promittitur & exhibetur quidem in nouo Testamento Spiritus sanctus, quem effundit Deus in corda fidelium omnium, ut ipsum agnoscant, &c. Verūm hoc non sit immediate, sed per ministerium uerbi, quod ideo ministerium Spiritus uocatur, quod per illud detur & efficax sit Spiritus sanctus. Sicut Paulus docet, Galatas ex auditu fidei Spiritum sanctum accepisse. Et exempla Cornelij, & allorum in Actis testantur. Gal. 3.

Qui hoc modo per Spiritum sanctum mediāte uerbo Dei illuminati sunt, & ad Dei agnitionem uera fide peruererunt, illi & à Deo docti dicuntur. Et omnia quae in scripturis sacris habentur præcipua, nouit: ita ut opus nos sit, quemadmodum illic habetur, ut ei dicatur, Cognosce Dominum, &c. Hac uera est loci Ieremiæ sententia.

Hic uero non id sequitur, quod Aſotus uult, uidelicet nouum Testamentum non necessariò ullis egere literis: sed planè contrarium. Cum enim Deus repeatat promissionem noui Testamenti & foederis, quod cum Abraham pepigerat: illud uero eo tempore literis erat descriptum et consignatum: ergo omnino uult ut ita descriptum retineatur: præsertim cum duret hoc Testamentum perpetuò, ut omnes id legere quoties opus est, & ab hostibus propter hæreditatem bonorum cœlestium infestantur, fidem suam inde confirmare possint. Hinc manifestum est, opus esse prædicatio- ne uerbi Dei in nouo Testamento. Nam quod ibidem in Ieremias dicitur, Non docebit ultra uir proximum suum, sed omnes cognoscēt me: ad claritatem lucis, quae exortura sit in nouo Testamento, respicit. Et id ipse Aſotus re ipsa testatur: profitetur enim in schola sacras literas, hoc est, sacram scripturam. Quod ex Paulo affert contra sacram scripturam, 2. Cor. 3. Litera occidit, spiritus uiuificat: ut hinc doceat in nouo Testamento, in quo Spiritus sanctus

sanctus promittitur, litera non opus esse; facit id suo more, hoc est, nullo intellectu; sed depravatione sacræ scripturæ, cuius hostis est infensissimus. ideo mirum non est, si nihil horum intelligat, teste Augustino: sanctæ enim scripturæ non temerarios & superbos accusatores, sed diligentes & pios letores desiderant. Et, si, cur non intelligat Manichæus scripturas, quæ sierit, respondebo: Quia inimico, quia aduerso animo legit, quia non ideo scrutatur, ut sciat: sed quod nescit, scire se putat. Hæc præsumptio tumidæ arrogantiæ oculum cordis uel claudit, ut omnino non videat: uel distorquet, ut peruersè uideat, & aliud pro alio probet, aut nichil lib. 16. improbet.

Contra Adi
matum Ma
nichæ di.
scip. cap. 3.
in fine.

Contra
Faust. Ma.
nich. lib. 16.

cap. 14.

Scimus quidem huius loci occasione Origenem, & ipsius imitatoreslectionem sacræ scripturæ, & eius sensum literalem, siue historiam, in millesimas & allegorias transformasse, & mirabilem quandam metamorphosin ex scriptura fecisse, cum noxiā literam scripturæ sacrę iudicarent. Quia occasione etiam hereticis frēna laxata sunt ad turbandam Ecclesiam, cum quidlibet ex quolibet facere usum receptum esset. Sed faceant hēnagæ & ludibria à sacra scriptura. Significat autem Paulo litera occidens, non omnem doctrinam externam, quemadmodum nonnulli uolunt: sed tantum doctrinam legis. Spiritus autem, prædicationem Euangelij: unde etiam ministerium prædicationis Euangelij, ministerium Spiritus dicitur, quia Dominus ad id destinari suum Euangelium, ut per id Spiritus sanctus detur, & sit efficax, idq; ex toto capite 1. Cor. 3. eiusq; cū argumento, tum orationis contextu manifestissimum est. Audiamus nunc etiā Augustini uerba, qui ea de re integrum librum, & quidem insignem, conscripsit. Is igitur inquit:

August. De Spiritu & litera cap. IIII.

Non enim illo solum modo accipiendum est, Litera occidit, Spiritus uiuiscitat, ut aliquid figuratè scriptum, cuius est absurdæ proprietas, non accipiámus sicut litera sonat, &c. Sed etiam illo, eoque uel maximè quod aptissime alio in loco dicit: Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces.

Ibidem cap. V.

Volo enim si potero demonstrare illud, quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus uiuiscitat, nō defiguratis loquutionibus dictū, quantūvis & illis congruenter accipiatur: sed potius de lege, aperte, quod malum est prohibente. Magis augeri quam minui peccatum lege sine Spiritu.

Per literam ergo, legem, eiusq; prædicationem intelligit. hanc occidere ait Apostolus, quia monstrat iram Dei propter peccata & transgressionem: ideo perterrefacit conscientias, & quasi occidit hominem interiorem. Spiritus uero uiuiscitat, id est, ministerium prædicandi Euangelium de Christo, quo tanquam organo utitur Spiritus sanctus ad uiuiscanda corda hominum, ut agnoscant & credant in Christum.

Dein de probat scriptura, in nouo Testamento post Christi aduentum, opus non esse hoc modo, & ex minori: Multo minus igitur in noua lege scriptura necessaria est & post Christum quam antè, cum tamen & ante sine scriptura constiterunt apud homines diuinæ reuelationes non paucotempore. Quo consilio Deus in præteritis generationibus non multis populis, sed paucis tantum familijs ordine se reuelauerit. Similiter etiam, non ante uerbum suum in scripta redigi uoluerit, non est nostrum curiosè inquirere: sed Deo gratias agere decet toto pectore, quod nostri misertus non tantum nos gentes uocari, sed etiam uerbum suum conscribi uoluerit, illudq; hactenus contra furorem satanæ & leuia ingenia Asotica conservarit,

maris, hoc est postremo seculo post densissimas tenebras facem uerbi sui, & lucem sacrarum literarum accenderit, ut discussis & depulsis Cimmerijs Asoticæ ecclesiæ tenebris in lumine illo ambulemus, in quo nos & posteros nostros, porro clementer conseruare dignetur, toto eum pectore ueris gemitisbus rogamus. Porro quod Christus nihil scriplerit, nihil etiam Apostolis scribere, sed tantum prædicare & docere præceperit, ideo etiam scriptura nihil opus esse, nec necessariam non sequitur. Antea enim hæc scribitus sanctus uoluit, & mandauit. Scribatur hæc in generatione altera: Spiritus sanctus uoluit, & mandauit. Scribatur hæc in generatione altera: & populus qui nascetur laudabit Dominum. Vbi propter posteros, ut ex Psalm. 104.
 illa Deum agnoscant & celebrent, scribi uerba & facta Dei iubentur: ergo multo magis Spiritus sanctus conciones Christi, facta & miracula, quæ in novo Testamento acciderunt, describi uoluit: ne liceret leuibus ingenjs & petulantibus quiduis sub prætextu reuelationum diuinarum fingere & comminisci, atque miseris hominibus pro illis obtrudere, quod nihilominusathan horribili furore & odio Dei atque hominum traditionibus illis non scriptis hactenus molitur: sed ut extaret certa quædam summa eorum, quæ ad salutem cognitu erant necessaria. de quo usu scripturæ Ioannes Apostolus & Evangelista nos admonet cap. 20. inquiens: Multa quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scripta sunt ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius. An non supra scripturam esse reuelationem diuinam, Ecclesiæ à Spiritu sancto factam asseveras Asole? An non Christus promittens Spiritum sanctum dixerat, Ille me clarificabit? Cum igitur Spiritum sanctum se clarificaturum esse dixisset, cuius inspiratione oracula illa diuina sunt prodita, hæc monimenta conscribi & consignari uoluit. Mendacissime igitur sophista nugatur, quod cum Spiritu suo sancto excitarit Apostolos ad hæc describenda, clamat Christum non iussisse scribere. Et quantoper è necessariæ esse salvator noster scripturas ad fidem iudicauerit, uerbis & factis testatur. Ablegit enim illud eos ad sacram scripturam, & quæm necessariæ sint ad fidem, declarat, inquiens: Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis habere uitam æternam: & ille sunt quæ testimonium de me perhibent. Si in illis uitam æternam habemus: ergo etiam ad fidem omnino sunt necessariæ, quia sine fide impossibile est placere Deo, impossibile est sine illa uitam æternam comparari. Non reprehendit Christus iudeos quod scrutentur scripturas, neque quod in illis uita æterna queratur, cum in eum finem sint data: sed hoc reprehendit, quod ea ad impietatem abutantur, cum illud superficiarum legendi exercitium sibi uitam æternam conferre pollicentur. Quemadmodum nunc sacrificuli & monachii ex non intellecta Psalmorum & horarum canonicularum, item uigiliarum & missarum demurmuratione sibi & alijs uitam æternam & liberationem ex purgatorio pollicentur. Monachus hic non erubescit affirmare scripturas ad fidem omnino non esse necessarias. Christus uero, os ueritatis dicit, Nos in illis uitam æternam habere. Et ibi addit: Si crederetis Mosis, forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis creditis? Suis uerbis illos credere non posse, quia illius literis non credat, Salvator aperte testatur. Quibus plus authoritatis est suis uerbis, Mosis literis tribuere uide Christus. Atque ad eos sermonem suum, & ad opinionem illorum cum quib. loquitur, attemperat. Idem noster Salvator quoties concionatur, plerumque ex Prophetis & lege ac Psalmis, quæ omnia descripta sunt, aliquid tractat. Imò ex ipso libro Isaiae legit, & uerba recitat. Idem enarrat discipulis ex Mose, Prophetis & Psalmis omnes de se scripturas. Scilicet Christus inanem suscepit laborem, & ad fidem omnino non necessariā tractat. Similiter & Evangelistæ,

IN CAPVT XXXVIII.

335 ac Apostoli, imò Spiritus sanctus ipse, qui hæc dictauit quæ extant. Quod postremò, pro delira, furiosa & plane diabolica opinione sua Monachus adducit: Non omnes Apostolos, sed tantum pauciores quosdam scripsisse, nec omnia, sed comparatione eorum quæ prædicauerant pauciora. Et Paulum qui in scribendo cæteros excesserit, in ipsa sua scriptura prædicationem citasse, & quodammodo ad illam mittere legentes. Concedimus quidem, non omnes scripsisse Apostolos, nec omnia: sed de omnibus ad salutem necessariis, & ea quæ ad salutem sufficient. Idq; eam ob causam, ne grauarentur lectores multitudine, ut facilius ea discere & retinere possent, cum hæc, et si pauca, tamen ad salutem sufficient. Sicut & Ioannes testatur. Quid igitur requiri mus amplius? Porro miror quifiat, quod Asotus conqueratur de paucitate, & plura scripta desideret, cum hæc ferre non possit: sed omnibus viribus ea expugnare conetur, tanquam ad fidem omnino non necessaria, & multo minus in nouo quam in ueteri Testamento. Neq; uero alia & diuersa scripserunt Apostoli, alia uero prædicauerunt (hoc enim non Apostolorum, sed impostorum esset) sed id quod prædicauerunt, scripserunt: & quod scripserunt, etiam prædicauerunt. Ita ut ipsos adhuc in scriptis suis loquentes audiamus. Sicut aperte hæc ipsa uerba, quæ Asotus pro traditionibus, contra scripturam ex Paulo affert, testantur: Notum uobis facio fratres Euangelium, quod prædicauit uobis, quod & accepisti: eisq; in memoriam redigere atq; ob oculos prescribere uoluit, quod ante præfens coram uiva uoce predicauerat. Et alterum quod citat: Ego accepti à Domino, quod tradidi uobis: & quid tradiderit ante, iam repetit & describit. Cum igitur eadem scripserint quæ & prædicauerant Apostoli, idq; Paolo teste, frustra Asotus, cum ex scriptis Apostolicis de ipsorum doctrina certi simus, à sacra scriptura certa, manifesta, aperta & plena, atq; explicata, ad traditiones nescio quas, dubias & incertas nos traducere conatur. Quod si Paulus ea non descripsisset, nec cæteri Euangelistæ & Apostoli, quid quælo iam de illis restaret integrum & incorruptum? quæ deliria, imò quæ monstra opinionum diabolicarum non gravarentur? Concludit uero pessime ex premissis non probatis, nec concessis, & iam refutatis, Nō idem esse uerbum Dei, quod scripturas. Vocabula quidem diuersa esse, uerbum & scriptura, concedimus: sed rem eandem esse affirmamus. Vnum enim & idem uerbum est, siue in corde, siue in ore, siue in tabulis & papiro scribatur, doceatur, audiatur, uel legatur, prorsus nihil refert. Sicut cum Princeps uerbo, uel scripto mandat, per se, aut cancellarium, uel officiales, idem est mandatum eiusdem efficacie & uigoris. Sed ut certi simus de ueritate Dei, nec circumferamur omni uento doctrinæ hominum astutorum, scribi Deus uoluit.

Ideum addit: Tanto uerbum Dei dignius à Deo tradi, quanto remotius ab omni scriptura, imò etiam ab omni uocali uerbo, quando uidelicet sola diuina reuelatione sine ulla imagine &phantasmate ab ipso insfunditur cordibus. Quantus hostis est scripturæ Asotus? Non loquimur iam de reuelationibus Prophetis factis, qui modus cessauit: sed de Monacho hoc, cuius omnia scripta, dicta & facta èo tendūt, ut nos à scriptura sacra, & certo Dei uerbo ad somnia monastica, & reuelationes beatæ Brigitæ, atq; alias similares nugas abducat. E' medio enim sublata sacra scriptura, iam omnia deliria monachorum & Romanę ecclesię errores, ac traditiones sunt confirmatae. Hoc Desotus ille Enthusiasta Suencofeldianus uolebat, imò diabolus ipse per hunc Monachum.

ANNOTATA IN CAPVT XXXVIII.

Item uerborum Dei quatuor enumerat gradus, & inter illos postremum scripture sacrę locum tribuit: qua ratione adductus, non satis intelligo, nisi

nisi ea, qua totum hunc tractatum instituit: ut significet, se nihil, uel parum admodum de sacra scriptura, quæ sudes est in oculis omnium Asotiorum, sentire. Et primum quidem locum recte uerbo illi æterno Dei, hoc est, filio, quem pater ab æterno ex sua substantia, coæternum, consubstantiale, eiusdem secum maiestatis & potentiae genuit, tribuit. Qui filius $\lambda\gamma\Theta$, ser- Ioan. 1.

mo, seu uerbum Dei dicitur: sed longe alia ratione, quam uel reuelationes Dei prophetis factæ, uerba & sermones Dei ad illos, uel quæ illi deinde ad homines fecerunt, uoluntatem Dei illis patefacentes, dicuntur. Et longe maius est discrimen inter illum sermonem Dei $\nu\varphi\iota\sigma\alpha\mu\pi\omega\gamma$, & oracula Dei, quam inter cœlum & terram sit distantia. Sed quid haec ad rem quæ controuertitur? Non enim de hoc Dei uerbo uel sermone instituta est disputatione, sed de sacra scriptura.

Quod ad reliquos tres gradus attinet, distinguit inter uerbum Dei reuelatum prophetis, predicatum, & scriptum: & ultimum gradum scriptura tribuit. Id suo more facit Asotus, odio scripture. Nam non aliud est uerbum in mente reuelatum, & in cordibus, siue uoce praedicitur, cantetur, legatur, recitetur, pingatur, scribatur, uel quoque alio modo tractetur. Res enim & sententie in ihs contentæ semper eadem sunt & manent. Ne uero prorsus $\ddot{\alpha}\beta\epsilon\Theta$ Lucianus, aut virulentus Porphyrius habeatur, addit: Quod et si Christus Euangelium scribi non iusslerit, tamen quia postea ipso inspirante scriptum sit ab his qui in ecclesia autoritatem obtinuerunt, certissimam habere authoritatem, sicut reliquæ scripturæ Apostolicae. Vbi uidetur uelle, Euangelia ideo habere authoritatem, quia ab ecclesia sint approbata: alias nihil ualitura, aut certe non plus quam fabulae Aesopicae, quantum à Christo inspirata. Ad hoc enim facit quod dicit, In ecclesia obtinerunt autoritatē, quod alibi non dissimulat. Sed quantum scripturæ ab ecclesia accedit autoritatis, alibi tractatur in hoc loco.

ANNOTATA IN CAP. XXXIX.

Commendationem sacræ scripture se institutum dixerat: uerum paucum ad ipsarum reprehensiones & uituperium delabitur. Quædam inquit esse scripta, ut transmitteretur ad posteros humanis uerbis, & phrasibus, quibus alia humana scribi solent. Plura uero non esse scripta, sed tantum tradita ab Apostolis: & hanc esse Apostolicarum traditionum, quæ sunt dogmata fidei, & cultus Dei, originē. Hęc porro Apostolorum predicatione alia esse tradita quam scripta sunt. Quid igit ad hoc Asotia cum dicemus: Extenuare cupit sacrę scripture maiestatem, quod humanis uerbis & phrasibus, quibus alia humana scribi solent, scripta sint: qualia sunt libri Ouidij de Arte amandi, & Metamorphosis. Perinde facit Asotus, ac si in hoc conductus esset mercede, ut bellum inferret sacrę scripture, ut si non prorsus expugnare posset, saltem oppugnando uilem & contemptā redderet. Et quidem uerum est, humanis uerbis & literis, quibus alia quoque describi solent, cōtineri, sicut etiamnum de rebus diuinis cogitamus & loquimur: eodem intellectu, ore, lingua & uoce utimur, quibus etiam de rebus profanis cogitamus & loquimur. Homines enim sumus, non angeli, portantes thesaurum preciosum in uasis fictilibus. Ergo ne etiam res eadem aut similes sunt: Certè res non eadem sunt, quam in sacrī literis & profanis scripte cōtinentur. Hęc humanae sunt, illę diuine: hęc corruptibiles, illę uero æternę & inaccessibiles. Deinde non omnia esse scripta dicit, quae sunt prædicta ab Apostolis, sed tantum quædam: plura uero non scripta. Prædicatio nem autem esse pleniorem & manifestiore. Molestum est eadem toties repetere. Diximus enim semel atque iterum, sufficere ea quae scripta sunt ad salutem. Et data opera, ut nobis consuleretur, noluisse Ioannem plura scribere, quod ea quam descripta erant, sufficere, & ad salutem idonea esse orga-

na & rem edia statueret. Quod si Apostoli prolixis suis scriptis, que ex spiritu sancto proficiscebantur, grauare nos noluerunt, quid nobis Asotus molestus est ficticijs suis traditiunculis, quas ex prædicatione Apostolorum ortas esse nugatur? Et quidem tanti eas facit, ut dogmata fidei, & cultus Dei esse, affirmare non uereatur. An non insignis est non solum solita-
ditas, sed furor plane diabolicus, ea cum habeamus de quibus certò con-
stat Apostolorum esse, repudiare, aspernari, & uilipendere: interea solitū
esse de iis quæ ore & uiua uoce docuerint, cum de illis certinihil habeat?

Ambr. in explicatione proœmij Euang. Luca.

Alsequitum itaq; se non pauca dicit, sed omnia: ut assequuto omnia ui-
sum est scribere non omnia, sed ex omnibus.

Sed de his prolixius respondendi in sequentibus, ubi ex professio de tra-
ditionibus agetur, occasio se offeret: ne omnia confundentes, & cum Aso-
to ineptientes, eadem ubiuis agamus. Etsi autem conuictus sit à Brentio
manifestis testimonij, ut nullas fuisse in ueteri Testamento & lege tradi-
tiones concedere cogatur, licet inuitus & uictas manus remittat: tamen
adhuc quemadmodū uespera aculeo amissō minari uideat, inquiens: Quā-
uis non desint quibus uideatur habuisse etiam illas traditiones, sine scri-
pto de necessarijs ad salutem, & cultū: id nunc inquirere superfluum credi-
mus. Qui nam illi sunt quæsto ter: in medium illas produc, ostende quibus
nitantur probationibus. Non enim erit, mihi crede, superfluum, uel etiam
tuo iudicio, sed uralde necessarium, ad tuum præcipue institutū hoc inqui-
rere. Nostri enim magnam fuisse analogiā synagogæ ad ecclesiam. Quod
si illa habuisset traditiones non scriptas ad salutem & cultum necessarijs:
profectò hac analogiā pulchre sequeretur etiam in noua lege esse eiusmo-
di traditiones. Et quidem necessariò sequeret, nam ita hic pergit Asotus.
Etiā si nullas haberet lex illa traditiones, nō inde sequitur eas nō esse, uel
non conuenire in noua lege. Si queratur quæ sit ratio diuersitatis, quod
in lege ueteri nullas esse oportuerit traditiones, in noua uero, hoc est in no-
uo Testamēto esse necesse sit, hanc affert hoc loco Asotus. Quia lex in ori-
gine sua & ortu scripta est, satis probabile esse credimus, nullam aliam tra-
ditionem diuinam necessariam fuisse instituendo illi populo post legem:
cui cum umbræ tantum & figuræ cōmissæ essent, non erat cur non omnia
scriberentur. Noua uero lex, id est, Euangelion sua natura & in primo or-
tu suo, scripta non fuerat: sed partim ab ipso filio Dei, partim interna reue-
latione tradita. Vnde Christus dixerit: Multa habeo uobis dicere, sed non
potestis nunc portare. Cum autem uenerit spiritus ueritatis, docebit uos
omnem ueritatem. Hæc origo est traditionum. Egregiam uero rationem
diuersitatis, propter quam illa caruerit traditionibus: hæc uero necessariò
habeat. Quia Decalogus, cum daref in sua origine, scriptus sit: Euangeliū
uero nō statim scriptum, sed prædicatum. Deinde uero tandem scriptum
esse. Possem quidem respondere, Nec legem ab initio, & primū cum da-
retur scriptam esse, sed à Deo uoce sua promulgatam in origine, id quod

[Exod. 10.]

manifestè habetur. Locutus est Dominus cūctos sermones hos: Ego sum
Dominus Deus tuus, &c. Et sequitur ordine totus Decalogus. Post mul-
tos uero dies tandem Dominus in monte Sinaï duas tabulas testimonij
lapideas scriptas digito Dei Mōsi dedit: & quod amplius est, nec scripto,
nec uoce initio propositam, sed sola noticia naturali, diuinitus mentibus
insitam: Euāgelion uero dudum antequam publicè euulgaretur in totum
mundum, à Prophetis descriptum. quod etsi falsum esse dicat Asotus, ta-
men paulo post hoc eodem cap. probabimus. Quod si iam Asotica ratio
procedit, contrariū concludemus, in Euanglio nullas scilicet debere esse
tradi-

traditiones non scriptas: quia Euangelium in sua origine scriptum sit, an-
tequam publicè inter gentes diuulgatum. Rursum legem, quia in sua ori-
gine tradita sit ore divino, & non prius scripta, sed prædicata: deinde ue-
ro tandem scripta, traditiones debuisse habere non scriptas. Hac ratione
sequetur, legem esse perfectiorem Euangelio, quia hoc opus habet tradi-
tionibus plenioribus, ergo imperfectum: illa uero lex non indiget eis. Sed
facilius pueriles cauillationes Asotice in rebus tam serijs & grauibus.
Altera Asoti ratio hec est: Quia uetus lex tantum umbras & figuras habue-
rit, facile potuisse omnia scribi. Quia uero in nouo Testamento corpus i-
psum & lux, ideo non omnia esse scripta, sed opus esse traditionibus non
scriptis. Quod si ita licebit argumentari, multo cōmodius ordinem inuer-
temus hoc modo: Quo obscuriores sunt res, eo difficilius scribi possunt,
sed facilius usua uoce declarari possunt & tradi. Vetus Testamentū multo
fuit obscurius nouo. Quia habuit umbras & figuras. Et Paulus longē ma-
iorem esse noui Testamenti quam ueteris claritatem demonstrat. Quare
si uspīam opus esset traditionibus, certe in ueteri lege, & non in noua re-
quirendæ erant.

Quod ponit originem traditionum ex prædicatione apostolica, occa-
sione sumpta ex dicto Christi, Multa habeo uobis dicere, sed iam non po-
testis portare: cum autem uenerit spiritus ueritatis, docebit uos omnem
ueritatē: nihil facit ad probationem traditionum. Spiritus sanctus enim
nihil noui doctrinus erat, neq; à se ipso loquuturus: sed ea quæ à Christo
audierat. Hunc enim ipse erat declaraturus, & in memoriam reuocaturus
quæ Christus antē docuerat ex Prophetis, sed non intellecta ab omnibus.
Sed quæ sunt illa grandia quæ Apostoli portare non poterant tunc? Num
chrifma, & character indelebilis, num signum crucis, aut primatus Papæ,
vel ordines & ecclissi monastici, aut quid tandem? Ridicula sunt hec, fateor:
sed hoc prætextu nugas has & olīm obtruserūt ecclesiæ, & iam defendere
in tanta euangeliū luce conantur. Sed audiamus Augustinum quid dicat
contra Faustum Manicheum, qui etiam hac sententia Christi abutebatur.

Aug. contra Faustum lib. x xxii. cap. 17.

Nam & Cataphryges se promissum paracletū suscepisse dixerūt, sub his
uerbis insidiantes: Ipse uos inducet in omnem ueritatem. Quasi uidelicet
nō omnē ueritatē Paulus & ceteri Apostoli docuissent, ac locū Cataphry-
garū paraclero referuassent. Cætera intelligis, Asote. Præterea addit, q; o-
stenderit prædicatione Apostolica, alia tradita esse quam quæ scripta sunt,
idq; grauissimorū Patrū autoritate, Dionysij Arcopagitæ, Irenæi, Cypri-
ni, & aliorū. Ad horū ergo patrum testimonia suo loco respondeatur. Iam
ut demonstret æqualē esse traditionū autoritatē cum sacra scriptura, licet
descripturæ sacræ authoritate tractationem suscepere sit: sed traditionibus
ita fascinatus, ut instituti obliuiscatur. Et dum amphora cœpit currente ro-
ta, cur urceus exit? Verbum, inquit, Dei, sive sermo utrunq; cōpletebitur,
scilicet scripturam & traditionem. Vnde frustra etiam Brentius me calu-
minatur, quod uerbum illud Petri, Habemus firmiorem sermonē Prophe-
ticum, dixi, nō de sola scriptura intelligendum. Quia sermonē dixit, quod
commune est scriptis, & non scriptis. & ait Brentius, Hæc est clara & ma-
nifesta uerborum Petri depravatio. Asotus uero nulla ratione falsarius scri-
pture esse uult, & more illorum, qui dum uitia uitant, in contraria currunt,
non contentus hac depravatione unica, cuius antē Brentius eum reum e-
gerat, & conuicerat, (Dixit enim in Scorijs sermonem, NON S C R I P T V-
R A M, aperte negans Petrum de scriptura loqui) dum suum errorē unicū
palliare uult, in plures incidit. Est enim error fœcūdus. Et plerunq; ad pal-
liandum

IN CAPVT XXXIX.

340
 liandum unum mēdaciūm, ut dicitur, alijs septem opus est. Iam etiam corrigere Petri epistolam incipit, dicens: Comparatiūm propositiū accipi intelligunt qui phrasin Græcam cōsiderant, unde hæc suixerit, non ignoramus. Et ut maximē hoc fieri alibi concedamus: tamē nondum probatum est, hoc loco idem fieri. Præterea dicit nō posse nec ex cōtextu, necnulla certa ratione probari, quod hæc uerba, de firmiori sermone Prophetico, cuius Petrus mentionem facit, de solis ueterum Prophetarū sermonibus, qui iam descripti extēt, accipi: sed amplectēdū esse sensum capaciore, ampliore & qui plura cōplectatur. Hoc enim Deo dignius esse, immensēq; eius sapientiæ, quemadmodum scilicet rescripta Principiū fauorabiliā, largissimē sunt accipienda. Addit item plures libros tantum habere, omnis Prophetia, ita ut in toto illo contextu nulla sit mentio scripturæ. Hæc Alostus de loco Petri. Miror quod non ubiq; erat uocabulum scripturæ, ex ipsa sacra scriptura: aut dicat, à falsarijs, quemadmodū Manichæi dicebāt, uel librarijs esse temerē insertum. Quid nugetur, audīmus. Num ipse plures libros aut exemplaria uiderit, nescio. Certè Erasmus, qui diligētissimē contulit exemplaria uetus quanto omnino habere potuit, nihil tale dicit. Et Sotus iuxta suam professionē atq; autoritatē cōcilij Tridentini, ut supra meminimus, alligatus est ad ueterē tralationē, ut prorsus nihil habeat quod mendacio suo prætexire possit. Quantum obsecro odium sacræ scripture, in hoc homine? Sed heus tu, cur in fine huius capitū tu idē cōtra Brentiū dicis, In hoc loco ubi agitur de scriptura ueteris & noui Testamēti, propriē loquendum est. Qui hanc regulam alijs præscribis, cur ipse non prior obseruas, sed tātum tibi indulges: quo iure quōue priuilegio? Quia scilicet bonus catholicus, ideo omnia licent, quæ ad conseruationem Romanæ ecclæsiæ faciūt. Sed uideamus locum Petri. Cōmendat ibidem Peterus certitudinē doctrinæ Euangeliū, quam de Christo proposuerat, ne frustra studium ponere in illud, tanquam rem incertam iudicarent. Negat autem quicquam à se prædicatum, nisi quod optimē compertū haberet. Acpatris de cœlo delataam, qua pater testimonium de filio suo perhiberet. Neque hoc solum modo, certitudinem suæ doctrinæ probat: sed eam doctrinam Euangeliū sui de Christo in prophetarum oraculis, quæ omnia in Christum respexere, fundatam esse dicit. Ideoq; certam, quare nō dubitet de illa. Quid uero dicit, Habemus, tam ad sc, & reliquos Apostolos, quam ad discipulos & auditores referri potest. Omnes enim habebant Prophetas patronos suæ doctrinæ. Vt commode de tota ecclesia dicatur, quæ utitur ad fidei confirmationem illorum testimoñij. Sed propriè ad Iudeos, ad quos ubiq; in Asia minori dispersos hæc sicut etiam præcedentem epistolā scripsit, quibus familiaris erat Prophetarum doctrina.

Vocat autem firmorem, non quod loco positivi utatur comparatiū, sicut hic Alosus Græcam phrasin cōsiderantes intelligere dicit: qui enim hoc dicunt, non satis contextum & consilium Petri perpendunt. Quia nō hic agitur utrum plus fidei mereantur Prophetæ quam Euangelistæ, uel ipsa Dei uox: sed tantum respicit Petrus ad Iudeos, & quam illi utriscf; dem deferrent, qui Prophetas pro Dei ministris habebant, quorum authoritas iam erat sacrosancta. Et propter uetus statem, cui etiam perse inest aliquid reuerentia, iam nulla poterat ijs que de Christo prædixerant, suspicio subesse.

Cum igitur Petrus Prophetarum testimonium adducat, quorū scripta tantum extabant, nullæ uero traditiones, ex cōtextu pulchre appetit, hæc Petri uerba non de suis concionibus, sed de Prophetis scriptis accipienda. De illis enim dixerat. Sequitur ergo, Alosum hinc probare non posse homi-

nomine verbi Dei non solum scripturam, sed etiam traditiones non scriptas intelligi debere, cum traditionibus Propheticis iudei caruerint. Quare recte Brentius dicit eum deprehensum.

Hoc capite circa finem præsertim, etiam de discrimine legis & Euangeli ueteris & noui Testamenti loquitur: sed ita, ut facile omnibus manifestum faciat, se nihil horum intelligere. Dicit enim: Habemus itaque noui & ueteris Testamenti libros, diversos quidem, sicut lex & Euāgelium distinguitur. In illis ueteris Testamenti lex scribitur, quæ quasi pædagogus illius ætatis puerilis erat. In istis uero noui Testamēti scriptum est Euāgeliū. Deinde in Brentiū inuehitur, quod nimirū sacrā scripturā cōmendet. Satus, inquit, fuerat Brentio sua attente considerare, & nō adeo præcipitem ferri in scriptura sacra cōmendanda, ut excederit limites omnes. Moses, inquit Brentius, acceperat legem & Euāgeliū, & utrumque scripsit. Hoc falso esse & alienum ab omnium Patrum, & ecclesiæ atque scripture sensu, afferit Aloysius noster: insciā Asotū in rebus theologicis, an maliciā accusem, nescio. in ueteris Testamenti libris non nisi legem scribi dicit. Quod uero Moses etiam euāgeliū acceperit, & scripsiterit, falso esse, & alienum ab omniū Patrum & ecclesiæ atque scripture sensu, & inconsideratē dicitur. Et tamen postea addit, Etsi non magnopere hoc curandū putem, & uerū sensum habere posset, Scripsit Euāgeliū, hoc est, promissionem de Christi aduentū. Si uerum sensum habere potest, quomodo alienum est ab omniū Patrum & ecclesiæ atque scripture sensu? Ergone uerus sensus ab omnibz Patribus, ecclesiæ, & scripture est alienus? Quod igitur in ueteris Testamenti, hoc est, Mosis & Prophetarū libris atque Psalmis nō nisi legem scriptā esse dicit: Item falso esse, & ab omniū Patriū, ecclesiæ & scripture sensu alienū atque inconsideratē dicitur, Mosen scripsisse euāgeliū: hoc nihil potuisse necq; absurdius, necq; Theologiae professore indignius dici. Queso enim te, bone vir, nouisti ne Theologiae principia: Quid est Euāgeliū Asotū? Nonne idem quod bonū & latum nuncium? Et, ut de re ipsa loquamur, doctrina est de gratuita Dei clementia, peccatorū remissione, & reconciliatione cum Deo: item donatione uitæ aeternæ per & propter Christum. Hęc Dei beneficia per Christum parta, in libris Mosi & Prophetarum non tantum sunt promissa & descripta, sed etiam exhibita tunc credentibus in uenturum Christum. His enim agnus est Dei mactatus & occisus ab origine mundi. Hic statim à lapsu primorum parentum promissus est, quod cōtritus Apoc. 13. esset caput serpentis. Reperita est promissio Abrahę. In nomine tuo bene dicentur oēs gētes terre. Et quidem fructū uberrimū inde tulit Abraham. Rom. 4. credidit enim Deo, & imputatū est illi ad iusticiā. Vidit diem meū, inquit Christus Ioān. 8. & gauisus est. Et Christus ipse Mosi testimoniu perhibet, dicens: De me ille scripsit. Non solum, ut Asotus pueriliter ineptit, euāgeliū Moses scripsit, hoc est, pmissionē de Christi aduentū, sed etiā de beneficijs ipsius & meritis: Cōteret caput serpentis. In ipso benedicent oēs nationes terræ. Gen. 3. 12. Quod est illud serpentis caput, nisi regnum satanæ, peccatum in quod 17. 12. sua astutia primos nostros parentes coniecit, quo omnes mortui sint, propter quod obnoxij sumus facti eius tyrannidi & rei mortis aeternæ. Acculeus mortis peccatum, propter quod mors & damnatio aeterna. Hoc caput serpentis Christus conteret, & uicissim benedictionem afferet; hoc est, iusticiam, reconciliationem cum Deo, & pacem ac uitam aeternam. Hęc Asotus cum sua ecclesiā ideo non uidet, quia Mariæ hęc tribuit. Ipsa, inquit, conteret caput serpentis, non ipse. Non ergo minus habebant patriarchę ac p̄n sub ueteri Testamento, quam nos in nouo: nisi quod in uenturum Messiam promissum crederet. Beneficia eadem sunt, doctrina eadem. Exhibitio quoque beneficiorum, & modus accipiendo, uidelicet

fides in Messiam. sicut diserte de Ahrahā scribitur. An hæc non sunt ipsissimum Euangelium? Taceo iam figuræ, sacrificia, agnum paschalem, cæremonias, & omnes cultus Leuiticos, & totum sacerdotiū. Hieronymus certè affirmat Isajam non tam Prophetam, quam Euangelistā dicendum. Ita enim uniuersa Christi, ecclesiæ mysteria ad liquidum prosequutus est, ut nō putas eum de futuro uaticinari, sed de præterito historiam texere. Res ergo eodem tum non promittebatur tantum, sed etiam credentibus exhibebantur. Licet non negemus obscurius, & quibusdam quasi inuolucris pro illo tempore, & in una gente Iudaica hæc tantum proposita. Claritas enim illa, & per uniuersum mundum diuulgatio aduentui saluatoris referuntur. Vnde & Christus post resurrectionem discipulis suis dicit: O

Luc.24.

stulti & tardí corde ad credendum omnibus, quæ loquuntur sunt prophetae. Nónne hæc oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam? Et in scripturis, quæ de ipso erant. Et ibidem: Hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quia necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut inteligerent scripturas. Vide ergo mihi pueriles ineptias Asoti, nomine Euangelij intelligit, non rem ipsam, sed historiam Euangelistarum: perinde ac si Brentius sentiret, Mosen talēm historiam de Christo conscripsisse qualem conscripserunt Euangeliæ quatuor. Furiosus homo cecatus suis impietatibus, ne uocabula quidem recte intelligit. Et si omnino exigit uocabulum ipsum Euangelij de scriptis Mosi, audiat Paulum qui ad Galatas cap.3. ita scribit, Præuidens scripture quia ex fide iustificat g̃etes Deus, prænunciavit Abrahæ, &c. Pro uocabulo (prænunciavit) græcus textus habet περιπτελεῖσθαι, hoc est, prius euāgelizauit. Habes uocabulū ipsum. Et quia Moles scripsit hoc Euangelion, dicitū ad Abrahamum, quid est quod tam pueriliter Sote ineptis? Audi de hac re etiam Angustum. Ita enim

Aug.in

Psal.105.

scribit super uerba Psalmi, In conspectu omnium qui cœperant eos.) Age nunc, quisquis hæc legis, & gratiam Dei qua in æternam uitam per Domini nūm nostrum Iesum Christum redimimur, legendo in Apostolicis literis, in Propheticis autem scrutando cognoscis. Et uetus testamentum in novo reuelatum, & nouum in ueteri uelatum uides, &c. Et post:

Hæc atq; huiusmodi ratiocinatus, intende animum, & in literas ueteris Testamenti, & uide quid cantet in eo Psalmo, cuius est titulus, Quando dominus ædificabatur post captivitatem: ibi enim dicitur, Cantate domino canticum nouum. Et ne existimes ad ludæorū populum modò pertinere, Cantate, inquit, domino omnis terra, cantate domino, & benedic nome eius, annunciate, uel potius, benenunciate: immo, ut ipsum uerbum quod in græco positum est, transferam, Euangelizate diem ex die salutare eius. Vbi etiam ipsam Euangelij uocem positam esse ostendit in libris ueteris Testamenti, sicut ante rem ipsam illic contineri demonstrauimus.

Idem lib. questionum super Num. cap. ericetimotertio.

Eadem quippe sunt in ueteri & in nouo: ibi obumbrata, hic reuelata: ibi præfigurata, hic manifestata.

Idem contra Admantum Manichæi discipulum, cap. tertio.

Tum in eo (ueteri Testamento) tanta prædicatio, & prænuntiatio est noui Testamenti, ut nulla in Euangelica atq; Apostolica disciplina reperiantur, quamvis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiam libris ueteribus desint,

Idem

Idem contra duas epist. Pelag. lib. tertio, cap. quarto.

Reuelationes eorum cōsiderantur in his nominibus (Vetus, Nouum) non institutiones.

Idem contra Faustum Man. lib. 22. cap. 84.

Viris sancti in ueteri Testamento ad nouum pertinebant.

Ergo neq; falsum, neq; alienū ab omni Patrum & Ecclesie atq; scriptu-
ræ sensu, quod Brentius dixit, Mosen Euangeliū scripsisse. Nouimus Dei
beneficio, distinguendum esse Euangelion à lege, uetus Testamentum à
novo: nec opus habemus doctore Aloto, qui neq; intelligit quid dicat, ne-
que quod inter hæc sit discrimin. Et cum hac de re copiose Brentius in fi-
ne primæ Pericopes dixerit: nos iam supersedemus.

ANNO TATA IN CAPVT XL.

Sicelides Musæ paulo maiora canamus.

Non omnes arbusta iuuant, humilesq; myrica.

Hos Vergiliū uersus imitāt & re ipsa exprimit noster Asotus. Adhuc uer-
sat in loco de scripture authoritate & utilitate. Sed uidemus, quod & pro-
xime admonui, quomodo paulatim ad sacræ scripturæ contemptū assur-
gar: & quo altius eam interdum extollit, eo contemptius eam postea abi-
git ac turpificat. Parum esse uide q; haec tenus dixit: Non opus esse scriptu-
ra ad fidem, præsertim in nouo Testamento. Iam insufficientes esse, nobis
persuadere conatur. Multa enim esse dogmata certò credenda, quæ non
sunt scripta. Item, serio uos falsum dicere authoritate Patrum cōfirmamus,
cum omnia credenda scripta afferitis: Item credenda esse & diuina haben-
da dogmata quædam, quæ in sacra scriptura scripta non sunt, cordibus fi-
delium commissa. Hæc Asotus. Macte noua uirtute puer, sic itur ad a-
stra: hac ratione, te quoq; poteris tollere humo & alta uolitare per ora ui-
rum, & uel Herostrato clarior eris. Valde autem iniquo fert animo, quod
Brentius dixerit eum in re seria puerilibus sophismatibus ludere, eo quod
hoc nomine præferret traditiōes scripturis, quia hec in charta & tabulis se-
sent descriptæ humano stilo, illæ uero in cordib. hominū: & serio, nō pueri
liter irascitur toto hoc capite. Inquit hoc loco, & alibi esse quedā dogmata
fidei nō scripta in papyro, sed tradita & cōseruata in cordib. Quanto ergo
prestat cor papyro, tāto melius & certius conseruanſ in cordib. scripta, q;
in papyro, & ideo nō minoris fidei, &c. Respondeo, unum & idem uerbū
Dei est, siue in corde siue in ore, in papyro & tabulis, legatur, audiat, cogi-
tur, &c. Quod si uera est Ecclesia, que testatur de uerbo Dei & dogma-
tibus, nō alia habebit in corde, q; que sunt in papyro. Nam ut certissimus
de fide nostra, nec circumferamus omni uento doctrinę hominum astuto-
rū, ideo placuit Deo scribi, ut certa extaret regula iuxta quā omnia pba-
da essent. Quod si quis diuersum à scripto uerbo protulerit ex serinio pe-
ctoris sui, illi anathema dicemus Asole. Audiamus ergo quæ illa sint do-
gmata certò credenda, que tamen non sunt scripta, sed iradita. Enumerat
autem, dicens: Qualia sunt que ad sacramentū ordinis & reliqua sacra-
menta & substantiā eorum pertinent, & plurima alia, de quib. posteā. Quod
dicit, que ad ordinis sacramentū pertinent, nō esse scripta, recipimus. Re-
stet enim & uerè dicit, nihil de hoc suo sacramento in sacra cōtineri scriptu-
ra, quia neq; fidei dogma est certò credendū, neq; sacramentum. quod uel
ex hoc apparet, quia nihil de eo in sacra scriptura habetur. Sacramentorū
enī institutio etiā iuxta Thomā tuū pertinet ad excellentiā potestatis, que
soli Christo cōpetit. Audiamus & August. contra pluralitatem sacra-
mentorum Papisticorum, & unico tantum testimonio uti uisum est: cætera
differemus in eum locum, in quo Asotus ipse posteā se plura dictorum

ea de re pollicetur, pluribus illic responsuri. Sic autem inquit: Primo itaq;
 tenere te uolo, Dominum nostrum Iesum Christum leui iugo suo nos
 subdidisse, & sarcine leui. Vnde sacramentis numero paucissimis, observa-
 tione facilimis, significatione praestantissimis in societatem noui populi
 colligauit. Sicut est baptismus, trinitatis nomine consecratus. Communi-
 catio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud in scripturis Canonicis
 commendatur: exceptis ijs quæ seruitutem populi ueteris pro congruen-
 tia cordis illorum & Prophetici temporis onerabant, quæ & in quinq*ue* li-
 bris Mosis leguntur. Certè hoc loco Augustinus duo tantum enumera-
 rat sacramenta. & addit deinde: Et si quid aliud in scripturis Canonicis co-
 mendatur. Quibus uerbis innuit, hæc tantum sacramentorum nomina me-
 reri, quæ in Canonicis scripturis commendantur. Cum ergo Asotus ipse
 fateatur, ea quæ ad ordinis sacramentum pertinent, nō haberi in sacra scri-
 ptura: certè necessariò sequitur, ordinem nō esse sacramentum. His addit:
 Sed ultra has sententias Dei revelatas, & scriptas, dico esse alias senten-
 tias non scriptas nisi in cordibus non minus certæ fidei, non minus diui-
 nas, quām sunt aliæ quæ scriptæ sunt in tabulis, inscripta cordibus sine ul-
 lis literis, sine ullis uocibus humanis. Et, ut inquit Dionysius Areopagita,
 ea sunt quæ sancti duces & præceptores nostri tradiderunt, & ex animo
 in animum medio interueniente uerbo corporali quidem, sed quod peni-
 tus carnis excedat sensus, sine literis transfusa sunt. Audis sine literis & si-
 ne tabulis ex animo in animum? Audimus Asote. Quid uero audiremus,
 cum tu nihil dicas? Quæ enim istæ sint sententiae diuinæ non scriptæ, cor-
 dibus inscriptæ, & de corde in cor transfusæ, non addis. Ideo nihil nisi tua,
 hoc est, uana uerba audimus, te satis confidenter hęc sapienter repete, Di-
 co, dico, audis, &c. Probare uero te non ita audimus, nisi ex tuo Dionysio
 Areopagita. Qui quis sit, certè ignoramus: & ideo nos ignorare affirmam-
 mus, quia hoc apud ueteres, qui diligenter scriptores Ecclesiasticos, non
 tantum ubi & quo tempore uixerint, descripserunt: sed etiam librorum
 quos ediderunt, tametsi non extarent amplius, sed temporum incuria in-
 terciderint, catalogū annotauere, nusquam legimus. Eusebius quidem fa-
 cit eius mentionem, quod primus fuerit Ecclesiæ Atheniensis Episcopus,
 atq*ue* ita traditum à Dionysio Alexandrino refert. Sed quicq*ue* ab eo literis
 mandatum non refert: quod certè si fuisset uerum, non erat omissurus. Hic
 ronymus uero libro de scriptoribus Ecclesiasticis, duos numerat Diony-
 sios: Corinthiū unum, qui sub Marco Antonino & L. Cōmodo floruerit;
 alterum Origenis discipulum, qui Alexandrinus Episcopus fuerit sub Ga-
 lieni imperio. huius uero Atheniensis Areopagite non meminit prorsus.
 Et inter eorum duorum scripta, quæ diligenter enumerat, Ecclesiastice Hier-
 archie non meminit. Quid igitur est, quod toti mundo oculos prestrin-
 gere & quasi configere incerti authoris libris & testimonij conantur?
 Quare, quoties libri isti citantur, ignoti alicuius scriptoris, & non usque a
 deo antiqui, quod & stylus & argumentum clare demonstrat, esse non du-
 bitemus. Deinde, ut traditiones suas non scriptas probet ad distinctionē
 uerbi Dei configit, aliud inscriptum esse tabulis atramento: aliud uero
 cordibus infusum dicit. Recte certè distinguit inter scripturas & tradicio-
 nes non scriptas. Recte hoc quoq*ue* datur ex Chrysostomiloco, de quo su-
 prā, Verbum Dei esse, siue reueletur à Deo, sicut Noah & Abraham patet.
 cit, quæ exempla Chrysostomus ponit, siue scribatur. Sed quid hęc Aso-
 te ad traditiones tuas non scriptas, quas Apostolorum nomine Ecclesiæ
 obtruditis, quia propter uetusatem author illarum ignoratur, & longo
 temporis usu inualuerunt: nec ullum est tam crassum aut puerile com-
 mentum, quod nomine traditionis Apostolicę in Papatu nō uenditetur?
 Quid,

Quid, cum usq; adeò deliras, ut traditiones istas tuas non scriptas, eodem modo à Deo reuelatas esse, quemadmodum Deus se patefecit Abrahæ, affirmare audreas? Est ne puerile, inquit, cum Augustino dicere literas sacras iam scriptas machinas esse, quibus charitatis ædificium perficiatur in cordibus nostris: quæ cum plena fuerit, literæ iam necessariæ non erunt. Ego uero hinc intelligo Asole, Augustinum necessarias esse sacras literas iam scriptas, dicere, & machinas uocare, quibus charitatis ædificium perficiatur in cordibus nostris. An uero tu charitatis hoc ædificium necessarium negabis? Quia igitur fronte sacras literas non necessariò scriptas deblitteras? Atqui Augustinus dicit, cum charitas plena fuerit, literæ iam necessariæ non erunt. Sed hoc quando futurum est? Certe in hac uita fieri negat idem Augustinus. Semper enim hic augeri potest: & quamdiu augetur, aliquid deest, & minus habet: id quod est imperfectionis. In illa ergo altera uita plena erit: tunc quoq; illis literis opus non erit. Sine illis, inquit, perfectius Antonium & Paulum in desertis atque fœlicius uixisse, quam alijs cum librīs: unde autem Deum agnouère, & fidem conceperunt illi perfectissimi & mirabiliarj? Nōnne ex scriptura Prophetica & Apostolica, quam uel ipsi didicerunt, uel ab alijs prædicatam audiuerunt? Quod si iam exhauserant, aut memoriæ mandauerant, in meditatione uerbi Dei uersabantur, recte fecerunt. Sic enim David beatum uirum describit, qui in lege Domini meditetur die ac nocte. Quæ alia sunt speculations & contemplationes, nescimus.

Porro quæ sunt illa credenda & diuina habenda dogmata quæ in sacra scriptura non sunt? Hæc, inquit, de quibus Paulus dixit: Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei alios docere: non ait, Quæ scripsi, tu transcribe, & trade: sed quæ audisti, commenda. Hæc Sotus.

Non negamus Paulum docuisse, concionatum esse, uiua uoce tradidisse multa: sed non alia nec diuersa ab ijs quæ scripsit. Porro iam tuum erit Asole, nobis certò demonstrasse, quæ illa sint diuina dogmata credenda à Paulo tradita, quæ non sint ab ipso descripta. Quod si quedam protuleris emendatis suffragijs, examinabimus, & cōferemus cū ijs quæ iā ab ipso certò descripta extant. Quod si consentiant cum scriptis: benè, recipiemus. Sin minus, freti auctoritate Apostoli, dicemus esse anathemata. Ldem uero Paulus, qui hic affirms Timotheum quedam ab ipso audisse, quod nō negamus, dicit: Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire. *1. Tim. 3.* Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est in Ecclesia Dei uiri, columna & firmamentum ueritatis. Addit: Hæc proponas fratribus, bonus eris minister Christi, enuntius uerbis fidei, & bonę doctrinę quam assiequutus es. Ineptas autem & inanes fabulas deuita. Item, Dum uenio, attende lectioni. Tu *2. Tim. 3.* uero permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didicisti. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinus inspirata, utilis est ad docendum, &c. Paulus dicit se ideo hec Timotheo prescribere, ut si tardet, sciat quomodo Ecclesiam Dei instituere debeat. Et addit, quod si hæc proponat fratribus, bonus sit futurus minister Iesu Christi.

Asole contrà dicit: Paulus non ait, Quæ scripsi tu transcribe & trade: sed, Quæ audisti, commenda. Odio scripture sacrę hæc de suo addit. Etsi enim eo loco non dicat, tamen hic ait: Hæc proponens fratribus. Quæ nam hæc? Hæc quæ scribo. Item, hortatur eum, ut permaneat in his quæ didicerit. Sed unde didicit? Non nego cum & à Paulo uiua

uiua uoce & ex epistolis suis plurima didicisse. Sed addit: Quia ab infanta sacras literas nosti. Et tamen hortatur, ut attendat lectioni: non dicit ut indulget suis contemplationibus sine libris. Addit & egregium encomium sacrarum scripturarum ab utilitatibus. Quid ad haec dices, mi' asel-le? Quid Paulus, & quæ fidei dogmata credenda, & diuina Timotheo præscriperit, certo scimus. Hæc ipsum uult amplecti & proponere fratribus. Quod si faciat, utilis & bonus sit minister Christi. Reliquum est igitur Asote, ut liquidò etiam nobis probes, quæ illa sint non scripta credenda dogmata à Paulo tradita, quæ commendanda sint fidelibus? Quod quando futurum sit, ipse uideris. Nos ex te audiemus: tu qui affirmas, proba. Sed instat Asotus uehementius, dicens: Afferimus igitur, falsissime uos dicere Apostolos scripsisse omnia quæ docuerunt. Hoc, inquam, dicimus esse contra ipsam scripturam, contra omnium Patrum sententiam à uobis dictum, sine ulla ratione, sine ulla authoritate, diuinatione quadam. Quando itaq; de hoc agimus, & distinguimus dogmata scripta à non scriptis, non ludimus sophismatis: sed serio agimus, & serio uos falsum dicere auctoritate Patrū confirmamus, cum omnia credenda scripta afferitis. Bona uerba quæso, domine Petre, oblitus forte es professionis tuæ & ordinis, non obseruans modestiam, quæ religiosum monasticen professum decebat. Ludit Asotus in uocabulo, Credenda. Loquimur enim non de quibuslibet rebus credendis: sed ijs quæ sunt fidei, & ad salutem necessaria sunt. Ludit similiter in uocabulo, Omnia. Cum dicimus Apostolos omnia scripsisse quæ docuerunt, non hoc uolumus, omnes conciones, quas ubi uis locorum habuere, omnes periodos, uoces & syllabas descripsisse: sed omnia dogmata quæ tractauere, omnia ad salutem necessaria & credenda, sufficienter, ut nihil ad fidem & pietatem desiderari amplius possit, ab eis esse literis consignata. Idçp non procul, petitis rationibus, sed ex ipso Paulo probabimus. Is enim loco paulo ante citato, sic ait: Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus & integer sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Non uacat iam omnes sacræ scripturæ utilitates quas hic Paulus recenset explicare. Tantū quod de sufficientia addit, uideamus. Qui eruditus est in iusticia, perfectus, integer & absolutus Dei homo, huc necesse est omnia tenere & habere quæ credenda sunt. Aliás, quemadmodum cum charitati addi aliquid potest adhuc, eo ipso quod nimis est, imperfecta est & dicitur: ita etiam si quædam ad salutem necessariò credenda, homini desunt in scriptura, erit imperfecta sacra scriptura. Sed Paulus affirmat, scripturam esse sufficientem & facere hominē Dei eruditum ad iusticiam, perfectum & integrum, atq; absolutū, in quo nihil sit mutile, & scripturam simpliciter ad salutem sufficere. Sequitur ergo, omnia credenda, quæ ad salutem sunt necessaria, esse scripta. Quod si perfectos facit scriptura, quid restat porro credendum? Si restauerō a liquid credendum ad salutem, non erit perfectus. Si hinc tantum proficiamus, ut si amus homines Dei, quid desideramus præterea? Ne ergo tu Asote nobis porro tuis nugis sis molestus.

Iam & Patrum testimonia uideamus de scripturæ sufficientia, & quod extra sacram scripturam nulla dogmata, neq; quicquam tanquam ad salutem necessarium, credere debeamus.

Tertull. de præscript. aduersus hæreses.

Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangeliū. Cum credimus, nihil desideramus ultrà credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod ultrà credere debemus.

Basil.

Basil. Magnus Homil. de confessione fidei.

Traditurus quæ dīdī ex diuina scriptura, abstinentia quidem à nominibus & uerbis illis, quæ ipsis in dictionibus in diuina scriptura nō habent, sententiam tamen illam in scriptura sitam conseruant, &c.

Ecce abstinentia se dicit etiam à uocabulis, quæ conformia sunt scripturæ, & quorum sententia est in ipsa: sed tamen ipsa non disertè ponuntur.

Quibus addit: Si fidelis est Dominus in omnibus sermonibus suis, MANIFESTA EST DEFECTIO A' FIDE ET SUPERBIAE CRIMEN, aut reprobare quid ex his quæ scripta sunt, AVT SUPERINDU- CERE QVID EX NON SCRIPTIS, cum Dominus noster Iesus Christus dixerit, *Oves meæ uocem meam audiunt.*

Manifestam à fide defectionē uocat addere quid ex non scriptis: quod sufficiens esset scriptura, quod si alia ad salutem necessariò essent credenda, si deniq; alia diuina dogmata nō scripta: cur Basilius defectionem à fide uocat, addere aliquid? Cur nō potius secundum Asotum dicit, fidei esse augmentum & complementum, alia fidei dogmata non scripta?

Ambr. lib. II. de uocat. gentium cap. IIII.

Sanctis scripturis non loquentibus quis loquetur?
Quod si hunc librum esse Ambrosij negaueris, quia de authore dubita- tur, alium producam locum.

Idem lib. de Paradiso, cap. XII.

Nihil uel cautionis gratia iungere debemus mandato. Si quid enim ad das uel detrahias, præuaricatio est mandati. Idq; probat exemplo à testib. sumpto. Etiam si bonum uidetur, tamen nihil addendū. Item si Ioannes de sua Apocalypsi dixit, *Ne quid addatur uel detrahatur sub magnis plagiis:* quanto magis de diuinis mandatis?

Ex his apparet, nos non, ut Asotus criminatur, falsissimè dicere, Omnia credenda scripta esse: sed uerissimè omnia ad salutem credenda, & necessaria in sacra scriptura cōtineri. Neq; contra scripturam, ut nugatur, sed cum scriptura hoc nos affirmare, neq; contra Patrum omnium sententiam. Pa- ter enim fuit Tertullianus. Quod si hunc negas, quia tandem propter Montani dogmata, in quæ incidit, est reiectus: Pater fuit Basilius, Pater itē Am- brosius. Hi sentiunt nihil addendum scripturæ Dei. Si nihil addendum: ergo sufficiens & omnia credenda ad salutem continet.

Confirmavimus itaq; id quod à Brentio requirit: nec ad aniles fabulas, quas omnino detestamur, neq; ad incertorum authorum traditiones con- fugimus: sed ad sacram scripturam, cuius quidem unius testimonium no- bis est instar omnium. Et tamen ne putet nos Patrum ea in re destitui au- thoritate, eos quoq; nobis consentire ostendimus.

Sed adhuc irascitur Asotus (caue tibi Brenti, scenum habet in cornu) quod traditiones nō scriptas recipere nolumus, cūq; Brētius cōtra ipsum locum ex Irenæo protulerit, qui scribit: *Hæreticos cū ex scripturis arguan- tur, in accusationem ipsarū scripturarū conuerti, quasi non recte habeant,* lib. 3. cap. 9. *neque sint ex authoritate, & quia sint uariae dictæ, & quia nō possit ex ijs inueniri ueritas ab his qui nesciāt traditionē. Non enim per literas traditā fidam, sed per uitā uocē, ob quam causam & Paulum dixisse, Sapientiā lo- quimur inter perfectos, &c. Hęc, inquam, cum Brētius cōtra ipsum addu- cisset, perficta fronte id contra traditiones ab Irenęo dici negat. Nec sibi cōuenire. Quia Irenęs dicat, *hæreticos hoc cum repræhēsione scripture facere.* Hoc, inquit, nos nō agimus: sed scripture omnē authoritatem diser- uit, semper tribuimus: ideoq; sibi iniuriā fieri arbitrat. Porro q; hono- rifice de sacra scriptura sentiat & loquat, hactenus audiuimus. An nō hæc omnia*

omnia & singula quæ hic Irenæus hæreticis tribuit, q̄ cum ex scripturis argumentur, in accusationem scripturarum conuertantur, quasi uariæ sint dictæ, & quod nō possit ex his inueniri ueritas ab his qui traditionem nesciant, quæ non per literas, sed uiuam uocem sit tradita, in Asotum compentunt: Certè quantumuis his uerbis profiteat se scripturæ semper omnem tribuere autoritatem: tamen nos planè cōtrarium audiuimus, quod hæc eadem ex scripturis conuictus cum hæreticis Valentianis, Marcionitis, Cerinthianis, quos hic Irenæus recenset, sedulò affirmet: uidelicet, quod scripture non possint à nobis intelligi, quia traditiones Apostolicas non agnoscamus: neq; fidei controversia ex Icripturis definiri, quia ambiguae, obscuræ, non sufficienes: ideo traditionibus opus esse, quæ sunt plañiores, pleniores & explicatiōres, quæ non per literas, sed uiuam uocem ab Apostolis per manus successoribus traditæ sint. Hæc de hæreticis scribit Irenæus, quæ omnia ita cōueniunt in Asotum, ijs adeò graphicè est descriptus, ac si hæc tempora attigisset Irenæus, & primū nobiscum iam calumnias & blasphemias scripturæ ex Asoto audiret: & non de ipso, eiusq; similibus hæreticis uaticinatus esset. Quod tamen mirū non est, cum semper impietas suis sit similis. Quare cum nequaquam longè ab illis sit hæticis, sed omnia propemodum communia cum ipsis habeat: non est quod grauetur, si hæc audire cogatur. Atqui hæretici illi, de quib. Irenæo est sermo, non agnoscebant Apostolicam traditionem, quam dicit Irenæus manifestā in Ecclesia perspicere posse eos qui uera uelint audire. Asotus uero se eam agnoscere dicit: ideo Brentium detorquere locū Irnei. Hoc modo sibi iniuriam fieri, & Brentium Irnei locum torquere, authori p̄ inponere Asotus uoluit probare. Quid igitur respondebimus fratri Petri? Hoc scilicet, quod oculus ipsius ira perturbatus non uideat, neq; intelligat, quod sicut similitudinibus non omnia cōuenire necesse sit (alias enim neq; similitudo eius rei esset, ad quam adumbrandam adducitur, uerū imp̄a res) sed sufficit si in principali propter quod assertur, respondeat: ita in hoc loco, quem Brentius contra Asotum traditiones scripturis præferentem adducit, non esse necesse Asotum per omnia hæreticis Valentianis, Marcionitis, Cerinthianis & Basilidianis similem esse: sed sufficit nobis, quemadmodum Brentius dixit disertè, in hoc Asoticam turbam hæreticis illis similem esse: quod quemadmodum illi, dicat scripturam esse obscuram, & ad ueritatem cognoscendam necessarias esse traditiones. Hec enim uerba sunt Brentij, quibus locum Irnei ad Asoticos accommodat. Cum uero de hoc Irnei loco se inferius plura dicturum pollicetur, nos quoq; pleniorē responsionē differemus.

ANNOTATA IN CAPVT XLI.

Commendaturus scripture authoritatem Asotus (in hac enim materia uersatur) ait, se afferere, & quidem catholicos omnes Patres, prīmo difficultem esse scripturam intellectu, & obscuram propter rerum subtilitatem & uerborum ambiguitatē. Idq; etiam ex Petro probat, qui in epistolis Pauli quedam esse difficultia intellectu ait, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Initio, inquit, afferimus nos, & quidem catholicí omnes Patres, scripturā difficultem esse intellectu. Magna uero afferendi confidentia, cum alias magis ad Academicorum sectam accedat, quæ dubitat de rebus, & nihil certum esse dicit. Nam & de gratia Dei dubitant, nec hominem certò posse scire num sit in gratia. Hic uero cum pro scriptura pugnandum esset, contra eam afferit difficultem esse. Addit autem, omnes Patres idem secum sentire. Quod quale sit, in sequenti capite declarabimus. Assignat etiam rationes

tiones duas difficultatis, rerum sublimitatem & uerborum ambiguitatem. Et quidem quod ad res attinet, excedunt illæ captum rationis humanæ, nec acumine & acie ingenij humani deprehendi possunt. Habitat enim Deus lucem inaccessam. Et habet se intellectus noster ad res illas cœlestes, quemadmodum noctuæ oculi ad clarissimum solis lumen & radios. Ani- malis enim homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stulticia sunt il- li, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur. Et quis cognoscit ^{1. Cor. 2.} uitementem Dominis? Idem tamē Apostolus affirmat: Nos sensum Christi ^{Io. iiii. 1.} habemus. Deum nemo uidit unquam, sed Filius qui est in sinu Patris e- ^{1. Ioann. 5.} narrauit nobis. Scimus quoniam filius Dei uenit & dedit nobis sensum ut cognoscamus Deum uerum. Concedimus itaque, difficilem esse propter rerum sublimitatem, sed impijs, incredulis, profanis & Spiritu Dei caren- tibus: & non modò difficilem, sed etiam librum signatum quem intellige- re non possunt omnes ij qui Spíritu sancto destituitur. Qui uero Spíritu sancto illuminantur (quem tam en Asotici sibi ad intellectum scripture non esse necessarium afferunt) sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam nemo Principum huius seculi cognouit, intelligunt. Nobis enim reuelauit Deus per Spíritum suum. Spíritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spíritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi Spíritus Dei. Nos autem non spíritum huius mundi accepimus, sed spíritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, nō in doctis humanæ sapientiae uerbis: sed in doctrina spíritus, spiritualia spíri- tualibus comparantes. Spíritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. sicut scriptum est: Quis enim cognouit mentem Domini, aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

Difficilem uero esse scripturam propter uerborum ambiguitatem, ne- scio quomodo Deo authori sacræ scripturæ conueniat. Neque enim Apollinis Delphici oraculis, obliquis, ambiguis & flexilo quis responsa Dei conferre nos decet, neç etiam κυβερνητης Deum dicere, Christianæ aures ferunt. Cum enim supra Asotus affirmauerit, Deum nobis cōdescendisse, est se ad captum hominum suorum auditorum accommodare. Lusorum hoc est, qui tesseras, talos & cubos torquere & infletere norunt pro suo arbitrio: & circulatorum, qui præstigij hominum oculos fallere possunt, ijscip̄ imponere. Absit hæc κυβερνητης Deo. Quare enim uerba Dei dicta sunt, nisi ut sciantur: quare sonuerunt, nisi ut audiantur: quare auditam sunt, nisi ut intelligantur: Hoc ipsum ergo uerbum cōfirmatum & breuiatum, nec obscurum Deus esse uoluit. Ideo breue, ne non uacaret legere: ideo aper- tum, ne dicat, Nō mihi licuit intelligere. Sed hac de re cap. sequenti plura. ^{Aug. in Io- ann. tract. 21.}

Difficultatem & obscuritatem scripturæ ex Petro probare conatur, qui 2. Pet. ult. quidem esse in Pauli Epistolis difficultia intellectu, quæ indocti & instabi- les depravant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Sed quid hic Petrus aliquid uult, quam quod nos dicimus, scripturam diffi- cilem esse intellectu impijs, qui Spíritu sancto careant: Et sicut ipse loqui- tur, rudibus & instabilibus, hoc est, fraterculis & eorum similibus: Neque enim hæc difficultas scripturæ imputanda est, sed cæcitati intellectus hu- mani: quemadmodum nec solis obscuritas, quod cæcus in meridie palpat. Ita plane hoc modo D. Petrus dicit, instabiles depravare, σπελαστης, hoc est, in alienum sensum torquent Pauli epistolas, quemadmodum & cæte- ras scripturas. Quis hoc potest cauere: Videmus idem in rebus huma- nis sensu & rationi subiectis accidere. Leges Imperatorum, quæ sepe scri- pte sunt planissime, ut nulla illic sit ambiguitas, obscuritas uel difficultas:

IN CAPUT XLI.

350
ramen q̄ mirabiliter illic luditur à rabulis quibusdam forensibus? Nō lo-
quor de bonis viris. Hi enim tantū abest ut imitentur hanc licentiā, ut etiā
grauissimē ferant. Quid igitur mirum est, si hoc literis sacrīs accidat, cum
ingens sit ingeniorum petulantia in comminiscendis nouis dogmatibus,
ad quæ deinde confirmandæ scripturæ testimonia detorquent? Quis hac
uel præcautere uel prohibere potest? Sed culpa non est in sacram scriptu-
ram transferenda, uerū in inscitiam & maliciam ac cæcitatem impiorū.
Id quod Chrysostomus in hanc sententiam dicit: Adhuc enim hoc facit
(Paulus) cogitationes destruens, ac omnem celsitudi... ontra consci-
entiam Dei se extollentem. Quamvis autem multi hæretici conati sunt il-
lum dilacerare, attamen uel lacer multam præ se fert potentiam. Nam usi
quidem illo sunt Marcion & Manichæus, sed dilacerantes: attamen & sic
redarguuntur, uel ex particulis. Etenim & sola manus optimatis huius a-
pud illos cum sit, fortiter illos fugat. Et quomodo solus apud alios perse-
quitur & deiicit? Ut scias potentiam magnam, & quod carne mutilatus
omnes ad se trahere ualeat aduersarios. Et profecto sunt qui dicent, hoc
esse peruersitatis, quod omnes qui inter se pugnant, illo usi sunt. Athæc
peruersitas non Pauli est. Absit, sed eorum qui abutuntur. Non enim ua-
rius quispam fuit, sed simplex, manifestus. Illi autem ad suos sensus uerba
torserunt. Et quare sic scripsit, aiunt, ut det damnum? Verū uolentibus
non ipse dedit, sed illorū insanía, eo quod non ut decebat se usi sunt. Quo-
niam & iucundus hic totus, quamvis & admirabilis & diuinę sapientię sit
argumentum, & cœli enarrant gloriam Dei, &c. attamen in ipso multi col-
lapsi sunt contrarij inter se. Hactenus Chrysostomi uerba.

*Chrys. in 2.
ad Cor.*

*De doctr.
Christianæ
lib. 2. ca. 6.*

*Eodem lib.
cap. 10. 11.*

Quod ex Hieronymo affert testimonium, qui ad Paulinum omnibus
eloquentiæ viribus, ut Asotus dicit, hoc agit, ut scripturæ difficultatem, &
quanto studio opus sit, quantaq; diligentia Doctores audiendi ad eam in-
telligendam ostendat. Quid ergo Asotus Hieronymo contrarius, negat
aliás, multum opera in cognoscenda scriptura collo cädum? Sed nec nos
stertendum esse dicimus, sed diligentissimè legendum, audiendum, medi-
tandum, orandum, ut ad intellectum scripturæ peruenfamus. Potuisse
quidem Dominus omnibus nobis & singulis miraculo Spiritus sancti
dono in momento intellectum omnium scripturarum infundere: sed no-
luit, uerū media ordinavit, quibus nos uult uti, & per illa aperire earum
intellectum. Similiter & illud Augustini, quo decipi obscuritatibus &
ambiguitatibus temerè legentes, qui aliud pro alio sentiunt, affirmat, ni-
hil ad Asoti propositum confirmandum facit. Loquitur enim directe de
temerè legentibus, & qui aliud pro alio accipiant: hos decipi mirum non
est. Non enim temerarios sacra scriptura lectors, sed pios & attentos re-
quirit. Quod igitur prolixè Asotus ex cap. 6. lib. 2. de doctr. Christ. recitat
de obscuris & apertis atq; manifestis scripturis, seipsum eodem loco inter-
pretatur Augustinus. nam statim addit ibidem: Neq; quicquā ex illis ob-
scuritatibus eruitur, quod non plenisimè dictum alibi reperiatur, atq; ita
scripturam per scripturam esse interpretandam, obscuriora per planiora.
Ostendit autem causas obscuritatis & unde oriatur, uidelicet uel ex uer-
borum ignorantia & ambiguitate, uel ex figuratis loquutionibus, hoc est,
ex phrasib; sermonis, non rerum, quæ illic planè sunt & perspicua omnibus
Christianis, qui enim Christum uera fide agnoscunt, eo ipso iam omnia ad
salutem cognitione necessaria sciunt. in hoc enim Christo omnes thesauri sa-
pientiae diuinę sunt, & unā cum ipso exhibentur. Ita ut nihil amplius ex
obscuriori phrasib; quæ alicubi occurrit, eruatur, quam quod alibi manife-
stissimē continetur, teste Augustino loco iam dicto. Non ergo phrasis dif-
ficultatem & obscuritatem negamus, quæ propter lingue imperitiam oe-
curit,

currit, & magis ad Grammaticum pertinet, quam ad Theologum: & diligenter est interpretis officium, hæc euoluere artium & linguarum præsatio. Deinde neque hoc negatur, alicubi uarias esse de eodem loco sententias & interpretationes Doctorum, ubi quæ propria & genuina sit loci sententia disputatur. & hoc est quod Patres de difficultate & obscuritate alicubi conqueruntur, cum tamen res ipsæ, quæ sub his obscuris locis occurunt, clarissimè contineantur: ita ut nulla cum animæ factura hæc ignorentur. Remedia etiam adhibet Augustinus, quibus illis obscuritatibus mederi possimus, & obscuritates illustrare: uidelicet, ut cum obscuritas occurramus. Quod uero ex figuratis loquutionibus, rerum cognitione fieri illustrius: ubi autem apertius ponuntur, ibi discendum est quomodo in lib. 3. ca. 16. locis intelligentur obscuris. Atq; ita scripturam per seipsum interpretandum docet, obscuriora per planiora. Hoc modo ad scripturam sacram nos allegat Augustinus. Asotus uero dicit propter hanc difficultatem & ambiguitatem scripturæ, docent nos Patres ab humilibus lectione aut doctrina maiorum, omnia, aut quamplurima attingi posse: atq; ita à scripturis, ad quas Augustinus nos remittit, ut ex illis planioribus & perspicuis, etiam obscuriora intelligere discamus collatione, ad Patres, contra ipsum mentem & uoluntatem nos traducit, ut ex illorum lectione & doctrina omnia aut certè plurima scripturæ attingamus. Alías dicitur: Quilibet est interpres suorum uerborum. Et, Eius est interpretari, cuius & condere legem. Cum dantur responsa à Principibus, orto aliquo dubio in scripto, declaratio petitur ab authore: cur igitur non multo magis idem in sacris oraculis obseruaremus? Audiamus hac de re Patres ipsos, ut intelligamus quām iniquus sit Asotus sacræ scripturæ, & falsum imponat Patribus, qui non ex suis scriptis sacram scripturam interpretandam uoluerunt, sed scripturam per semetipsam: sua uero scripta ad regulam & præscriptum uerbi Dei.

Basil. Magnus lib. 11. de Baptism. quest. 1111.

Si uero præceptum nobis datum fuerit, quomodo autem fiat, non additum fuerit: assumamus Dominum dicentem, Perscrutamini scripturas: & imitemur Apostolos, qui ipsum Dominum interrogauerunt de interpretatione eorum, quæ ab ipso dicta fuerunt, & eorum quæ ab ipso dicta sunt, ex his quæ in alio loco dicta sunt, ueritatem ac salutare discamus.

Idem in quest. compendio explicatis, quest. cclxxvii.

Quæ ambigua sunt, & rectè dicta esse, in quibusdam diuinæ scripturæ locis manifeste declarantur.

Ambr. comment. in Psal. cxviii. serm. viii.

Multa obscuritas in scripturis propheticis: sed si manu quadam mentis tuae scripturarum ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta diligenter examines, paulatim incipis rationem colligere dictorum, & aperietur tibi non ab alio, sed à Dei uerbo.

August. epist. 9. ad Hieron.

Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullum eorum authorem scribendo aliiquid errasse firmissimè credam. Alios autem ita lego, ut quantilibet sanctitate doctrinæq; præpolleant: non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi uel per illos authores canonicos, uel probabili ratione, quod à uero non abhorreat, persuaderent potuerunt.

Septem libros feci notatis loquutionib. quas parum aduertendo, sensum querunt, qui legunt diuinorum eloquiorum cum sit locutionis genus. Multa autem in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis generi diluescunt. Loquutionis genus, phrasin uocat linguae. Hac Patrum est Asote sententia, qui non uolunt nos scripturæ sacrae interpretationem ex suis commentarijs petere: sed ex eadem, cum seipsam facta locorum collatione interpretetur. Obscuritas porrò est, authore Augustino, quæ ex loquutionis genere, hoc est ex phrasib. oritur: qua cognita, quæ obscura videbantur, eluescunt.

Postremò addit fraterculus, omnes Patres impossibile iudicasse proteruos & qui suo sensu harent, ex scripturis conuinci, & ut uult tantum ad traditionem configendum & successionem, idq; se ex Tertulliani & Irenæi hac de re sententij probasse afferit: uerùm hi duo nōdum sunt omnes Patres. Et unde quæsto alias conuincendi, nisi armis ex sacra scriptura de promptis? Docet nos hæc Christus suo exemplo ex scriptura sacra Pharisæorum ora ita obturans, ut quid contraria afferrent, prorsus nihil uel in scriptum haberent. Sed ne hoc singulare esse dicat, aut Phariseos aut scribas, suos maiores, hæreticos fuisse neget, cum dicat, Omnes Patres, proteruos & hæreticos ex scripturis conuinci impossibile iudicasse: producamus in medium Augustinum, quem Patrem, & quidem præstantissimum fuisse non negabit Asotus: & quomodo ille egerit, & agendum cum hæreticis censuerit, num etiam cum eis ad certamen de scripturis descenderit, uideamus.

August. contra Maximinum Arian. lib. III. cap. XIII.

Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminense tanquam predictatus proferre concilium. Nec ego huius, nec tu illius auctoritate detineris: Scripturarum auctoritatibus non quorumcunq; proprijs, sed utriq; communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet, &c. utriq; tanti ponderis molibus cedamus.

Idem de unitat. Ecclesiae cap. III.

Sed ut dicere coeparam, non audiamus, Hæc dico, hæc dicas: sed audiimus, Hæc dicit Dominus. Sunt certè libri Domini, quorum auctoritatem utriq; consentimus, utriq; credimus, utriq; seruimus. Ibí queramus Ecclesiam, ibí discutiamus causam nostram. Ibidem: Auferantur ergo illa de medio quæ aduersus nos inuicem, non ex diuinis Canoniciis libris, sed aliquæ de recitamus. Querat fortasse aliquis, & dicat mihi, Cur ergo uis ista auferri de medio, quando communio tua, quamuis proferantur, inuicta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis Ecclesiam sanctam demonstrari.

Idem enarrat. in Psal. LVII.

Nec tu mihi quos nominas ex Euangelio legis, nec ego quos nomino, ex Euangelio lego. Auferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex Dei: audi Christum dicentem, audi ueritatem loquentem.

Chrysost. in 2. ad Corinth. homil. 13. in fine.

Quomodo autem gradietur per angustiam? Ne igitur multorum opiniones habeamus, sed res ipsas inquiramus. Quomodo autem non absurdum propter pecunias alij non credere, sed ipsas numerare & suppeditare: pro rebus autem amplioribus aliorum sententiam sequi simpliciter, presertim cum habeamus omnium exactissimam trutinam & gnomonem, ac regulam, diuinarum, inquam, legum assertionem. Ideo obsecro & oramus omnes, ut relinquatis quid'nam huic uel illi uideatur, dec̄ his à scripturis

ptinis hæc omnia inquirite, & ueras diuitias discentes eas sectemur, ut bona eterna assequamur.

Idem de sacerdotio lib. 4.

Aut cum humanus animus decretarum minimè uerarum sententiarumq; à fide abhorrentium morbis laborauerit, hic demum Euangelici sermonis usus magnoperè necessarius, non solum ut qui tibi domestici sunt robores atq; confirmes: uerum etiam ut cum externis bellum geras ac manus conseras. En tibi Patres Asote, qui non pertinaces solum, sed etiam hæreticos, ex sacris scripturis conuincendos esse iudicarunt, sicut resolutus locum Tertullianī de Prescriptionibus aduersus hæreticos: non admittendos esse hæreticos ad illam de scripturis disputationem, quia illis non competit possessio scripturarum. Item, Ergo nō ad scripturas prouocandum est, nec in his constituendum certamen, quibus aut nulla aut incerta uictoria est, aut parum certa. Quid ad hæc respondebimus? Insolubilem esse hanc quam ex Tertulliano proponit authoritatem Asotus arbitratur, & tanquam arcis inexpugnabili nititur, dicens: Brentius inquit, me hunc locum non intellexisse, & promittit se ostensurum. quod si fecerit, non me tantum, sed omnes docebit, &c. Et necesse erit Brentio non solum nouum sensum, sed nouas etiam significationes dictionum adinuovere. Hæc Sotus, quæ quam uera sint videamus.

Neq; nouo sensu Domine Petre, neq; noua dictionum significatione opus est, ut ostendamus te non recte intellexisse Tertullianū: ex ipso orationis contextu facile apparet, nec ullo opus est negocio. Hoc tantū considera de quibus hæreticis loquatur, cum quibus dicat non esse ex scriptura disputandum. Sed de hoc, in medio contextu Tertullianum ipsum loquentem audiamus. cum dixisset non admittendos esse hæreticos ad illā de scripturis disputationē, ne uideretur hoc generaliter de quibusuis hæreticis dixisse, addit: Ista hæresis non recipit quasdam scripturas: & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuerit: & si recipit, non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Et infert, Quid promouebis exercitatissime scripturarū, cum si quid defendis, negetur ex diuerso: si quid negaueris, defendatur! Concludit itaq;: Ergo nō ad scripturas prouocandum est, nec in his constituendum certamen, quibus aut nulla aut incerta uictoria est, aut parum certa. Ex his euidenter apparet, Asotum Tertullianī locum aut non intellexisse: aut si intellexerit, contra authoris mentem studio deprauasse. Non enim generaliter loquit, sed de certa quadam hæresi, sicut aperte dicit: Ista hæresis non recipit quasdam scripturas: & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuerit: & si recipit, non recipit integras, &c. Loquitur ergo de illis hæreticis qui scripturas nō recipiūt. cum his frustra ex sacris scripturis disputatur. Ut maximē enim ex ijs aliquid probet, diuersò ab illis negatur. Ergo, inquit, non ad scripturas prouocandū est, cum scilicet agitur contra eiusmodi hæreticos.

Institutū tuū erat Asote æquare, imò præferre traditiones non scriptas sacre scripture: & fidei controversias nō posse ex ea definiri, quia obscuræ essent & ambiguæ. Ideo ad traditiones non scriptas successionē Ecclesiæ & Episcoporum ordinariam, atq; uiuos Patres, hoc est, tuos Episcopos esse configiendum, & non ad scripturas prouocādum, nec in eis cum hæreticis certamen constituendum. Idq; authoritate Tertullianī probare conabar. Sed quo consilio hunc locum Asotus adduxerit, facile est uide. Nouit plurima esse in ecclesia Romana, que sacre scripture authori-

tate defendi non possunt. Quod si iam in certaminib. nostris mutuis ad illas puocetur, sciat se suamq; ecclesiā causa cecidisse, sicut in loco illustri & frequēti cōcione à quodā ipsorū nō infimae sortis homine, fortē Asoto auctore & logodēdalo sermonis illius, publicē dictū est, nō cōcedendū esse nobis, ut ad sacræ scripture regulā omnia ipsorū examinēt, alias de tota sua religione actū esse. Ideo ad traditiones nō scriptas, ad successionē loci, & concilia semper prouocant: quam quinō in omnib. sine discriminē rectiant, esse hæreticos, nec audiendos, cū ad scripturā puocant: neq; ex ijs cū eis disputandū, quia non intelligāt, nec ad nos pertineant: sed statim ut hæreticos anathematizandos & cōburendos. Hæc uetus est uestra, Aso-te, cantilena: hæc eadē semper oberratis chorda: etiā in cōcilijs & publicis disputationib. hoc obseruandū existimatis, ut & facitis. Siccine bone uit agitur, ut omnes qui scripturā amplectunt, & ad eam puocant tanq; sum mūm in cōtrouersijs iudicem, hæretici tibi uideantur: Hoc modo hæreticus erit Augustinus, hæreticus erit & Chrysostomus, imò Paulus, deniq; Christus ipse, qui hoc idem factitatū, & nobis quoq; faciendū uerbis & iatis docuerunt. Hæc ne hæreticorum nota erit: Pudeat te cum tua traditionaria, impudente, & cruenta Ecclesia. Et quale uelutrum fundamētum: traditiones nō scriptæ, concilia, & similes nugæ, quæ sunt certissima fun-damenta fidei Ecclesiæ Asoticae: Hæc ne illa catholica Ecclesia: Sed hoc est, quod Dominus cōqueritur: Duo mala fecit populus meus: Me dere-liquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ cōtinere non ualent aquas.

ANNOTATA IN CAPVT XLII:

Hoc capite scripture testimonijs, quæ Brentius pro scripture sacra attulit, Patrum aliquot sententias de eiusdem obscuritate opponit. Et primum obscuritatem scripture à Brentio, qui obscuritatem oppugnet, maximē confirmari dicit. Quia imperitis, impijs, & incredulis maximam partem obscuram esse afferat. Pijs uero, & Spiritu Christi donatis præci-pua capita doctrinæ Christianæ ita manifesta esse affirmet, ut de eis aude-rent etiam cum Satana decertare. Hoc modo scilicet Brentius scripture obscuritatem, quam impugnat, maximē confirmauit. An hunc hominem satis mentis compotem esse dicas, qui certè nec quid pro se, neque quid contra se faciat intelligit? Scripture sacre impijs & incredulis, atque imperitis sunt obscure: Ergo, per se sunt obscure. Quis nisi Spiritu uertiginis agitatus, ita argumentabitur, Cęcus in meridie, splenden-te sole, nihil uidet: Ergo sol est obscurus. Non dissimile huic est alterum: Pijs & spiritu Christi donatis præcipua capita doctrinæ Christianæ ad salutem necessaria, sunt manifesta: quedam uero, quibus non impediuntur à uita & salute eterna ignorant. Ergo sacra scripture est obscura. Sed Asoto quidlibet ex quolibet sequitur: quia Oxonij in Anglia professor est Theologię & fortissimus Hercules, ad oppugnandos omnes hæreticos Lutheranos scriptis prolixis libris, eisdemq; probatis, non scriptis tradicionibus. Deinde pro sua authoritate planè magistrali ad scripture testi-monia de scripture perspicuitate allata, qualia sunt: Lex Domini immacu-lata, &c. Lucerna pedibus meis uerbū tuum Domine. Et illud Petri, Ha-bemus firmiorem Propheticum sermonem, hoc modo respondit, Hęc o-mnia uerba nos non negamus de scripture accipi posse, quamuis de pre-dicatione & non tantum scriptis uerbis ea etiam accipiamus.

Heus tu Asote, quis tu es: quo iure dicis, Non negamus posse accipi de scripture: Nos uero te etiam authore uel in uito afferimus hęc iam enu-merata testimonia nō tantum posse, sed etiam debere accipi de scripture:

& quidem de sola scriptura sacra, & nullo modo etiam (ut tu nugaris) de non scriptis traditionibus. Hæc enim de uerbis & lege ueteris Testamenti, ac Prophetarum oraculis loquuntur. Concessisti autem supra legem & uetus Testamentum nullas habuisse traditiones non scriptas, sed omnia fuisse scripta. Cum igitur nullæ fuerint in ueteri Testamento traditio[n]es, sed omnia descripta, quomodo hæc etiam de non scriptis traditionibus, quæ nullæ fuere, possunt accipi? Vide obsecro quanto studio ubiq[ue] scripturæ suas non scriptas traditiunculas conetur assuere. manifesta ergo tua h[ic] horum testimoniorum depræhenditur corruptela.

Quod uero opposit[us] sacre scripture manifestis testimonijs de eius perspicuitate, alia quædam, quæ in specie uidentur pugnare ex Patribus, satis declarat, se ex sacra scripture suum institutum probare non posse, quod uidelicer sit obscura. Et possumus nos nostro uti iure: & si essent, quæ admodum arbitrat[us] Asotus, Patru[m] testimonia contraria ihs, quæ ex sacra scripture sunt de prompta, repudiaremus. Omnis em̄ authoritas humana cedit scripture maiestati: idq[ue] bona ipsorū patru[m] uenia. Sic em̄ scribit Augustinus:

August. epistola cxi.

Neq[ue] em̄ quorūlibet disputationes quamuis catholicorū & laudatorū hominū uelut scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis nō liceat falsa honorificentia, quæ illis debetur hominibus aliquid in eoru[m] scriptis improbare, atq[ue] respuere, si forte inuenierimus quod aliter senserint quam ueritas habet, diuino auctorito[u] uel ab ihs intellecta, uel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellectores meorum.

Idem epist. cxii.

Nolo autoritatē meam sequaris, ut ideo putas tibi aliquid necesse esse credere quoniā à me dicit[ur]: sed aut scripturis canoniciis credas, &c. Ibidē: Sed si diuinariū scripturarū, earum scilicet quæ Canonice nominant[ur] in eccl[esi]a perspicua firmatur autoritate, sine ulla dubitatiōe credendum est. Alijs uero testibus uel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere, uel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem ad faciendam fidem uel habere uel non habere perpenderis.

Idem contra Faust. Manich. lib. xi. cap. v.

Qui (libri) nō præcipiendi autoritatē, sed proficiendi exercitatione scribunt[ur] à nobis. Quod genus literarum nō cum credendi necessitate, sed cum libertate iudicādi legendū est. Distincta est à posteriorū libris excellētia canonice authoritatis ueteris & noui Testamenti. Sed nullo modo illi sacratissimę canoniarum scripturarum coequant[ur]. Etiam in quibuscumq[ue] eorum inuenitur eadem ueritas, longē tamen est impar autoritas. Tamen liberum ibi habet lector auditōrū iudicium, quo uel approbet quod placuerit, uel improbet quod offenderit. Si cui dispuicuerit, aut credere noluerit, non repræhenditur. In illa non licet dubitare quod uerum sit.

Scias ergo Asote, nos non illorum teneri autoritatē, nec ipsorū scripta sine discrimine recipere. Hieronymi igitur locus quem adserit de epistola Pauli ad Romanos, quod tantis obscuritatibus inuoluta sit, ut ad intellegendum eam Sp[iritu] sancti indigeamus auxilio, nihil pugnat. Afirmat enim id, quod nos semper diximus, scripturas obscuras esse ihs qui Sp[iritu] sancto destituuntur: ihs uero qui eo sunt illuminati, non itidem. Ita hoc loco dicit, epistolam Pauli non posse sine Sp[iritu] sancto intelligi, sed ad eius intellectum nos eius auxilio indigere. Verum certe est, hominem animalem non percipere ea quæ ibi tractantur de peccato, gratia, iusticia, sine operibus legis, fide, reliquijs peccati in renatis, & iuxta cum iisdem: item de electione, & prædestinatione, &c. Stulticia

356

enim sunt ei, nec potest intelligere. Quid si uero epistola Pauli ad Romanos scripta, magis perspicua esset rustico & uerò acne literas quidem scienti, sed piè & uerè in Christum credenti, quam omnibus Asoticis Prelatis? Quae hinc exclamaciones de nostris absurditatibus in uobis non excitarentur? Sed uestros sycophanticos clamores nō moramur. Nos cum de perspicuitate scripturæ loquimur, non dicitur (quod saepe ostendimus) genus sermonis in scriptura cuius notū esse: quod & scriptores ipsi Ecclesiastici fatentur. Sed affirmamus res ipsas ad salutem cognitu necessarias, non solum habere perspicua testimonia in scriptis Propheticis & Apostolicis, uerum etiam eos cuius pio Christiano, Spiritu Christi donato (nemo enim est Christi nisi habeat Spiritum eius) tam cognitas, tam perspectas esse, ut malit sanguinem suum profundere, quam Papisticis Prælatis eas anathematizantibus subscribere, & unā cum ipsis satanę mancipari. Necq; ideo Brentio imperiti erūt Patres, sicut Asotus calumniatur. Manifestè enim distinguit inter impios & pios, incredulos & credentes, carentes Spiritu sancto & eo donatos. Illis obscurā scripturā affirmat: his uerè perspicuam. Quod ut intelligat, & ne non necessaria certamina fulciantur, addit Brentius: Deinde nō dicimus omnia loca scripture esse nobis perspicua: sed res ad æternam salutem cognitu necessarias habere in sacris literis firma, perspicua, & aperta testimonia: quibus tantra fides adhibenda est, ut ne angelo quidem aliud prædicanti credendum esset, quibus etiam alia quæ uidentur obscuræ scripturæ loca explicantur, & illustrantur. Nam si quid in ea reliquum est obscuritatis, hoc aut ignoratum nō damnat, aut explicatum non plurimū iuuat. Haec tenus Brentius. Quod si dicunt, & uolunt Patres, quod hic Brentius fatetur: quid opus erat hoc certamine, & tanta plixitate, tot clamoribus: utpote, quod Asotus uociferatur amens, contra suum institutum, contendendi & dissentiendo studio. igitur dicamus illi aperte, quæ citat de scripturæ splendore, & perspicuitate pījs & humilibus, nostra confirmant, qui non dicimus, omnia in scriptura obscura esse, sed quam plurima manifesta, & quidem quæ maxime ad salutem pertinent, &c. Quod si hæc est sententia Asoti, quam uerba præse ferunt (cum loquatur de pījs quemadmodum Brentius) certè hoc loco absq; antagonistista pugnat, frustra desudat, & aera uerberat. Verū hoc ipsum alibi, ut superius auditū est, impugnat scripturas obscuras, & ambiguas atq; dubias esse: ideo ad traditiones, que sint planiores, alegat. Ideo ex scriptura fidei ambigua definiri posse negat. Ut hoc modo sibi pī pulchrè contradicat insignis iste disputator, & Professor theologiae. Tandem addit Asotus, quod pīj & humiles, quibus plurima sunt manifesta, & quidem quæ maximè ad salutē pertinēt, inquisitione, interrogando, & à Deo instanter orando ad intellectum eorum, quæ nō intelligūt peruenire, uel expectent sibi in posterū reuelari. Ex hac uero Asoti confessione de sacræ scripturæ perspicuitate, quod plurima sint manifesta, & quidem quæ maxime pertinent ad salutem: & si sint etiam obscura, non pauciora tamen ijs à salute sua fideles non impediri: imò eos etiam posse ad intellectum eorum quæ adhuc ignorant, peruenire, inquisitione scripture, lectione & coratione: nos multo rectius contra hoc totum Asoti propositum, de quo hoc toto loco agit, concludere possumus, si etiam propria aduersarij confessione tanta inest scripture perspicuitas, ut plurima in ea sint manifesta, & quidem maximè ea, quæ adsalutem pertinent: ergo etiam ex ijsdem sacræ literis, cum de earum autore certo constet, & adeò sint perspicuae, ea uero quæ ignorantur, his medijs inquiri possint, fidei dubia possunt & debent dñadicari: nec opus erit illis dubijs, & incertis traditionibus. Et probo ex uerbis aduersarij. Hinc enim bona consequentia sequitur:

sequitur: Si omnia quae ad salutem pertinent, sunt manifesta in sacra scriptura: maximè autem ad salutem pertinet, ut in uaria opinionum & sententiarum diuersitate aliquid certi, & quod uerum est, atque ad salutem eternam necessarium eligamus, ne omnuento doctrinarum agitemur & fluctuemus, nam qui de sua fide incertus est ac dubius, & ambigit, incredulus est. Hoc autem ex sacra scriptura, quae est manifesta, maxime in ijs, quae ad salutem pertinent, consequi possumus: ergo ex eadem fidei dubia dijudicanda. Et quid n*isi*? Haec enim unica est regula fideli, ad quam omnia dogmata sunt examinanda, teste Paulo, Omnis prophetia sit analoga fidei. Hoc etiam Patrum scripta testantur. Postremò ex Augustino locum de profunditate sacrarum literarum adducit, inquiens, se quotidie in eis proficere: & addit, non quo ad ea quae necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate: sed cum quaque ibi fidem tenuerit, sine qua recte & non uiuitur, tam multa tamque multiplicibus mysteriis, umbraculis opaca, intelligēda proficientibus restant, &c. Fatetur nōrum obscura, neque difficultia esse quae saluti sunt necessaria, & non magna difficultate ad ea perueniatur. Sed deinde dicit, tantam inesse scripturam profunditatem, ut per omnem uitam summa diligentia exhausta non possint. Non dicit tantam obscuritatem, & profunditatem Christianarum literarum. Et quidem facile huic Augustini sententiae subscribimus. Constitutum enim in ijs diuinam, & ideo inexhaustam sapientiam contineri, que in hac uita à nullo homine possit exhausta. Sed ingens est discrimen inter obscuritatem & profunditatem. Multi reperiunt fontes inexhausti, & profundissimi, qui tamen ut maximè exhausti non possunt, tamen sunt limpidae, & ualde perspicui, ac dulcissimi: maximè si accedit aduenticia, lumen, turbulenta, & cœnosa aqua. Ita sacre literæ inexhaustæ sunt, obscuræ autem non ita sunt, ut per Spiritum sanctum illuminari non possint. Hoc etiam facile concesserimus, Augustinum recte fateri, se non omnia scire, sed adhuc multa ipsum latere. Et quatenus scripturam obscuram esse negamus, cum hoc capite, tum præcedenti satis est dictum. Quomodo igitur Asotus concludit, haec Augustini modestia & ueritatis uerba apertissime Brentium falsitatis & immodestia cōdemnare? Hoc multo uerius dicere possumus, hinc apparere, que impudens sit Asotus, quād contentionis cupidus & uanus. Sed recte & suo more agit. Nam qui semel uerecundia fuisse transgressus est, eum oportet gnauiter esse impudentem.

ANNOTATA IN CAP. XLIII.

Multa hic recenset Brentij, de diuersitate expositionū Patrum, & erroribus conciliorū, de quibus se superius respondisse dicit: partim etiā se plura postea additū, quibus falsissimè ea à Brētio dicta esse ostensurum pollicetur. Sed quod ad ea responderit superius, non memini: quid in sequentibus sit ad ea dicturus, ubi audierimus, uidebimus. quantum uero intelligo, eo consilio hec ab Asoto dicuntur, ut cum responderem non possem, ne tamen penitus ea præterire videatur, illorum obiter mentionem facit, responsa differens, ut hoc modo lectorem non satis attentum, ab eis abducatur. Colligere autem se somniat ex sententia Brentij, quod sibi non constet, cō quod scripturæ esse manifesta, & non obscuræ dixerit, nisi imperitis: & tamen reprehendat Patres, que illorū interpretatio pugnet, & sit diuersa. Ergo, inquit, aut oēs Patres erāt imperiti, aut scriptura in se de difficultate intellexerū. Quomodo ea, que descripturæ perspicuitate dicta sunt, accipi debeat, præcedēti capite ex uerbis Brentij, que recitauimus, facile intelligi potest. Non dicimus omnia loca scripture nobis esse perspicua: sed res ad eternā nostrā salutē necessarias habere in sacris literis certa, firma, aperta, & perspicua testimonia. Quid igitur Patrū diuersas & pugnates interpre-

tationes

tationes quorundam scripturæ locorum adduxit. Hinc manifestum est, quod Brentius non aliter de Patrum imperitia loquatur, quam quemadmodum ipsi se imperitos fatentur. neq; hoc scripture perspicuitati obstat. Diserte enim addit, Non omnia scripturæ loca, quod ad phrasin & genus dicendi vel loquutiones attinet, ut Augustinus loquitur, esse perspicua: sed res ad salutem necessarias, certa habere, firma & perspicua testimonia. Verum hoc ipsum alio & simili modo probare conatur, Brentium sibi ipsi esse contrarium, cum dicat præcipua capita doctrinæ Christianæ nota & manifesta esse, uidelicet Decalogum, Symbolum Apostolorum, Orationem Dominicam, & sacramenta: ubi uide, ait, Asotus ut sibi cōtradicat. Si Decalogus est apertus, quomodo circa primum & ultimum præceptū de unius Dei dilectione, & prohibita concupiscentia, clamant errasse longo tempore omnes doctores in Ecclesia, & ex illis probari afferunt concupiscentię motus peccata esse dānabilita, cōtra hæc præcepta: atq; ppter ea manere peccatum originale in baptisatis, cōtra Patres omnes clamat: Item hūc esse errorem perniciosorem, q; vulgus hominū iudicat. Vulgus itaque sumus illis catholici omnes. Quomodo igitur obscurus non est Decalogus, circa cuius intellectum omnes alios reprehendunt? Hactenus Asotus. Egregius igitur Asotus est antilogiarum collector, & perspicacissimus alienorum scriptorum iudex. Quid te tantum theologie professore ita ineptire iuvat? Candor & ueritatis studium te decebat: nunc uero causul potius usum est huic homini, quia scilicet facilius esse uidetur aliena quocunq; modo impugnare, quam sua defendere. Et quia exempla de rebus controversis affert, nostra de ijs sententia est exponenda: ne si silentio præteriremus, ea probare uideremur. Ita autem argutatur: Multi, uestro etiam iudicio, errauerunt in enarratione & intellectu Decalogi: Ergo non est manifestus. Non sequitur. Cum enim manifestus esse dicitur, de ijs est intelligendum, quemadmodum & supra dictum est, qui Spiritu sancto prædicti sunt, & se gubernari patiunt & doceri ex scriptura sacra. Etsi enim pleraq; hæc præcepta aliquo modo natura nota sunt: tamen tanta est naturæ depravatio, ut non solum præstare non possit Decalogi præcepta, uerum etiam corruptionem suam non uere agnoscat. Quod & Paulus testatur, Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentia nesciebam, nisi lex dixisset. Non concupisces. Prohibetur itaq; concupiscentia, appetitio, & cupiditas, hoc est, affectus inordinatus, & auersus à Deo, atq; eius uoluntate: qui licet ita carni semper inhæreat, ut non nisi morte extinguita possit auelli: tamen adeò occulte in latebris humani cordis latet, ut nullus hominū, nisi lege Dei excitatus (teste Paulo) & occasionibus quibusdam irritatus, agnoscat.

Vnde Hieremias ait, prauum esse cor hominis, & imperscrutabile. Item David, Ab occultis meis munda me. Quare mirum non est, à plerisq; hoc loco aberratum esse, cum naturam à Deo conditam non distinguerent à uicio, & depravatione, quæ aliunde per peccatum accesserit: sed peccatum originis penitus in baptismō tolli, ut hic Asotus nugatur. Deinde naturalia esse integra statuerent: & hanc concupiscentiam omnibus etiam renatis inesse, ideoq; naturalem, & non peccatum esse iudicarent. Et non considerarent scripturæ testimonia, quæ diserte testantur, concupiscentiam esse peccatum.

Quod uero longo tempore Doctores nonnullos circa intellectū huius præcepti de concupiscentia, & peccato reliquo in renatis errasse dicimus, id contra omnes Patres nos clamare Asotus afferit. In hoc plane suo more agit, hac namq; ratione nos suspectos reddere conatur de nouitate, sicut dicit hic: Vos noui omnes Doctores: qualia consensu ueteris ecclesiae discedet.

discedamus, ac totam ecclesiam omnium temporum damnemus. Quam
verò falso & mendaciter hoc dicat, declarandum est. Nos aperte dicimus,
& concupiscentiam peccatum esse, & eam post baptismum etiam in san-
ctis & regeneratis manere. Duo autem sunt in peccato originis conside-
randa; ipse moribus, & corruptio naturae propter inobedientiam primorum
parentum, per quam amiserunt imaginem Dei, ad quam initio conditi
erant, in agnitione Dei, sanctitate, iusticia, ornatii Spiritu sancto, timore
Dei, dilectione, & obedientia perfecta. In quorum locum successerunt, in
mente cæcitas, incredulitas, ignoratio Dei, auersio in uoluntate, securitas,
& in omnibus membris contumacia aduersus Deum, & eius mandata. Quia
homo amissus Spiritu sancto factus est mancipium diaboli, à quo captiuus
ducitur ad omnem eius uoluntatem. Hæc est naturæ corruptio, quæ non
est ita facta, ut uires hominis integræ manserint, & accesserit corruptio tā-
quam accidens quoddam separabile: sed hominem totum inuasit, ut fa-
cta sit eius natura, nec possit amplius ex hac natura, hoc est intellectu, seu
mente & uoluntate hominis, donec in hac carne mortali uiuit, euelli.

Hæc materia est, & ut Dialectici loquuntur, fundamentum peccati ori-
ginalis. Alterum quod in peccato originali considerari debet, est reatus,
quod homo propter illud peccatum originis reus est iræ Dei, & obnoxii
us morti æternæ, & tyrannidi satanæ. & hoc uocant Dialectici terminū.
Iam itaq; dicimus, In Baptismo remitti peccatum originis, quomodo? Certe
caro non mutatur in spiritum, nec tollitur re ipsa ex natura hominis pecca-
tum, sed manet etiam in renatis, sicut Paulus grauissimus & uerissimus te-
stis, ad Rom. 7. cap. prolixè probat. Sed reatus ille tollitur, hoc est, quod ut
maxime hæreat in natura nostra peccatum, & propter illud rei simus iræ
Dei, & obnoxii morti æternæ: tamen non damnamur propter illud, sicut
idem author est. Nulla igitur iam damnatio his qui sunt in Christo Iesu, Rom. 8.
Non dicit nullum peccatum, hoc enim perpetuò dum in hac carne uiui-
mus, usq; ad mortem corporis, manet: sed remissum est, & tectum. Ideò di-
cit, Nulla damnatio. Et datur Spiritus sanctus renatis, quo concupiscenti
as carnis cohæret, crucifigunt, & mortificant. Hanc concupiscentiam re-
liquam in renatis peccatum esse idem Paulus testatur, Rom. 7. Ego autem
carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo.
Non enim quod uolo bonum hoc ago, sed quod odio malum illud facio.
Si autem quod nolo illud facio, cōsentio legi quoniam bona est. Nunc au-
tem non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. scio em̄
quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Non quod uolo bo-
num, hoc facio: sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo hoc
facio, iam non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum. Loqui Rom. 7.
autem Paulus non de impijs in sua persona: sed de se iam renato, qui o-
derit peccatum, condelectetur lege Dei, repugnet peccato, & luctetur,
ac intelligat se impediri malo isto concupiscentiae reliqua in sua carne,
quo minus perfectam possit legi Dei præstare obedientiam. Id malum non
est indifferens. Sed peccatum ab ipso dicitur aliquoties. Nec tantum nomen
est peccatum: sed quia peccato facta sit, quemadmodum scriptura manus
dicitur, quod manu facta sit, sed etiam rem ipsam. Quia repugnet legi
Dei, &c. Est autem autem peccatum omne id quod cum lege Dei pu-
gnat. Et cum omnes animæ nostræ partes ita occupatas esse deceat amo-
re Dei, ut Deum diligamus ex toto corde, tota mente, anima & omnibus
uiribus: certum est eos præcepto Dei non satisfacere, qui uel leuiculam
cogitationem corde recipiunt, uel ullam omnino cogitationem animo
admittunt, quæ eos ab amore Dei in uanitatem abducat. Hæc enim sunt
animæ

animæ facultates motionibus affici, sensu apprehendere, mente cōcipere. Ita scripturæ testimonij, & ex lege manifeste probatum est, concupiscentiam reliquam in renatis post baptismum, esse peccatum, sua natura.

Porrò cum dicat hoc nos clamare contra omnes Patres, iam testimonia Augustini, qui unus est instar omnium, hac de re audiamus, ut Aſotí uanitas depræhendatur. Is itaq; ait:

De nupt. & concupis. lib. I. cap. xxv.

Concupiscentia carnis dimittitur in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur. Quamuis autem reatu iam soluitur, manet tamen, donec sanetur omnis infirmitas nostra.

Ibidem, cap. 26.

In eis ergo qui regenerantur in Christo, cum remissionem accipiunt prorsus omnium peccatorum, utiq; necesse est ut reatus etiam huius licet adhuc manentis concupiscentiæ, remittatur, ut in peccatum, sicut dixi, non imputetur.

Ibidem, cap. 27.

Hoc est enim non habere peccatum, reum non esse peccati. Sic itaq; fieri econtrario potest, ut etiam illud maneat actu, prætereat reatu.

Idem, lib. II. contra Iul. Pelag.

Lex ista peccati & remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali. Remissa scilicet, quia reatus solutus est in sacramento, quo regenerantur fideles: manet autem, quia operatur desideria contra quæ dicimant fideles. Item: Lex itaq; peccati, quæ in tanti quoq; Apostoli membris erat, remittitur à baptisate, non finitur.

Item, Legem peccati, cuius manentis solutus est reatus in baptismo, Ambrosius uocauit iniuriam: quia iniustum est ut caro concupiscat aduersus spiritum.

Idem Aug. contra Iul. Pelag. lib. IIII.

Sicut cęcitas cordis, & peccatum est quo in Deum non creditur, & pena peccati, qua cor superbum digna animaduersione punitur, & causa peccati cum aliquid cæci cordis errore committitur: ita cōcupiscentia carnis aduersus quam bonus concupisces spiritus, & peccatum est, quia illi inest inobedientia contra dominatum mentis: & pena peccati, quia redditus est meritis inobedientiæ: & causa peccati, definitione consentientis uel cōtagione nascentis.

Idem Tract. 41. in Ioannem.

Si carne seruis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus, nō regnet peccatum in mortali uestro corpore, &c. Non ait, Non sit: sed, Nō regnet. Quādiu uiuīs, peccatum necesse est esse in membris tuis: saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet. Surgit ira, nolī dare ire lingua ad maledictionem, nolī dare ire manū aut pedem ad feriēdum. Non surgeret ira ista irrationabilis, nūlī peccatum esset in membris. Hactenus Augustinus. Apparet itaque ex his Augustini testimonij, licet aliás infirmitatem uocet tantum, & morbum, aliás ita peccatum dīci, quia peccato facta sit concupiscentia: tamen non hoc tantum modo & impropriè peccatum dīci, quia uel peccato facta sit, uel pena, aut etiam causa peccati: sed etiam proprie peccatum dīci, quod peccati rem & naturam habeat, quia illi insit inobedientia.

Basil. lib. de Virg.

Quapropter etiam in ipsa cogitatione peccata non simpliciter, ueluti imaginationes, sed uelut opera in anima fientia, merito iudicantur.

Hilar.

Hilar. enarrat. in primum Psal.

Beatus ergo uir est qui in hoc impiorū consilium eundi non admiserit
voluntatem. Quia quæ impia sunt, uel cogitasse iam crimen est,

Idem in Psal. 65. in fine.

Nec sufficit nō egisse aliquid impiū, si mente cogitatimur impietas. Quid
tibi iam uidetur, amice lector, de Asoto, qui negat concupiscentiæ motus
peccata esse damnabilia sua natura contra præcepta Dei? Negat & in ba-
ptisatis manere peccatum originale, idēq; nos contra omnes Patres cla-
mare ait.

Ita autem calumniari pergit: Brētius de symbolo Apostolico ait, quod
omnes articulos fidei continet, & uniuersam Euangelię doctrinā, & quod
habent singuli articuli in scriptura aperta, certa, clara & perspicua testimo-
nia. Cur igitur tot exortæ sunt contra fidei articulos hæreses, si non sunt
dubia & obscura? Multa & uaria sunt exorta certamina & dubitationes
de Deo, An sit Deus. Epicurei enim negat, Dixit impius in corde suo, nō
est Deus: Academicī uero dubitant. ergo incertum est, & dubitandum aut
saltem obscurū, An sit Deus. Ita de reliquis omnibus articulis, aut omnino
sunt negati, aut saltem disputatum: ergo nihil est certi. Multi dubitant de
Christo, num sit filius Dei, & uerus ac promissus Messias. Ergo dubiū est,
& incertum, Num Christus sit filius Dei, & Messias? Multi dubitāt, etiam
de ipsa sacra scriptura, & religione Christiana, num sola uera sit, & diuinis-
tus tradita: ergo sunt incerta. Quid quælo hæc theologia ab Academicō-
rum philosophia distabit? Respondeo autem ad argumentū Asotij, subin-
dein hoc cap. repetitum, ortæ sunt dubitationes, & quæstiones de parti-
bus illis Christianæ doctrinæ, sicut per partes enumerantur. Ergo omnes
illæ partes doctrinæ Christianæ sunt obscuræ, & non habent certa & per-
spicua scripturæ testimonia: quod hæc omnia uerissima sint, & indubita-
ta, quod ad omnes Asoticos attinet, nec est quod ea de re multis disputet.
Concedimus enim, quia res ipsa loquitur, nec uerbis opus est. Pīs uero &
credentibus certa sunt, & perspicua. Nec est quod Sote nobiscum ea de
re disputes: ad te enim hæc amplius non pertinent. Molestum est toties
eadem repeterere, Asotum ipsa cæcitate cæciorem, & surditate magis surdū
arbitror. Non enim omnia aperta esse, & nihil obscuri in eis dicit Brentius. Ecce recitat & repetit Asotus uerba Brentij, In symbolo Apostolico
omnes articulos fidei contineri, & uniuersam Euāgelij doctrinā, & quod
singuli articuli fidei in scriptura aperta, certa, clara & perspicua testimonia
habeant. Quid horum negas? Non eò dementia te deuenisse arbitrör, A-
sote, ut uel in symbolo Apostolico omnes fidei articulos contineri, & uni-
uersam Euangelię doctrinam neges; uel singulos fidei articulos in scriptu-
ra clara & perspicua testimonia habere non concedas? Non dicit autem
Brentius, omnia & singula scripturæ testimonia esse aperta, & nullum ob-
scurum de ijs articulis. Et ut maximè hoc diceret, tamen inde non seque-
retur, Ergo nullæ potuerunt oriri hæreses. Quia primum, nō sunt omnia
omnibus perspicua, sed alijs plura, alijs pauciora. Et multi obstinati, à sa-
thana dementati, contra conscientiam agnitam ueritatem impugnant.
Impius uero non uidet gloriam Dei, & animalis homo non percipit ea
quæ sunt spiritus. Quod uero addit, declarationem Patribus usam esse
necessariam, concedimus: sed illa ipsa declaratio unde sumpta est: nō
ne ex sacra scriptura? Non enim ideo accipimus eam, quia in synodo fa-
cta à Patribus, sed quia ex scriptura. Et illud ipsum uocabulum Homou-
tion, licet in scriptura non sit, tamen res ipsa illic habetur. Nec tam uo-
cabulum fugiebat hæretici, quam rem & uim in eo latentem, quæ ipisis

horribilis erat. Sed hæc, quemadmodum Asotus, omittamus. Etsi enim prolixè recitauerit, tamen non uult pugnare: sed omittere, & alia maioris momenti, & ad rem facientia afferre. Ea, inquit, quæ uos noui omnes doctores mouetis circa uerba, Credo ecclesiam sanctam, contra ecclesiam, & Romani pontificis primatum, similiter de remissione peccatorum, bonisq; operibus & mercede uitæ æternæ, docetis: omnes eos qui uos audiunt, turbant, & confundunt, ut non possint non esse dubia & obscura. Respondeo aperte, Culpa certè non est in Symbolum apostolicum referenda. Clara enim & perspicua sunt uerba, & in scriptura manifestè eorum testimonia continentur, Illam esse ecclesiam sanctam, quæ ex uerbo Dei per spiritū sanctum in baptismo est regenerata, credens in Christum, qui factus est uictima pro peccatis nostris, placans nos patri. Hac fide, id est fiducia, accipit remissionem peccatorum. Dicit enim, Credo remissionem peccatorum. Credo, non dubito. Si remissio est peccatorum, non est merces, sed donum, uita æterna. Si ex fide, iam non ex operibus. Hæc certe neq; obscura sunt, neq; dubia: sed certa, & perspicua, & habent manifesta testimonia scripturæ, tam in Propheticis quam Apostolicis scriptis. Suffragantur etiam nobis Patrum testimonia. Quare nō reprehendimus catholicorum omnium sententiam. Nisi catholicos uoces, te tuicq; similes, Romani Pontificis satellites, & parasitos: hos reprehendimus, & uobis ista obscura esse minimè dubitamus. Ethoc ipsum publicè de uobis testificamur: quod etiam pro tribunali, si eo uentum fuerit, faciemus. Nec est quod toties uerbis protesteris, etiam iniurato hac in re tibi, cui tamè alias multum non est credendum, fidem habebimus. Hæ res longè supra capitum rationis humanæ sunt positæ. Errant igitur omnes qui non sequuntur sacram scripturam. Et illud ipsum uocabulum, Catholica, arguit uos omnes, uestramq; ecclesiam Romanam, non esse illam sanctam ecclesiam, cuius mentio sit in Symbolo Apostolorum. Quod ad auditores nostros attinet, quos cauillatur Sotus ex nostra doctrina reddi dubios & incertos, id manifestè falsum est. Et uobis conuenit dubitationis doctrina, qui eam defenditis insuper. Et quid est q; in nobis eam reprehendis, si maximè tales haberemus discipulos? Nostrí uero certi de salute sua & uita æterna reduntur, & Deo gratias agunt: cum uestri dubitent, & postremò desperent. De orationis Dominicæ obscuritate miror quod nihil afferat, cum hæc quatuor doctrinæ Christianæ capita obscura esse uelit, cur id omittit? An quia uiderat, statim initio damnari invocationem sanctorum, cum Christus docuerit discipulos in oratione Dominicæ compellare Patrem celestem, & non matrem. Si uultis, inquiens, orare, dicate, Pater noster, & non mater nostra. Non ait, Dicite Sancte Petre, Sancta Maria de Laureto, &c.

Cum non minus dubitent Cacolyci de remissione peccatorum que petitur, quam de sancta Romana ecclesia, & videatur astruere meritum. Sie nobis remitte debita nostra, quemadmodum & nos remittimus. Ergo nostro opere remissionis, meremur remissionem peccatorum. Item uidetur à nouatoribus istis additum in fine, Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in sæcula sæculorum. ergo ueteres non rectè orauerunt orationem Dominicam: ergo tot Patres, ecclesia tota errauit, non sic orans, &c.

Postremò quartum caput doctrinæ Christianæ, de sacramentis, obscurum esse ait, uerba Brentij referens: Sed quod circa sacramenta dicit, maxime miramur, quod scilicet duo à Christo sunt instituta, Baptismus & Cœna Domini, & hæc nihil habeant obscuritatis, &c. Vbi nos, inquit A. sotus, econtra dicimus, non duo tantum, sed septem esse sacramenta, quæ ecclesia omnis docet, quæ ab omnibus certa fide agnoscenda sunt. Ea omnia, ritusq; & ceremonias, quibus tradunt, ab antiquis Patribus cognita fuille,

suisse, & tradita ab Apostolis. Quia ergo temeritate Brentius clamat, certa esse quæ ille iudicat certa, non tantum contra omnes theologos trecentorum proximorum annorum, sed contra antiquissimos etiam Apostolis proximos. Si sacramentum propriè accipiatur pro ritu, & cæremonia, uel sacra actione in prædicatione Christi instituta, quæ constet uerbo Dei, & elemento, ut sit testimonium, pignus & sigillum promissæ reconciliacionis & gratiæ Dei per Christum exhibitæ: tunc certè plura quam duo agnoscere non possumus, tunc certè duo tantum numerabimus, baptismum, & cœnam Domini. Si uero generaliter pro omni opere à Deo præcepto, cui addita est promissio aliqua, tunc non septem tantum, sed multo plura erunt sacramenta, Oratio, patientia, eleemosynæ, cōdonatio iniuriarum. Quod uero dicit, Nos econtra non duo tantum, sed septem esse sacramenta quæ ecclesia omnis docet: item, Quia ergo temeritate Brentius clamat certa esse, quæ ille iudicat certa contra antiquissimos etiam Apostolis proximos: mirari non satis possum non modò temeritatem, quam iste Brentio ascribit, sed impudentiam huius hominis. Quasi uero totus mundus cæcus esset, & omnis antiquitatis nos ignari, cum & duo tantum numerent, & Tertullianus, qui uicinissimus fuit Apostolorum temporibus, & Augustinus, summus & Theologus & doctor ecclesiæ, adeoç lumen totius ecclesiæ post Apostolos.

Tertull. lib. 111. aduersus Marcionem.

Aut si omnino negas permitti diuortium à Christo, quomodo tunc nuptias dirimis, nec coniungens marem & foeminam, nec alibi coniunctos ad sacramentum baptismatis & eucharistiae admittens, nisi inter se coniurauerint aduersus fructum nuptiarum, ut aduersus ipsum creatorem. Hic certè duo tantum sacramenta usitata in ecclesia enumerat, ad quæ digni admittebantur. Quod si plura fuissent tunc recepta, presertim cum hic ueretur in tractatione de coniugio & diuortio, similiter & mentionem faciat sacramentorum: hauddubie etiam reliqua, uel saltem Matrimonium sacramentum nominasset.

Aug. lib. 111. de doctr. Christ. cap. ix.

Hoc uero tempore postquam resurrectione Domini nostri Iesu Christi manifestissimum iudicium nostræ libertatis illuxit, nec eorum quidem sicutorum quæ iam intelligimus operatione graui onerati sumus: sed quædam pauca pro multis, eademç factu facilima, & intellectu augustissima, & obseruatione castissima, ipse Dominus & Apostolica tradit disciplina, sicuti est baptismi sacramentum, & celebratio corporis & sanguinis Domini. Quæ unusquisque cum percipit, quod referantur imbutus agnoscit, ut ea non carnali seruitute, sed spirituali potius libertate ueneretur.

Hic disertè Apostolicæ disciplinæ meminit. Et hauddubie episcopus doctissimus non numerum modò sacramentorum à Christo institutum, sed etiam totius ecclesiæ consuetudinem, & ut hic nominat apostolicam disciplinam norat, sed pauca pro ueteris Testamenti plurimis, duo scilicet enuntiatae. Quemadmodum & epistola 118. inquit, Christum noui populi sociem erat. Quemadmodum & epistola 118. inquit, Christum noui populi sociem erat. Quemadmodum & epistola 118. inquit, Christum noui populi sociem erat. Quemadmodum & epistola 118. inquit, Christum noui populi sociem erat. Ita scilicet docet omnis ecclesia, septem sacramenta ab antiquis Patribus cognita fuisse, ut tradita ab Apostolis. Et nos noui doctores omnes, cōtra antiquissimos, etiā Apostolis proximos, & cōtra ipsorum testimonia, duo tantum asserimus. Quæ est uanitas, si hec non est? Tandem concludit suas antilogias, contra nos dicens: Et omnes alios ritus Baptismi audent ociosos dicere, quos Patres cum multa ueneratione suscipiunt, confirmantes etiam

ex eis fidei dubia. Merito igitur & sibi contradicere, & intolerabili arrogantia laborare conuincuntur, qui cum tanta damnent in doctrina ecclesie, quae ab omnibus superioribus aetatis probata sunt (loquitur autem de Chrismate) afferunt nihilominus scripturam maximè circa præcipua capita religionis apertam esse. Habet ergo Asotus in sua ecclesia omnia dubia, & incerta, scripturam ipsam obscuram, Decalogum, & symbolum Apostolorum, ut neque sciat certò quid credat, de quibus affirmet, neque quae facere aut omittere debeat, cum & Decalogus obscurus ipsi sit. Ethoc declarat innumera ficticia opella, ordines & regulæ humanæ, ut tandem postquam omnia fecerunt in ordinibus stultissimis, tamen nondum certi sint de gratia Dei erga se: Remissionem peccatorum incertam, cœlum nubibus tectum, viam ad uitam absconditam, numerum tantum sacramentorum certum, septenarium scilicet, quem paratus est ad sanguinem usque (exclusum) defendere.

Hæc uero ambigua, incerta, & obscura scripture & fidei dubia, tandem ex solis ritibus Baptismi, quos nos ociosos dicimus, Patres uero cum multa ueneratione suscepserunt, illustrant, certificant, & confirmant.

Bone Deus quæ hæc certitudo est, si Symbolum Apostolorum, Decalogus, & sacra scripture obscura sunt: dubia & incerta, hoc modo declarantur, & confirmantur. Hac certe ratione nunquam nobis persuadebitis, ut neglectis fontibus sacrarum literarum limpidiissimis, nos ad turbidas, ceno fas, & palustres uestrarum traditionum feces conferamus. Quod ad baptismi cæremonias attinet, scimus simplici aqua & uerbo eum à Christo instrutum, & nobis mandatum; his Apostoli, ut par erat, contenti fuere: postea uero arrisit oleum, cereus, demum & Chrisma obrepserit. quod pluris deinde fecerunt aqua à Christo consecrata, quam tamen nouis ritibus tanquam profanam, denuò consecrarunt, quibus ornari dicunt Baptismum. Nos uero magis obscurari & uiciari dicimus. Denique quid sputum sibi uult, cui sermonem restituere uolebat, os attigit. sed quid hæc ad infantem? Dicimus itaque, Septenarium sacramentorum numerum temere, in doctorum hominum audacia confictum, stulta deinde mundi credulitate obrepisse: iam uero consuetudine tanquam sacrum retineri. Postremò quod ait, cum tanta damnent in doctrina ecclesie, quæ ab omnibus superioribus aetatis probata sunt, afferunt nihilominus scripturam maximè circa præcipua capita religionis apertam esse. Quæ nam illa sunt? de Chrismate loquitur quod usitatum fuit in veteri ecclesia, id Brentius cum elementis mundi abrogari dicit. Ergo ne hoc dogma ad salutem est necessarium: Quaratione igitur qui eo non sunt peruncti, antequam institueretur, salutem sunt consequuti: Ergo scripture ideo non erit aperta, sed obscura: Sed facies nuge Asotice, ne lectoris patientia & tempore abuti videamur.

ANNOTATA IN CAP. XLIV.

Pergit Asotus in suo instituto, ut monstraret ex ipsis Brentij uerbis, quæ religionis capita: quia multa sint & uaria exorta certamina, dissensiones, & opiniones circa illa, quemadmodum & precedenti capite enumeravit. Et quia totus in hoc est, ut scripturas inuoluat, & ex ea Sphingis enigmata faciat, obscuras & dubias esse afferat: Nos ut eas ab his Asoticis calumnias uindicemus, & minimè obscuras, dubias, & ambiguas mostremus, aliquot exemplis in medium productis, de quibus iam maximè certamè est inter nos & ipsos, planum faciemus, non sacrarum literarum culpam esse, quod num in ecclesia sunt certamina, sed ipsorum Asoticorum, qui scienter, & uolentes à satana impulsi manifeste ueritati & claro atque perspicuo uerbo Dei

Detrepugnant, erroresq; iam agnitos pertinaciter diabolica pertinacia defendunt. Quid enim manifestius est aut magis perspicuum, quam Christum Dominum in calice, quem toti sua ecclesia instituit, & reliquit, sanguinem suum bibendum exhibere?

Hunc uero sacrificia (ut & Gelasius Pontifex Romanus uocat) perfidia maximae parti ecclesiae, toti scilicet multitudini laicorum, fraudulentem & per uim abstulerunt. Et quod Christus dicit, Bibite ex hoc omnes: ipsi ad sacrificulos tantum retulerunt. Quasi uero, Omnes, significet sacrificulos missifices. Prorsus nihil nec uerbis Christi, quibus Testamentum hoc suum instituit, mouentur: nec uerbis apostoli Pauli, qui se hoc a Domino accepisse affirmat, & sic ecclesia Corinthis tradidisse, cum alias maximi faciant traditiones Apostolicas non scriptas, cur tam perfide hanc traditionem peruerunt, nec totius ecclesiae multorum temporum consuetudine: Quare itaque Asote, quis hic in culpa est? Num obscuritas scripturae & uerborum institutiones? Atqui haec manifesta sunt & aperta. Et si maximè aliquid haberent obscuritatis, poteratis uos Papistæ secundum uestras regulas ex traditione apostolica, & longissimi temporis consuetudine, item ex Patribus interpretari. Hec uero omnia & singula contra uos sunt. Quod te uertes? Ad ecclesiam scilicet illam tuam Cainicam, quæ hoc ita statuerit, & pium ac sanctum uirum Ioannem Hus ex uerbo Dei reclamantem, exuferit. In iisdem uerbis institutionis & usus coenæ Dominicæ a Christo monstratur, cum dicit, Edite, bibite. non ait, Sacrificate, aut offerte patri meo coeli. In quem finem? Hoc, inquiens, facite in mei commemorationem. Non dicit, Pro uiuis & mortuis, in redemptionem animarum pro se, suisq; omnibus, ut uos in uestra Missa. Quod Christus dicit, Hoc facite, nullo modo ad sacrificium Missæ referri potest. Hoc enim (Cypriano teste) nos Christus facere iubet, quod ipse fecit. In coena autem sua non patri se obtulit, sed discipulis corpus suum edendum, & sanguinem bibendum exhibuit. Obtu- lit uero se patri in cruce. Sed hec duæ multis modis diversissime sunt actiones. Et ipsi euangelista atque Paulus, Hoc facite, ad actionem Christi praesentem in coena alligant. Manifesta igitur sunt. Nihilo plus speciei habet depravatio (probatio dicere uolebam) qua hoc ipsum falso defendere conantur, Melchisedech obtulit panem & uinum. Erat enim sacerdos Dei Gen. 14. altissimi. Christus uero est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: ergo in nouo Testamento sacerdotes debent sub specie panis & uini corpus & sanguinem Deo patri offerre. Manifestissima est scripturae depravatio, & corruptio. In omnibus enim linguis legitur Portulit, & nullo modo, Obtulit. Et cui protulit panem & uinum: non Deo, sed Abraham, & suis, redeuntibus ex bello & defatigatis. Non ergo scripturæ obscuritas, sed uestra Asote impietas & pertinacia, ac in errore semel concepto peruvicacia, uos impedit, quo minus ueritati manifestæ, perspicue, & clare acquiescatis. Quid de celibatu sacerdotum sanctissimo, ac penitente angelico dicemus? Num ad eum statuendū, & nunc defendendū, scripture aliqua obscuritate & ambiguitate adducimini? Nihil certe minus. Manifesta sunt Pauli uerba, Oportet autem episcopū irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum. Copiam & potestatem facit episcopo coniugij. Praxis quocq; Apostolorum, & traditio ecclesiæ primitiæ hoc docet, coniugium sacerdotum & episcoporum fuisse usitatū. Et in concilio Niceno Paphnum restitisse toti concilio, ne lex periculosisima promulgaretur. Quod Hist. Trips. si quid fuisset obscuritatis in uerbis Pauli, promptum nobis erat ex traditione, cum eam tanti alias faciat, Apostolica & ecclesiæ primitiæ ueteris 14. interpretari. Inter canones Apostolorum cap. 5. habetur, Episcopus aut presbyter, aut diaconus uxorem suam prætextu religionis non abjicio: si

abijcit, segregator à cōmunione: si uero perseverat (in hoc suo proposito) deponitor. Concil. Gangrense cap. 4. Si quis discernit presbyterum coniugatum tanquam occasione nuptiarum, quod offerre nō debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit. Quid dicam de alijs innumeris, ubi similiter prorsus nulla est sacrarū literarum obscuritas, qualia sunt de officio Apostolico, & omnium ecclesiæ ministrorum. Itē, inquit Christus, prædicate Euangeliū omni creaturæ. Baptisate eos. Et Paulus: Tradidi uobis quod accepi a Domino. His omnibus omissis, Apostolorum illi, si dijjs placet, successores, suis creaturis dant tantum potestatem sacrificandi pro uiuis & mortuis. Per nouum sacerdotium, nouā religionē deleta ueteri in ecclesiam inuehunt, de gratuita fidei iustificatione sine operibus per Christum in sanguine ipsius, non tantum aliquot manifestæ scripturæ sententias.

Aff. 10. tiae extant, sed integræ Pauli epistolæ, præsertim uerò illæ ad Romanos, Gen. 15. Galatas, & Ephesios. Imò omnes Prophetæ hunc unicū habent scopum Rom. 4. sibi prefixum, ut doceant per fidem in Christum homines accipere remissionem peccatorū, & uitam æternā, fidem ad iusticiā reputari coram Deo.

De cultu & inuocatione sanctorum, manifestum est in scriptura, neminem mortuum, sed solum uerum, & uiuum atq; unicū Deum inuocādum, & colendum. Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Et quid habent hæc obscuritatís? Quid uero in tota scriptura de sanctorum inuocatione inuenire possunt, quod uel speciem habeat? Nullū præceptū Gen. 48. ea de re extat, nullum consiliū, nullum exemplum. Nam quod ex Genesi afferunt, uocentur pueri isti nomine meo, & nomine Patrum meorum Abraham, & Isaac, detorquent ea in sensum à natura sermonis prorsus alienum contra conscientiam. Adoptat enim nepotes suos in suorū Patrum, & suos filios, ut tantum singuli capiant in possessione terræ Chanaan, sibi & Patribus promissa, quantum reliqui filij ex se nati. Id quod ex contextu orationis, & experientia, & similibus scripturæ phrasibus appetat. Dixerat enim, Duo ergo filii tui Ephraim & Manasses, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi. Sed omitto plura exempla. Hæc eo tantum dicere uoluunt, cum Alotus dicat scripturas esse obscuras, & ambiguas, ideo opus esse traditionibus non scriptis. Id q̄ hinc probat: Quia multa inde exoriantur certamina, ut intelligamus culpam nō in scripturam esse reisciendam, sed in pertinacem maliciam aduersariorum. Verè enim, sicut Propheta ait, plani sunt uix Domini, & iusti per eas facile incedere possunt. Ceterū impij corruunt in eis.

Oste 14. Quid igitur impij manifesta scripture testimonia respuunt, & nodum in seirpo querunt, impugnant & blasphemāt scripturā ipsam, scientes & uolentes non recipere uolunt, sed preferunt incertorum autorum traditio- unculas contra perspicua scripture loca: partim etiam male detorta de- prauant, & obscurāt, ut inde errores suos annosos, & ueteros as opinio- nes stabilire possint. Hoc ipsorum maliciā accidit, ut dicant lucem tenebras, & tenebras lucem, atq; in meridie data opera cœcutire cupiant. Ceci esse uolunt & cœcorum duces. Sinamus itaq; ipsos, quia cum ligna sint distor- ta, haud unquam recta sient.

Quid certius principijs natura notis, non theoreticis modò, hoc est geo- metricis, & uniuersalib. certissimis demonstrationibus, sed etiā practicis moralib: & tamen Academici & Sceptici de illis dubitāt. Num bis duo, quatuor facerent. Vnde hoc queso: num q̄a obscurū erat: Nequaquā. De hac em̄ certitudine nullus unquā sanus dubitabit: sed ex ingenti, & plane diabolica malicia, audacia & petulantia, à satanna demētati. Quid igit̄ mi- rum est, quod eodē autore multi incitati, de sacrę scripture perspicuitate & certitudine dubitent, cum res ille rationis humānę captum excedant?

Recte

Recte ergo Brentius, quod cauillatur hoc loco Asotus, inter pios & impios circa intellectum scripturæ, eiusq; claritatem distinguit, Nisi credideatis, non intelligetis. Et Christus: Si uos manseritis in sermone meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Item, Impius non uidet gloriam Dei.

Asotus postquam recitauit Brentij uerba, parenthesin addit, dicens: Et putat Brentius se superius probasse ordinarios successores Apostolorum (sic autem uocat suos Prælatos Pontificios, Episcopos) inimicos esse & persequatores Ecclesiæ. Taceo iam horum Episcoporum omnia consilia, conatus omnes, totumq; institutum huc tendere, quod palam est, ut quod summis laboribus Apostoli constituerunt, & suo etiam sanguine confirmarunt, euertant. Facile, si audire parati sunt, & eorum aures delicatae, fucatis laudibus assuetæ, sustinere poterunt, ostendemus, uix ullū doctrinæ Christianæ caput ab illis relictū, quod nō suis corruptelis deprauauerint. Nec verbis opus est, res ipsa loquitur. cultum enim Dei simplicissimum innuerteris superstitionibus, ordinibus, fictitijs cultibus & operib. bona intentione, sed absq; testimonio sacræ scripturæ excogitatis, contaminatum, lucem eridiana clarius est: Errores per sophistas infinitos in Ecclesiam introductos præter & contra præscriptum uerbi Dei, ijsq; dogmata Ecclesiæ implicuisse, doctrinam de poenitentia inuoluisse ac planè corrupisse. Similiter & de fidei iustificatione, gratia Dei, & meritis Christi, tenebris obscurasse, sacramenta contaminasse, adulterasse, & prophanaisse indignis modis, libri qui hac de re copiose scripti extant, testantur, & uos conuincunt. Et cum sacræ scripturæ authoritate has uestras corruptelas in tan-ta ueritatis luce defendere non possitis, non modò ad scripturæ accusationem, quod obscuræ sint, ambiguae, & dubiae conuertimini: sed ut uos omnino cuius filij sitis omnibus testatum faciat, Biblia sacrificugæ, sanguini crudibibæ, bombarda, gladio, fune, hasta flammiloquentes, brachium seculare inuocare soletis: & quemadmodū Pharisæi lapides, & omnis genitris tela tollitis, quibus nos, quos disputationibus & scripture testimonijs uincere non potestis, è medio tollatis. Hinc Apostolorum successores: Siccine Apostoli orbē ad fidei obedientiā redegerunt, horūne uos successores an hostes declaratis? Et omnino id uobis dicere possumus quod Christus Pharisæis, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem queritis interficere hominem, qui ueritatem uobis loquitus sum quād audiū à Deo, hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestrī, uos ex patre diabolo natū estis, & desideria patris uestrī uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. Qui ex Deo est, uerba Dei audit: propterea uos non auditis, quia non estis à Deo. Tulerunt ergo lapides ut iácerent in eum. Deinde Asotus ait, Posset iuste primò ab eo peti qua auctoritate hæc faciat, aut quis illum constituerit iudicem? Scimus quidem hęc nos non Pontificis auctoritate facere, sed sacræ scripture, uerbi Dei, quod iudicat omnia, neq; cōciliabili uestri expectandam esse determinationem. Nam potius totam Ecclesiam perire sineretis, quād errores uestros crassissimos emendaretis, Imò si Papa innumeratas animas cateruatim ad infernum secum adduceret, nemo illi dicere deberet, Quid facis?

Postea cum Brentius dixisset, Etiam si pio aliquid obscuritatis reliquū esset, cum res ipse quantum sati est note sint, hoc, & quod ignorat, docebit eum unctio. Hoc, inquit, argumento nouitas hereticorum maximè arguitur. Si enim cognitis præcipuis doctrinę Christianę capitibus, multa preter peccatum ignorantur, cur non melius consuleretur Ecclesia, &

præcipue simplicibus, si nihil moueretur contra antiquam illam fidem, quam in ecclesia constat semper habitam. Etiam si quid erroris (quod nullo modo credimus) in hac persuasione de sanctorum inuocatione, sacrificio altaris, atque purgatorio esset, &c. Initio nos nouatores & hæreticos uocati de nouatione, & num noua sit nostra doctrina, suprà abundare sponsum est. Quod nos hæreticos uocat, nihil moramus. Tales enim illis omnes sunt, qui non approbant absurdissimos & palpabiles ipsorum errores, ac plus quam uel Aegyptias uel Cimmerias tenebras. Verum nondum probauerunt nos esse hæreticos, aut ullius hærescos nos conuicerunt. Et dicitid Asotus contra multos & præcipuos suę ecclesię, qui mitiori uocabulo schismaticos nos uocauerūt, quod in nullo fidei articulo erremus. Sed parum refert, quo nos nomine ipsis appellare uisum sit. Sicut enim non infamis est, aut habetur, qui uel à leuibus uel turpibus personis uituperatur, nam ab hominibus illaudatis uituperari, est laudari: ita quoq; nō ideo hæretici sumus, quod Asotus cum sua colluuiu sic uocet. Quare etiā non curamus, & indignum responso arbitramur.

Ad rem ergo respondemus. Primo diserte Brentius dicit, præcipua doctrinæ Christianæ capita ad salutem necessaria, manifesta esse. Quædam uero, quibus à salute non impedianter, ignorari. Et tamen illa ipsa uincionem docere. Sed unde hinc nos nouitatis arguet? Quia scilicet inueteratos ipsorum errores in lucem producimus, & falsitatis arguimus. Deinde loge aliud est, ignorare aliquid in sacris scripturis: aliud uero, errores agnitos defendere. Errant & p̄i in nonnullis nō quidem scientes & uolentes, quia admoniti resipiscunt. Sic Augustinus, Errare possum, hæreticus non ero. Secundo, Deus regnantibus tenebris ad multa conniuet & dissimilat: & quemadmodum peccata sanctis suis, ita etiam errores quosdam clementer remittit, dummodo fundamentum retineant: pereunt enim ignis stipulae, fœnū, & ligna, ipsi uero salui permanent. Reuelata uero luce uerbis sui, & agnitis ex eo erroribus, ut homines obstinate in errorib; pergent, tenebras diligent, & lucem uerbi oderint, persequantur, & blasphemant, hoc uero tantum abest ut ferre possit, quod etiam peccatum æternam damnatione dignum indicet. Christus ad Pharisæos dicit, Si non uenissim & loquutus essem, peccatum non haberent. Item, Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc uero cum dicitis, Videmus, peccatum uestrum manet.

Quod igitur Asotus nihil esse mouendum contra antiquam fidem dicit: Si loquitur de uera & antiquissima Ecclesiæ fide, sumus & nos in eadem sententia. & non modò fatemur prorsus nihil contra eam mouendum: sed etiam damnamus illos, qui ab ea discedunt, eamq; impugnant. Hanc uero Papisticam ecclesiam retinuisse pernegamus, & suprà contrarium probatum est. Antiquam uero fidem uocat Romanę curię articulos fidei, de primatu summi Pontificis, de septem sacramentis, ordinib; & regulis monasticis, uoto cœlibatus, cōfessione & satisfactione, Missa quod sit sacrificium pro uiuis & mortuis, inuocatione mortuorum, & alia huius farinæ de meritis operum: & quod honos soli Christo debitus transfertur ad res alias, cultus scilicet, & opera. Si res istas leuiores esse ducit, quam ut propter illas controvèrsie moueantur, longe fallitur. Hæc enim tanta sunt, ut agnita, citra animæ salutem amplius dissimulari nequeant: Etiam si, inquit, ali quid erroris in hac persuasione esset de purgatorio, altaris sacrificio, & inuocatione sanctorum (quod tamen nullo modo credimus) tamen tutius in illa antiqua fide manentes consistere, &c. Recte persuasionem uocat, sed quæ non est ex Deo: ideo recte dubitat.

Quod

Quòd si tolerabilis fuisset status Ecclesiæ, & præcipua religionis capi-
tarectè explicata, tum certè nequaquam propter res non necessarias, dis-
sensiones & certamina erant excitanda.

Si, inquit, illa capita præcipua satis sunt ad salutem, cur non permittit
Brentius, & reliqui sui, quiescere in gremio Ecclesiæ pios & eruditos ho-
mines? Cæterum, uos illa capita habere negamus. Ideoçp hoc iā agimus,
ut pij ubiūs locorum ea agnoscant, quomodo in ueræ Christi, non Ro-
mani Pontificis ecclesiæ gremio, uerbo Dei de sua salute certiores reddití,
tranquilla & bona conscientia conquiscent. Illud, inquit, certum est,
nullum qui ab Ecclesia recedit, pius esse. Cum omnino diuersæ, imò con-
trariae sint Romana & Christi Ecclesia, uerum esse dícimus, nullum esse
pius, qui à Christi Ecclesia, extra quam nulla salus est, recedat: id quod e-
stiam Aſotus uult, cum inquit, ab Ecclesia quam Christus instituit. Nos
verò minime ab hac recessimus. Imò etiam cum periculo fortunarum, &
vitæ in ea perseverare, contra portas inferorum auxilio Dei adiuti, cona-
muri: sed ab impia, cruenta, Cainica, hypocritica & Baalitica Romani An-
tichristi, uerbo & Spiritu sancto illuminati, recessimus: & agimus Deo
gratias immortales, pro hac inenarrabili luce, per quam ad regnum & ec-
clesiam filij sui dilecti nos reuocauit. Iudicat Aſotus nos potius excæ-
catoſ, quam ſe, quia ipſorum ſplendida lucernam non uideamus accen-
ſam, ſed absconditam eſſe dícamus ſub modium, cum ipſos defectionis à
uerbo Dei arguimus, & ipſos Ecclesiam Dei propter Episcoporum suc-
ceſſionem negamus. Verū, nos non ideo defecſiſſe lucernam & extin-
tam eſſe dícamus, quia uos Ecclesiam Dei negamus, & puritatem doctri-
nae amifſiſſe affirmamus. Hoc ſanè concedimus, fieri nunquam poſſe, ut
Ecclesia Dei penitus intercidat. At cum ad Episcopos & pastores refe-
runt, quod de perpetua ecclesiæ duratione promittitur, in eo uehemen-
ter errant. Neçp enim ſi Episcopi aut pastores, aut prorsus nō aut perperā
faciat officiū, atç ita deſint idonei ministrī, ideo protinus deſinit ecclesia.
Scriptura enim testaſ, diſſipatas etiam oues interdū feruari arcana uirtute
Spiritus sancti per uerbum. Et habuerunt Symbolum Apostolorum, in
eoçp articulum de Christi paſſione, & peccatorum remiſſione, orationem
Dominicā, Decalogum. Similiter & baptismus māſit, & multi abiecta po-
ſtremò fiducia operū, ſolo Christi merito freti, in extremo agone ea fidu-
cia expirauerūt. Latet etiam interdum Ecclesia, ut omnium hominū ocu-
los fugiat, ſicut tempore Heliae in Israel, & tempore aduentus Christi, ut
fruſtra extēnum regimen & principatus requiratur. Hoc quidem uerum
eſt, magis florere ecclesiæ, cum à ueris pastoribus gubernatur. Itaque re-
iectis episcopis & ſacerdotibus, propter impiam à uerbo Dei defectio-
nem, aut ſceleratam uitam, nihilominus ecclesiæ perpetuitas ſtat, & per-
manet. Aut monſtrate nobis uos uiri, & ſuccelfores Apoſtolici, ubi Do-
minus perpetuam talem Episcoporum ſine interruptione ſuccelionem
promiferit, ubi alij ordine alijs uſcq; ad finem mundi ſint ſuccelluri. At nos
vobis monſtrabimus, quod cum olim partim inſcritia & ignauia, partim ue-
to malicia, perfidia & ſcelere uitiatuſ eſſet Dei cultus peruersa doctrina,
inculta iaceret ſacerdotum administratio, Dominum ordinarijs illis legi-
tionis & à ſe constitutis reiectis, nihilominus extraordinarie ſpiritus ſui
affluſt excitasse Prophetas, qui res perditas reſtituerent. Quia repu- Oſee 4.
liſti ſcientiam, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et Ezech. Pro- Ezech. 34.
ptereà pastores audite uerbum Domini. Viuo ego, dicit Dominus
Deus, quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues mee
in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quòd non eſſet paſtor. Ne-
que enim quæſierunt pastores gregem meum: ſed paſcebant paſtores
ſemetiſpos.

IN CAPVT XLIV.

370
semetip̄os, & greges meos non pascabant. Propterea pastores audite uerbum Domini. Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meū, nec pascant amplius pastores semetip̄os. Et liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, & uisitabo eas. Sicut uisitat pastor gregem suum, in die quando erit in medio ouium suarum dissipatarum, sic uisitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis, & educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terra. In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel pascuearum. Ibi requiescent in herbis uirentibus, & in pascuis pinguis pascetur super montes Israel. Ego pascam oves meas, & ego eas accubare facia, dicit Dominus Deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolabolo: & quod pingue & forte, custodiam, & pascam illas in iudicio.

Præterea et si multæ illustres factæ sunt Ecclesiæ promissiones, de praesentia filij Dei, quæ uerissimæ sunt, & certò præstantur: tamen non sunt intelligendæ de ingenti multitudine, quæ se nomine Ecclesiæ uenditat: sed ad ueram electorum Ecclesiæ pertinent, quæ ut semper permanet, ita non semper pariter floret. Eodem modo nec doctrina semper pariter est illustris, sed alio tempore magis, alio minus illustris habet. Ille enim ipse Christus & Apostoli, qui insignes Ecclesiæ promissiones fecerunt de perpetua cōseruatione: illi etiam de defectione, cæcitate & horrendis tenebris, maximè circa mundi finem & postrema tempora, sunt uaticinati, tantas scilicet fore in doctrina tenebras, ut nisi dies abbreviarentur, nō saluaf-

1. Timot. 4. ret omnis caro. Et Paulus in nouissimis diebus quosdam esse defectors à fide, attentes spiritibus erroris, docentes doctrinas demoniorum, prohibentes nubere & cibos quos Deus creauit. Item, Antichristū in templo Dei sessurum, extollentem se supra Deum. Et Petrus admonet falsos doctores in Ecclesia Christi fore. Agnoscis, Asote, non solum uaticinia de grassantibus erroribus, sed etiam notas Antichristi? Ex his manifestum esse arbitror, non ideo Ecclesiam defecisse, ut maximè uos Ecclesiam Dei negemus. Semper enim aliqui fuere qui se Papæ, idolo uestro, opposuerunt uiru uoce & scriptis, quorum plurimos tyrannus ille unā cum scriptis oppressit. Multorum uero scripta ad nos usq; peruererunt, quæ longum

Dantes Florentinus, qui ante annos 250. uixit, esset recensere. Questus est Dantes Florentinus, qui ante annos 250. uixit, uir pius & doctus, quod ipsius scripta testantur. Scriptis multa, inter alia vulgari sermone non pauca, in quibus multa reprehendit in Papa, eiusq; religione. Queritur alicubi prolixè, intermissam esse uerbi Dei predicationem, & pro ea prædicari à monachis uanissimas fabulas, eorumq; nungis fidem haberis: atq; ita oves Christi non uero paulo Euangelij, sed uento pasci. Dicit alibi, Papam ex pastore factum lupum, uastare Ecclesiam, non curare unā cum suis spiritualibus uerbum Dei, sed tantum sua decreta. Alicubi in coniuicio amatorio prefert coniugium coelibatu.

Ex his manifestum est, non ideo nullam fuisse Ecclesiam Dei, quia idoneos pastores defuisse dicimus. Nec ideo apud omnes extinctam Euangelij lucem, quia pro Episcopis aut pastoribus, aut cessatores, aut impostores pleriq; sunt facti.

Quod de heroe diuinitus ad repurgandam doctrinam ecclesiæ excitato Brentius dixit, id sannis excipit hic monachus, inquiens: Lutherum forte dicit hunc Ecclesiasticum esse heroa, nisi forte se malit. De temporali

poral uero siue politico, quem uocat: quid aliud est, quam suo Domino
 illustrissimo Duciblandiri & adulari, ut seducatur? Et addit: Cum Bren-
 tius his quos Deus ex lapidibus suscitavit, authoritatem a Deo datam ostendit
 in totam Ecclesiā manifestis illis miraculis, quib. Iosue, Gedeon, &c.
 adhibenda esset ei fides. Cæterū nemo hanc sibi etiam in ueteri populo
 auctoritatē sumere audebat, nisi Theudas ille, aut Iudas Galileus. Hæc ui-
 tulentus hypocrita & sophista. Negari non potest, quod cum saepe in po-
 pulo luda, sacerdotes qui erant in legitima administratione turpiter adul-
 terarent ueram religionem, & a uero Deo, eiusq; cultu deficerent, Do-
 minum Deum nostrum, excitato uel Propheta, uel alio heroe doctrinam
 repurgasse, religionemq; pristino nitoris restituisse: quales fuere ecclesiasti
 ci Helias & Baptista, politici losaphat & Hiskias, ut alios plurimos cum in
 Ecclesia, tum in politica administratione taceam, quorū temporibus insi-
 gnes in Ecclesia factæ sunt mutationes. Idem hoc nostro seculo excitato
 Lutheru, insigni Dei organo esse factitatu, ut Ecclesiā a squaloribus quib.
 diu obsita & obruta erat repurgaret, doctrinamq; uarijs erroribus conta-
 minaram illustraret, libenter & ex animo fatemur & testamur, ac Deo &
 Patriliberatoris nostri Iesu Christi toto corde pro hoc tanto Propheta, cu-
 ius ministerium fuit salutare, similiter & pro alijs quos Dominus excita-
 uit, ut doctrina pristino nitoris restitueretur, gratias agimus. Porro res i-
 pla & experientia loquitur, & nemo nisi iniquissimus rerum estimator, aut
 excæctus hypocrita negare potest, per filium Dei sedentem, & regnan-
 tem ad dextram Patris, missos & datos esse Ecclesiæ suæ. Et quod Asotus
 miracula requirit, que testentur auctoritatem a Deo datam Lutheru in to-
 tam Ecclesiam: Primum non opus est miraculis, quia non nouam doctri-
 nam affert, sed ueterem dudum innumeris miraculis confirmata repetit.
 Nec uero illa desunt, quamvis virulentus sophista & hypocrita nec uidere
 nec intelligere uelit, more maiorum suorum, Pharisæorum scilicet, qui ma-
 nifesta Christi miracula negabant. Hoc enim testant, præclaru & uerè di-
 vim ministerij specimen quod edidit, rerū successus & euentus. An nō
 enim ingens est miraculum, quod regnum Pontificium inuictissimum, con-
 tra quod nemo impunè hiscere audebat, contra quod summi Monarchæ
 frustra uires omnes experiebantur, quod erat munitum suis satellitibus,
 scholis, uniuersitatibus omnib. in tota Europa, pro quo canonistæ tanq;
 pro aris & focis contendebant, cuius aduocatus & defensor erat Impera-
 tor Romanus: solo calamo ita debilitauit, ut omnes p̄ij, etiā Romæ agno-
 scant, Pontificem Romanum esse Antichristum, dogmata ipsius esse tradi-
 tiones impias hominum, que anteā pleriq; admirabantur, exosculabātur,
 & diuinis mandatis preferebāt, iam fordeant & derideantur ab illis ipsiſc;
 lam resipuerunt homines, imposturas & tyrannidē agnoscunt & detestan-
 tur. Illi ipsi enim qui religione iuris iurandi Pontifici sunt deuincti, nō am-
 plius magnificiunt hanc religionem, sed agnoscunt plerosq; errores cras-
 sissimos. Sacra Biblia, que anteā in scholis & ecclesijs negligebantur, & o-
 mnia pulpita atq; suggesta propemodū nō nisi Aristotele, Magistrum sen-
 tentiarum, Durandū, Holcot, Bricot, Occam, Thomam, Scotum, Sotum,
 & alia monstra crepabant, cum aut nulla, aut exigua D. Pauli & aliorū fie-
 ret mentio: iam per Lutherū, nolis uelis Asote, in scholas nostras & eccl-
 esias sunt reuocata. Hæc iam illis explosis, etiam te, tuiq; similib. hostib. fa-
 tre scripture inuitis, ubiq; sonant & regnant. Et quod omniū maximū est,
 & admiratione dignū, planeq; diuinū miraculū, opposuerunt se huic Dei
 viro Papæ tui omnes ordine summis viribus, experti sunt in eo quicquid
 potuerunt, nō solū inani terriculamento excommunicationis, sed etiā Sor-
 genis, scholis propemodū omnib. in Germania, sophistis, canonistis, &c.

Cumq;

³⁷² Cumq; uiderent his parum se promouere, totum Romanum imperium, diabolum ipsum & totius mundi potentiam cōtra hunc Dei prophetam excitauere. Hic nullis stipatus unq; fuit satellitibus, nullo munitus praesidio, nulli arcii inclusus, publicē in fracto animo semper docuit, & calamum in regnum Antichristi strinxit: illud sauciauit & prostravit, ut nullo unq; tempore pristinas uires recuperare, & in integrum restitui possit, quantum uos architecti miseri & infirmi succurrere, & illud uel colapsum erigere, uel certe nudans sustentare frustra laboretis.

Hac nisi prouersus excæcatus essem, Asote, miracula uideres, & hinc agnosceres uerē diuinitus excitatum esse Lutherum: sed cum sordere cupias, sordescas cum tuis, quibus placet in cœno & squalore uersari usque, & perire magis quam saluari. Abi ergo cum tuis quod dignus es. Quis enim in uitum te & repugnantem atq; restitutē, & rectā ad diabolum infernumq; properantem, retineret, & capillis, qui abrasi sunt, ut teneri eis nequeas, in cœlum traheret?

Quod Brentium illustrissimo suo Principi adulari & blandiri dicis, ut seducat, uerecundia prohibe or, ne id quod res est scribam: & non modò per totum imperium Romanū, sed etiam apud exterorū notum est, quam pius, fortis & magnanimus, & uerē Christophorus sit Princeps: atq; experientia testatur, diuinitus & excitatum & gubernari. Nec tam mollem aut inconstantem esse iudices, ut falsis capiatur, aut deliniatur laudibus: nec nec diuino adiutus Spiritu, & duce uerbo Dei, ipse non uideat aut intelligat inter uerum & falsum quid intersit. Cui ipse tantum tribuis Asote, tantūq; facis, ut totius causæ & controversiæ arbitrum, nisi hoc ipsum ex adulatione & non uerē dicas, constitutas.

Negat autē Sotus multo minus nunc in nouo Testamento præsumendum, Deum extra ordinem aliquem excitare reformatorē Ecclesia, q; in ueteri Testamento, addita hac ratione: Quia certissimè auctoritas ministrorum Christi usque ad finem seculi certa promissione Euangeliū confirmata sit in Ecclesia. Hoc uerum esse fatemur, iuxta illud Asote, Templo Domini, templum Domini. Non peribit lex à sacerdote, neq; uisio à Prophetā. Nos uero multo certius in hunc colligimus modū: Cum Dominus Deus noster sæpenumerò ordinariam & à se institutam in populo suo administrationem, errare permiserit, & Prophetas excitarit, qui repugnarent Ecclesiam, & restituerent cultum: multò magis in nouo Testamento, ubi nulla talis est certa successio, id fieri posse, præfertim cū, ut hoc capite probatum est, id antē sit per Spiritum sanctum prædictum à Christo & ab Apostolis Paulo & Petro. Asotus uero etiam malos Prælatos audiendos esse, & per hos ministerium efficax dicit, nec Brentium negare posse. Quid, num etiam pseudoprophetæ & canes audiendi? Athos Christus & apostolus Paulus cauere iubent. Quid enim lupi inter oves, nisi ut ipsas dilaniēnt & deuorent? Mala igitur docentes, & uerbo Dei cōtraria, nequaquam audiendos esse, ex iam dictis manifestum est. Sed qui uera docent & non bene uiuunt, nec ministeriū uite pietate & morū integritate ornant, quamdiu eos Ecclesia tolerat, & non excommunicat uel enīcit, certe affirmamus, per eorum ministerium Deum operari quæ uelit, ne nos incertissimus, fluctuemus, & dubitemus. Verba enim & sacramenta non ipsorum sunt, sed Dei. Et quemadmodum annulus siue ex auro siue ex ferro factus, tamen idem sigillum facit: ita idem uerbum est, & eadē sacramenta, siue à bono & pio, siue à malo & impio administrantur. Licet hoc quoq; uerum sit, plurimos haç uitæ & morum dissolutione uel offendit, uel deterrerit à doctrina. Nam qui uera docent, & turpiter uiuunt, id quod

quod una manu porrigit, altera auferunt. Aliud autem est iudicium, alia sententia de pseudoprophetis, & falsis doctoribus, qui ut lupi rapaces cauendii, & omnibus modis fugiendi sunt.

Concludit autem hoc capite: Quare intolerabilis est hæc tanta asserenda ut certissima, quæ tam dubia & reuerâ falsa sunt, audacia. Qua reiecta, sit nobis hoc certissimè constitutum, scripturam dubiam esse, & sæpius in Ecclesia circa eius intellectum oriri controversias: & hæc asserimus catholici ad Ecclesiam referendam esse, & eius expectandam sententiam circa scripturæ sensum.

Horrenda hæc est Asotii blasphemia. Dixit enim Brentius, articulos fidei nostræ, qui cōtinentur in Symbolo, habere in scriptura clara, certa, firma & perspicua testimonîa. Hoc reuerâ falsum esse Asotus dicit, & intollerabilem audaciam: qua reiecta, sit nobis hoc certissimè constitutum, Scripturam dubiam esse, &c. Quis non exhorrescat Christianus? Ergo ne articulus fidei non habent in scriptura certa testimonia? Cuiusmodi igitur si des erit, quo nitetur fundamento? Hæc reuerâ est intolerabilis impietas, & plane sonica pestis totius Ecclesiæ. Et ne quidem diabolus ipse tantam in Deum, scripturamq; ipsius blasphemiam euomere auderet. Hæc ne est illa catholica Ecclesia, hi catholici, quibus certissimè constitutum est, & definitum, scripturam dubiam esse, & cereum habere nasum, quod facile in quamcunq; uelis partem detorqueri possit. An non Deus ipse sacræ scripturæ author est? Nunquid nō uerax est? An potius ueteratorem ex ipso facietis κακόλυτοι, qui aliud loquatur, aliud uero corde celet, aut data opera sphingis ænigmata loquitur? aut ut homines decipiatis, & in errorem abducatis, dubia, ambigua, & flexiloqua uerba, & orationes proferatis? Cum uerax sit, imò ipsa ueritas, certa & minime dubia loquitur. Cumq; eam ob causam uerbum suum dederit, ut in eo uoluntatem suam nobis patefaciat & agnoscat, nobisq; condescenderit, & ad nostrum captum se accommodauerit, ac omnibus modis salutin nostræ consultum cupiat, ad eandem etiam promouendam sacramenta instituerit: certè aliud dicere non possumus, quam quod ita sit loquutus, ut ab ihs, quos uult saluari, intelligatur. Oriri etiam quæstiones, dubia & disputationes, imò etiam hæreses circa religionem & fidei articulos, negamus: item certò in uesta Ecclesia haec uideamus.

Sed intelligo quid Asotus uelit, ideo certissimè nobis constitutum esse uult, scripturam dubiam esse, ut ad Pontificem & ecclesiam Romanam tanquam ad oraculum Delphicum recurramus, & de omnib. ad salutem pertinentibus responsa petamus: nosq; ipsius tyrannidi, quam excussum, denuò subiçiamus. Huius expectandam nobis sententiam circa scripturæ sensum ueterator persuadere conatur. Hæc illi est catholica Ecclesia, eiusq; auctoritas. Apagelis cum tuis puerilibus & stultis ac ueterosis fabulis monache, tuo sodalicio dignis.

Augustinus quidem inter reliqua beneficia filij Dei in ecclesiam suam collata, non minimū esse dicit, quod dedit huic spose donū interpretationis scripturæ, siue ut Paulus uocat, prophetiae & probationis spiritum. Hæc uero interpretatio non ut pretoria aut iudicaria ualeat propter locum aut personæ dignitatem, uel multitudinis Prælatorum consensum, qua pro suo arbitrio ad stabilienda sua deliramenta ad suum sensum scripturam renitentem ac reclamantem uirum detorquent, alienamq; sententiam verbis ad id compositis affingunt: sed scripturam per seipsum diligenter facta collatione ex phrasî & circumstantijs interpretatur, ut supra dictum est. Et nihil hæc ad uos, quos ueram Dei Ecclesiam negamus.

De authoritate & dignitate scripturæ se hoc capite ad Brentij, quas ipsi uocat, calumnias responsurum proponit, quod dicat Alostū scripturam subiçere traditionibus, Patribus & Prelatorum concilijs, hoc est, diuina oracula humanis sententijs: & idem facere quod ille, qui dixerit, sacram scripturam, si Ecclesiæ destituatur autoritate, tantum ualere, quantum Aesopifabulas. Quamuis autem se nō gaudere dicat hac collatione: tamen si catholicus quispiam dixerit, nō esse absurdum affirmat, eo quod nihil aliud dixerit, quam Augustinus, qui inquit: Ego uero Euangeliu nō crederem, nisi me Ecclesiæ moueret authoritas. Quibus addit Alostū, Dicamus igitur modestius, Sine auctoritate Ecclesiæ. Scriptura sacra auctoritatem non habet, hoc certissime fatemur. Hæc itaq; est Alostū de sacre scripturæ dignitate sententia, quod uidelicet per se uerum sit, sacram scripturam, nisi accedit Ecclesiæ authoritas, non plus ualere, quam Aesopifabulas: sed tamen non nihil modestius ea de re loquendum. Magna igitur scripturæ dignitas, quod per se nihil ualeat, nullam habeat auctoritatem: sed id quicquid est, quicquid ualeat, id omne habet ab Ecclesia. Proprium Ecclesiæ officium est, audire, cognoscere, recipere sacram scripturam à Deo, sicut oves pastoris, & filii parentis uocem audiunt, eumq; agnoscunt, libenter quicquid Dei est amplectitur. Testatur etiam, quod uerè sit à Deo per Prophetas, Evangelistas & Apostolos sibi data sacra scriptura, & per manus semper tradita, suoq; testimonio approbat. Itē ueras à suppositijs discernit. Apocrypha etsi in eis aliqua inueniatur ueritas, tamen propter multa falsa admixta nō recipit. Et sicut Augustinus de scriptis Enoch, qui mentionem facit Iudas in sua epistola, scribit, quod non frustra non sint in canone scripturarum, qui seruabantur in templo Hebrei populi successorum diligentia sacerdotum. Cur autem hoc: nisi quia, inquit, ob annotationem suspectæ fidei iudicata sunt: nec utrum hæc essent quæ ille scriptisset poterat inueniri, non talibus proferentibus, qui ea per series successionis reperiuntur rite seruasse. Ita se catholicæ Ecclesiæ cōmoueri auctoritate dicit Augustinus, ut credat Euangilio. Loquitur autem Augustinus, quoties Ecclesiæ facit mentionem, non de Alostica aut Alostorum Prelatorum, sed de uera Ecclesia, quæ ntitur sacra scriptura, & per eas hæreses & contraria dogmata refutat.

Aug. contra Faustum Manich. lib. xxviii. cap. II.

Sicut ergo ego credo illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore quo Manichæus uiuebat in carne, per discipulos eos certa successione præpositorum uestrorum ad uestra usq; tempora custoditus atq; perductus est: sic & istum librum crede esse Matthæi, quem ex illo tempore quo Matthæus ipse in carne uixit, non interrupta serie temporum, Ecclesia certa connexionis successione usq; ad tempora ista produxit.

Certa serie successiōis, qua per manus tradita est scriptura posteris, testatur hos libros, quos Canonicos uocamus, diuinitus esse traditos, semoueri significat, ut credat Euangeliu solum esse ueram doctrinam cœlestem. Ecclesia enim omnium temporum testis est de scriptura, quod bona fide per manus acceperit ab ihesu, qui certò norant Apostolis authoribus hæc scripta profecta esse. Nec suo pondere caret Ecclesiæ cōsensus, quod tum certa erat Ecclesia ab Apostolis hæc scripta esse tradita. Hoc sensisse Augustinum ex loco consimili, minimè dubitamus. Si uero sensit Augustinus (quod nūquam credimus, nec usquam in suis scriptis dixit) id quod Alostū, sacram scripturam nullam habere auctoritatem, nisi accedit Ecclesiæ approbatio & authoritas, atque ita sacrosancta Dei oracula, quasi preclarissima

*Aug. cōtra
epist. secun
dam Ma
nich. cap. 5.*

Iohann. 10.

Esa. 1.

*Aug. de ci
uit. Dei lib.*

15. cap. 23.

præcario aliunde, uidelicet ab Ecclesia, suam inter homines autoritatem obtineant, ipse uiderit quomodo hanc suam sententiam Deo summo iudici & Ecclesiæ probet. Nos certè bona illius uenia, si haec esset ipsius sententia, discedimus, nec tanti viri authoritate tenemur, etiam ipso authore, eiusq; exemplo admoniti. Sic enim ipse, cum authoritate & scriptis Cy- Cōtra Cre.
priani premeretur, ait: Ego huius authoritate non teneor, quia literas Cy- scem. Grā.
priani non ut canonicas habeo, sed eas ex canoniciis considero: & quod mat. lib. 2.
in eis diuinarum scripturarum authoritatē congruit, cum laude eius acci- cap. 32.

pimus: quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Post: Nunc ue-
rò quoniam Canonicum non est quod recitas, ea libertate ad quam nos
uocauit Dominus, eius viri quod aliter sapuit, non accipio. Postea: Qua-
propter ita hoc Cypriani non accipio, quamvis inferior incomparabiliter
Cypriano: sicut illud Petri apostoli, quod gentes Iudaizare cogebat, nec
accipio, nec facio, quamvis inferior incomparabiliter Petro. Maxime quo Idem d: na
niam me in huiusmodi quorumlibet hominum scriptis liberum, quia solis tura & gra
Canonicis debeo sine ulla recusatione consensum. Ibidem: Quomodo e- tia cap. 61.
nūm dictum sit, author huius sententiae uiderit, qualiter possit exponere.

Et cur hanc sententiam, cuiuscunq; tandem sit, non recipiamus, haec est
ratio: Quia Ecclesia fundata est super Prophetarum & Apostolorum do- Eph. 2.
ctrinam. Quod si fundamentum est Ecclesiæ Prophetica & Apostolica
doctrina, qua Ecclesia fundatur & unde nascitur, necesse est prius huic do-
ctrinæ suam constare certitudinem, quam Ecclesia extare incipiat. Nam
si Ecclesia Dei initio fundata fuit Prophetarum scriptis & Apostolorum,
ubicunq; reperiatur ea doctrina: certè præcedit Ecclesiam & prior est, si-
c ut mater prior est filia. Nam nisi mater prior esset, filia nunquam nascere-
tur: ita sine doctrina eiusq; approbatione, nunquam Ecclesia extitisset.
Quare dum illam recipit ac approbat Ecclesia, non ex dubia facit certam
& authenticam: sed quia ueritatem sui Domini agnoscit, pro pietatis offi-
cio nihil cunctando ueneratur.

Quod si authoritas sacræ scripturæ ab Ecclesiæ autoritate dependeat,
perinde est ac si matrem à filia genitam esse nugetur Asotus. Ergo si ec-
clesia non recipiat nec approbat scripturam, fabulis Aesopis conferemus:
num ideo non erit uerbum Dei, aut cessabit esse propter nostram incredu-
litatem? Nunquid incredulitas nostra fidem Dei euacuabit? Num Deus Rom. 3.
quog; Deus non est, quia dicit impius in corde suo, Non est Deus? Nun-
quid ideo sermo quem Dominus loquitus est ad Ieremiam in terra Ae- Ierem. 44.
gypti, non fuit uerbum Dei, quia Iudei obstinate pergunt in sua cæcitate,
& respondent Ieremiæ, Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Do-
mini, nō audiemus ex te: sed faciemus omne uerbum, quod egredietur de
ore nostro? Quod uero de canone obijciunt, quo sacra scriptura sit per Ec-
clesiam approbata, inter se non consentiunt ueteres scriptores. Quæro igi-
tur, quo ipsum tempore editum fuisse putent, & per quos, in quo cōcilio?
Nam in Niceno concilio nulla fit eius mentio, quod ad libros noui Testa-
menti. Et tamen illis satis ualidis armis, Patres contra hereticum erant in-
structi, habentes sacras scripturas. Sicut ipse Imperator dicit, Evangelici Hist. Trip.
libri sunt & Apostolici, antiquorumq; Prophetarum sanctiones, quæ nos
erudiant de sancta lege quid sapiamus.

Deinde quid legi & Propheticis libris fiet, si tamdiu dubia pepedit eo-
rum authoritas, donec aliquid post duo ferè annorum millia aut amplius
ad data & scripta lege, certi decerneretur? Ex his manifestum est, Sotum
in eadem blasphemia scripturæ esse, in qua collega suis est, qui cōfert scri-
pturam fabulis Aesopicis, si non accedat autoritas Ecclesiæ, nisi quod mo-
destius loquendū esse iudicet. Hoc autem modo se ad calumnias Brentij

respondere dicit: Hæc ipsa duo, quæ nos a sterimus, inquit, Ecclesiam habere potestatem scripturam sacram nobis proponendi, ipsamq; & dubia fidei interprerandi & definiendi, disertè & dilucide Brentius in sua Cōfessione confitetur, his uerbis: Confitemur quod hæc Ecclesia habeat ius testificandi de sacra scriptura, iudicandi de omnibus doctrinis, & interpretandi scripturæ. Pergit autem Asotus: Nunc igitur ab eis querimus, cur, quæ fatentur, in nobis impugnant? Respondeo: Si nobiscum idem sentis, Asote, cur non nobiscū loqueris? Confitemur ecclesiam testari de scriptura. Tu uero uocabulis ambiguis (proponendi & dandi) uteris, ut eis tuum uenenum celes. Non enim simpliciter, ut nos, Ecclesiā testem de sacra scriptura esse uult: sed suo testimonio tantum addere pondus, ut nisi hoc accederet, nullam hæc planè autoritatem haberent: sed dubiæ essent & incertæ, & tantum ualerent, quantum Aesopī fabulæ. Hæc certè tua uerba sunt, certissimè fatemur scripturam sacram non habere autoritatē sine auctoritate Ecclesiæ. Certè hoc modo subiçis sacræ scripturæ auctoritatem. Ecclesiæ auctorati, à qua illa dependet: & ita diuina oracula humanis sententijs & decretis. Nihil ergo ad tuæ sententiæ confirmationē facit nostra Confessio. Omnino enim ab illa dissentis sicut uerbis, ita re quoq; ipsa & sententia. Non enim idē sunt nec significant, testificari & dare. Et quid uelis per uocabulum proponendi, in sequentib. declaras, auctoritatem dandi scripturam: quod nos nō dicimus. Iudicamus enim Ecclesiam sponsam filij Dei non dare scripturam, sed potius à sponso accipere, & deinde fideliter docere ac testificari de ea. Addit, Si scriptura non est ambigua, si sufficiens modus est exponendi scripturam per scripturam, & per unctionem spiritus, frustra datur hæc auctoritas Ecclesiæ, quæ non est necessaria. Hoc quomodo sequatur, non uideo. Neque enim pugnat hæc duo, Scripturæ loca obscuriora per apertiora ex eadem sunt interpretanda: &, Ecclesia habet donum siue auctoritatem interpretandi scripturas. Ecclesia enim scripturam interpretatur non ex somnijs aut commentis traditionum humanarum, sed collatione locorum scripture ex phrasib. linguarum originallium, & circumstantiarum diligent consideratione, atque ita per seipsum. Hoc modo nō alligamus scripture interpretationem ad certum ordinem, cuius ius dictandi, & potestatem condendi, quod alij necessariò sequantur, tribuamus: sed ideo liberum relinquimus, qui in sua Ecclesia dono interpretationis per Spiritum sanctum instruit, quos uisum est, in communem Ecclesiæ edificationem. Sicut Paulus testatur: Divisiones uero gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et mox iterum, Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Item, Prophetæ duuel tres loquuntur, ceteri autem dijudicent. Si uero sedenti fuerit reuelatum, taceat prior. Quod igitur per ludibrium in fine concludendo caput, querit, Quid est, rogo, Ecclesia habet ius interpretandi scripturam, & iudicandi de omnibus doctrinis: & scripturam per seipsum sufficienter exponi, & unctione Spiritus sancti? Idem facit, quod Pilatus, qui Christum, postquam dixerat se ideo aduenisse, ut testimonium ueritati perliberet, ridiculè dicit: Quid est ueritas? Quare sinamus Pilatum suis Prelatis & nūgis bullatis. Sed ut & nos hoc caput concludamus seriò, Quod cum conceptura, & interpretandi eam, seipsum perspicue explicet, his uerbis, quod Ecclesia non habeat liberam potestatem quidlibet statuendi & mutandi scripturam, ac fingendinouam doctrinā, & instituendi nouos cultus Dei: sed quod acceperit certam regulam, uidelicet Propetiā & Apostolicā scripturam, iuxta quam obscura interpretetur, & de dogmatibus iudicet.

Verè in Asoticos competere Brentius dixerat, id quod de militib. in
 historia passionis recitaf, qui genib. flexis Christū salutabant Regē,
 & interim colaphos impingebant illi. Nam eodem planē modo summā se
 sacræ scripturæ autoritatē tribuere dicit, cum tamen interim summis eas
 proscindat cōuic̄js: obscurā esse, dubiā, ambiguā, ac nullius aliaſ authori-
 tatis, nisi quantū accipiat ab ecclesia, scripturā affirmat. Hoc uerius, inquit
 Asotus (quæ hominis est impudentia) in uos dicemus: non quidē scriptu-
 rā, quam ipse non usq; adeò magnificat, sed ratione ecclesiæ, quam longē
 illi p̄fert, utpote q̄ scripturā non modò nobis tradit, sed etiā omnem illi
 conciliet autoritatē, ambiguā & obscurā interpretetur, & dubia fidei ex
 suo perpetuo cōsensu dijudicet, &c. Nos quidē ecclesię tribuere authori-
 tam interpretandi scripturā & iudicādi de omnibus doctrinis, sponsam
 Christi eam uocare, hoc esse, genua flectere & salutare. Postea uero nega-
 re ullius humani iudicij authoritati credendū circa sensum scripturæ, hoc
 esse illā percutere: & ut omnē humanā authoritatē euadamus, incertam &
 dubiā facere, cum uisibilē negemus. In hoc nos Pelagianis esse similes, qui
 gratię uocabulo ludebant, illud, ne eam negare uiderent, callide suū pro-
 positiū tegētes, pro lege accipientes. Hinc em̄ sequi, ut à nullo homine in-
 terpretatio cognosci possit: & quod maius est, nullā certā habeamus sacrā
 scripturā, cum illa uera electorū ecclesia sit inuisibilis, & nullū aliū cōcūtum
 quin non errarit, agnoscamus. Atrocia sunt hæc crīmina, quæ in nos cōge-
 rit Asotus: quæ si uerè de nobis dicerentur, digni sanè eramus publico o-
 minium odio. Sed hæc tam à nobis sunt aliena, q̄; alienus est Asotus à uera
 scripturæ intellectu, & à bono uiro, quē se profiteri nō audet. Cumq; non
 cōuincat nos de ijs, sed tantum cauilletur, & absurdā quę ipse sine ratione
 singit, absurdē nobis tribuat, poteramus silentio prēterire: sed ne obiecta
 agnoscere uideamur, frigidas has calumnias & cauillationes excutiamus.

Itaq; quod negamus, ullius humani iudicij authoritatī in scripturæ in-
 terpretatione & controversiarum fidei dijudicatione credendū, non per-
 cūtimus Ecclesiam, ut Asoto uideatur. Nec enim ualet dijudicatio ab ecclē-
 sia facta propter ipsius authoritatē, sed propter solum Dei uerbū: à quo
 si ecclesiæ iudicium dissentire ex scripturis rectē intellectis monstretur, re-
 pudiat illius ecclesię iudicio, scripturis potius est assentiendū, secundum
 quarum præscriptum illa pronunciare debuerat. Sic synodi Nicenæ iudi-
 cium de Arrij condemnatione & filij Dei natura æterna, ac patris cōsub-
 stantialitate probamus, non propter synodi authoritatē uel ecclesiam iu-
 dicantem: sed propter sacrarum literarum diuinam authoritatē, cum qua-
 tum perpetuo consensu hoc Ecclesiæ iudicium congruit.

Fallitur autem Asotus quod sāpe dicimus, si uel semel audiret, ignoran-
 tia dissimilitudinis ecclesiasticorum & politicorū iudiciorum. Non enim
 quemadmodū regi uel iudici de causis ciuilibus, ac mente legum, uel pro-
 pter solum officium, ac dignitatis gradum pronuncianti, obtemperādum
 est: ita etiam ecclesię iudicio, nulla firma & stabili ratione ex Propheticis
 & Apostolicis scriptis redditā, credendum erit. Res enim illæ de quibus
 in foro agitur, præterquam quod tantum bona corporalia concernunt, ra-
 tioni sunt subiectæ, & secundum rectæ rationis iudicium controversiæ
 dirimuntur, ut finis contentionib. imponatur. Ac ut maximē erretur ali-
 quādo, id quod propter multas causas in hac infirmitate humana solet ac-
 cedere: tamen non usq; adeò periculosa sunt illa errata, & iniuriaē reipub-
 eiusq; tranquillitati sunt condonandæ.

Cōtrouersiæ uero religionis & negotia ecclesiastica, nominis Dei glo-
 riæ, & æternam animarum nostrarū salutem concernunt, ut longē supra

mentis humanæ captum sunt posita, ac nullibi periculosis quam hic eratur. Nam de æterna animæ salute periclitamur. Ideoq; non absoluta ecclesiæ pro suo arbitrio iudicandi potestas est concessa, ut sententia propter locum aut personas rata sit habenda, sed certis limitibus circumscripta, ut scilicet ex sacra scriptura dirimantur controversiæ, & interpretatione analogæ sit fidei. Quemadmodum enim non voluntate humana allata est prophetia, sed Spíritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines: ita etiam omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit, sed dono interpretationis & discretionis spíritum. Domini spíritus instruit, quos usum est in communem Ecclesiæ ædificationem. Huius doni uim & usum non supprimunt tantum, sed in nihilum redigunt, qui solis Episcopis potestatem faciunt propter ordinem & locū, ad quem illi hæc libera Spíritus sancti dona alligant, alijs dictandi quod necessariò sequatur. Deinde, ut maximè dicamus illam ecclesiam, contra quam inferorum portæ non prævalent, esse inuisibilem, & tantum electorū: non tamen incertam & dubiam efficiimus, ut omnem auctoritatem humanā euadamus, atq; etiam de ecclesia dubitemus, quod Asotus nugatur. Non enim cum de ecclesia differimus, politiam aliquam Platonis singimus, quæ nusquam sit in rerum natura: sed monstramus uisibilem cœtum, qui notis externis & manifestis cognoscitur & discernitur à reliquis omnibus cœtibus, sincera Euangeliū prædicatione, & legitima sacramentorū administratione.

Rom. 8. In hoc tantum cœtu uocatorū, ueram illam electorū, quæ propriè dicitur

Rom. 9. Dei, ecclesiam esse asseueramus. Qyros em̄ prädestinavit, hos & uocauit. Necq; em̄ omnes qui sunt ex circuncisione Israel, hi sunt Israelites: necq; qui semin sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac uocabitis tibi semen. id est, nō qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.

Aperte ergo fatemur, illum cœtum uisibilem esse Dei Ecclesiam in terris, qui synceram uerbi Dei doctrinam profitetur, de illa consentit, & retinet uerum usum sacramentorum. In hac societate ueram esse illā electorum Ecclesiam. Huic cœtui multimali & hypocrita sunt admixti, multi ante uitæ finem deficiunt. Multi etiam uidentur intus esse, nec tamen sunt uera & uira membra Ecclesiæ illius electorum. Et quia nos cordum scrutatores nō sumus, sed solus Deus est καρδιῶν, dicimus cum Paolo, Dominus nouit qui sunt eius. Etsi autem hominum oculis non patet, nec certò de singulis pronunciare possumus, quinam sint electi Dei: tamen non extra hanc societatem querendos esse certò affirmamus. Et ad hunc cœtum Christus non remittit, cum inquit: Dic ecclesiæ. In hac societate semper aliquos esse electos, aliquos esse qui dono interpretationis & discretionis spíritum sunt ornati, certum est. Merē igitur calumniæ sunt, & studio cauillandi Asotus confundit omnia, quæ nos de externa, uisibili, & illa quæ in ea latet inuisibili Ecclesia diserte distinguimus. Qualia sunt quod ait, Dicitis Ecclesiam habere ius interpretandi scripturam, & tam enī nullo homine cognosci potest Ecclesia. Ergo nec interpretatione. Necessæ est Virtembergenses aut nullam certam habere scripturam, aut certam agnoscere ueram Ecclesiam. Quomodo enim testimonium, aut ius certum haberi potest, si ille ignoretur? Item, Si errant Patres, si errant concilia, ut dicas Brenti, dubium est quicquid de libris Canonici dicitur. Brenti. Si incerta est uera Ecclesia, sit ut eorum libri Canonici sint incerti. Hæc asinus rudit. Nihil enim horū dicimus, neq; ex his quæ dicimus sequitur. Agnoscî dicimus interpretationē, non quidem ab Asoto eiusq; simili bus, sed spíritu S. obsignatis. Luculentā nobis facit iniuriā, palam enim affirmamus cum Christo, pios spiritu S. donatos, iudicare posse. Ioan. 7. Si quis uoluerit uoluntatē eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit,

Et an ego à me ipso loquar. Item Ioan. 8. Si uos manseritis in sermone meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem. Interpretata est synodus Constantiæ scripturâ S. de institutione eucharistie, in qua Christus dicit, Bibite ex calice omnes, loqui Christū tantū de unicis sacrificiis: Ioannes verò Hus de omnibus Christianis, & ob id igni est adiudicatus. Similiter & omnibus presbyteris sub poena excommunicationis interdicitur, ne laicos sub utraque specie cōmunicent. Hic nemo est piorū qui nō interpretationem hanc cōciliij impiâ ac sacrilegâ esse agnoscat & affirmet, Husij uero piam: quia hæc sacræ scripturæ & institutioni Christi cōformis, ideoq; multis seculis in ecclesia ita usurpata, & etiamnū hodie in Græca: illā uero & diametro cum uerbo Dei pugnare. Sic in genere de interpretatiōe dici- mus, illam esse genuinā & recipiendā, quæ cum sacra scriptura cōsentiat, eiq; sit analoga. Agnoscimus & fatemur in hoc coetu, qui amplectitī synce ram sacræ scripturæ sententiā, Deū Patrē liberatoris nostri Iesu Christi, ec- clesiā sibi ueram colligere: & tales semper hinc à mudi exordio extitisse, atq; usq; ad finem permansuram, quæ his suis notis, de quibus dictum est, agnoscitur. Illa uera Dei ecclesia omniū temporū recte sentiens de uerbo Dei testis est de scriptis Propheticis & Apostolicis, scripturamq; per scri- pturam interpretatur: de quibus prorsus non dubitamus.

Sed uide qualis sit Asotica cōcludendi ratio: Vuirtenbergēses dicitū pa- tres quosdā & cōcilia quædā errasse in quibusdā: Ergo dubitāt de ecclesia, num aliqua fuerit: ergo dubitāt de scriptura, ergo nullā habēt scripturā. O' acumen ingenij. O' disputatōrē insuperabilem, & ad impossibile redigen tem aduerterium. Nec enim ideo sequitur, quia enumerauit Brentius, & nos cum ipso agnoscimus, & fatemur, Patres quosdam in quibusdam er- rasse, similiter & concilia quædam, quod ideo nulla fuerit ecclesia, aut de facris librīs dubitemus. Non enim ideo Patres ecclesiæ membra fuisse ne- gamus, qua in quibusdam errasse afferimus. Deus em in fundamento per- manētib; ut peccati reliqas, ita etiā errores quosdā clemēter ignoscit & cōdonat: de quibus si admoniti fuissent, haud dubiè abiecissent. Quemad- modū Augustinus de se scribit, Errare potero, sed hæreticus non ero. Si- gnificat ut alias quoq; nonnullis in locis, se suaq; scripta non omni carere errore, quos tamen pertinacius, admonitus, defendere nolit. Sic Cypria- nus in eo errauit, quod uoluit rebaptizari ab hæreticis baptizatos: Ergo ubiq; errauit, & in omnibus. Non enim sequitur, quod is qui errat in uno, statim in omnibus erret.

Quare eti Patres in quibusdam errasse dicimus, non tamen ecclesiam permanuisse negamus. Quare minimè artificiose concludit Asotus, nos de ecclesia dubitare. Multo uero minus illud alterum quod infert, nos etiam de librīs Canonicis dubitare, quia errasse Patres affirmamus. Nos Patri- bus non credimus in ijs, ubi errant. Ergo etiam in eis, ubi recte sentiunt, uidelicet cum testantur de sacra scriptura, quod eam à suis antecessori- bus acceperint. ingens enim inter hæc & illa est diuersitas. Et quid librīs veteris Testamenti, hoc est Mosis & Prophetarum fiet? An non Iudeos uno ore omnes errare fatemur? Quid igitur? An ideo de autoritate illorū librorū, quibus ipsi testimoniu perhibent, dubitamus? Quod si maximè faceremus (quod Deus à nobis auertat) tamen non multum Asoto esse- mus deteriores: qui eti certum se esse arbitratur, sacras literas diuinitus da- tas, tamen quid de illarum autoritate sentiat, auditum est.

Postremo concludit caput, hoc modo, inconsideratē illos agere, qui & ecclesiam & scripturam ita distinguunt, quasi alterius authoritas alteri de- trahat, ut Vuirtenbergēses uident facere. Si em, inquit, dixerimus ecclesiā

iudicare debere de dubia expositione scripturæ, statim inferunt, iniuriam fieri scripturæ: cum ita hæc duo coniuncta sint, ut alterum in altero semper inueniat, qui rectè querit, nisi quod, ut ostensum est, ecclesia antiquior est scriptura; & eius autoritate nobis tradita est. Non audet parlam affirmare nos ita scripturā ab ecclesia distinguere, ut alterum alterius authoritatē detrahatur: ideo dubitanter dicit, Ut Vuirttenbergenses iudicentur facere. Neq; enim hoc in nostris legit scriptis: ideo singit, & pro sua libidine nugatur. Sed uulgo dici solet, Videtur, soluitur per Non uidetur.

Distinguendum quidem est inter ecclesiam & uerbum tanquam diuersa. Aliud enim ecclesia, aliud uerbum est: sed non sunt separanda hæc duo. Datur enim uerbum propter ecclesiam, neq; unquam hæc sine illo esse potest. Sed neq; illud alterum dicimus quod somniat Asotus, iniuriam scilicet scripturæ fieri, si ecclesia de eius dubia expositione iudicet. Clare enim dicimus, ecclesiam debere iudicare de uarijs & diuersis expositionibus scripturæ.

Sed hoc addimus, Hoc iudicium debere ex scriptura ipsa fieri, & desummi. Num uidelicet interpretatio sit analogia fidei, & ipsi scripturæ, quæ Lydius est lapis, ad quem ut omnia dogmata, ita etiam interpretationes diuidi debent. Quod in fine addit, ostensum esse, ecclesiam antiquiorem esse scriptura, & eius autoritate nobis esse traditam, non satis recordor ubi id probarit. Multa præsupponit Asotus, nisi quod ludit suo more in vocabulo scripturæ: cum tamen, ne qua esset in vocabulo ambiguitas, diceret à Brentio dictum sit, quod nomine scripture sententiam & res ipsas quæ in eis continentur, intelligamus: quæ siue recitentur, scribantur, dicantur, uel legantur, semper unum & idem Dei uerbum est.

Hæc, si Asotus vir bonus esset, considerare & refutare deburisset, & modum in tenuibus istis cauillationibus adhibere, non pueriliter ludere uocabulis scripturæ, & uerbi Dei. Sed hinc in Asoto caluniandi studiū apparet. Nos ecclesiā super fundamētū prophetarū & Apostolorū ædificatū cū Paulo afferimus: eamq; renasci ex incorruptibili semine uerbi Dei, qd per Euāgeliō ad nos delatū est. Quare cum Asotus dicit ecclesiā antiquiore scriptura, perinde est ac si diceret, Matrē à filia esse genitā, (nata est em ecclesia initio ex uerbo, qd ne Caín quispiā, aut Asotus diuersum singat, in literas est relatū, & ad posteritatē transmissum) aut ab ædificio portarifundamentū. Quæ cū sint absurdā, uanitas Asoti omnib. fit manifesta. Quod ut palam fiat, exemplo declarabimus. Primi nostri parentes Adam & Eva per transgressionē mandati Dei excidūt gratia, amiserūt Sp̄ritum sanctū, nec sunt amplius ecclesia Dei: recipiunt aūt, & fiunt ecclesia. Quomodo? Data promissione de semine mulieris, qui est Christus, edita uoce diuinā. Similiter & de Abraham dicit, q cum inter idololatas habitaret transfluit adductus. Hic Abrahā idololatra fuit, sed uocatus à Deo per uerbum, sequitur Deum uocantem, & recipitur in gratiam. Hic stirps est ecclesiae Dei, qui antequam uerbū audiret, erat idololatra. Hic quero Asote, Vtrū prius fuerit, ecclesiāne post lapsum, & restitutio, an uero uerbum Dei? Si milititer & de Abraham. Certè nisi plane sis impudens, ecclesiam priorem uerbo uel scriptura affirmare nūquā poteris. Per uerbum enim quod sonare audierunt, & fide receperunt, ac postea literis mandatum est, suntrestituti, & ecclesia Dei facti. Item hoc quoq; addit, scripturam nobis ecclesiæ authoritatē traditā, quod quale sit, suprà diximus. Ecclesiā testem esse nō negamus, quæ se hæc scripta bona fide ab Apostolis accepisse testatur. Verū tantam illi autoritatē tribuimus, neq; ipsa agnoscat, ut pro sua libidine

Eph. 2.

2. Pet. 2.

Ios. 24.

libidine scripta recipiat, uel reprobet: sed potius accipit à Deo oblata, & audit uocem sponsi, sicut oues pastoris: deinde uero propagat, & per manus quasi suo testimonio tradit. Quod si hoc modo loquitur de ecclesia scripturas tradente, qui cum pugnat?

A N N O T A T A I N C A P. X L V I I.

De authoritate sacræ scripturæ se diciturū esse professus est: id quomo-
do egerit hactenus, ex ipsius libro & uerbis recensuimus. Ita autem
de eius authoritate dixit, ut magis eam accusare, quam commendare uo-
luisse, haud obscurè significarit. Præterquam enim quod omnino eam ad
fidem non necessariam esse dixit, hoc quoq; addidit, sacram scripturam si-
ne authoritate ecclesiae, autoritatem nō habere. Item obscurā, ambiguam
& dubiam esse assueuauit, quæ omnia, & singula qualia sint, suprà dictum
est, ideo traditionibus opus esse, Patrum scriptis, & concilijs uiuorum Pa-
trum, qui eam interpretent. Atq; ita à scriptura ad traditiones nō scriptas,
Patres, & cōcilia nos ablegat, ex quibus de scripturæ sententia sit iudican-
dum, cum hæc potius omnia ex scriptura sint dñjudicanda. Sed uide ser-
pentinam calliditatem. Astutissimè omnia præcedentia celat, quæ contra
scripturam dixerat: & iam in huius capitî exordio pollicetur, se declaratu-
num, quod non subiçiat scripturam ecclesiæ, quemadmodum Brentius
calumniantur: & de hoc se manifeste satisfacturū ipsi, idq; hac ratione sub-
iecta probat, Quia scriptura sit supra ecclesiam, quod recte & uerè díci-
tur, sed quomodo probet Asotus sententiam, quam de scriptura hactenus
dixit, non uideo. Imò tam abest ut probet, quod maximè etiam impugnet
& refutet. Si enim scriptura est supra ecclesiam, ut est, quia à Deo authore
per Spíritum sanctum proficiscitur, certè salua illi constat sua authoritas
per autorem Deum, nec autoritatem suam ab ecclesia accipit: quæ eti te-
stis est, tamen authoritas, ueritas, & certitudo non ex autoritate testifican-
tis, sed ab ipsius rei de qua testimonium perhibetur, certitudine depen-
det. Nec ideo ecclesia quia approbavit suo testimonio scripta quædam,
alijs reiectis, sua autoritate ex falsis, dubijs, & profanis, uera, certa & sacra
effecit: sed talia qualia erant sua testificatione comprobauit. Nec ideo
ueræ & certæ scripturæ esse coeperunt, quia ecclesia ueras & certas esse
pronunciauit: uerum quoniam per se tales erant, uerax est ecclesia, quæ
id ipsum de scripturis est testificata quod erant: ac si aliter fecisset, testis ue-
ti autoritatem amisisset. Deinde quia scriptura est supra ecclesiam, certè
ecclesia nos non à scriptura supremæ autoritatis, certitudinis ac ueritatis,
ad patres & cōcilia longè inferioris autoritatis ablegare, sed cōtrà ab in-
ferioribus, & magis dubijs atq; incertis Patribus, & concilijs, ad scriptu-
ram remittere debet, ut summa autoritas, certitudo & iudicium penes scri-
pturam sit, quæ norma & regula esse debet dijjudicandi dogmata. Id quod
Paulus facit, inquiēs: Prophetia sit analoga fidei. Et ante ipsum Esaias, Ad Rom. 12.
legem magis & eius testimonium, quod si non dixerit, non erit eis matuti- Esa. 8.
na lux. Et Abraham ablegat diuitis fratres ad Mosen, & prophetas, hos au Luc. 16.
diri uult. Similiter Augustinus uult omnia sua, & aliorum Patrum scri- Epist. 19. ad
pta ad normam sacræ scripturæ examinari, alias nulla ratione ratum habi- Hierony-
turum quidcunq; tandem, quantumlibet eruditione & uitæ sanctimonia
præstantes uiri decernant. Accipimus ergo quod hoc loco frater Petrus
nobis dat, scripturam esse supra ecclesiam: non quia Asotus hoc dicit, sed
quia ut maximè negaret, per se uerum est: id uero quod hinc probare co-
natur, scripturam non subiçti ecclesiæ, negamus propter rationes iam
expositas.

Ne uero nimirum nobis concessisse uideatur, cum sciat alios in cōtraria
esse sententia, addit esse catholicos, qui æqualis uelint esse autoritatis ec-
clesiam

clesiam & scripturā: & quod quidem plus tribuant ecclesia, scilicet quod
 sit supra scripturam, quemadmodum etiam in concilio Constantiensi dis-
 putatum est, num Papa sit supra concilium: quod multi Papæ adulatores
 dixerunt. Hos ergo qui contrarium sentiunt, uidelicet ecclesiam esse equalis
 authoritatis cum scriptura, imò etiam maioris, Catholicos uocat, hoc est,
 bonos Christianos, & membra ecclesiæ uerae. Cum uero contraria duo
 (ut Dialetici loquuntur) nunquam simul uera aut falsa esse possint: ergo
 aut Asotus, qui ab illis planè contrarium sentit, errat, & non est catholicus:
 aut illi qui ita sentiunt, errabunt, & non erunt Catholici. utrum uelit acci-
 piat. Sed additrationē, cur eos damnare nolit, quia nec ipsi aliter sentien-
 tes damnent. Sicut etiā in illis comitijs Augustæ anno 30. celebratis, Papi-
 stæ nostris integrum Eucharistia usum concedere uoluerunt, modò no-
 stri uicissim dimidio utentes non cōdemnent. Atq; ita Christum cum Be-
 lial conciliare uoluerunt. Hoc modo ludunt homines isti Epicurei, in reli-
 gione, si modò errores eorum ferantur à nobis, & idolum illud pontificū
 saluū permaneat, quiduis ferre possum, & sententias non tantum diuersas,
 sed etiam contrarias, & quidem in causis grauissimis. Videret autem hic est
 quā pulchre sibi Asotus aduersetur. Suprā enim dixit, scripturam, quia
 sit obscura, ambigua & dubia, traditione explicari: item ex patribus & cō-
 cilijs Praelatorum. Hic uero nostra uerba recitat, inquiens, ecclesiam agno-
 quam obscura interpretetur & dubia definit, Propheticam scilicet & A-
 postolicam prædicationem. Hæc certissima sunt, inquit. & suis uerbis ad-
 dit, Rursum cum de sensu huius scripturæ dubium est, nō quod sibi placet
 definit ecclesia, sed quod ex illa regula prædicationis Prophetice & Apo-
 stolica certum habet, id definit, &c. Aut enim eadem sunt Asoto sacra scri-
 ptura, traditiones, Patres ueteres, & Praelati recentes: aut sibi aduersatur.
 Quia hic tribuit scripturæ soli, quod per illam obscura sint interpretanda,
 & dubia definienda: cum suprā aliam quadrigam instituerit. Aut aliud in-
 telligit per Propheticam & Apostolicam prædicationem quā scripturā
 sacram, & sic simplici lectori ambiguitate uocabuli uult imponere, ut cum
 idem nobiscum loqui pie & sentire uideatur, interim suum uenenum pro-
 pinet. Qui emadmodum ille fecit qui pro Christi sanguine in calice uenenu
 Imperatori propinavit. Ut cum dicat ex prædicatione Prophetica & Apo-
 stolica ecclesiam dubia definire, nos iudicemus eum de scripta ipsorum do-
 ctrina quæ in libris extat loqui, & consentiamus Asoto, nihil minus quā
 fraudem subesse suspicantes: quod cum à nobis impetrarit, uictor exi-
 stat, quia per prædicationem intelligat traditiones non scriptas, quas pro-
 arbitrio ex suorum consensu configit. Sed mittamus flexiloqua & in u-
 tranc partem claudicantes. Quod si nobiscum ut loquitur, ita etiam sen-
 tit, accipimus & hoc quod dicit, Rursum cum de sensu huius scripturæ du-
 bium est, non quod sibi placet definit ecclesia, sed quod ex illa regula præ-
 dicationis Prophetice & Apostolice certum habet, id definit. Quæso itaq;
 te, si ex scriptis Propheticas & Apostolicas definiendum est, quod nos co-
 tendimus, & iam concedis ueritatis adductus, cur non sacrilegum illud
 Constantiensis concilij decretum de dimidio Eucharistia sacramento cō-
 demnas: aut quas Propheticas uel Apostolicas doctrinas sequuntur, de-
 monstra. Verum hoc nunquam poteris. Ipsi enim sancti (si dijs placet) pa-
 tres, Christum integrum sub utracq; specie panis & uini instituisse cœnam
 suam, & discipulis suis administrasse, atque in primitua ecclesia ita esse re-
 ceptum à fidelibus: tamen hoc non obstante, consuetudinem rationa-
 biliter introductam habendam esse pro lege affirmant. Hoc itaque, eti-
 am Asoti iudicio, satis declarant Papistæ, adeò pertinaciter hanc defini-
 tionem

tionem concilij obseruantes, neq; suos maiores, neq; se, ueram ecclesiam esse, cum hæc non quod sibi placet, sed quod ex scriptura sacra certum habet, definiat. Hic certum fatentur esse in sacra scripture, sic à Christo institutam & administratam discipulis cœnam, ita receptam in primitiva ecclesia à fidelibus. Fatentur ergo si non uerbis, certè quod maius est, re ipsa testantur se esse Antichristos, Dei, non aterni & uiui, sed huius mundi, ecclesiam esse.

Neq; hoc tantum sequitur, ex præmissis ab Asoto concessis: sed in genere, omnia dogmata, dubia & fidei controversias non secundum traditiones non scriptas, incertas, & ad tempus tantum constitutas, neq; secundum Patrum decreta in concilio: sed secundum scripturam sacram ab ecclesia dijudicandas. Habemus itaq; fratri Petro gratiam, quod à suis discedit, & nobiscum in quibusdam non parui momenti sentiat. Quod si uero per prædicationem Propheticam & Apostolicam, non doctrinā ipso-rum scriptam, sed traditiones, & dogmata non scripta intelligat Asotus, probandum illi incumbit, quæ nam sunt traditiones Propheticæ non scriptæ, & quæ dogmata sua ecclesiæ ex illis, & quomodo, probare uelit: cum superiorius concederit, nullas esse traditiones, aut fuisse in ueteri Testamento, quia uetus lex in sua origine scripta sit tradita. Ideo non fuisse, traditiones non scriptas. Concludit autem caput: Itaq; semper subdita manet ecclesia scripture ut ipsa spiritui diuino, & reuelationi eius: & tamen nobis dat ipsam scripturā, & explicat illam. Ambiguitas est in uocabulo Dandi, quod uidelicet ecclesia nobis dedit scripturam. Constat scripturam à Deo autore per Spiritu n sanctum dari, à quo ecclesia accipit eam: & testis est, uerè diuinitus hæc scripta nobis data, eaq; custodit, & permanens posteris tradit. quod si hoc modo intelligat, recte sentit, & nos idem cum ipso sentimus. Si uero ita accipiat hæc uerba, quemadmodum supra, quod scripturæ nullam habeant autoritatem, nisi ecclesia eas approbet, certè nullo modo ferre possumus, quemadmodum illic dictum est.

De explicatione scripture, si fiat per ipsam scripturam, sicut etiam Asotus paulo antè hoc capite dixit, nihil est quod repugnemus. Postremò quod in fine addit Epiphonema, Hoc est subiçere scripturam humano iudicio? Quis hoc dicat, nisi qui obstinato animo decrevit omnibus contradicere, & nihil intelligere? Respondemus aperte, Si hæc tantum de hoc capite intelligeret, eo modo & sententia, quam exposuimus, quod uidelicet scripture sit supra ecclesiam: & quod ecclesia, cum de sensu eius dubium est, non quod sibi placet, sed quod ex regula scripture certum habet, id definit. Item, quod ecclesia semper subdita maneat scripture, testificans de ea, nobisq; per seipsum explicet: una cum ipso fateremur, hoc pacto scripturam humano iudicio non subiçci, neq; illi nos contradicuros. Sed cum hæc omnia ad præcedentia etiam, quibus scripturam sacram reprehendit, & diffamauit, sine ecclesia autoritatem eam non habere, obscuram esse, dubiam, & ambiguum, nec esse sufficientem modum per seipsum exponendi: sed secundum traditiones Patrum scripta, & concilia interpretandum, & dubia fidei ex his definienda referat: profectò hoc est scripturam humana iudicio subiçere. Cum igitur neminem, nisi qui obstinato animo omnibus contradicere decreuerit, & nihil intelligere uelit, hoc dicere affirmem: sequitur, Asotum esse obstinatissimum. Hæc enim ipse Asotus, qui hoc loco summam tribuit scripture maiestatem, & potestatem, quod sit supra ecclesiam, quod ex regula Propheticæ & Apostolicæ doctrinæ dubia definit: supra dixit, sacram scripturem sine ecclesia autoritatem non habere, eamq; per traditiones non scriptas, Patrum libros, & concilia, de scripture sensu iudicare.

An non

An nō manifeste his uerbis scripturam humano iudicio subiectit, quod tantum ualeat, tantamq; authoritatem habeat, quantam ei ecclesia tribuit, eumq; sensum habeat, quem ei uel tribuunt uel affingunt homines? Quid est subiecto humano iudicio scripturam, si hoc non est?

A N N O T A T A I N C A P . X L V I I I .

Eccliam scripturæ esse subiectam, præcedenti capite communice afferit. Cum em ad hanc regulam sacræ scripturæ ecclesia iudicare debeat, cur non licebit nobis, inquit Brentius, ecclesiæ iudicium ad hanc regulam exigere, ut si illi non consonet, rei ciatur? Hoc inconsideratè Asotus dici affirmat, addita ratione, quia hoc modo superiorem ecclesia constitutam Brentius, cum de ecclesiæ iudicio iudicet. Et in summa hoc uult Asotus, ecclesiæ decreta quævis sine discrimine recipienda. Hoc autem eo facit cōsilio, quod se iam probasse & omnibus persuasissime arbitratur, colluuiem istam Romanorum Pontificum & episcoporum, malorum omnium sentinam, lernam, & Augiæ stabulum, ueram esse Dei ecclesiam.

Ideoq; hoc modo quasi compedium quodam, iam omnes errores etiam absurdissimos, quos curia ista Romana, nomine ecclesiæ orbi Christiano obtrusit, esse confirmatos, ut nemo contraria hiscere audeat. Verum nos scimus non quemuis cœtum, qui se ecclesiæ nomine uenditat, statim ueram Dei esse ecclesiam. Cum enim duplex sit ecclesia, uera & falsa: hæc per runq; in hoc modo longe antecellit multitudine, potentia, opibus, specie sanctimoniae & sapientia, cultibus, & alijs rebus que illi autoritatem conciliant. Vnde & reprehensa à uera, persequitur illam. Quemadmodum con Gal. 4. Hismaël qui secundum carnem natus erat, & figura erat hypocriticæ ecclesie, perseguebatur Isaac, qui secundum spiritum: ita & nunc.

Legitima ordinatione Dei, & successione ordinaria inflati Pontifices, & sacerdotes in populo Iudaico, cultus idolatricos cumulabant, sacras & iniuiolatas suas constitutiones conservare uolebant, uociferantes, Templū Domini, templum Domini. Non peribit lex a sacerdotibus, &c. Verum his clamoribus & prærogatiis nihil mouebantur prophetæ: sed se opponerant, & reprehendebant falsam illam ecclesiam. Plerunq; enim ille cœtus qui plurimum iactat de titulo ecclesiæ, nomen habet, & retinet, sed si ne re: specie, sed non ueritate.

Deinde illa ipsa uera ecclesia sicut peccatis, ita etiā interdum suis quibusdam erroribus non caret: aut ignorantia uicta, uel consuetudine, uel multitudine maioris partis, & temporis diuturnitate, minus consideratè abusus quosdam retinet. Vnde etiam Augustinus inquit, Sæpe plenaria concilia priora à posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo lib. 2. cap. 3. typho sacrilegæ superbiae.

Quod si omnia sine examine recipienda erunt quæ nomine & prætextu ecclesiæ nobis obtrudunt, facile decipiemur. Sicut illi qui facile & temere credunt. Quod ne fieret, Christus & Apostoli diligentissime nos præmonuerunt, surrecturos pseudoprophetas, & falsos Christos, quos cauere iubet. Item grassaturas in ecclesia horribiles tenebras. Antichristū in templo Dei sessurum, & regnaturum. Spiritus probandos, num ex Deo sint. Omnia probanda, & quod bonum est tenendum. Item, diabolum se in angelum lucis transformare. Quare non omni spiritui esse credendum, sed si uel angelus ē cœlo alius prædicet Euangeliū, anathema esse.

His rationibus, admonitionibus, & præceptis Christi & Apostolorum muniti, non mouemur clamoribus Asoti, qui uociferatur non iterum examinandum ecclesiæ iudicium, ne nos ecclesia superiores faciamus. Nos enim

enim non iudicamus, sed Dei uerbū, secundū quod omnia examināntur, & iuxta illud sentētia fertur. Huic quicquid est aduersum, cedat necesse est. Scripturarum autoritatibus, inquit Augustinus, agamus. Vt triq; tanti pondēris molibus cedamus. Cum igitur nos non iudicemus secundum nostrū arbitrium, sed secundum scripturam examinēmus omnia dogmata & decreta, non nos ipsos, sed scripturam facimus Ecclesia superiorem. Hæc omnibus esse superior, & in omnibus primatum obtinere, atq; ubiq; regnare meritò debet. Et Asotus ipse quanuis magnus scripturæ hostis, tamen scripturam supra Ecclesiam concedit esse. Quare non inconsideratè agimus, sed piè & prudenter, etiam iuxta Asotum, quòd Ecclesiam non præferimus scripturæ, sed hanc illa superiorem facimus. Nec hoc agimus, ut Asotus calumniatur, ut nos authoritate, scientia, aut iudicio Ecclesia superiores faciamus: sed ut & ipsi Ecclesiæ sua permaneat libertas, ne tyrānide potestiorum opprimitur, & quævis decreta pro libidine quorumcunq; recipere cogatur: & scripturæ suus honor, dignitas & maiestas salua conservetur.

*Aug. cōtra
Max. Arria
num lib. 3.
cap. 14.*

In concilio Niceno congregati erant 318 Episcopi ex toto orbe Christiano. Inter Canones cōciliij, quidam videbatur introducere legem, ne Episcopi, presbyteri & diaconi cum coniugib; suis, quos ante consecratio ném duxerant, dormirent. Paphnutius uero, licet nuptiarum expers esset, tamen contradixit. Honorabiles confessus nuptias, castitatem esse dixit cōcubitum cum propria coniuge: suasitq; concilio ne tales poneret legem, grauem esse afferens causam, quæ aut ipsis, aut ipsorum iugalibus occasio fornicationis existeret. Synodusq; laudauit sentētiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in uniuscuiuscq; uoluntate, non necessitate, dimisit. Quid igitur dicemus? Ergo ne quia Paphnutius Canonem conciliij & sic Ecclesiæ hoc iudicium examinauit, superiorem se fecit Ecclesia, & sapientiorem? Nequaquam. Tum enim se authoritate superiorem & sapientiorem fecisset, si nulla ratione adductus, non sacra scriptura munitus, suam sententiam illi prætulisset. Verū cum sacræ scripturæ testimonio suam sententiam confirmet, non se, sed scripturam Ecclesia facit superiorem. Nec similitate egit, sed recte, piè & syncerè. Sic recte in eandem sententiam Panormitanus uester, Asote, plus credendum esse afferit unī laico pro se habenti sacræ scripturam, quam toti cōcilio. Ita nos non agimus hoc, ut nobis credat, nos preferamur Ecclesiæ, sed ut nos & illa scripture simus subiecti: sicut sanctissimus uester, qui etiā iniustas suas sentētias uult timeri, nec à quoquā iudicari, sed ipse iudicare alios. Neq; quisquam illi dicat, Quid facis? Hoc in sacro illo laude, in nobis uero reprehēsione dignū Sotus iudicat. Cumq; scripturæ sacre authoritate nos conuincere ullius malī nequeat, sed id quod in qua cautum sit, ne semel iudicata & recte disposita reuoluantur, aut publice disputetur. Vbi sacræ scripturæ destituuntur authoritate spirituales isti, carnale brachium inuocant, cum aliās ualde iniqui sint seculari potestati. Verū nos & quo animo Imperatorum leges ferimus, quæ non sunt aduersæ religioni. Neq; quicquam est in hac lege, quod nobis aduersetur. Asotus qui cæco rapitur affectu, tantum intentus est in hæc uerba, iudicio reuerendissimæ synodi iniuriam facit, si quis semel iudicata reuoluere & publice disputare contenderit: interim uero non intuetur, nec considerat id quod additur, Recte disposita. Non enim de quibusuis decretis synodorum & iudicijs loquuntur Imperatores, sed de illis tantum quæ recte sunt disposita. Prius ergo uidendum est, cum in medium profertur iudicium aliquod & decretum synodi, num recte sit dispositum, nec ne. Tum autem est recte dispositum, si iuxta sacram scripturam est pronunciatum: non

recte uero, si contra illam sit statutum. Igitur non prohibetur disputatio omnis, sed tantum de ijs quae recte sunt disposita. haec neque nos in dubium reuocari uolumus, neque ut conuellatur concedendum iudicamus. Hoc loco Asotus idem facit quod diabolus, qui cum filio Dei disputationem instituens, uerba scripturæ affert, sed mutila omittens, ea quæ sibi aduersari sentiebat, & in quibus uis tota erat posita. Ita Asotus tantum ea uidere se simulat, quæ ad suum institutum contra nos facere uidentur, dissimulatis astute ijs, in quibus controuersia tota consistit. Loquuntur enim Imperatores de recte dispositis in synodo.

Quæstio itaque haec est, num necessariò sit conciliorum determinationi standum, nec amplius semel conclusa & decreta in dubium reuocanda, aut in posterioribus concilijs disputanda. Hic initio querere possem ex Asoto & Prælatis Asoticis, adeoque tota Romana Papistica Ecclesia, cur ipsi non stent conciliorum ueterum decretis: sed ab eis recedant, & nonnulla abrogent, & noua decernant? Saepè enim posteriora concilia priora emendarunt, quemadmodum ex D. Augustino iam dictum, & experientia notum est. Gangrense concilium cap. 4. inquit: Si quis discernit presbyterum coniugatum tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit. In concilio Niceno cap. 6. statuitur, ut mos antiquus perduret, quo Alexandrinus Episcopus potestate habeat omnium Ecclesiarum in Aegypto, Libya & Pentapolí, quemadmodum & Episcopo Romano parilis mos sit: similiter autem & apud Antiochiam ceterasque provincias honor suus unicuique seruetur Ecclesia. Vbi pares hi Episcopi iudicantur esse, nullus uniuersalis, aut totius Ecclesiæ caput. Qua fronte, Asote, tyranni tui horum conciliorum decreta, quæ Evangelij æquiparatis, mutare ausi sunt?

In concilio Constantinopolitano uniuersali primo, ut refert Theodore, lib. 5. cap. 9. dicitur Hierosolyma mater cunctarum Ecclesiarum constituta: hoc uos Romæ adscribitis.

Deinde & hoc querenduni, utrum omnia concilia suarum deliberatum & conclusionum scopum & finem habuerint, Dei unius gloriam secundum ipsius solius uerbum patefactum pronunciarint, nominis eius sanctificationem, regni Christi dilatationem, & Ecclesiae ueræ incrementum quæsierint & curarint: Item, utrum omnes aut certe potissima pars illorum qui concilijs interfuerunt, p̄ij, synceri & docti fuerint? Utrum non ut homines errare potuerint? An nulla nunquam concilia errarint? Quod si horum aliqua deprehensa fuerint, quod monstrare non esset difficile, neque ipsum Asotum hoc negare posse confidimus: qua ratione in illam seruitutem Ecclesiæ membra redigeremus, ut etiam nulla ratione reddita, tantum propter titulum Ecclesiæ, omnia decreta sine discriminè & examine contra Christi & Apostolorum admonitiones reciperent?

Tertull. A. polog. aduersus gen- tes cap. 4. Quod si lex, quæ probari se non uult, meritò suspecta est: & si non discussa & probata, dominetur, improba est: cum nulla lex sibi soli conscientiam suæ iusticiæ debeat, sed eis à quibus obsequium expectat: quanto magis in religionis causa, ubi nulla lex ualeat, nisi sit diuina, omnia statuta & leges ab hominibus sanctæ prius sunt examinandæ? Quanta haec tyrannis? quam suspectæ nobis debent esse synodi Papisticae, earum decreta, si etiam de ijs disputare non liceat? Veritas non erubescit in lucem prodire, quo enim magis assidue & saepius agitatur & uentilatur, tanto magis elucescit. Menda cum uero, fucus & iniuste leges, lucem ferre non possunt, ideo se iudicari nolunt, & discuti. Quanto rectius Innocentius Epistola septima dicit: Grauenon oportuit uideri piissimis mentibus uestris, cuiuscunque iudicium retractare, quia ueritas exagitata saepius, magis splendescit in luce: &

te: & pernicies reuocata in iudicium, grauius condemnatur, nam fru-
ctus diuinus est, iusticiam saepius recensere. Nec ullum in causis religio-
nis præiudicium ualeat, cum nulla determinatio ueritati præiudicet. Sed
quocunque tempore, uerum quod latebat, inuenitur error, & falsitas cor-
rigenda. Idem in legibus ciuilibus accidere uidemus, ubi corrigitur
prioris posterioribus, uel etiam penitus abrogantur. Quare non omnis
disputatio ab Imperatoribus lege prohibetur: sed nominatim & diserte
qua non sunt reuoluenda, additur, videlicet recte disposita, & recte iudi-
cata. Videndum ergo prius est, Num recte sint disposita & iudicata iuxta
normam sacræ scripturæ.

Deinde simili à ciuili iudicio sumpto, probare conatur, non ideo sa-
cram scripturam humano subiici iudicio, etiam si Ecclesia, homines de scri-
pturae sententia litigantes, eorumq; opiniones ex scriptura iudicet, & se-
cundum illam pronunciet, quod uerum est: neq; nos dicimus, si Ecclesia
omnium hominum opiniones ex scriptura dijudicet, eam sibi scripturam
subiucere. Verum hæc non est quæstio quæ inter nos controuertitur, neq;
hoc Asotus hactenus egit, sed planè contrarium. Commendatur enim
scripturam, quantis uiribus potuit uituperauit, obscuram, dubiam, & am-
biguā probare conatus est, ideo ex ea ambigua non posse dijudicari: sed o-
pus esse traditionib. que sint planiores & pleniores, patrū scriptis, & cōci-
liorū decretis, quod in sequentib. ex professo plurib. aget. Imò hoc ipsum
est, quod nos contra Asoticos contendimus in omnibus iudicij Ecclesia-
sticis, se quendam regulam uerbī Dei, & iuxta illius præscriptum pronun-
ciandum, hanc solam debere regnare. Quod si idem Sotus sentit, iam con-
trouersia est composita. Sed hic est totius controuersiæ status in hoc loco,
unde sint dijudicanda ambigua & controuersiæ religionis: item, unde pe-
renda scripturae interpretatio. Hic Asotus respondet: Non ex scriptura tan-
tum, quia sit ambigua, obscura & dubia: sed necesse esse, ut ex traditioni-
bus non scriptis, Patribus & concilijs, atq; Prælati exponantur, & horum
decretis dijudicanda ambigua scripturae. Hoc modo, nos dicimus scriptu-
ram subiici humano iudicio: & econtra addimus, quod Asotus clementer
præcedenti capite concessit, normam & regulam definiendi ambigua fi-
dei & controuersias religionis dijudicandi, esse scripturam Propheticam
& Apostolicam. & Ecclesiam secundum hanc omnes controuersias de-
bere iudicare.

Quod igitur addit, nos hoc Ecclesiæ iudicium, si fiat secundum scriptu-
ram, subterfugere, nec Ecclesiæ subditos esse uelle: luculentam nobis facit
injuriam. Nam non ueræ, sed Asoticæ Ecclesiæ iudicium subterfugimus,
quia non agnoscimus illam esse ueram Dei Ecclesiam: cum non secundum
scripturam sacram ut pronunciet, impetrare ab illa possumus. Quod illu-
stri exemplo clarum faciemus.

In concilio Tridentino, cum ageretur de saluo conductu, petitum est, ut
synodus promitteret saluum conductum tali forma qualis datus est Boëmis
in concilio Basiliensi, quod ea uideretur commodissima: non eam tantum
ob causam, quo nostris faciendi pro nostro more sacra in hospitijs conce-
datur, & de severitate Constantiensis constitutionis, quod uidelicet hære-
ticis, quos ipsi imaginantur, non sit seruanda fides, aperte derogetur: ue-
rum etiam, quod de iudice controuersiæ in causa religionis piissime & pru-
derissime his uerbis caueatur: & signanter, quod in causa (controuersia)
lex diuina, Praxis Christi, Apostolica, & primitiæ Ecclesiæ unâ cum con-
cilijs doctorib; que fundantibus se ueraciter in eadem, pro uerissimo
& indifferente iudice, in hoc concilio admittentur. Quibus iudex con-
stituitur in concilio sacra scriptura Prophetica & Apostolica: praxis Chri-

stī, hoc est sacramentorum usus, sicut à Christo est institutus, ab Apostolis intellectus, & in primitiuā Ecclesia obseruatus, hinc dissidia de sacramen-
tis dijudicanda. Item concilia, & doctores ueraciter, non apparenter, se in
sacra scripture fundantes. Sed uide quæ sit pietas Papisticæ huius Ecclesiæ
Romanæ, & quām fraudulenter insidias religioni struxerint, qui ut decla-
rarent se non esse Dei Ecclesiam, & quanti facerent sacram scripturā, pro il-
lis uerbis, quæ iam ē Basiliensi saluo conductu sunt commemorata, & a no-
stris Principibus petita, hæc reposuerunt. Et signanter, quod cause contro-
uersiæ, secundum sacram scripturam, & Apostolorum traditiones, & san-
ctorum Patrum authoritates, in prædicto concilio Tridentino tractentur.
Et si autem Tridentini Areopagitæ mentionem sacræ scripture faciunt, ne
prorsus uideantur alieni à religione Christiana: tamen nomine scripture
non eos tantum libros intelligunt, qui semper in Ecclesia fuere indubita-
tæ fidei, & authoritatis: sed etiam eos, de quorum authoritate in uera Eccle-
sia est dubitatum, & quos ipsi in præcedenti Tridentino concilio in cano-
nem scripture, pro sua authoritate redegerunt: quales sunt libri Macha-
bæorum, quod mysterio non caret, & alij.

Neq; hoc uolunt, quod ea scripture norma esse debeat & regula, ad quā
omnia Patrum scripta & conciliorū decreta sint exigēda: sed potius quod
traditiones, Patrum scripta & cōciliorum decreta sine ullo discrimine sint
regula, iuxta quam scripture sit exponēda. quod & Asotus hoc libro vult.
Nil enim hoc uoluissent, cur mutassent formulam in Basiliensi exemplo
præscriptam, & à nostris tanto studio expetitam. Præterea ut maximè scri-
pturam summum iudicem constituerent, tamen cum hæc ipsis cereum na-
sum habere videatur, pro sua libidine in quancunq; uoluerint partem, &
sensem facile detorquent, sibi ius interpretandi & potestatem prætoriam
fumentes. Deinde pro praxi Christi & Apostolorum, ipsis reposuerunt tra-
ditiones Apostolicas: hoc est, ritus quos singunt Apostolos ore tantum,
tanquam Eleusinia sacra & Cabalistica mysteria Ecclesiæ obseruanda tra-
didiſſe, quo nomine omnia Pontificum Romanorum, quos Apostolicos
uocant, somnia quæ ex scrinio pectoris somniant, Ecclesiæ obtrudunt. Si
militer & praxim primitiuā Ecclesiæ mutauerunt in consensum catholicæ
Ecclesiæ, non illum uerum ac ueræ Ecclesiæ Christi, qui definitur Prophe-
ticis & Apostolicis scriptis, in quo conuenit uniuersa ueræ pia Ecclesia: sed
concordiam in obseruatione cærimoniarum & opinionum, iuxta senten-
tiam Romanorum Pontificum. Postremò ubi Basiliense concilium, nomi-
nat concilia, & doctores ueraciter se in lege diuina fundantes: Tridentina
colluuius reponit, probata concilia, & sanctorum Patrum authoritates.
Notum est autem, quid uocent probata concilia, uidelicet illa quæ testi-
monium habent Romanorum Pontificum, & Episcoporum, qui eis sunt
subiecti. Sanctos uero patres uocant non tantum Augustinū, Ambrosium,
Chrysostomum, & similes: sed etiam scholasticos doctores, qui sacram scri-
pturam in Philosophiam Aristotelicam transformarunt.

Ex hac enumeratione appareat, nos non subterfugere Ecclesiæ publicū iu-
dicū: ferre etiam posse Patrum scripta & conciliorū decreta: sed ea quæ sa-
cræ scripture sunt conformia, ut summus iudex sit, & maneat scripture in
Ecclesia Dei, cuius iudicio & testimonio dogmata & controversiae dijudi-
centur & componantur. Deinde Papisticam Romanā Ecclesiam, Dei Ec-
clesiam nō esse, cum adeò turpiter autoritatem sacræ scripture repudiet,
traditionibus, humano iudicio, & sophistis nugis scholasticorū, ac Præla-
torum subiicit. Ideoq; nos meritò recusare, nec illis nos subiicere debere,
nisi uelimus religionem prodere, & funditus perire. Pergit autē Asotus, in-
quiens: Si inter duos causa agitur, & utraq; habet pro se iurisperitorū fe-
tentias,

tentias, qui uarie interpretantur leges, ut oriatur dubium de sensu legum, aditur iudex a litigantibus & aduocatis, qui audita causa, pronunciat sententiam, & alteram partem absoluunt, alteram damnant: & simul aliorum iurisperitorum sententiam probat, aliorum reiicit. Hic nemo dicit iudicem superiorem fuisse legibus, qui eas est interpretatus, non eas iudicauit: sed sequitur est, & secundum illas pronunciat. Haec omnia pleno ore & nos affirmamus. Quod si idem fiat in iudicio Ecclesiastico, nemo repugnabit. Est autem ingens dissimilitudo inter iudicia forensia & Ecclesiastica de dogmatibus, & sensu scripturarum. In politicis enim & forensibus praetori est obtemperandum uel propter solum officium, ac dignitatis gradum. Deinde res politicae rationi humanae sunt subiectae, unde facile de his pronunciari potest. Quod si etiam erratur, tamen periculum non usque adeo magnum est. & condonari errata debet tranquillitati Reipub. quanquam nec illud exigit, ut inique condemnatus, fateat se iuste damnatum, quale exemplum est Nabothe lesselita. In Ecclesiasticis autem sententia non ualeat propter dignitatem, aut officium personae, sed uerbi Dei authoritatem. Nec res haec rationi sunt subiectae, immo potius stulticiae illi sunt. Animalis enim hominem non percipit ea quae sunt spiritus Dei, sed diuinitus per Spiritum sanctum reuelantur. Et agitur de rebus minime caducis, sed aeterna animae salute, ideo periculosissem erratur. Quare non ut ad errata, quod publicae tranquillitatibus consulantur, conniuentur est: sed errant sine personarum respectu taxandi, etiam si fractus illabatur orbis. Quod si idem fieri in Ecclesia, ut & ipsa se quae legem Dei, hoc est scripturam, & secundum illam iudicetur, non dicemus eam subiecti humano iudicio, cum Ecclesia non de scriptura sacra, sed secundum ipsam iudicet, & oes controversias iuxta scripturam dirimat.

Iam exemplum quo frater Petrus propositum suum declarare uult, uideamus. Sic igitur inquit: Questio est inter nos Brethren, an uita coelebs, uotumque eius sit cultus Deo gratus, atque ad sui obseruantiam uouentem obligans, aut non. Disputamus de scripturae locis qui de hoc loquuntur: uos interpretabitis prout uobis uidetur, nos prout accepimus a Patribus. Quantum enim nobis uidetur, si Ecclesia ferat sententiam, si in synodo reuerendissimam hoc constituatur, uos falsum sensum scripture habuisse, nos uerum. Quare iam, nunquid Ecclesia hoc definiens, fecit se superiorem scripturam? Hec ille. Hic Asotus initio quasi presupponere uidetur & pro confesso accipere, Pontificem Romanum, eius curiam & cohortem, ueram Dei esse Ecclesiam, & iudicis summi locum obtinere, ideoque facile hoc iudice uictoriem sibi pollicetur. Sed probandum erat Asoto, Romanam Ecclesiam esse illam catholicam, aeterni Dei ueram in terris Ecclesiam. quod nunquam poterit: sicut precedentem loco copiosius & etiam hoc, quantum opus fuit, dictum est.

Deinde, quia ratione Papa, qui altera litis parte sustinet, iudicem se constituer. Sed ad rem. Quæstionem ait esse, an coelibatus, uotumque eius, sit cultus Deo gratus, & ad sui obseruantiam uouentem obligans, an non? Probare autem conatur affirmatiuam Asotus, male detortis, immo plane nihil ad quæstionem facientibus scripture testimonijs, & tamen in suo Areopago, quod facile credimus, se superiorē euasurū sperat. Disputamus, inquit, de scripturae locis, qui de coelibatu, eiusque uoto, quod uouentem ad sui obseruantiam obliget, loquuntur: Volo oes esse sicut me ipsum. Et illud de uiduis: Habentes damnationem, quia primā fidem irritā fecerunt. Item, Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. Itē, Qui potest capere, capiat. His scripture locis Asotus uult, probare coelibatum, & eius uotum esse cultum Deo gratum. Etsi autem non uidet in praesentia locus dicendi de Pontificio coelibatu, sed tantum de iudice huius cōtrouersiae: tamen quia ita fert occasio, non pigebit paulo copiosius hec scripture loca que Sotus recensuit, explicare ut perspicuum fiat, quomodo scripture ipsa sit cōtrouersiarū iudex. Initio igitur quid cui-

1. Cor. 7.

2. Tim. 5.

390
 tus Deo gratus sit, definiendū: postea loca scripture inspicienda, num hoc uelint. Est autē cultus Dei, opus à Deo mandatū fide agnoscente filiū Dei, & ipsius fiducia factū, cuius operis finis principalis est, ut Deus honore afficiat. Si em̄ opus aliquid suscipias non à Deo mandatū, frustra Deus colitur. Non quod tibi uideā, sed quod prēcipio tibi, hoc tantū facias. Deinde persona placeat necesse est. Placet autē tibi, id est fiducia. Quicquid em̄ non fit ex fide, peccatum est. Postremō principalis finis cultus est, ut Deus honore afficiat: sicut fit in ihs quæ Deus priori tabula Decalogi à nobis requirit, ut est fides & agnitus Dei, timor, dilectio, prædicatio & confessio nominis Dei, inuocatio, & gratiarum actio, sacrificia quæ cultus dicunt: & hæc ad cultum Dei concurrere necesse est. Tale uero opus non esse cœlbatum, eiusq; uoti perpetuam obligationem, hinc apparet: Quia non est mandatus à Deo cœlibatus, nec Deus principaliter, hoc opere, honore afficit. Nā neq; Christus, neq; Paulus mandauerū, sed liberū relinquit: imò tantū esse perpaucorū quibus hoc peculiariter à Deo sit donatū, nec ullis mandatis prēcipi potest. Et diserte Paulus testat, se de uirginib. mandatum non habere. Dico autē non nuptis & uidiuis, bonū est illis si sic permāserint, sicut & ego. Quod si nō continent se, nubant. Melius em̄ est nubere q; vri. Quo loco Ambros. dicit: Quia non poterat autor coniugij, rem aduersam nuptijs imperare, ne factū suum pristinū accusaret. Nec uult laqueū iniçere cōscientijs, qd sceleratus Papa facit. Cum igitur uerbo & mandato Dei, uotū cœlibatus careat, cultus Dei nō erit, sed opus nō solū frustaneum, uerū etiā ihs, qui hoc dono carēt, quales plerosq; esse infantes uagiētes & in plateis uociferātes, pdunt, periculoseum. Dicit quidē Paulus, Volo oēs uos esse sicut meipsum: sed his uerbis neq; prēcipit cœlibatū, neq; cultū esse affirmat, tantū se optare, ut oēs continerent. Et quā ob causam? Num q; sit prēstas aliquis cultus? Nequaquam. sed inquit, Existimo hoc bonū esse, propter instantem necessitatē, quia bonū est homīni sic esse. Quomodo? quia multis carēt molestijs cœlibes & curis domesticis, quib. obnoxij sunt coniuges, quemadmodū addit: Tribulationē carnis habebunt huiusmodi. Quid obscuritatis est aut ambiguitatis, queso te, in his Pauli uerbis? Nullius cultus hic mentionē facit, tantū tranquillius uitę genus esse ait cœlibatum, nō illum Papisticū, seu Sodomiticū potius, sed illorū qui hoc donum habent. de ihs em̄ qui eo parent dono, inquit: Melius est nubere q; vri. Cum enim Deus homīnē crearit ut sit fœcundus: certē natura uoto mutari non potest. Exoriunt itaq; flāmæ libidinū inextinguibiles, quæ homines in multa ingētia mala præcipitāt, ex quibus horrendæ fœditates sunt secutæ, quæ fœtorem suum exhalarunt, donec tandem prodigiosa flagicia & non dēcenda, quæ iam in curia Romana in delicijs habent, regnant & triūphant, ex hoc impuro cœlibatu sunt prognata. Hoc modo Deus contemptum ordinis naturæ à se instituti puniuit.

i. Tim. 5. Paulus nō legem perpetui cœlibatus instituit, sed uult iuniores uidiuis nubere, q; periculosus sit in illa ætate cœlibatus: eligi uero ad Ecclesiæ ministeriū sexagenarias. Et recitat historiā de quibusdā uidiuis, quæ conditionis suę, ad quā uocatæ erāt, oblitę, liberius uiuere cœperūt, quam par fuerit, cum, ut grauibus matronis dignū erat, modestiores esse debuissent. Hoc Paulus aduersus Christū lasciuire uocat, cui fidē suā obstrinxerat & cum in aliqua esset Ecclesiæ administratione, in Christū hęc lasciuia redundabat. Ideo addit, Habentes damnationē ppterā, quia fidē primā irritam fecerunt. Scio autē, Papistas per primā fidem uotum cœlibatus intelligere: verū notum est, Apostolorum tempore uotum cœlibatus in usu nondum fuisse. Imò Paulus præcedenti capite prohibitionem nuptiarum, doctrinas dæmoniorū uocat. Voto autem homines à nuptijs prohibetur, quia

quia uoto ad perpetuam obseruantiam obligantur. Nec usquam in tota sacra scriptura, fides uotum dicitur, tantum abest ut uotū cœlibatus prima fides dicatur. Quod si prima fides uotum significat, sequitur hinc, ante uotum illas nullam fidem habuisse, quia hæc prima dicitur. Atqui ad Ecclesiæ ministerium tum non receperunt infideles. Act. 6. 1. Cor. 6. Loquitur igitur de uera fide, hoc est, fiducia in Christum, quam primam uocat, quia ante illam nulla est in homine. Sine hac enim impossibile est placere Deo: per hanc Deus nos sibi despontat. Ose. 2. Ier. 2. 3. Ezech. 16. Alias nulli coniuges haberent fidem. Quod igitur Paulus inquit, eas primam fidem reieceris, de uera fide loquitur, altius enim insurgit, & mali grauitatem amplificat, quod non tantum ignominia Christum & Ecclesiam afficiant resiliendo a susceppta conditione: sed primam etiam fidem, & Christianismum defectione impia abijciant. Et ut demus Papistis, tunc disertis uerbis cœlibatu aut uitidatatem illas promisisse, id tamen nihil ad ipsos. Quia non hoc consilio & fine factum est, quod sanctius esset uite genus in uiduitate, quam in coniugio, sed quod non poterant maritis & Ecclesiæ simul esse addictæ. In Patru uero uouetur continentia & cœlibatus, ut per se sit immediate cultus Dei, & sanctius uite genus coniugio, unde nescio quem locum peculiarem sibi in celo pollicentur. Deinde sexagenariæ tantum recipiebantur: nunc uero pueræ nondum nubiles recipiuntur & uelantur, uouetes cœlibatum, antequam intelligant uoti rationem. qua temeritate uouendi, fit ut animæ miseræ in æternum exitium præcipitentur.

Locus Christi ad cœlibatus uotum non modò nihil facit, sed etiam plausu aduersatur. Aperte enim testatur Christus, nō esse nostrarum uirium eligere & uouere cœlibatum, sed esse peculiare donum, & quidem paucorum. Pugnat igitur lex Pontifica de cœlibatu cum iure & mandato diuino, & cum iure naturæ, Deus enim hominem condidit, ut esset fecundus: unde & iurisconsulti dicunt, coniunctionem maris & feminæ esse iuris naturæ. Et Paulus: Ad uitandam fornicationem unusquisque habeat suam uxorem. Certè præcipit omnibus qui non habent donum continentiae, ut contrahant matrimonium. Et Christus monet, non omnes ad cœlibatum esse idoneos. Cum igitur non sit mandatus cœlibatus a Deo, nec cœlibatu per se Deus honore affiliatur: sequitur, adeò non esse cultum Dei, ut etiā cum natura cultus pugnet. Quare frustra Asotus nugat ex locis male intellectis in quibus prorsus nulla cultus fit mentio. Quod uero de uoto, eiusque observatione & obligatione stolidus garrit monachus, friuolum est. Nec enim leges humanæ nec uota ualent pugnantia cum mandato diuino. Nec potest legibus & uotis humanis natura mutari, aut ordinatio ac mandatum Dei tolli. Et hæc est natura uoti, quod debet esse in re possibili, uoluntate, sponte & consulto susceptum. Ac docent Canones, in omni uoto ius superioris excipi: Multo ergo minus hæc uota contra mandatum Dei ualent. Et alius Canon dicit, Votū non debere esse uinculū iniquitatis. Porro pungentia & horrenda flagitia & sceleris ex hoc maledicto & satanicō impiissimi & planè Sodomitiæ cœlibatus uoto orta sint, & si exempla innumeris omnium temporis extent, & quotidie magis ac magis innotescat, tamen dies Domini, in quo ea, quæ in hac uita male teguntur, reuelabuntur, magis declarabit, & toti mundo spectanda proponet. Nec nos primi sumus qui de hac iniquitate conquerimur. uidit hoc antiquitas statim ab initio.

Sic enim de uirginibus sui tempore Tertullianus scribit: Non enim conturbantur, nisi ipsorum infantium suorum uagitus proditæ. Quantum de uirginis autem plures, non etiam de pluribus scelerib. suspectas habebis? Dicam, licet nolim, difficile mulier semel sit, quæ timet fieri: quæ que iam facta, potest virginem mentiri sub Deo, quæ item circa uterum suum audebit,

ne etiā mater detegat? Scit Deus, quot iā infantes & perfici & perduci ad partū integros duxerit, debellatos aliquādiu à matribus. Facillimē semper concipiūt & felicissime pariunt huiusmodi uirgines: & quidē similimos pā tribus. Hæc admittit flagitia coacta & inuita uirginitas.

Nec obscura etiā est sancti Vlrici Episcopi Augustani epistola ad Papam, qua enumerat quot infantum capita in piscina quæ prope monasterium erat, sint inuenta.

Cyp.lib. i. Respondet & Cyprianus Pōponio quārenti, quid de ijs uirginib. uidea Epist. ii. tur, quæ cum semel statū suum continēter & firmiter tenere decreuerint, detecte sint postea in eodēlecto pariter manisse cum masculis, ex quibus unum diaconū esse dixerat. & inter alia scribit, Deniq; q̄ multorū graues ruinas hinc fieri uidemus, & per huiusmodi illicitas & periculosas coniunctiones corrūpi plurimas uirgines, cum summo animi nostri dolore cōspicimus. Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod & inspici & probari possit, an uirgo sit, cum & manus obstetricū & oculi sepe fallantur. Et si incorrupta inuēta fuerit uirgo, ex ea parte sui, qua mulier potest esse: potuerit tamē ex alia corporis parte peccasse, quæ corrūpi potest, & tamē inspici nō potest. Hęc quid sibi uelint Asote, te intelligere arbitror. Hęc est sancta illa & angelica castitas, hic cōelibatus ille & uirginitas. Ita scilicet Deus colēdus est uoto sanctissimi cōelibatus Sodomitici, de quo Cyprianus hic loquit̄. Sed dignū hoc est suppliciū contemptus ordinatiois diuinę & noui cultus ab hominib. excogitati. Etsi aut̄ uoti uiolationē reprehēdat, tamen coniugium concedit etiam post uotum. Multo ergo minus contraria coniugia uoti nomine solui debebunt, in qua sententia & Augustinus est: licet non ignoremus alios in diuersa sententia fuisse.

Basil. serm. II. Exercitamentorum de Monachis loquitur.

Iuuensis siue carne, siue prudentia, fuge conuersationē coetaneorum, & aufuge ab ipsis uelut à flāma. Multos em per ipsos incēlos hostis eterno igni tradidit, & in horrendū quincū civitatum barathrum ipsos immersit.

Hist. Eccle. Hist. lib. 4. cap. 23. Extat Dionysij Corinth. Episcopi ad Gnosios Epist. in qua cōmonet & deprecat episcopū eorū Pynitū, ne grauia onera discipulorū ceruicib. imponat, neue fratribus necessitatē compulsa castitatis inducat, in quo non nullorū periclitēt infirmitas. Hi tamen omnes multo sunt & quiores Papir.

Dan. II. stis illis ἀστροῖς, Sodomitis & antichristianis, qui, ut Daniel prædixit, amorem & concupiscentiā mulierū nihil intelligent, nec curabūt. Nota est hęc,

1. Tim. 4. antichristi eiusq; regni, & ut Paulus uocat, deficiētum à fide, & doctrinas dæmoniorū docentiū, prohibentium nubere. Aequitor inquā est Cyprianus illis, quæ uirginitatē & cōlibatū uouerant. addit em: Quod si se ex fide Christo dicauerūt pudicē & castē sine ulla fabula (uirgines em esse cum debent, multæ inanē titulū gerūt) perseverēt, ita fortes & stabiles præmium uirginitatis expectent. Si autem perseverare nolunt, uel non possunt, meius est ut nubant, quam in ignem delicijs suis cadant. Certe nullum patribus aut sororibus scandalum faciant.

Ex his satis perspicuā esse spero solutionē quæstionis ab Asoto ppositę. Proposuit aut̄ fraterculus hanc questionē exempli gratia, ut demonstraret ecclesiā nō ideo se superiorē scripture facere, si iuxta scripturā pronunciet inter nos & ipsos Pontificios in hac quæstione. Quod uerissimum esse affirmamus. Sed hoc nūquam Asotus à suis Romanistis impetrabit, ut is disputandi, probādi & definiendi modus obseruet. Nam ut hoc cap. manifeſtè probatum est, id summī Principes nō potuerūt ab eis precib. consequi. Necq; hoc uult Asotus, ut maximē hīc simulet, & uerbis profiteatur. Aliás enim sibi esset contrarius, cum hoc toto loco diuersum probare instituerit. Etsi igitur Asotus hīc

huc verbis profiteatur, se suosq; nō hoc agere, ut scripturam subiçiant sibi: tamen re ipsa hoc faciunt. Vera Ecclesia audit Christum, ipsius uerbum, & secundum illud pronunciat. Conferenda itaq; est sententia tota cum tota reliqua scriptura: cum qua si consentit, bene: uerū non credendum est propter Ecclesiam aut eius iudicium, sed propter uerbū Dei autoritatem, quia secundum illam pronunciauit. Verū hoc Asotica Ecclesia non facit: sed cum caput ipsius Pontifex Rom. se supra concilia, Ecclesiā, scripturam esse iudicat (quod nō est contra scripturā, quia antea hoc prædictū) ita hēc quoq; se supra scripturam esse iudicat, quemadmodū Cusanus docet, & A-sotus noster cap. præcedenti. Hoc scilicet non est iudicare scripturam.

Concludit itaq; caput, dicens: Subuertitis scripturam, cum Ecclesiæ nō multis esse subditi, quam audiri Christus præcipit, quæ est columnā ueritatis. Verū est, eos qui nolunt audire uerā Ecclesiā, secundū uerbum Dei pronunciantē, peccare. Sed quid hoc ad uos, uestramq; Ecclesiam, quæ malignantium est cōetus, quem detestandum Spiritus sanctus docuit? Veram Dei Ecclesiam semper audire sumus parati, & nos, nostraq; scripta omnia eiā subiçimus, quemadmodū ipsa subiectionē à nobis exigit. Necq; ue-rō Christus aut Paulus de quolibet hominū cōetu uerbum Dei negligente loquit, qualē uos cæci & cæcoū duces imaginamini: sed loquit Paulus de Ecclesia Dei uiuentis, quæ cum uerbo Dei arctissimē colligata est, utpote ex quo nascatur, alatur & propagetur, ideoq; semper & perpetuò illud cōseruet. Non igitur, ut Asotus calumniatur, interpretamur, prout nobis uidetur, necq; ip̄i prout à patrib. acceperūt. Patres eīm̄ frēre Tertullianus, Cy-prianus & Augustinus. Quare si in synodo reuerendissima ueræ Ecclesiæ Dei, quæ uerbo Dei & Spiritu sancto regit, sententia ferenda eslet, nos ue-rū scripturæ sensum, uos uerō satellites Romanī idoli falsum habuisse, nihil dubitamus, pronunciatum iri. Quod si hoc iuxta sacram scripturā Ecclesia pronunciauerit, planè non se superiorem facit scriptura, sicut nec debet, nec potest. Quod si tua quoque Sote est sententia, ut simulas, quod sen-tentia ex sacra scriptura sint dicendæ, & secundum illam pronunciandū in concilijs de dogmatibus, & fidei dubia illius dijudicanda, locorū scriptu-ræ interpretatio ex collatione aliorū scripturæ locorū facienda: ad scriptu-rā omnes sententias & iudicia examinanda: & quæ cum ea conueniunt, recipienda: quæ uerō dissentunt, damnanda: quod si unquam hæc tua est sententia, sicut uidetur in hoc capite, planè inter nos conuenit: & certami-na quoq; facile atq; dissidia componentur.

ANNOTATA IN CAPVT XLIX.

IN fine præcedentis capituli nos Ecclesiæ non uelle esse subditos dixit. quod quā uerum sit respondimus. Id copiosius hoc capite vult decla-rare Asotus, quia Brentius dixerit summum iudicem esse Christum, qui tandem controversiam inter nos & Asoticam Ecclesiam sit dirempturus. Hanc sententiam Brentij de summo iudice Christo rejicere conatur tanquā absurdam, ad uendicandum tantum libertatem, ne ulli iudicio humano si-mus subiecti, excogitatā: sed ut liberē sentire, dicere & scribere liceat, quid-vis pro arbitrio, absq; ullo metu. Hoc tum fieret Asote, si ut tu, tuaq; facit Ecclesia, reiecta sacrosanctæ scripturæ authoritate, tuis Prælati & concilijs, non nos tantum subiçeremus, & uestro iudicio staret atq; caderet re-ligio: sed etiam prætoriam scripturæ pro uestro arbitrio interpretandi po-testatē tribueremus, aut uos ipsos tantarum rerum iudices constituere-mus. Verū cum summum locum scripturæ concedamus, hanc nor-mam & regulam omnia dogmata dijudicandi constituamus, quid de no-bis simile somniare potes? Ideo summam nobis Asotus iniuriam & de no-bis ex se iudicium facit. Sed quid Asoto absurdius excogitari potest, quem comuni-

Aristot. in **communi sensu carere dicas, quia ne quidem id, quod Aristoteles dixit, ex Polit.** quo sui præceptores theologiam hauserunt, uerum esse intelligit. Qui (inquit) ponit legem iudicem, ponit Deum: qui autem addit hominem, addit & bestiam. Summum tribuimus locum scripturæ, in qua Filius Dei, uoluntate Patris nobis patefecit: hæc semper manet fundamētum & regula dijudicandi dogmata. Per uerbum Filius Dei regnat in hoc mundo, iuxta hoc pronunciandum est in omnibus controversijs. Hanc scripturā iubet Christus scrutari: iuxta hoc uerbum in fine mundi iudicabit. Et quidem optare ceremus: verū cum ita sit comparatum, ut plerunque prematur Ecclesia uera in hac terra ab impijs & falsa, quæ titulum tantum habet: ac maior & peior pars uincat meliorem, sententię numerentur, & nō ponderentur: uos quoq; Asotici, qui uobis titulum Ecclesiæ uendicatis, acerrimi non nostri tantum, sed Dei & scripturæ ab ipso prodita, sitis hostes, ealumniatores & deprauatores: ideoq; nec uos Ecclesiæ agnoscamus, aut iudices constituere possimus, atque in hac terra iudicem iustum, ad quem post scripturam prouocemus, non habeamus (scimus enim quod uos pariter eos, quos nos ueram Dei Ecclesiæ certò statuimus, non agnoscatis) quid reliquum est aliud, nisi ut cum in iudicem nullum terrenum cōsentiamus, quām ut utrīq; Christum iudicem uiuorum & mortuorū interea expetemus: Et feramus patienter quæ uos, permittēte Domino, in nos machināmini, & facitis secundum opera patris uestrī, qui mendax est & homicida. Sic Zacharias Ioiadæ filius cum repræhenderet populu Iuda, Príncipes & s. Par. 24. Regē propter idolomaniam, quod derelicto templo Dei, seruirent sculpiti libus & lucis, quia uerbum Dei agnoscere nolebant, sed iuxta regis imperium lapidarent eum, fert quidem poenā, sed prouocat ad uerum iudicē, dicens: Videat Dominus, & requirat. Sic Ieremias cum impij Pótifices & idololatræ sacrificuli in singulis ciuitatibus Iudææ, idola peculiaria & cultus instituerēt: opposuit quidē se piē ex mandato Dei, ac repræhendit eos, dicens: Secundū numerū ciuitatū tuarum dīj tui Iuda. Verbū Dei sincere prædicauit sed Pontifices se ei opposuerūt: unde cōqueritur, quod omnes secōdixent, & ab ipso dissentiant. Imò insuper pessimè eum tractant, in uarios carceres coniūcientes, & pro sua libidine ludibrio exponentes. Sed causam Domino committit, qui tandem recte iudicat, & litem dirimit, abductis & interfectis impijs. Sic Christi & Apostolorum temporibus maxima erant dissidia in religione, inter ipsos & Pharisæos, atq; scribas & certamina de dogmatibus, non secus ac nostra aetate. Et quidem nihil ut tunc temporis, ita nunc quoq; utrīq; optati contingere potuisset, quām si positio hostili odio, contentionibus & rixis, concordia inita, piē religio & unanimiter esset culta. Verū scribæ & Pharisæi superstitiones suas opiniones & doctrinæ corruptelas neq; agnoscere, neq; agnitas deserere, nec Christi & Apostolorum doctrinam amplecti uolebant: sed pertinaciter retinebant sua, coacto concilio legitimo in Spiritu sancto, quod propter ordinem diuinatus institutum, errare non posse imaginabantur, Christi & Apostolorum doctrinā tanquam blasphemā, contra legem & locum sanctum, atq; scandalosam, seditionem & omnium malorū causam anathematizabāt, Apostolis silentium imponebāt, &c. Quod si Apostoli ipsorum iudicio acquieuisserint, & doctrinam ueritatis, quæ ab ordinaria & legitima potestate, in legitimo concilio erant condemnata, abieciissent, pax tunc & cōcordia aliquo modo fuisset constituta. Sed respōdent Apostoli: An iustū sit in conspectu Dei, uos potius audire quām Deū iudicare. Non enim possumus quæ uidimus & audiūmus non loqui. Ideoq; constanter & Pharisæorū errores taxare, & doctrinā cœlestem de filio Dei, quā autore Spiritu sancto dīdiceant,

Ierem. 11.
Ierem. 15.

Act. 4.

rant, propagare pergit. Interea ad Deum summū iudicē prouocant, leuan
tes uocē unanimiter, & dicētes: Verē conuenerūt in tota ciuitate aduersus
sanctum puerum tuum Iesum quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus,
cum gentib⁹ & populis Israēl. Quare nunc respice Domine in minas ipso
rum, & da seruis tuis loqui uerbum tuum cum omni fiducia, &c. Interea pa
tienter sustinentes crudelitatem Pharisaorum, donec tādem Dominus de
coelo uerus, iustus & summus iudex, cuius res & causa in talibus controuer
sijs agitur, deleta Republica & gente iudaica, litem dirimeret. Ita nūc quo
que dissidentibus partibus, neutra alteri cedit: nos enim nō possumus, uos
uero non uultis: uos prætextu potestatis Ecclesiastice, freti potentia & mul
titudine sincerā Euāgelij doctrinā damnatis, errores agnoscere nō uultis,
sed pertinaciter defendere ui, gladio, igni, fune, hasta, inuocato ad hoc bra
chio carnali, adiunctis uestris uiribus, pergitis. Nec cōuicti ex sacra scriptu
ra, doctrinā ueritatis amplectimini, ut Deo gloriā detis, & uerbo ipsius ce
dandas esse aſſerimur. Iuxta illud, Hunc audite. Et, Scrutamini scripturas:
sed has uos cane & angue peius oditis: obscuras, dubias & ambiguis esse,
ideo uestros Prelatos audiendos esse, cōtendit. Eos uero idē in scriptura
posse quod asini ad lyrā, nō ignoramus. Reliqui est igit̄, ut ad Christū sum
mum uiuorū & mortuorū iudicem appellemus, cui pater omne dedit iudi
cium, cum aliū in terris habere nō possumus. Is uel in hac terra sententiam,
uel si uisum fuerit differre, in extremo iudicio pro ueritate feret.

August. de Baptismo contra Donatum libro secundo cap. II.

Refert ex Cypriano, qui tametsi ex ignorantia prauam sententiam de re
baptisandis ab hæreticis baptisatis contra Ecclesiam defenderet, tamē Do
mini nostri Iesu Christi iudicium utriq; parti expectādum monuerit, quod
& Augustinus probat. Quidnī igit̄ & nos idem faciamus, & ad Christū
puocemus? Quare quod querit Asotus, Dicas igit̄ Brenti manifeste, nul
li humano iudicio uos uelle parere. Quod si omnino simpliciter respōsum
audire cupis, Sote, aperte cum Paulo dicitur, Omnia esse probanda, &
post probationem, quod bonum est, quod sanæ scripturæ consentaneum
& fidei analogum, retinendum: & cum Apostolo Ioanne probando om
nes Sp̄ritus, num ex Deo sint. Nulli ergo parebimus iudicio, nisi antē ex
sacra scriptura probato. Ad hunc modum & Hieronymus Pelagio quaren
ti: Si nos scitis hæreticos, cur non accusatis? inter alia respondet: Stultissi
mum est super fide mea ex alterius pendere iudicio. Quid enim, si te alius
catholicum dixerit, statim ne assensum tribuam? Quicunq; te defendit, &
peruersa credentē bene sētire dixerit, nō hoc agit, ut te infamia liberet, sed
ut se infamet perfidiae. Multitudo sociorum, ne quaquam catholicum te,
sed hæreticum esse demonstrabit. De Alcibiade scribitur, quod cum ab A
theniensibus ē Sicilia accitus esset, ut causam diceret capit̄is, abdīdit sese.
Cuidam autem dicenti, Non fidis patriæ de te iudicaturæ? Respondit,
se patriæ plurimum credere: in uitæ uero discrimine, ne matri quidem. Ve
re enim, ne insciens pro albo calculo, nigrum immitteret. Quod si hic ui
te suæ corporalis discriminæ ne matri quidem credēdum esse existimauit,
quæ impudentia est, Asotum à nobis petere, ut humano iudicio sine discri
mine, animæ salutem commitramus? Atqui hoc modo, Asotus inquit, re
uocas Br̄eti omnia quæcunq; de principum officio in Ecclesia dicta sunt:
& aperte dic te nulli principi uelle obedire, nisi sequantur quæ tu docees,
& uanam esse omnem autoritatem non solū Ecclesiasticam, sed etiam
politicam.

politicam, quæ enim nunc asseris, hoc manifeste continent. O' acutissime sophista, quam male colligis? Nos in causis religionis & æternam animæ salutem concorrentibus, nullius hominis iudicium, quod sacræ scripturæ non sit consonum, recipimus. Ergo magistratum & principum officium repudiamus, & uanam esse dicimus omnem auctoritatem, non solum Ecclesiasticam, sed etiam politicam. Hoc perinde est, ac si in hunc modum arguerentaretur: Omnes sani & sapientes dicunt, magistratum ius secundum leges debere dicere: qui uero neglectis & contemptis legibus, ac iusticia, pro sua libidine ius dicunt, tyranni sunt. Ergo sapientes, qui non concedunt magistratu plenariam potestatem omnia pro suo arbitrio agendi, sed ad legum vincula illos alligant, sunt seditiosi. Nos non concedimus magistrati siue Ecclesiastico, siue politico, in controversijs fidei quiduis pro sua libidine & arbitrio statuendi & decernendi, sed ad sacram scripturam aliquamus eos. Ergo sumus seditiosi. Hoc sentit Asotus, sed paululum ueretur hoc dicere, scit enim quam honorifice de magistratu, eiusq; officio sentimus, loquamur & doceamus: ideo teat id significat, quod maiores & antecessores sui, palam Christoathanica malitia & odio tribuunt accusantes coram Pilato, dicentes: Commouet turbam, prohibens Cæsari dare censem, & seipsum Regem fecit. Ideo contra Cæsarem est seditiosus. Nihil aut attinet hoc loco prolixius de officio magistratus dicere, cum supra copio sius ea de re sit dictum. Non uolumus ut Principes soli, neq; pro sua libidine, sed adhibitis pīs & doctis uiris, secundum scripturam pronuncient. Quod si non fecerint, siue Ecclesiastici, siue seculares, profecto nullo modo eis parendum erit. Miratur deinde qui fiat, quod nos noui doctores (sic em illi nos uocare libuit, quod aniles & Papisticas fabulas, errores & idola maniam, quæ aliquandiu grassata est, reprehendamus) magis quam ipsi, nulli teneamur parere, circa fidei dogmata: & Christi malimus audire iudicium in fidei controversijs. Quod si fiat, opus fore noua annunciatione de coelo & miraculis in omnibus religionis controversijs, & omnem laborem in concilijs Ecclesiasticis à Patribus assumptum irritum fore. Nec quid igitur te lateat, sed ut scias Asote, simpliciter nulli parebimus circa fidei dogmata, nisi qui ex sacra scriptura ea definierit, cauere enim inbemur omnes illos, & ne quidem Aue dicere, qui hanc doctrinam non attulerint. Ideo autem nos malum audire Christum quam uos, quia uos in uerba sanctissimi domini uestrī Papæ, eiusq; conciliorum decreta estis iurati: haec pro oraculis Spiritus sancti amplectimini: de iis non esse dubitandum, aut amplius disputandum, iudicatis. Nos uero, repudiatis hominum decretis, & traditionibus, Christo, cui nomē in Baptismo dedimus, sumus deuincti: & mandatum à patre nostro cœlesti accepimus, ut hunc audiamus: qui nobis ē siu æterni patris uerbum Dei attulit. Hoc uult doceri, & audiri. Hoc uult regnare in Ecclesia sua, reiectis doctrinis hominum. Huius uero uocem uos non agnoscitis, nec sanctissimæ uestræ aures illud audire sustinet. Et semper, ac ubiq; id agitis, quod uestri predecessores Pontifices, sacerdotes, scribē & Pharisei qui dicebant: Nolumus hunc regnare super nos: uente, occidamus, & nostra erit hereditas. Quid quæso uobis commune cum Christo, aut quæ uobis in illo portio, cum uerbo ipsius regi nolitis? Sed omne dominium ei, quem falso ipsius uicarium dicitis, à uobis sit datum. Neq; uero Christo iudice summo à patre constituto, & à nobis agnito, opus erit, ut nugatur Asotus, quotidie surgentibus nouis controversijs, noua annunciatione de coelo, aut miraculis. Non tam male Christus suæ Ecclesiæ consiluit, ut eam uel ad Asoticos Praelatos alligarit, quorum sputa & excrementa tingere & adorare, uel ē coelo dependere, & illuc nouam annunciationem expectare cogatur. Ne dixeris (inquit Paulus) in corde tuo, quis

s. Iohann.

Matth. 21.

Rom. 10.

Quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christū à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propè est uerbum in ore tuo. hoc est uerbum fidei quod prædicamus, &c. In verbo suo filius Dei uoluntatem Patris cœlestis patefecit. Hoc prædicandum Apostolis commisit. Hoc norma est, omnes scripturas dijudicantur in eo dudum antequam exoriantur sunt dijudicatae. Et clementer auertat Deus optimus maximus à sua ecclesia, ne nouum aliquod dogma de æterna nostra salute in ecclesiam inducatur. Et si enim subinde nouæ exoriantur controversiae & dissidia, tamen illa non sunt damnanda nouis, sed ueteribus dogmatibus, quæ in ueteri sacra scriptura continentur. Vnde recte Tertullianus de Præscript. aduersus hæreses: Aduersus uniuersas hæreses iam hinc prejudicatum esse, id uerum esse, quodcunq; primum, adulterinum uero quodcunq; posterius. Sed neque frustra erit quicquid laboris in concilijs ecclesiasticis assumptum est, uel assumi potest, quemadmodum Asotus garrit. Nam si uera sunt, pia & legitima, diligenter sacra scripturam scrutantur, & ex ea querunt dogmatum & controversiarum inuocato Spíritu sancto dijudicationem. Quod ut manifestum fiat, exemplis declarabimus. Orta controversia in ecclesia primitiva Apostolorum, Num gentes conuersæ ad fidem, onerandæ essent circumcisio, & reliquis cæremonijs legis Mosaicæ, apostolus Iacobus, qui & episcopus Hierosolymorū, hac armatura instructus, sententiā fert & questio- nem decidit, ex sacra scriptura testimonium adducens. Similiter in Nicæno Amos 9. cōcilio, nouo errore exorta de æterna filij Dei natura, & cōsubstantialitate patris, nō ideo noua opus erat de cœlo annūciatione. Nec frustaneus erat labor, quia non permittebat illis pro suo arbitrio pronunciare de noua ista controversia, sed ex sacra scriptura antè data, quæstionis solutionē Constantinus piissimus Imperator, querendam esse admonebat. Hoc autem modo Asotus concludit non tantum caput hoc, sed totū de sacra scripturæ auctoritate tractatum, inquiens: His itaq; putamus sufficienter responsum esse criminib; Brentij, quibus nos arguit, quod scripturā subiiciamus humano iudicio. Nullæ sunt, ueterator pessime, criminib; Brentij. Veritas uerbi Dei est quam protulit ex sacra scriptura, quam tu cum tuis corrūpis & deprauas, inuoluis & obscuras. Nec opus erat tot & tam multis uerbis, quibus eam tibi obscurā esse probares. Res enim ipsa loquitur, tibi obscurissimā esse, & prorsus te nil aut parum admodum intelligere. Ita enim omnia tua erroribus scatent. Dixisse te multa ad fastidiū usq; video: quid uerò ad Brentij argumenta solidi respōderis, præter tuas nugas ex Asotia inde prolatas, non potui intelligere. Quod si non tacere, est respondere, plane à te sufficienter responsum est. Decerpis alicubi nullo ordine, quæ calumniarī libet. Nos uero ordine ad tua omnia respondimus, (non tamen sine fastidio, quod eadem toties repetas: & molestum sit, toties blasphemias tuas in sacrosanctas Dei scripturas audire) eaq; tum ex sacra scriptura, tum ex patrum scriptis, refutauimus, nostraq; probauimus & confirmauimus, ut contra ea nihil nisi calumnias porrò asserre possis. Sequitur itaq; in ordine Asoti, de traditionib; quas meritò scripturis iungendas esse censem.

TERTIVS LOCVS.

De Traditionibus.

ANNOTATA IN CAP. L.



V M passim & in sacra scriptura & nunc Dei beneficio in nostris ecclesiis repurgata doctrina cœlesti, quæ ante in Papatu multis crassissimis & densissimis tenebris facebat conspurcata & obruta, humanæ traditiones pessimè audiant: ut si cum simplicioribus Asotus faciat, & nouo quodam colore eas pingat, ad Apostolos earum refert originem, atq; ipsorum nomine uenditat, ut iam nō amplius humanæ, sed Apostolicæ traditiones uocent in Apolito lorū prædicatione fundatae: q; Paulus alicubi traditionis uocabulo utatur. Præfatur igitur se non de alijs q; Apostolicis loquutur. Quanq; inquit, nō negemus posse Patres atq; cōcilia, aliqua tradere & cōstituere quæ ad Dei gloriæ & animarū salutem, præter illa quæ scripta sunt, expedire iudicauerint. Hęc eī est auctoritas illis cōcessa ad gubernandos fideles, iuxta illud, Obedite præpositis uestris. Hinc ingens illud chaos Ecclesiasticarū traditionū, constitutionū, & legum in Papatu quas spirituales uocat, quibus pseudoepiscopi miseras onerant conscientias, exortū est. Molestem est autem, omnes lordes Asoti, quibus sacram scripturam aspergit, præserens traditiones per decem & nouem capita, eluere. uidere autem hī est, Asotum planè id agere, quod pater suus diabolus, ex quo loquitur. Qui cum Christum uerbis & scriptura uincere non posset, omisso illo, horrenda blasphemia se adorari uult à Filio Dei. Nos uero, Asote, id quod tu negare nō uis, licere scilicet Patrib. tuis, Prælatis uel cōcilijs, cultus aut quicquam aliud, qd ipsi ad gloriæ Dei & animarū salutē expedire uideāt, præter scripturā constituere, pernegamus. Idq; facimus his rationib; adducti. Primo, ut Dei ipsius uoluntas, perfecta sit nobis omnis iusticia & sanctitatis regula, & unus ipse in animas nostras imperiū habere censeat. à cuius solius nutu depēdemus. Deinde, quia solus Deus est noster legislator, qui

Esa.33. habet potestatē perdendi & liberādi. Is omnia quæ ad perfectam uiuendi
Deut.4. regulam pertinent, lege sua est complexus, ut nihil hominibus reliquerit, quod ad eius consummationem adderent: idq; seuerissimis mandatis in sua lege cauit, ne quid adderetur. Quod si Dominus legi sue nil addi uoluit, donec ipse per Prophetas, Christum & Apostolos clarore & pleniorē doctrinam administraret, post tanta complementa Prophetarū, Psalmorū, Euangelistarū & Apostolorū scripta: cur non multo nobis seuerius uetitum arbitremur, ne quid illis addamus. Ad hæc non licet ulli creature priuato consilio cultū, aut opus aliquid tanq; ad salutem necessariū constitutere. Non uult enim Deus humanis adiuventionibus coli: nec de uero Dei cultu, aut rebus ad salutem animæ necessarijs, doctrina ab hominibus petenda. Non quod tibi uidetur, facias Domino Deo tuo: sed quod ego tibi præcipio, hoc tantum facias, nihilq; addas, &c. Quia, inquit, timuerit me mādato hominū & doctrinis, ideo ecce ego addam, ut admiratione faciam populo huic, miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Piget autem in re nō modo inutili, sed etiam falsa, impia, & in scriptura blasphema, frustra tot uerba facere, & lectorē detinere. Et præter labore quem requirit, utilitatem nullam assert: nisi hæc utilitas est, & nō potius damnum, bonas horas & irrecuperabile tempus male collocare: sed tamen forte hæc erit utilitas, ut Asoticorum impietatem plus satis notam, magis cognoscamus. Christus quoq; ea uerba repetens, inquit: Frustra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Præterea etsi iubeamur præpositis nostris obedire:

*Deut.12.**Esa.29.*

obedire: tamen nec illis quidlibet statuendi potestas est cōcessa, sed certis
suis limitibus est circumscripta. Cum enim iam sit dictū Deum uelle nos
in suis tantum præceptis & cultu à se instituto continere, ac omnia quæ ad
nostram salutem pertinent, copiosissimè in uerbo suo compræhendi, nul-
lum certè reliquit locum Prælatis ecclesiæ, ut ipsi pro suo arbitrio, quæ ad
Dei gloriam & animarum salutem expedire iudicauerūt, ordinent & san-
ciant. Non eñ sunt dominī Ecclesiæ, nec habent regiam potestatem cō-
dendileges. Non dominātes clero, id est hēreditati Domini, quo nomine ^{1. Pet. 5.}
Ecclesia Dei & populus fidelium cōpræhenditur: sed pascentes gregem,
facti eius forma ex animo. Verūm hæc nihil ad Asoticos Prælatos, qui nō
pascent gregem, quem ne nouerunt quidem, nisi cum detondendus est:
sed ut pascent uerbo saluifico & sancto: hoc uerò se suaq; maiestate indi-
gnum esse arbitrantur, & alienum à principatu, uilissimis hoc mendicabu-
lis, tanquam rem nullius momenti, committentes. Ad hæc Paulus dili-
gentissimè nos præmonuit, ut caueremus humanas istas traditiones. Ne- ^{Coloß. 2.}
mo, inquiens, uos iudicet in cibo aut potu, aut parte diei festi, aut neome-
niæ, aut fabatorum, quæ sunt umbra futurorū, corpus autem Christi. Ne-
mo uos seducat, uolens in humilitate, & religione angelorum, quæ nō ui-
dit ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue, & nō tenens caput, ex quo
totum corpus per nexus & coniunctiones subministratū & cōstructum,
crescit in augmentū Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elemētis hu-
ius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes mundo, decernitis? Ne tetigeri
tis, neq; gustaueritis, neq; cōrectaueritis, quæ sunt omnia in interitu ipso
usu secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem qui-
dem habentia in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpo-
ri, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Et iterum nos hortatur, Vt ^{Gal. 5.}
in libertate qua uocati sumus stemus, & non iterum iugo seruitutis collū
subdamus. Huc accedunt prauæ & superstitionēs opiniones cultus, & opi-
nio necessitatis & meriti, qua isti nomothetæ cōscientias miseris circum-
ueniunt & grauant, quibus opinionibus etiamsi alios ritus ad disciplinam
facerent: tamen ita contaminantur, ut nulla ratione ratione sint ferendi.
Plane enim idem faciunt hypocritæ istis suis legum uinculis, quod Phari- ^{Matt. 15.}
sei suis traditionibus, propter quas irrita faciebant mandata Dei. Quis e-
nim nescit, pluris hæc friuola huius mundi elementa fieri, quam Dei ora-
cula, atrocius etiam sequiri in illorum quam mandatorum Dei transgressi-
onem: Impunè licet scortari, uxorem uerò minimè habere conceditur mo-
nachis & sacrificulis. Feria sexta carnibus uesci, grauius est pia culum, q̄
circumuenire hominem in cōtractu. Insuper tanta est multitudo istarum
legum, ut ne quidem meminisse omnium quisquam optimam memoria pre-
ditus, poslit: ideoq; ipsa sua multitudine sint intolerabiles, quibus hoc tā-
dem profectum est, ut sepulto quasi Christo, ad Iudaismum redierimus.
Quod Augustinus suo tempore factum conqueritur: quid dicturus, si ^{Epist. 119.}
hæc nostra tempora attigisset? Neq; uerò hæc ratio est, qua infirmis con-
sultur. Hoc enim magis impediuntur & obruuntur. Sed uerbo Dei insti-
tuendi sunt, cui tam Prælati quam oues in Ecclesia Dei, obedire debent.
Quod igitur Asotus ait, Patres & concilia aliqua præter illa quæ scripta
sunt, cum id diuine gloriæ & salutis animarum expedire iudicauerint, pos-
se constituere, & quod hæc illis auctoritas sit concessa ad gubernandos fi-
deles, & Ecclesia debeat præpositis obedire, & eis subiacere. Verum qui-
dem est, quod præpositi, pastores, doctores, & episcopi gubernare & pa-
scere debeat oues sue fidei commissas uerbo Dei, in quo etiam fideles ^{1. Pet. 5.}
debent obedire. Talis uerò autoritas, quam Asotus eis tribuit, ab omni
scripture sensu est aliena: cum nemo instituere debeat, quod sibi videa-

tur, sed quod Dominus præcipit tantum, & cum iam enumeratis rationibus ex sacra scriptura adductis & desumptis, pugnat. Cum iam igitur sit Asotus tam strenuus traditionum, Prælatorum & conciliorum propugnator, mirum non est quod tam exosas habeat scripturas.

Iam ad definitionem traditionum! Apostolicarum ab Asoto positam accedamus. Ita autem inquit: Traditionem Apostolicā uocamus, quodcumq; dogma à Deo acceptum, & quicquid Apostoli à Christo acceperunt, & concorditer docuerunt, prædicantes Euangeliū & fidem, cultum & mores Christianos formantes, & à Deo instituta tradentes, quibus scriptura ipsa nobis tradita est atq; exponitur, & dubia circa fidem definitur ab ecclesia. Et dein eadem repetit his uerbis: Traditione igitur Apostolica nobis sit quodvis dogma à fidelibus & ecclesiis, quas Apostoli docuerunt, ex eorum doctrina certa fide suscepimus: ex hoc tamen id, quod postea breuius & compendiosius scripsierunt, exponendum est: ex eodem etiam quod non est scriptum, certa fide percipitur. Magnifica hæc est & ualde ampla definitio, & multa complectitur: uidelicet Euangeliū, fidem, cultus & mores Christianos, adeoq; quod regula sit per quam scriptura exponatur, & dubia circa fidem ab ecclesia definitur. Hęc in precedentibus ab Asoto, Propheticæ & Apostolicæ scripturæ sunt tributa, qui nostram sententiam comprobauit, qua diximus, quod libri Canonicī sint certa regula iuxta quam ecclesia obscura interpretatur, & dubia definit. Verū cum non satis sit dicere, sed probatione opus sit: uideamus quomodo splendida hanc traditionum definitionem confirmet. Quia, inquit, nos catholici omnes certum habemus, Apostolos multa docuisse quæ non scripsierunt, & ea ipsa quæ scripsierunt multo latius docuisse, pluribus scilicet uerbis: & quidem non semel, sed frequentissime: nec unius linguae hominibus, sed diuersarum, & multarum: cum in una tantum Graeca, uel ut multū duabus, hoc est etiam Hæbraea scripsierunt. Insignem uero & preclaram probationem definitionis, quæ res in ecclesia maximas & ad salutem necessarias cōpletebitur, ideo scilicet ex traditionibus scripturam interpretandā, ambigua fidei definienda, fidem, cultus & mores petenda: quia n̄ qui se catholicos uocat, omnes certū habeant, multa docuisse Apostolos quenō scripsierunt, & ea ipsa quæ scripsierunt, multo latius docuisse, plurib. scilicet uerbis, &c. Cōcedamus sane multo pluribus uerbis ab Apostolis dicta esse, quam monumentis ipsorum & literis sunt mandata: tamen negari non potest, quin omnis doctrina, quæ ad ueram & æternam nostrā salutem cognitu est necessaria, in scriptis ipsorum continetur, id quod Ioannes de solo suo libro testatur, quod quidem non omnia Christi facta defcripsierit, neque opus sit. Hęc enim sufficere ad salutem, quae ut sincere atq; fideliter ad posteros transmittenterent ac conseruarent, nec aliena sub nomine Apostolorum, quasi traditione ecclesię obtruderentur, atq; hoc modo nos de uerbo Dei & eterna animę salute pericitaremur: uisum est spiritui sancto, ea non uoce maiorum nostrorum ad posteritatē propagare, sed literis mandare, ne illum esset dubium, aut quoquis uento doctrinę circumferremur, & omniū fraudi, iniurię ac deceptioni essemus expositi. Hęc sacra Apostolorum scripta mirabiliter ac planè diuinitus, cum intereat tot preclara & de rebus presenti uite utilissimis monumenta, licet ea nemō ē medio tollere sit conatus, sua sponte intercidetur, & perirent: illa uero saepius per potentissimos orbis monarchas studiosę conquista & igni tradita, nihilominus tamen conseruata sunt. De his cum certi simus, simul etiam hęc quę extant descripta, de quibus nemo Christianus dubitat, ad salutem sufficient, norma & regula sunt dubia definiendi, obscuriora interpretandi, fidem, cultus & mores doceat abunde: quis tu es Asote!

Ioan. 10.

ex qua

ex qua insula prodisti quando de cœlo cecidisti Lucifer, qui solis splendorē afficeret conariscet nos à scriptura certa, firma, splēdida lucerna, lumine, ad incertas traditiones, obscuras & dubias, tanquam infirma & gena elemēta emendicatis suffragijs conarī abducere? Quod si docuerunt Apostoli multa quæ non scripserunt, ea certe aut erunt eadem, aut contraria. Finge- re autem quòd sibi contraria docuerint, non solum dementia est, sed planē furor diabolicus. Eadem ergo scripserunt quæ & docuerunt. Nam quemadmodum Irenaeus testatur, quòd doctrina Apostolorum sit manifesta & Iren.lib.3.
firma, nil subtrahens, neq; alia quidem in abscondito & alia in manifesto cap.15.
docentium: hoc enim fictorum & prauè seducentium & hypocitarum sit molimen, quemadmodum & Valentiniiani faciant: eundem ad modum dīcere possumus, quòd quemadmodum non alia in abscondito, alia uero in manifesto docuerunt, ita etiam non alia docuerint, alia uero scripserint. Et quidem præcedēti capite idem autor docet: Paulus simpliciter quæ sciebat, hæc & docebat, non solum eos qui cum eo erant, uerū omnes au-Iren.lib.3.
cap.14.
dentes se, ipse facit manifestum. ait enim: Non subtraxi uobis, uti non annunciatem OMNEM SCIENTIAM DEI. Sic Apostoli simpliciter & nemini inuidebant: quæ didicerant ipsi à Domīno, hæc omnibus tradebant. Sic igitur & Lucas nemini inuidens, ea quæ ab eis didicerat, tradidit nobis, sicut ipse testificatur, dicens, Quidam tradiderunt nobis, qui ab initio contemplatores & ministri fuerunt uerbī. Testatur his uerbis Irenaeus ipso Paulo autore, quòd omnibus omnia tradiderit & docuerit, non domesticis tantum auditoribus, sed plane omnibus. Sic & Lucam, qui perpetuus ipsi fuerit comes, ea quæ ab eo didicerit, nobis tradidisse non uoce tantum, uel prædicatione, sed scriptura. Quid igitur est, quod Asotus suo clamore asinino perpetuò rudit, Apostolos multa docuisse, quæ non scripserunt, & quidem non semel, sed frequentissimè? Quæ sunt ista multa, Asote, profer in medium. Vnde tibi ista mysteria: ex quo antro Trophonij produces, Caci, an Apollinis? Quæ dogmata ista non scripta? Ex Asia ne, an Illyria, an uero ultima Hispania proferes? Intelligo quid missit hic Asotus: Petri Apostoli spiritus Romæ unā cum corpore ipsius est sepultus. Cum uero Papa primam facit Missam super illius corpore, spiritum illius excitat magicis characteribus suis & incantatiōnibus, quo repletus, non secus ac ipse Petrus in die Pentecostes, Spiritu sancto repletus, habeat deinde in scrinio pectoris uerum totius sacræ scripturæ intellectum, & nouerit omnia mysteria ac traditiones, quas Petrus Romæ moriens à se institutas reliquit. Ludicra hæc tibi uidebuntur, amice lector. ludicra sunt, fateor. sed profectò si uerum omnino dicendum est, non magis uera & seria sunt ea quæ hic Asotus suauissimè nugatur. Apostoli ea ipsa quæ scripserunt, multo latius docuisse, pluribus scilicet uerbis, & quidem non semel, sed frequentissimè: nec unius lingue hominibus, sed diuersarum & multarum, cum in una tantum Greca scripserint. Ergo ex traditionibus non scriptis, & non ex ipsa scriptura, dubia circa fidem definita. fides, cultus, mores, & à Deo instituta discenda, & ex hac traditione ea quæ scripta sunt, exponenda. Ut maximè enim sepius pluribus uerbis & linguis Apostoli ea quæ scripserunt, docuerint: tamen cum non contraria, sed eadem docuerint quæ scripserunt, & certò nobis constet de ihs quæ scripta sunt, & ea sufficient, & aperta sint, ut supra ostensum est: traditiones uero ille, hoc est doctrina copiosior, ut imaginatur Asotus de fide, cultu, interpretatione, & sensu scripture non modò dubię sunt, sed prorsus etiam incognitę: quis furor est fraterculum hunc, perinde ac si omnes esse mus mente destituti ac cæci, nos à certissima scripture, ad nescio quas tra-

ditiones, quas nec ipse nec alij norunt, tanç in orbem aliquē incognitum
 ablegare. Hęc tanta est absurditas, ut ipsa se refutet, nec alia opus sit respō-
Irenaeus sione, q̄ ut tantū in lucem proferat: ostendisse em̄ est uicisse. Sicut Irenaeus
lib. 1. de hæreticorū delirijs inquit: Aduersus eos uictoria est, sententiae eorū ma-
Iren. lib. 2. nifestatio: ita em̄ haec Asotica cohæret, ut eiusdem autoris uerbis utar, ac si
cap. 10. quis de harena resticulas necteret. Postremò dicit uocabulū traditionis ad
 sc̄ipta & nō sc̄ipta extēdi, quamuis appropriato nomine traditiones eas
 dicere multi cōsueuerint, quæ sine scripto recepta sunt in ecclesia ab Apo-
 stolis: nil tamen obest, si uniuersalius accipiamus. Item à se in sua assertione
 catholica multorū grauissimorū patrū testimonia catholica adducta esse,
 quibus probet tradita esse quædā sine scriptura, quorū plurima in eis ipsijs,
 quæ scripta sunt, traditionē cōsulendā manifeste doceat. Vide maliciā Aso-
 ti, cum uetustissimi patres traditionis uocabulo pro doctrina Apostolorū,
 quam scriptis Ecclesiæ reliquerūt: dein etiā pro ritibus & ceremoniis qui-
 busdā, quæ ad ordinē faciūt, quas pratione loci, temporis & personarū in-
 stituerūt, utan̄: monachus iste uocabulo traditionis abutit, ut sucū faciat
 imperitoribus, cum crebra fiat apud Patres mētio Apostolicę traditionis,
 ut obtrudat eis somnia quædam monastica & Papistica decreta, singit A-
 postolos quidem in mysterio quasi tradidisse ijs, quos reliquerūt ecclesiæ
 successores & magistros, ut interpretationē scripturæ propter loci succel-
 sionē à suis Prelatis petamus. Quod ergo diximus de uocabulo traditionis,
Iren. lib. 3. ex ipsijs patrū sc̄iptis pbabimus. Irenaeus inquit: Sic igit̄ & Lucas nemini
cap. 14. inuidens, ea quæ ab eis (Apostolis) didicerat tradidit nobis. Hic uocabulū
 tradere, p̄ ipsa scriptura & libris q̄s Lucas scripsit & Ecclesiæ tradidit, ac re-
Iren. lib. 3. liquit, accipi manifestū est. Item: Dissensione nō modica inter eos, qui Co-
cap. 3. rinthi erant fratres, facta scripsit, quæ est Romę ecclesia, potentissimas lite-
 ras Corinthijs, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & an-
 nuncians quam in recenti ab Apostolis receperant traditionem, annūcian-
 tem unum Deum omnipotentem, factorem coeli & terre, plasmatorem ho-
 minis, qui induxit cataclysmum, & aduocauerit Abraham, qui eduxerit
 populum de terra Aegypti, qui colloquutus sit Mosi, qui legem disposue-
 rit, & Prophetas miserit, qui ignem præparauerit diabolo, & angelis eius.
 Hunc Patrem Domini nostri Iesu Christi annunciarūt ab ecclesiis, ex ipsa
 scriptura qui uelint discere possunt, & apostolicam Ecclesiæ traditionem
 intelligere. Manifestè appetet, hoc loco, per traditionem Apostolicam ni-
 hil aliud intelligi, quam doctrinam ipsorum ex sacra scriptura proponūtur, de-
 sc̄ipta extant in libris ueteris & noui Testamenti: & disertē mentionem fa-
 cit scripture, quod uidelicet uerus Deus Pater Domini nostri Iesu Christi,
 qui ab Ecclesia annuncietur, ex sacra scripture cognosci possit. Nec uero
 hoc solum, sed etiam quod ex sacra scripture Apostolica ecclesiæ traditio
 intelligatur. Hinc scilicet intelligi Apostolicam esse traditionem, quia cum
 sacra scripture conueniat. uult ergo probari traditiones apostolicas ex sa-
 cra scripture: imò traditiones ipsas, ex sacra scripture intelligendas, & in-
 terpretandas. Haec enim uerba sunt Irenæi, Qui uolunt possunt discere, &
 intelligere ex ipsa scripture Apostolicam ecclesiæ traditionem.

Cum plane cōtrarium uelit Asotus, uidelicet scripturam probari & ex-
Cyprianus plicari ex traditionibus Apostolorum. Cui ergo fidem habebimus, Ireneo
Epistola an Asoto: Puto Irenæo, qui fide dignior est testis, & uicinior Apostolorū
ad Pomp. temporibus. Similiter & Cyprianus traditionis uocabulo pro sacra scriptu-
contra Epi ra utitur, dicens: Nihil inuocetur (inquit) nisi quod traditum est. Vnde est
stolam Ste- ista traditio, utrum' ne de Dominica & Euāgelica autoritate descendens,
phanii. an de

an de Apostolorum mandatis atq; epistolis ueniens? Ea enim facienda esse, quæ scripta sunt, Deus testat, &c. Si ergo aut in Euang. præcipitur, aut Apostolorū epistolis aut Actibus cōtinetur, ut à qua cūq; hæresi uenientes, non baptisentur, sed tantum manus illi imponantur in pœnitentiam, obseruetur etiam & hæc sancta traditio. Vides Asote non modò per uocabulum traditionis intelligi Euangeliorum autoritatem, epistles & Actus Apostolorum: sed etiam ea tantum esse facienda, quæ scripta sunt, Dominum Deum nostrum testari. Nec uult sanctus martyr sub nomine traditionum Apostolicarū obtrudi aliquid, nisi quod scriptum extat in sacris literis. His adiungamus tertium testem D. Augustinum, qui de Cypriano loquens, ait: Quòd autem nos admonet, ut ad fontem recurramus, id est, ad Apostolicam traditionem, & inde canalem in nostra tempora dirigamus, optimū est, & sine dubitatione uerissimū. Traditum est ergo nobis, sicut ipse cōmemorat ab Apostolis, quòd sit unus Deus, & unus Christus, & una spes, & una fides, & una Ecclesia, & unū baptismū. Apostolicam traditionē, fontem Augustinus ex Cypriano uocat, & ex fonte hoc canalem in nostra tempora dirigendum, ut dogma & dubia fidei per illū dijudicemus. Quod ne Asoticē intelligamus de non scriptis dogmatibus, ab Apostolis traditis, addit cuiusmodi sit ista traditionē Apostolica, uidelicet, unum esse Dominū, unā fidem, unum baptismū, unum Deum & patrem omnium. Quæ apud Paul. extant descripta in epist. ad Ephes. 4. Quod uero addit se in sua assertionē Catholica, multorū grauiſſimorū Patrum testimonia adduxisse, quib. probet quæda esse tradita sine scriptura, quorū plurima in eis ipsis quæ scripta sunt, traditionem consulendā manifestē doceant: id tam uerum est, quam reliqua omnia quæ bonus ille vir Asotus dicit. Primum enim illic ex Dionysio Areopagita quædam affert, qui clare testatur, substātiam sacerdotij, scripturā sacrā esse diuinitus traditā, & plena ueneratione eloquia in sanctis & Theologiæ libris cōmendata esse. Præterea, preceptores suos sanctissimos à uiris sanctissimis didicisse, quæ sine literis ex animo in animū transfusa sunt. Quæ nam uero illa sunt, non addit ab Asoto. Sit igit̄ fides penes auctore, qui etiam ipse, ut suprā probatū est, incertus & incognitus fuit Ecclesiæ, temporib. Eusebij & Hieronymi, qui diligentissimè omniū Ecclesiasticorum scriptorū mentionem fecerunt, & libros eorum nominarunt. Nihil ergo hæc probant. Deinde ex lib. 3. Euseb. cap. 24. affert Apostolos non magnoperē sermonis ornatum curasse, nec multis libros ut scriberent, magni duxerint. Sed quid hæc Asote ad tuum institutum, quòd uidelicet Apostoli quædam sine scriptura tradiderint, quæ cōsulenda sint in eis ipsis, quæ scripta sunt, intelligendis. Et quæ nam illa sunt, quæ docuerunt & non scripsierunt: Age profer in medium. Quòd tertio loco ex epist. 118. August. ad Ianuarium in sua assertionē posuit, tantum loquitur de ritibus quibusdā siue obseruantib; quæ tota per orbem obseruat Ecclesia, sed quid hæc ad traditiones non scriptas, ex quibus scripturæ interpretationem petendam esse doces? Hoc tibi probandum erit, quod quando futurum est: ad calendas Grecas. Sed de hoc Augustini loco paulo post copiosius.

ANNOTATA IN CAPVT LI.

Hoc capite ex Irenæo probare conatur impudentissimus nebulo, Lib. 3. ca. 3.
Ecclesiam debere in omni controuersia de religione ad traditiones confugere, perinde ac si neque scripturam nobis reliquissent Apostoli. Non quòd, inquit, scripturam neget legendam esse, sed quia sciebat ex Mmm 4. uerbis

uerbis eius, dubia frequenter oriri, cum in diuersas trahuntur sensus. Hæc omnia recitat hic effrenis monachus, ac si Irenæi essent uerba & sententia, cum longissimè sint à mente Irenæi, ut hoc modo autoritate & nomine Irenæi, incauto lectori, qui sibi non tantum sumit temporis, ut Irenæum legat, imponat. Quòd si hæc esset Irenæi sententia, quemadmodum Ałotus refert, qui ait, Irenæus non dicit ex literis quærum esse, sed ab Ecclesijs antiquissimis: profectò nos bona pace tanti uiri, pluris Christi autoritatem ad scripturas remittentis faceremus, qui inquit, Scrutamini scripturas. Et uehementer repræhendit Pharisæos, qui propter maiorum suorum traditiones transgrediebantur mandata Dei.

Ephist. 19. ad Heron. Et Augustinus non uult teneri ullius patris autoritate, nisi ex sacra scri-

ptura probet id quod est dubium, aut alia ratione certa & firma à uero non abhorrente. Talis, inquit, sum in lectione aliorū, tales uolo esse intellectores meorum. Verùm longè hæc absunt à mente Irenæi. Quantu-

rem sacram scripturam faciat, & quòd ex ea omnes prava docentes e-
uerti possint, in præfatione eiusdem tertij libri, ex quo Ałotus traditiona-

riam suam opinionem uult confirmare, liquet. In hunc enim modum scri-

Iren. p̄f. in lib. 3. de q. hæref. bit ibidem: In hoc autem tertio libro ex scripturis inferemus ostensi-

nes, ut nihil tibi ex ihs quæ p̄ceperas, desit à nobis. Sed & præterquam opinabar ad arguendum & euertendum eos, qui quolibet modo male

docent, occasiones à nobis accipias. & statim addit, Memento igitur eo

rum quæ diximus in prioribus duobus libris, & hæc illis adiungens, ple-

nissimam habebis à nobis aduersus omnes hæreticos contradictionem,

ac fiducialiter & instantissimè resistes eis pro sola uera ac uiuifica fide,

quam ab Apostolis Ecclesia percepit, & distribuit filijs suis. Capite i. co-

dem lib. 3. ab initio: Non enim per alios dispositionem salutis nostræ

cognouimus, quam per eos, per quos Euangelium peruenit ad nos,

quod quidem tunc præconiauerunt, posteà uero per Dei uoluntatem

in scripturis nobis tradiderunt fundamentum & columnam fidei no-

stræ futurum. Euangelium scriptum literis uocat fundamentum & co-

lumnam fidei nostræ, non traditiones sine literis. Deinde commemorat

quatuor libros Euangeliorum, ab Euangelistis quatuor descriptos, &

addit: Omnes isti unum Deum factorem cœli & terræ à Lege & Pro-

phetis annunciatum, & unum Christum filium Dei nobis tradiderunt:

quibus si quis non assentitur, spernit quidem participes Domini, spernit

autem & ipsum Christum Dominum, spernit uero & patrem, & est à se-

met ipso damnatus, resistens & repugnans saluti sua. quod faciunt o-

mnes hæretici. Quam contraria sunt hæc ihs quæ Ałotus de Ireneo con-

finxit, quòd uidelicet remiserit nos in dubijs ad traditiones non scriptas

& in omnib. controuersijs certitudinem ex traditionibus sumendam do-

ceat, quia scilicet sciuerit ex uerbis scripture frequentiter dubia oriri, cum

in diuersos sensus trahantur; cum in scripturis fundamentum & colu-

mnam fidei nostræ per Dei uoluntatem dicat esse traditum: quibus si quis

non assentif, spernat Christum Dominum & Patrem, & à seipso damna-

tus, resistat & repugnet saluti sue. & hoc omnium hereticorum esse di-

cit. Vide Ałote, ne iudicio Irenei, quem pro tua opinione adduxisti,

Iren. lib. 3. cap. 2. hereticus pronuncieris, in quam sententiam & ea quæ mox secundo

capite scribit, faciunt. Cum enim, inquit, ex scripturis arguuntur

(heretici,) in accusationem conuertuntur ipsarum scripturarum, qua-

si non recte habeant, neque sint ex auctoritate, & quia uarie sunt

dicit, & quia non possit ex ihs inueniri ueritas, ab his qui nesciant

traditio-

traditionem. Non enim per literas traditam illam, sed per uiuam uocem. Hæc certè eadem Asotus cum hæreticis sentit, & palam loquitur. Sufficiant autem ista, ut videamus quanti uir ille scripturas fecerit, & quod ex his omnes hæretici euerti possint: quodq; hoc libro se de sacrâ literis actu- rum profitetur & protestatur: item, quomodo hæretici calumnientur scripturas, quod uariæ sint dictæ, hoc est (quemadmodum Sotus loqui- tur) in diuersos sensus trahantur: item, quod ex eis ueritas inueniri non possit ab eis qui traditionem nesciant, id est, Soto interprete, Scripturam per traditionem interpretandam. Hæc omnia Irenæus hæreticis tribuit, Sotus uero noster homo perbellus Ecclesiæ suæ Catholicæ. Audiamus iam ordine, quomodo Asotus peruerat, corrumpat & deprauet, & ad suum sensum Iræneum detorqueat. Sic autem ait: Irenæus, inquit, Apo- stolorum traditionem ab omnibus uideri posse, qui uera volunt audire, & habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesijs, & successores eorum usque ad uos, qui nil tale docuerunt, ne- que cognoverunt, quale ab his deliratur. Et recenset Romanæ Ecclesiæ Pontifices continuò succedentes in ea ab Apostolis, usque ad Eleuth- eum. Traditionis uocabulo Irenæum uti non solum pro doctrina ab Evangelistis & Apostolis uiua uoce tradita, sed etiam pro scriptura ipsa, maxime uero pro illa traditione, qua scripturam ab Apostolis acceptam, perpetua successione quasi per manus tradit Ecclesia, & de ea certo testi- ficatur, certum est, & euidenter ex capite 14. huius libri apparet, ubi in- quirit: Sic igitur & Lucas nemini inuidens, ea quæ ab eis didicerat, tra- didit nobis, sicut ipse testificatur, dicens: Quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio contemplatores & ministri fuerunt uerbi. Quo- modo enim Lucas tradidit nobis, nisi suis scriptis? Ita hoc loco, cum inquit traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam in Eccle- sia, adest perspicere omnibus, de doctrina & scriptis Apostolorum, cum adhuc certi testes & successores Apostolorum superstites essent, intelli- gendum est ex quibus percipere poterant de hac doctrina Apostolorum & scriptis testari Ecclesijs, & in eis Episcopos per successionem usque ad tempora sua descendentes Irenæus affirmat, & ubiq; hanc Apostolorum doctrinam quam initio præconiauerunt, ut in exordio capituli 1. ait, Po- stea uero per Dei uoluntatem in scripturis nobis tradiderunt, manife- stante Ecclesia in toto mundo, perspici posse. Ex his apparet, Irenæum per traditionem Apostolicam intelligere traditionem scriptorum Apo- stolicorum. Nam initio præfatur se ex scripturis sacrâ acturum contra Cap. 2. hæreticos: qui, ut deinde ait, scripturas negabant, cum ex eis argueren- tur, quod non essent ex auctoritate. Quare ut illarum autoritatem con- firmaret, capite 3. dicit, Traditionem hanc Apostolicam in toto mundo manifestatam, licere omnibus perspicere, qui uera uelint audire. Quia nu- merari possint omnes Episcopi successores Apostolorum in Ecclesijs. Et hoc consilio enumerat ordine Episcopos Ecclesiæ Romanæ. Prolixum enim nimis fore, omnium Ecclesiarum enumerare successores. Ad hoc i- gitur enumerationem successionis certæ Episcoporum instituit, ut cer- tos testes librorum Evangelicorum eos esse significet, qui se bona fide hos libros à suis antecessoribus accepisse testentur, qui omnes Aposto- lorum esse libros affimarint. Et ut maximè ex Irenæo euinci posset, eum non de librorum Apostolicorum traditione, sed de doctrina ipsorum, quam uiua uoce tradiderunt, loqui: certum tamen est, quod per Aposto- licam traditionem non intelligat traditiones illas ficticias, quas Pontifi- ces & Asotici pro suo arbitrio comminiscuntur, sed quas Apostoli in suas literas

literas contulerunt, hoc est, articulos fidei, qui in scriptura continentur. Sed quæso te, quid hæc ad Pontificem Romanum hodiernum, & eius ascendas ac creaturas carnales & Episcopos? Paulum nouimus, & Petrum scimus: uos uero qui estis? Nihil uobis cum illis commune est, præter non men nudum. Quod si de doctrina primitiæ Ecclesiæ & Patrum loquaris, manifestum est uos in Papatu uix umbram illius retinuisse. Imo, omnia propemodum uestra ex scriptoribus primitiæ Ecclesiæ refutari possunt. Si uero de cæremonijs, certum est uos longissime ab illis recessisse, quæ & pauciores & puriores uestris fuere: & nō ignoramus quid singuli Episcopi Romani, ut cæremonias augerent, addiderint. Quare neq; ex doctrina uestra, neq; ex cæremonijs, Apostolorum traditiones agnoscere possumus: ita degenerauit uestra Ecclesia, ut compositum quiddam ex Iudaismo κατολικίᾳ quadam, & ethnicismo participans, certissimum sit. Adit autem Irenæus hoc capite. Hunc Patrem Domini nostri Iesu Christi ab Ecclesijs annunciarí ex ipsa sacra scripture, qui uelint, discere possint, & Apostolicam Ecclesiæ traditionem intelligere. Dicit Irenæus Apostolicam traditionem ex sacra scripture intellegendam. Contrà uero Asotus garrit, scripturam ex traditionibus interpretādam. Cui igitur credemus? Asotone, an Irenæo? Puto magis fide dignum autorem Irenæum, quam Asotum. Abeat itaq; Asotus ad eos qui libenter quæ falsa sunt audiunt: nostræ aures talibus impostoribus non patent. Episcopos sibi querat, qui eiusmodi nugis fictitiarum traditionum delectantur: cum norint sibi ad restim redeundum, si controversia religionis ex sacra scripture dijudicari debeant.

Subiicit his Asotus ex eodem capite. Irenæi, auctoritatem Polycarpi pro confirmandis traditionibus non scriptis contra scripturam, qui multos hæreticos ad Ecclesiam Dei conuerterit, unam & solam hanc ueritatem annuncians ab Apostolis se percepisse, quam & Ecclesiæ tradidit. Quorsum ita Asote? Fatetur Polycarpus se unam & solam hanc Ecclesiæ ueritatem tradidisse, quam & ab Apostolis percepit. Quid aliud docuisset sanctus martyr & Apostolicus doctor? Quæ porrò Apostoli docuerint, ex scriptis ipsorum manifestum est. tu cum tuis Polycarpum imitare, & minus erit contentionum & turbarum in Ecclesia. Addit deinde Asotus ex Irenæo, Non oportere apud alios querere ueritatem, quam facile sit ab Ecclesia sumere, in quam quasi in depositiorum diues contule rit omnia quæ sunt ueritatis. Quis contradicit Asote, aut negat hec? Ad quam uero Ecclesiam? num uerbo Dei & sacra scripture carentem nos ablegat, nequaquam sed remittit nos ad Ecclesiam Dei, auditricem & discipulam doctrinæ Apostolicæ: quæ cum sit custos uerbi & sermonis Dei, qui est ueritas, illamq; firmiter retineat, & fundata sit super fundamentum, hoc est, doctrinam Prophetarum & Apostolorum, ideoq; columna & firmamentum ueritatis, meritò hic dicitur ab Irenæo in eam tanquam depositiorum diues hec omnia quæ sunt ueritatis esse collata. Sed quid hec ad Asoticam Ecclesiam, quæ ueritate uerbi Dei caret? Nihil hic de traditionibus non scriptis, sed de ueritatis doctrina, quæ scriptis Prophetarum & Apostolorum continetur, dici audimus. Asotus uero contendit, quod non ad solam scripturam, sed ad Ecclesiam nos mittat, in quam dicat Apostolos omnia quasi in depositiorum quoddam contulisse, & nō in scripturam solum. Diximus & iam repetimus, Ecclesiam esse depositiorum illud ueritatis propter scripturam sacram Prophetarum & Apostolorum quam retinet, cum in hac scripture omnis ueritas & sapientia continetur. Denique rem eandem ad fastidium crebro repetit Asotus, Assero,

Affero, inquit, quod non ad scripturam solam nos mittat, sed ad Ecclesiás antiquissimas in dubijs, & non ex literis dicit quærendum esse, &c. Veterator pessime qua fronte id negare aedes: cum suprà in hoc capite, id ex ipso sit probatum, cum præfatur, se in hoc tertio libro ostensiones illatum, ut nihil desit: sed & præterquam fuerit opinatus ille cui scribit, ad arguendum & euertendum eos, qui quolibet modo male docent, occasiones a se accipiāt, & alia quæ dicta sunt illic in hanc sententiam. Depræhendis ne amice lector Asotica mendacia: Vide autem consequentiam & acumen Asoti: Irenæus mittit nos in dubijs ad Ecclesiás antiquissimas, quæ habent scripta Apostolica. Ergo non ex literis & scriptura, sed ex traditionibus pronunciandum est. An' non enim hic profitetur se ex scripturis actuū contra hæreticos? An' non Ecclesia cum sit sponsa Christi, uocem sponsi audire debet: & cum sit ædificata super fundatum, hoc est doctrinam Apostolorum & Prophetarum, certè non nisi ex hoc fundamento dubia dijudicabit: cum etiam prophetæ secundum fidei analogiam ex scripturis sint dijudicandæ. Mittit ergo ad Ecclesiam propter uerbum uel scripturam, sicut testantur ipsius uerba, quia sit depositorum diues ueritatis. Sermo autem Dei, qui in scriptura continetur, est ueritas illa: Ioh. 17. Ergo multo magis ad scripturam Irenæus mittit. Ratio autem quam assignat Sotus, cur Irenæus noluerit ex literis quærendum in dubijs, quia sciuerit ex uerbis scripturæ frequenter oriri dubia, cum in diversos sensus trahatur, non est Irenæi, nec illo verbo eis mentionem facit: sed falsarius est Asotus, qui hæc mentitur, & iniuriam facit Irenæo. Imò hoc ipsum Irenæus diserte hæreticis tribuit, quod in hunc modum calumniantur scripturas, quasi uariæ sint dictæ, id est, ut Sotus loquitur, dubia & ambiguae, quæ in uarios sensus torqueri possint. Scriptura uero nō est in culpa quod ita laceratur, & in diuersa, ut hic Asotus dicit, trahitur. Sicut nec Irenæus occasionem prebuit Asoto, ut ita misere eum in diuersa trahat. Sed malicia & odio scripture satanicò hec fiunt. Quanto sanctius Chrysostomus de Pauli epistolis inquit, Paulus non uarius quispiam fuit, sed simplex & manifestus: illi autem ad suos sensus torserant uerba, insania propria. Audis hæc Asote. Prosequitur autem Asotus suum institutum de traditionibus ex eodem capite Irenei eadem infelicitate, dicens: Quid autem si nec Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ihs quibus committebatur Ecclesia? Vides, inquit Asotus, ut à traditione sumendam esse certitudinem in omnibus cōtrouersijs doceat: Et poste à recitatis uerbis quibusdam de barbaris qui literis carebant, & tantum sibi tradita retinebant, per illa omnia aliena dogmata rejiciunt. Et eo modo ad traditionem configendum habes, ac si neq; scripturam nobis reliquissent Apostoli. Hec certè Irenæus non uult, neq; dicit, nisi sub hac conditione, si scilicet Apostoli scripturas non reliquissent nobis, tum hoc faciendum esset. Sed idem suprà cap. 1. dixit: Per uoluntatem Dei in scripturis nobis traditum fundamentum & columnam fidei. Ergo cum scripturam habeamus, iam non secundum traditiones, sed iuxta scripturam dijudicanda sunt dubia. Nam quod Irenæus dicit de barbaris, qui carebant literis, & tantum tradita tenebāt, nos idem de uulgo nostrę Ecclesię dicimus qui literas ne- sciunt. Nec enī hi alia tenent, quam quæ ipsis traduntur. Sed unde traduntur? Certe traduntur è scriptura. Et nos de sententia & rebus ipsis ad salutem cognitu necessarij loquimur, que sine uoce, sine literis traduntur: certè & eadem sunt, & in scriptura sufficienter continentur, ut non sit nobis nec necessarium, nec tutum extra hanc scripturam alias quærere traditiones.

In 2. ad Co-
rinth. Ho-
mil. 9.

Asotus

Asotus uero manifeste inuertit uerba Irenæi, dicens: Eo modo ad traditionem configiendam docet, ac si neq; scripturā nobis reliquissent Apostoli, cum dicat: Tum demum nobis hoc faciendū, si illas non haberemus. Hic Asotus contra mentem Irenæi dicit: Ac si non haberemus, qua additione tota eius sententia mutatur. Sed quid mirum est, quod Irenæi sententiam & uerba deprauet, cum ne sacrosanctæ quidem scripturæ parcat, sicut superioris aliquoties ostensum est. Vbi id quod scriptura disertè & manifestè affirmat, ipse negat: contrà, quod scriptura negat, ipse affirmat. Ut quod dixit Petrum unum & solum ubiq; loquutum in die Pentecostes, & alibi in conuentibus Apostolorum. Item 2. Paral. 19. ubi dicitur Legatio Iosaphat docuisse, negat id Sotus superiorius cap. 23. Quod flagellat Brentiū quasi minus propriè ea quæ Irenæus de Episcoporum successione recitavit, ad scripturæ traditionem retulerit, ideoq; aperte sensum Patrum corrumpat, nullo negocio hæc calumnia refelli potest. Et uel hinc insignem maliciam Asoti est uidere, qui illud ipsum quod hoc loco agit, Brentio tribuit. Probatum est enim hactenus duobus capitib. Irenæum in tribus primis capitibus, ubi successionis Episcoporum facit mentionem, & etiam in initio quarti per traditionem, doctrinam Apostolorum scriptam, que nobis per manus successione quadam tradita est, intelligere. Quarto uero de numerum capite de traditione que facta est sine literis uiva predicatione Apostolorum loqui, inquiens: Quid si autem neq; Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, &c. Vbi barbarorum meminit, qui sine literis crediderunt. Hec duo que Irenæus manifeste distinguit, Asotus cōfundit data opera: & deinde uociferatur Brentiū corrumpere Patres, cum ipse hoc faciat. Et quodnam hoc grande piaculum esset, si maximè alienam sententiam, quæ tamen per se uera est, huic Irenæi loco Brentius affinxisset? Quoties idem de Patribus diceremus, quoties non propriam sententiam reddiderunt in sacra scriptura, sed aliena à mēte autoris, quis ex Patrib. alienus ab

August. de hoc criminē esset: Docet Augustinus nil esse periculi, etiamsi in scripturæ doctr. Chri uerbis non unum aliquod, sed duo uel plura sentiantur, & lateat quid sentian. lib. 3. cap. 27. serit ille qui scripsiterit, si quodlibet eorum congruere ueritati ex alijs locis sacrarum scripturarum, doceri potest. Si hoc in sacris literis nō est tantum peccatum, quanto minus in Patribus: Quare nihil opus erat hic tragediam tantā excitare, præsertim cum Asotus magis sit reus. Sed Papistico more agit. nam quod ipsi est ueniale, alijs mortale est peccatum. Repetit autem toties, & ad rauim usq; clamat ex Irenæo, cōtra autoris sententiam, pro suis traditionibus: Quod uidelicet doceat post traditam scripturam ad hanc traditionem in dubijs configiendum. abuti fortassis uidebor lectoris patientia, toties eadem repetēdo. Sed quid facias huic homini, qui semel decreuit, se per suas nugas uelle cœlum terræ miscere, scripturas furore diabolico ē medio tollere, ut deinde liceat omnia figmenta & delitiae

Lib. 3. ca. 2. Papistica, nomine traditionum Apostolicarum stabilire. Sicut Irenæus de haereticis dicit, qui occasione ex Pauli uerbis sumpta, dicentis, Sapientia loquimur inter perfectos, quod hanc sapientiā unusquisq; eorum esse dicat, quam à semetipso admiuenerit fictionē. Irenæo uero fit iniuria ab Asoto. Hoc enim dicit, quod orta controuersia & dubio, ad Ecclesiastis antiquissimas ab Apostolis plantatas accedere debeamus, ubi illi omnem ueritatem deposuerint, & per Dei uoluntatem in scripturis fundamentū & columnam fidei nostræ tradiderint. Quod si uero neq; Apostoli scripturas reliquissent nobis, tum ordinem traditionis nos oportuisse sequi. Idq; exemplo barbarorum docet, qui sine literis eandem fidem habeant nobiscum, & illa muniti nullam haeresim cum ea pugnantem admittant. Hæc est sententia & uerba Irenæi, Hisne, primus scripturam in dubijs ad traditionem

tionem nobis cōfugiendum, docet: Eas ergo, Asote, si ita uisum fuerat, ad Barbaros in Indiam usq; , aut Aethiopiam, uel si mauis, usq; ad extremos Garamantes, & traditiones illas Apostolicas ab eis require. Postea ex Tertulliano probat, Traditionis uocabulū pro Apostolorum doctrina, quam Ecclesijs sine prædicatione, uel uiua uoce, siue per epistolas tradiderunt, accipiendum. Quis hoc unquam negauit? Non opus erat contra Brentium, cum ipse ex Paulo in Prolegomenis probarit & affirmarit, nisi quod Asotus libenter aera uerberat, & imaginatur sibi aduersarium qui non est: ubi uero lucentum erat & respondendum, saltat per tria. Et hæc ea- dem contra ipsum fraterculum faciant, qui ubi cuncti à Patribus tradicio- nem Apostolicam commendari uidet, statim ad non scriptas traditiones referat, easq; hinc probare & confirmare conatur, cum generaliter pro A- postolorum doctrina, tum scriptis, tum uiua uoce tradita accipiat. Quod vero insert concludens caput hoc, Patres hi docent ad traditiones confu- giendū esse, in omni controversia, tam cum de sensu scripturæ, quam cum de re alia ad religionem pertinente agitur. Inter has etiam illa esse quæ si- nescriptura in Ecclesia teneantur. In hoc loquitur Asotus non ut bonus vir. Nequaquam enim Irenæus ad traditiones sine scriptura in controver- sias nos ablegat: sed ad Ecclesias antiquissimas, quæ fundamentum & co- lumnam fidei nostræ per Dei uoluntatem in scripturis traditam habebat. Quod uero mentionem facit Apostolicarum ecclesiarum & Rome, quid hæc ad præsentia tempora, quibus pleræq; ecclesiae à Turcis sunt uastata, reliquæ uero apud Barbaros qui initio sine literis fidem acceperant. Iam uero defecerunt, & reliquias tantum miserias quasdam Christianismi infi- nita idolomania contaminatas & obrutas retinuerunt, ubi Asoto traditio- nes non scriptas querere licet. Roma uero non magis est audienda, quam ludorum Rabini. Quid enim eorum habet quæ Apostoli docuerunt, & instituerunt: Lege epistolas Pauli & Petri, & cōfer ecclesiam Romanam

in fine capitis addit: Petebant hæco-
mnia responsum, nisi Brentius respondisset sibi, referens id quod nos
in Scholij diximus, exponentes scripturam sufficientem esse, quia in uni-
versum omnia complectitur. Vel eo maximè, quod docet audiendos Pre-
latos & Ecclesiam. Dixit initio huius capitii, sibi cum Brentio hic congre-
diendum. Audis ergo hic fortē antagonistam, & insuperabilem, qui ta-
men non defatigatur. Si ita licet eludere uim tantorum testimoniorū, Scri-
ptura continet omnia sufficienter ad salutem: quia docet audiendos esse
Prelatos & Ecclesiam, quæ habet auctoritatem gubernandi nos ad salu-
tem. Quare specialia iam à Prelatis & Ecclesiæ auctoritate sunt suscipien-
da. Quid igitur opus est scriptura: licuisset Deo tantū hec uerba scribere:
Audite Prelatos & Ecclesiam, nec opus erat Spiritum sanctum occupari

IN CAPUT LII.

418°

tot scriptis edendis, in quibus prolixè omnia & singula prescriberentur. Careremus & nos magna molestia & labore legendi & meditādi sacra, ex quibus voluntatem Dei erga nos & omnia reliqua ad salutem cognitum cessaria disceremus. sufficiebat audire Prælatos & Ecclesiam, quæ habent auctoritatem nos gubernandi ad salutem, & pro suo arbitrio præscribendi quidvis ad salutem. Nunquam adduci potuisse, ut crederem tantum Theologię professorem eò impietatis & blasphemiae deuenire, ut non dico aliud non responderet ad tam illustria scripturæ testimonia: sed tam absurdia, & ab Ecclesia uera aliena, adeo cù abominanda in medium proferret, cum suo aduersario congregadiens adeò nudus & inermis. Scriptura sufficiens est, quia in uniuersum omnia complectitur. Nimirum hic scripturæ tribuerat, ideo subiungens qua ratione sit sufficiens, seipsum quasi corrigit, dicens: Velo maximè, quod docet audiendos Prælatos & Ecclesiam. Hi scilicet, id quod scripturæ ad sufficiendum deest, complebunt. Non te pudet, Asote, harū ineptiarum, imò dexterandę & execrandę impudentię, blasphemię, ac sacrilegij: dignus eras cum hac tua impietate stolida, coniuncta cum summa pertinacia, qui Romam mittereris ad sanctissimum tuum patrem, qui te ob has uirtutes Cardinalem crearet. Addit deinde, Brentium, cum hæc refert, ridere quidem, sed reuerā nihil responderē. Quid tibi stolide responderet ad has ineptias & stulticias? quæ si puer in scholis luderet, risu erant digna, uel uirgis cohercenda. Porro diximus paulò supra & probauimus, concilia & Patres, siue Prælatos, ne quaquam potestatem habere cultus, uel alia ad gloriam Dei aut salutem pertinentia præter scripturam instituendi, multo uero minus, ut scripturæ defectus & insufficientiam, quæ tu ei tribuis, cum nulla sint, suppleant, ubi contra impium hoc Soti delitium de potestate Prælatorum, copiosè disservimus. Quare uero nihil responderet ipse Asotus ad loca scripturæ, cum id quod hic pro concessu sumit, probatione indigeat, noscūt contrarium multis rationibus & argumentis firmissimis ex sacra scriptura desumptis ostendimus. Quod uero locum ex Paulo adducit, Tenete traditiones nostras, siue per epistolam, siue per sermonem: hoc certè non probatur, ideo scripturas sufficienter omnia ad salutem continere, ut nugatur Asotus, quia Ecclesiæ & Prælati sunt audiendi, qui cætera quæ in scriptura in specie non habentur, ad salutem necessaria & gloriam Dei constituant. Quid enim hoc loco, uel de Perlatis Asoticis, uel Ecclesiæ autoritate, ut illi in specie de cultibus statuant in ijs, ubi scriptura nihil definit: Id probandum incumbit Asoto. ad hoc Pauli locus nil facit. loquitur enim, ut maxime omnia concedamus, quæ hinc uult euincere Asotus, de suis traditionibus, quas Apostolica, hoc est diuina autoritate instituerat, & quæ literis sunt mandata, nam in ceteris, ubi destituitur mandato Dei, dicit ipse, Consilium do, non ut laqueum iniçiam. Hinc uero non sequitur, licere Prælatis aut Ecclesiæ propria autoritate instituere preter uerbum Dei specia, ut Asotus loquitur, ad salutem: cum, ut dictum est, ne Paulus quidem hoc sibi sumpererit, nedum Prælatis Asoticis, aut quibusuis alijs hoc esset permittendum: Ingens enim discriminem est inter Apostolum & Episcopum uel Prælatum, & inter illorum officia atq; auctoritatem. Habetur enim certa testimonia, quod Apostoli in doctrina nō errarint, sed omnia ipsorum dogmata pro diuinis accipienda. De reliquis uero Ecclesiæministris, Doctoribus & Prælatis omnibus dicit: Probate spiritus, num ex Deo sint. Sed quia in sequenti capite plura ex hoc Paulilo-
co extruere conatur, copiosius ibidem, Deo pro-
picio, respondebimus.

Sup. ca. 50.

ANN.

ANNOTATA IN CAP VT LIII.

Hic uero Asotus serio triumphat, tenet enim Brentium irretitum, constrictum atque captum, ut quorsum se uertat, miser nesciat: cōiectus est enim ab Asoto in summas angustias, ex quib. euadere difficultimē poterit. Teneat Brentius, inquit, (tenete ergo eum, & ducite cautē.) Merito illum cunctari dicimus: apertissimē sibi cōtradicit. Item, satis ostendit, q̄ sibi constet nouitas. Sed heus tu Asote, ante uictoriam *ωνικεογ*: expecta paulisper, & alia audies: & senties quibus præclara ista uictoria, quam tibi in manib⁹ habere uidebaris, eripietur. Argumentatur autem ex loco Pauli, Tenete traditiones nostras, siue per sermonem, siue 2. Thess. 2. per epistolam. Tenetur, inquit, Brentius hac ratione, Si scripture credendum est, & obediendum, illa præcipit, non scripta teneri. Respondetur fortissime Hercules, Paulus hoc capite hortatur Thessalonicenses ad constantiam, ut fortiter doctrinam fidei, quam se prædicatore audierant & didicerant, retineant, nec se ab ea ulla ratione dimoueri patientur. Venturum enim Antichristum, & regnaturum in ecclesia Dei, decepturumq̄ multis signis, prodigijs & miraculis. Hoc modo Dominum cōtemptum uerbis sui & ingratitudinem puniturum, ut postea seducti, credant mendacio. Deinde gratias agit Deo, quod Thessalonicenses elegerit, atque sanctificari spiritu S. in fide ueritatis, in quam uocauerit eos per Euāgeliū à se annunciatum. Hortatur igitur illos, ut in hac doctrina, quam à se siue prædicatione didicerant, siue per epistolam, constanter perseuerent, inquiens: State itaque fratres, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Vocabulo traditionis, doctrinam Euangelij sui, per quod uocati fuerint in acquisitionem gloriae Domini nostri Iesu Christi, & prædicationem, quae facta est à se uiua uoce & epistola, quam ad ipsos scripsérat, intelligit. Hæc omnibus modis & accipienda & retinenda erat necessariò ad salutem. Nec hinc sequitur, quævis non scripta recipienda, nec de quibusvis traditionibus Ecclesiæ Asoticae, sed de suis loquitur Apostolus, quæ à Thessalonicensibus erant tradita, hoc est, quæ docuerat. Ad hanc Euangelij doctrinam à Paulo propositam & nos prouocamus: quæ certè alia non fuit, nisi Euangeliū illud, quod teste Ireneus initio prædicauerunt Apostoli, poste à uero Iren. libr. 3. cap. 1. per Dei uoluntatem in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum: qui postquam Spíritu sancto de omnibus adimpleti sunt, & habuerunt perfectam agnitionem, exierunt in fines terræ, ea quæ à Deo nobis donata sint, euangelizantes, & celestem pacem annunciantes, qui quidem & omnes pariter & singuli eorum habentes Euangelium Dei. Ita Matthæus in Hebreis ipsorum lingua scripturam edidit Euangelij, &c. Et omnes isti unum Deum factorem coeli & terra à Lege & Prophetis annunciatum, & unum Christum filium Dei tradiderunt nobis. Ita Paulus ea quæ prædicauit per Dei uoluntatem in scripturis, nobis tradidit. Hactenus Ireneus.

Cuperem autem ex te audire, Asote, traditionum uindex acerrime, quæ nam illæ essent traditiones, quas Paulus se Thessalonicensibus tradicisse testatur, & ut de ihs tam certi reddamur, quam certi sumus de epistolis. Quæ quid contineant, & quam sint sufficietes ad salutem, omnibus patet, qui quæ uera sunt libenter uolunt discere, & se doceri patiunt. Quos cum certo habeamus, quæ stultitia est, quis furor & insania, de ihs quæ non sunt scripta, nec ita sunt certo conseruata, cum ecclesiæ pleriq; Nnn 2 quas

quas Paulus plantauit, deletæ sint, uehementer esse anxium & sollicitum. Neque hæc ideo tam multis agunt Aſotici illi, quod tanto amore doctrinæ Paulinæ teneantur. Hanc enim quam habent literis oboculos propositam, odio summo persequuntur, cum aduersetur ipsi: mali entę nihil horum extare, tantum ut sibi liceret nomine Apostolorum inueteratas & annosas suas fabulas Ecclesiæ obrudere, & quiduis comminisci & fingere: & me non uana duci conjectura, res ipsa loquitur. Restant adhuc exiguae Græcae Ecclesiæ, quæ à Paulo sunt fundatae, reliquiae, quæ multo priores habent canones, quam Romanæ. Pontificem Romanum caput noluerunt agnoscere. De purgatorio nihil senserunt. Coniugium sacerdotum etiamnum hodie retinent. Hæc ita toto tempore hinc à prædicatione Pauli conseruarunt. Cum has traditiones, quæ scriptis Pauli sunt consentaneæ, non amplectuntur, sed præferunt traditiones suas non scriptas, quas cum doctrina Apostolorum pugnare manifestū est: appareat ad fallendum & incautis imponendum omnia hæc, quæ de traditionibus garriunt, esse composita, siquidem uideant in Ecclesijs à Paulo fundatis, ritus & ceremonias cum epistolis ipsius consentientes, quos tamen nolunt amplecti, sed mordicus siram sententiam contra Paulum retinent. Digni profectò impudenterissimi & imp̄iſſimi impostores Aſotici sunt omnium odio, & indigni quibus cum conferatur de rebus ad animæ salutem pertinentibus, uel cœcus uidere possit, eos neque Dei gloriam, neque animarum salutem, neque Ecclesiæ edificationem curare, aut querere: sed modum, & rationem, qua dignitatem siram, commoda, & splendorē suum retinent & conseruent.

Quod igitur Paulus Thessalonicenses hortatur ad constantiam in doctrinā à ſe tradita, nihil hæc ad arcana nescio quæ mysteria, quæ finiunt ab Apostolis quafi in ſecreto ſuis ſuccessoribus, atque ab illis quæ ſi per manus Epifcoporum ſemper ſuccessoribus tradita, & hinc ad nos uisque propagata, quibus ſenſus ſcripturę absconditus, obscurus, & breuior explicetur copiosius atque planius, & fidei controverſię inde diuidentur. Referat igitur Aſotus id quod Paulus de ſuis traditionibus loquitur, uel ad dogmata, uel ad ritus, uel ad utrumque ſimul pro ſuo arbitrio, nihil tamen hinc efficiet. Apostolus enim de ſuis, & non Aſoticiſ traditionibus loquitur. Dogmata ſunt perpetua, nec mutari posunt: nec alia tradiderunt, alia ſcriperunt. Cum igitur ſcripta habeamus, quid ſolliciti ſumus de ihs quæ non extant, præſertim cum Spiritus sanctus hæc ſufficere iudicauerit, & ihs nos eſſe contentos uoluerit? Concedit & Aſotus, nil recipiendum eſſe, quod pugnet cum ſcriptura, neque traditiones uifciendas quæ cum ſcriptura pugnant. Quod ſi uerum eſt, ergo omnes traditiones ad ſcripturam erunt examinande & probande, num cum illa pugnant, necne. Erit igitur ſcriptura iudex traditionum & Lydius lapis, ita ut ſcripturę non ſecundum traditiones, ſed traditiones ſecundum ſcripuram ſint interpretande. Quod ſi hoc ſentit Aſotus, bene, & noſtra hæc eſt ſententia. Quod ſi de ritibus & ceremonijs, quæ ad disciplinam externam & ordinem fatum faciunt, Paulum intelligat, he non ita neceſſariō ab omnibus ubiuis locorum, & omnibus temporibus obſeruare uolueret Apostoli, ſed mutari poſſunt pro diuerſitate illarum circumſtantiarum. Qualia ſunt illa quæ Paulus Corinθijs de uelandis mulieribus dum orant ſcribit. Nec tamen uult nos contentioſe de ihs diuſputare, quia ecclesia hanc conſuetudinem non habeat.

habeat; & Apostolorum traditio, de non comedendo sanguine & suffocato paulatim in desuetudinem abiit. Porro quod addit, illas solas traditiones recipendas esse, quas testimonij fide dignis Ecclesiistarum constet probari, de quo postea. Dicat igitur, inquit Asotus, Brentius, an contra has certissimis testimonij probatas quicquam afferat: id quale sit, cum protulerit in medium, videbimus & respondebimus. De auctoritate traditionum querit deinde, an ista quae Apostoli tradiderint, nec tamen scripta sunt, minoris auctoritatis sint quam scriptar. Respondeo, cum uocabulo traditionis generaliter pro doctrina Apostolorum utamur, dicimus quod ad prædicationem dogmatum attinet, ea quae tum prædicauerunt uia uoce, tam frisse ad salutem utilia & necessaria, quam ea sunt quae scriptis nobis reliquere, & in scripta retulere. Quod uero ad nos, ut certi essemus de doctrina Apostolorum, ne quis doctrinæ uento fluctuantes circumferamur in nequitia hominum, in astutia ad circumuentione erroris, præse ferentium doctrinam Apostolorum, uisum est Deo patri liberatoris nostri Iesu Christi, ut i qui Evangelium ante prædicauerunt, in scripturis nobis fundamentum & columnam fidei nostræ traderent. Hæc porro scripturæ certissimæ sunt: nec ullus unquam qui Christo nomen dedit, de Ihs dubitauit. Cumq; Spiritus sanctus iudicauerit ea ad salutem sufficere, Ihs contenti sumus, nil requirimus amplius, nec curamus traditiones nescio quas, quae Apostolorum nomine circumferuntur: sed Deo Patri omnis misericordie & consolationis, agimus gratias pro dono hoc uerbi & scripturæ incarnebili, quod scripturas hactenus conseruauit mirabiliter, & iam hoc postremo tempore uerum & genuinum sensum earum sophisticis & scholasticis nugis & tenebris diu depravatum & corruptum restituit: is etiam lumen hoc & faciem quam accendit, porro clementer fouere dignetur, ut hinc ipsum agnoscamus, & perpetua cum ipsa uita fruamur. Deinde addit, Finita itaque uidetur causa traditionum, quod attinet ad eorum auctoritatem, & nil magis inter nos distare, quam quod nos retulit dicere, multa esse eiusmodi non scripta, ille dicit nonnulla. Imaginatur Sotus per somnum, Brentium hoc concedere quod traditiones illæ non scriptæ, quas ipsi nomine & titulo Apostolorum uenditant, eiusdem esse cum sacra scripture auctoritatis, & parem ad salutem vim habere, ac obseruat esse necessarias ad salutem. Et iam tantum discriminem esse de numero: sed recte Asotus animaduertit ipse, non esse disputationem de numero, sed de ueritate, ut inquit. Nos uero, Sote, addimus hoc quoque, Non solum de ueritate questionem esse, sed etiam de auctoritate, necessitate & utilitate, quod ad ritus & ceremonias ab Apostolis etiam institutas attinet. Sicut de uelandis mulieribus traditione est apostoli Pauli, &c. Nam ut maximè certo constaret de traditione aliqua, quod esset Apostolica, tamen non mox obseruanda erit. Sed mens & consilium Apostolorum, quam uidelicet ob causam hoc tradiderint aut instituerint, consideretur, quibus has instituerint, quando, & quanto tempore durare debeant. Sicut iam primum à nobis est dictum, & exemplo Apostolicarum traditionum, quae etiam descriptæ sunt, comprobatum. Quod enim singunt nescio quae mysteria non scripta, sed tantum selectioribus uia uoce tradita, quibus scripture sint interpretandæ: id uero Thalmudica & Cabalistica fragmenta esse affirmamus. Basilius ipse, qui alias tantifacit traditiones Apostolicas, non Asoticas tamen, libro secundo Eversi, contra Apologet. Eunomij in-

quit, Quòd contenti esse debeamus ijs quæ in scriptura sunt posita, & nosse quantum periculum sit auferre quid, aut addere his quæ ibi à spiritu sint tradita. Et ita Ambros. in exposit. Luc. lib. 6. cap. 7. Traditiones scripturarum, corpus Christi uocat. Addit autem frater Petrus: Meritò itaq; dicimus illum coarctari: quia testimonij Pauli coactus confiteatur traditiones: deinde uero cum suis placitis & socijs uult cōsentire, negat plañe traditiones. Hoc dicit Brentius Asote, Apostolos quidem, si respicias dictiones, literas & syllabas, nō omnia scripsisse quæ prædicauerunt, sed tamen ea quæ ad salutem sufficient, esse prescripta. Deinde non negat, quòd ad ritus & cærenonias pro locorum diuersitate esse quædam ab Apostolis instituta, quæ temporis illi conueniebant. Præterea non, ut tu temere asseris, plane negat traditiones: sed uult eas à fide dignis afferri & sufficienter probari, ut certi nobis constet esse eas ab Apostolis traditas, quod ut fiat, examinari eas uult ad analogiam fidei, iuxta Apostolorū doctrinam & scripturā sacram: item finem eorum propter quem institutæ sint considerari. Quæ enim hęc dementia esset, sine discriminē quicquid

August. de nomine traditionum Apostolicarum profertur, recipere? Cum Augusti ciuitat. Dei nus etiam librum qui nomine Enoch circumferebatur, cum tamen lib. 15. ca. 23. tum esset, scripsisse aliquid, non fuisse receptum dicat, eam ob causam, quòd non certo constaret, nec fide dignis testibus probari posset, eius esse eum librum. Et memineris Asote, quod alibi demonstratum est, uaria esse genera traditionum, quarum alia sint agnoscēda, alia toleranda, alia prorsus damnanda. Amplius aut & uehementius Brentium insectatur, quòd apertissimè sibi contradicat, quia dicit omnia esse confirmata scripturis, & nihil contra uel præter testimonia scripturæ pro dogmate ad salutem necessario esse recipiendum. Et, Apostoli quædam quæ non sunt scripta, instituerunt: quæ hęc sit contradictione, non video. Deletatur aut sophista uetus ludendo & quiuocatione uocabuli scripture. Cum enim Brentius dicit, nil præter scripturā pro dogmate ad salutem necessario recipiendū, hoc uult: Nulli creature licere cultus propria autoritate, aut aliquid aliud ad salutē necessariū instituere contra sententiam scripturæ, sed hęc fieri autoritate diuina. Suprà em̄ dictū est ex Brentio, perscripturā intelligi uerbū Dei, siue predicitur, scribat, legatur, audiatur, uel quoctq; modo ad nos perueniat. Porrò cū Apostoli diuinitus ad hoc sint uocati & spiritu S. repleti, ut Euangeliū per totū orbem terrarum spargerent, quicquid docuerūt, & in suo ministerio egerunt, siue uiua uoce & prædicatione, siue Ecclesiarum institutione, siue scribendo, id non præter scripturam factum esse dicendum est, ut maximē non omnia sint descripta. Quare non pugnat, quod Brentius concedit, Apostolos multa dixisse aut instituisse quæ non sint descripta. Illa enim ipsa et si descripta non sint, tamen non fuerunt sine scripturæ testimonij aliquibus instituta. Quòd si quædam traditiones Apostolorū nomine proferuntur, excutiamus ea ad scripture regulā & sententiam: cum qua si consentiant, recipiemus: si uero dissentiant, quo loco habēdæ sint, nemo ignorat. Quòd si traditio est de dogmatibus scripturæ conueniens, obseruatu erit necessaria: si de ritibus, consilium Apostolorū considerandum erit, num perpetuò, & ab omnibus obseruari, uel quo sine instituerint, &c. Concludit autē hoc modo caput: Itaq; satis ostendit Brentius q; si constet nouitas. Antiqua uero & Catholica sententia testantib; grauiissimis Patribus, agnoscit Apostolicas traditiones, easq; se quis siue in exponendis scripturis, siue circa alia quæ scripta non sunt. Hac Sotus.

Vtq;

Vtq; cōstat, nos nihil pugnans aut à scriptura alienum adferre. Vos uero
ταῦτα λύνει quiduis potius, q; sacram scripturā, etiam decreta Pontificum &
 somnia monachorum, nedum illa quae nomine traditionum Apostolicarū
 circumferuntur, agnoscitis, & sequimini in scripturā expositione, & circa
 alia. Nos autem Spiritū sanctū per Isaiam grauissimē dicentem audiamus:
 Nunquid non populus à Deo suo requirat uisionem, ac pro uiuis ad mor-
 tuos? Ad legem magis, & ad testimonium? Quod si nō dixerint iuxta ier
 bum hoc, non erit eis mutua lux. Ad legem & uerbum Dei recurrendū esse
 dicit: quod qui non faciūt, in tenebris corruendum & pereundum miseris
 minatur. Quemadmodum enim nō aliud Christus est expectādus (Venit
 em & impleuit omnia de se scripta, & per se suosq; Apostolos in nouo Te-
 stamento omnia ueteris Testamenti explicauit, atq; sufficienter omnia ad
 salutē necessaria in eo sunt exposita) ita etiam non noua uel interpretatio,
 uel alia quædam additio & copiosior enarratio scripturæ est expectanda.
 Sed omnia ita durant usq; ad aduentū ipsius. Vnde totū illud tēpus, nouis-
 simū tempus, & nouissima hora dicitur, quod nil aliud sit instituendū am-
 plius usq; ad tempus renouationis omniū. Hoc aut̄ cōsilio Asotici illi præ-
 lati à scripturis certis ad traditiones & ea quæ non scripta sunt in exponen-
 dis scripturis & circa alia sibi consuicendum esse constet, ut pro suo arbī-
 trio, quidlibet ex quolibet facere liceat, & hoc nomine somnia sua & fi-
 gmenta ecclesiæ obtrudant miseræ, id quod superioribus temporibus fa-
 cium esse, nemo est qui ignoret. Sed Dei beneficio res non amplius eo est
 in loco, quod Asotum ignorare miror, qui fortasse ex alio orbe ad nos pe-
 reginus aduenerit, ideoq; tam pueriliter nugatur.

ANNOTATA IN CAPVT LIII.

Hoc toto capite nil prorsus opus erat, si nō Asotus uideri uoluisset, in-
 signis quidem & apprimē doctus scriba, seu, ut uerius loquar, battolo-
 gus, qui ingens uolumen contra Brentij Prolegomena scribere potuisset.
 Respōdere enim uult ijs quæ Brentius de scripturæ sufficientia ad salutem
 attulerat, quod supra quoq; cap. 52. facere est conatus, ijsdem planè uerbis
 respondet, nec quicquam noui adfert, nisi quædam exempla quibus doce-
 re uult, omnia quidem in genere scripta esse, sed non in specie. Multo qui-
 dem magis in propheticis scripturis, quam in Apostolicis, & in summa hoc
 uult Asotus, generali quodam modo euangeliū in propheticis scriptis esse
 promissum: deinde uero in Euangелиō & libris noui Testamenti copiosi-
 us & in specie contineri. Et quo hoc fiat illustrius, exemplo proposito de-
 clarat. In genere prædictum est, Christum editurū miracula. Sed quod La-
 zarū quatriduanū suscitauerit, & alia sexcenta, nō est opus probare ex Pro-
 phetis. Quemadmodū igitur omnia quidem contenta sunt in ueteri Testa-
 mento generaliter, in nouo habentur in specie: ita etiā in libris noui Testa-
 menti omnia quidem ad salutem necessaria sunt & sufficiēter in genere tan-
 tum. Gubernatoribus uero quos audire iubemur, data est potestas, ea quæ
 implicitē & sub universalī ratione sunt in scriptura, & communī ratione cō-
 præhenduntur, explicitē & diserte in specie, quæ saluti suorū cōducere iu-
 dicauerint, præcipere & statuere. De his supra dictum est cap. 50. Falleris
 longe Asote: neq; tantum licentia hæc est non concedenda, sed furor pla-
 nē lathanicus, tantam tribuere potestatem Prælatis, ut ipsi statuant ea quæ
 iudicauerint ipsi ad salutem suorū necessaria, ut quemadmodum nouum
 Testamentum est commentarius ueteris Testamenti: ita etiam Præla-
 torum concilia, sint complementum noui Testamenti. Imò cum Domi-
 nus Deus noster ministerio Moysis, plurimis inuolueris tecto, nihil ta-
 men addi aut detrahi uoluerit, & postremò per filium suum, deinde

etiam per Apostolos & Euangelistas planè detexerit & illuminarit: cui non multo severius nobis interdictum esse arbitremur, ne quid legi, Prophetis, Psalmis, Euangelijs & Apostolorum Epistolis addamus: quod tamen aliud non esset, quām solilumen addere: quibus additamentis magis obscuraretur, quām illuminaretur. Nulla re magis se offendit Dominus Deus testatur, quām dum à uerbo suo receditur, & cultibus atque adiunctionibus humanis colitur. uocem enim suam audiri uult. Nunquid enim uult Deus holocausta, & non potius ut obediatur uoci Domini: Melior est obedientia quām uictima, & auscultare magis quām ad ipsam arietis offerre: quoniam quasi peccatum arislandi est rebellio, & quasi scelus idolatriæ, non acquiescere. Nec talis autoritas est concessa praelatis & ecclesiæ gubernatorib[us], ut ipsi constituent quæ ad salutem uidentur exp[er]ire. Hæc enim omnia sufficienter sunt in uerbo mandata & instituta, de quibus suprà plurima, quod ea omnia quæ ad salutem sunt necessaria, sufficienter in scriptura contineantur. Etsi enim non singula ad uerbum in ea habeantur: tamen sententia & res ipsæ in eadem sunt: nec quicquam quod hoc modo in scriptura non habetur, recipiendum aut statuendum. Quod exemplo Pauli uult probare, non omnia scripturæ testimonij[us] confirmanda, sed etiam traditionibus, inquiens: Nunquam Paulus ita se constringit, ut nil assereret, quod nō probaret scripturis. Item, Accepit à Domino, quod & tradidit uobis, &c. Brentius non de singulis uerbis Pauli loquitur, sed diserte dicit: Quod in docendis fidei dogmatibus, se conferat ad scripturæ testimonia, certum est quod nil propria autoritate dicat aut doceat, sed uel ex sacra scriptura, uel reuelatione Domini & Spiritus sancti instinctu. Dicit enim se Euangelium non accepisse aut didicisse ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi. Quare cum ait se à Domino accepte, hoc ipso testatur, se non propria autoritate constituere, sed reuelationem diuinam, & auctoritatem superiorem allegat: non ergo contra Brentium pro Asoto facit, sed contra Asotum pro Brentio. Ea uero quæ de semetipso interdum consilens dicit, ipse nomen suum profitetur, quod se autore hæc dicat. Nec uult ea ad salutem necessaria esse, aut laqueum injere. Sicut cum de coniugio loquitur & uirginitate: His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus. Item: De uirginibus preceptum non habeo Domini, consilium autem do. Vbi nec hoc præterendum, quod uerba & sententiam Brentij peruerit, dicens, Vana est igitur illa ratiocinatio: Euangelium est compræhensum in Prophetis, nihil ergo nisi scriptum suscipiendum. Ita enim Brentius cum ex primo capite Epistolæ Pauli ad Romanos uerba Pauli de sua uocatione attulisset, quiscriberet segregatum se in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis, infert: Perspicue significat, quod nulla traditio contra & præter testimonia scripture agnoscenda sit pro dogmate necessario ad salutem, ab exemplo Pauli argumentatur. Paulus licet tantus esset Apostolus, Spiritu sancto illuminatus, propositus à Deo, & commendatus ecclesiæ, doctor gentium, tamen fidei dogmata sacre scripturæ testimonijs confirmauit. Ergo multo magis nos, qui illi nulla ratione comparandi sumus, id facere debemus. Et nullam traditionem contra aut præterscripture testimonia pro dogmate ad salutem necessario agnoscere debemus. Hec ne, Asote, uana est ratiocinatio: An tu traditiones contra aut præterscripturam, pro dogmatibus ad salutem necessarijs recipendas esse affirmabis? Ne tu hac ratione tot nobis fidei articulos & dogmata ad salutem necessaria procreabis, quot erunt decreta Pontificum, somnia monachorum, strophæ sophistarum, deliria episcoporum, & si quid est præterea

1. Sam. 3.

Gal. 1.

1. Cor. 7.

Præterea eiusmodi monstrorum in rerum natura similiter, an non optima est ratiocinatio: Apostolus Paulus fidei dogmata scripturæ testimonij comprobauit, ergo nobis quoq; idem faciendum? An plus tibi credendū quam Paulo: Nunquid uana hæc tibi uanissimo ratiocinatio? Præterea addit Sotus, Illud multo apertius falso dictum est, Apostolos in illa sua synodo nil ausus fuisse definire absq; scripturæ auctoritate. & probat, inquisens: Nam cum iubet abstinere à sanguine & suffocato, absque auctoritate scripturæ faciunt, nec à Christo se id accepisse affirmant: sed illi hoc statunt nouum præceptum, quod putarunt pertinere ad fouendam concordiam Iudeorum, & gentium, atq; unitatem ecclesiæ. Habemus igitur hoc in loco exemplum manifestum, posse pastores & gubernatores ecclesiæ præcipere & statuere, quæ iudicauerint trāquillitatē ecclesiæ, salutē suorum conducere. Nec uidet excectus & uirulentus hypocrita, se in eo, quo Brentium mendaciter falsitatis uult arguere, sibi ipsi contradicere. Promptum enim est, firmissimis rationibus probare, Apostolos nihil illie nouum instituisse, aut decreuisse. Petrus enim pronunciat tentari Deum, si iugum imponatur cœriicibus discipulorum. quod si postea consentit, nouum iugum imponi, suam ipse sententiam subuertit. Imponitur autem, si sua auctoritate decernant Apostoli, imponendum gentibus, ne idolothytis, sanguine & suffocato uescantur. Imo ne quidem legibus cæremonialiis Mosaicis ditinuitus ordinatis gentes uult grauari. Et Iacobus ibidem sententiam dicit. Cuius inter reliquos & hæc sententia est, relinquendam esse gentibus libertatem, nec eam perturbandam, aut de legis cæremonialis obseruatione molestiam illis exhibendam. Quod uero nihil dominus legem sanciunt de abstinentia à sanguine & suffocato atque idolothytis, non nouum est præceptum, ut Asotus blatterat: sed diuinum, & ceterumq; mandatum Dei, de charitate erga proximum, & cauendis scandaliis apud infirmos. An hæc noua lex est Alore: Nunquid hic scopus est omnium præceptorum secunde tabulae Decalogi de dilectione proximi? Porro finem hunc fuisse huius decreti, Asotus ipse testatur, inquiens: Putarunt hæc pertinere ad fouendam concordiam Iudeorum & gentium, atque unitatem Ecclesiæ. Aut ergo præceptum Dei non est, fouere concordiam, & unitatem ecclesiæ colere: authoc Apostolicæ synodi decretum nouum non erit, neque absque auctoritate scripturæ factum. Ridiculus & ineptus homo scripturam intelligit de literis, & syllabis: cumq; hæc uerba, & literas, fouere concordiam, forte non inueniat, iudicat nouum esse præceptum, absque scripturæ auctoritate ab Apostolis prescriptum, priuato arbitrio. Quasi si quis de Samaritano diceret, quod cum infudit uinum & oleum in uulnera fauciati, dicatur id fecisse absque mandato Dei, cum hæc misericordię opera manifeste in scriptura contineantur, sicut Christus ipse testatur ibidem. Cum igitur Asotus, nisi prorsus in-saniat, negare non possit, præceptum Dei esse de alenda concordia, & unitate ecclesiæ conseruanda: hæc enim sententia præcepti de dilectione proximi est: Ergo sibi ipsi contradicit quod in eadem periodo dixerat, nouum esse mandatum absque auctoritate scripturæ. Nihil itaque nouum ad eternam Dei legem, quæ fratrum offensionem prohibet, de suo afferūt. Et quis, nisi calumniator, nouam ferri ab Ihs legem dicat, quos constet dum taxat scandalis occurtere, quæ diserte à Domino sunt prohibita: Cum certum sit, nihil aliud illis fuisse propositum, offensionum materiam tollendo, quam diuinam legem de charitate proximi & concordia mutua urgere. Id Paulus ipse docet & exponit, qui huic Synodo interfuit, dicens: De escis quæ idolis immolantur, scimus quod simulachrum nullum sit in hoc mundo. Nonnulli uero cum scientia simulachri usque ad hoc tem-

IN CAPUT LV.

418

pus tanquam simulacris immolatum edunt: & conscientia illorum infirma cum sit, polluitur. Et iterum: Ne facultas uestra offendiculum fiat infirmis, uidete, &c. Cumque ex his iam manifestum sit, Apostolos nil absque scripturæ auctoritate definituisse: sequitur, temere falsitatis ab Asoto Brentiū argui: & quia crimen falsi probare non potuit, falsarium esse Asotum sequitur: & Asotum sibi ipsi in eadem periodo contradicere, qua initio negavit synodum, scripturæ auctoritate, decretum hoc edidisse: cum postea affirmet, iudicasse Apostolos id ad concordiam Iudaorum & gentium fouenda, item ad ecclesiæ unitatem pertinere, quæ certè sunt legis de charitate erga proximum officia. Postremo, sequitur & hoc, quod nulla ratione hoc exemplo Prælati possint sine scripturæ auctoritate præcipere & statuere, quæ salutis suorum conducere iudicauerint. de quo & alijs nonnullis sequentibus, supra prolixius dictum est. Postremo concludit caput, dicens: Nihil addimus scripturæ vel Euangelio, traditiones suscipientes, quas ipsa scriptura suscipi iubet. Mirum est, quod Asotus unica hac Pauli sententiola, qua, ut diximus, hortatur ad retinendam doctrinam a se propositam, cum nihil aut parum admodum ad confirmandas traditiones faciat, toties repeat, & loco fundamenti tantarū rerum, quas scripturis præfert, faciat: cum tamen nil minus possit, quam certò nobis ex hac Pauli Epistola demonstretur, quæ nam illa fuerit, quæ ipsis Thessalonicensibus tradidit. Proferat hæc Asotus, & pbeit fide dignis testibus sufficienter, tum uidebimus quanti ea sunt facienda. Sed huius loci pretextu, qui in specie loquitur de certoloco, personis, & temporibus, & doctrina, siue traditione Apostolorū, non Asotorum, uelle omnia indifferenter & in genere probare, hocdemum est absurdum. Paulus scribit Thessalonicensibus, ut id quod exsecudierant & acceperat, sermone retineant. Ergo scriptura iubet suscipit traditiones. Dic quas ab Apostolis acceptas. Sed quæ sunt illæ: enumera in specie & proba, tum respondebimus.

ANNOTATA IN CAPUT LV.

Quantum sit in hoc battologo & phrenetico calumniandi etiam a pertissima studium, et si suprà aliquoties est demonstratum, tamen hic manifestè apparet, cum dicit Brentum scripturam corrumpere, & in sensum omnino contrarium trahere: quia ea quæ ab Apostolis contra traditiones Iudaicas & humanas dicta sunt, de Apostolorum traditionibus expónat, cum tam non modò nihil probet, sed manifestam illi iniuriam faciat. Quod ut manifestum fiat, quid Brentius dicat, & quomodo Apostolorum testimonia contra traditiones ponat, uideamus. Postquam Brentius in loco de Traditionibus dixisset, de quibus traditionibus loqui uelit, ne quid ambiguitatis in nomine traditionis relinquatur, admonet diligenter cauendum esse, ne nobis humanæ & ficticiæ traditiones pro Apostolicis obtrudantur. Et utitur Pauli uerbis: Videte, inquit, ne quis uos seducat per philosophiam & inanem deceptionem secundum traditionem hominum. Item, ne citò dimoueamini à mente, neque turbemini, neque per Spíritum, neque per sermonem, neque per Epistolam tanquam à nobis profectam. Et addit Brentius: Ex his Pauli uerbis uides quoniam & impostores, etiam dum Paulus & reliqui Apostoli adhuc uitam in terris agerent, in id studium incubuisse, ut sua ipsorum somnia, & fragmenta Ecclesiæ pro Apostolicis uenditarent. Quid igitur non facerent ijs temporibus quæ ab Apostolorum ètate longius absunt? Hinc apparet, Brentum hoc consilio Apostolorum duorum testimonia adducere, non ut uerè Apostolicas traditiones reprehendant: sed ut diligenter circumspiciamus, ne temere quasvis sub nomine Apostolorum recipiamus.

v. Pet. 1.

recipiamus. Alcubí Petri loco utitur, Redempti estis de uana conuersatione paternæ traditionis. Quæ uerba uerum est accipienda de ludæorum superstitiosis traditionibus, quas maiores ipsorum Pharisei & scribæ exco gitauerunt, partim præter & partim contra scripturam, uolentes magna deuotione cultum Dei augere, & populo (quemadmodū Asotus de luis Prælatis & eorum auctoritate loquitur) quæ ad salutem cōducere iudicabant præscribere. Mirabiles erant & uaria opiniōnes prauæ de rebus religionis, errores & corruptelæ doctrinæ, superstitiones & traditiones de nugis nescio quibus, quas crassis delirijs fascinati obseruare præcipiebant. Qui uero in diuersis mundi partibus dispersi erant, maioribus corruptelis impliciti erant, & ferè à religione uera defecerant & degenerarāt. Hos Petrum damnare dicit Brentius. Quid uero de Apostolorū decretis aut traditionibus, quæ uerē sunt Apostolorum genuinæ, intelligat, in hoc luculentā Asotus suo more iniuriam Brentio facit: nec unquam de hac scripturæ corruptela, quam ei tribuit, eum conuincere poterit. Haec apparent ex Brentij uerbis, cum alterum locum ex Coloss. citat in loco de Traditionibus, quæ uerba adscribere placuit, ut Asoti peruersitas omnibus cōspicienda proponatur. Omnino enim ac diligentissime cauendum est, ne nobis humanæ & ficticiæ traditiones pro Apostolicis obtrudantur. Vide, inquit Paulus, ne quis uos seducat per Philosophiam, & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum. Et alias: Ne citò dimoueamini à mente, neq; turbemini, neq; per Sp̄ritum, neq; per sermonem, neq; per epistolam tanquam à nobis profectam. Ex his Pauli dictis uides, Φεραντέας, & impostores, etiam dum Paulus, & reliqui Apostoli adhuc uitam in terris agerent, in id studium incubuisse, ut sua ipsorum somnia & figmenta Ecclesiæ pro Apostolicis uenditarent. Quid igitur non facerent ijs temporibus quæ ab Apostolorum etate longius absunt? Ex his apparet, Brentium non apostolicas, quæ uerē & genuinæ sunt Apostolorum traditiones, damnare, aut contra illas hæc Apostolorum testimonia producere: sed contra humanas & ficticias, quæ cum non sint, tamen pro Apostolicis obtruduntur: & contra impostores, qui sira somnia & figmenta Ecclesiæ pro Apostolicis traditionibus uendabant. Quid igitur in mentem uenit Asoto, ut contra Brentium exclamaret: Quā manifestè est hoc scripturā corrumpere, & in sensum omnino contrarium trahere? Proba prius Asote, Brentium hęc contra traditiones, quas certò cōstat Apostolorum esse, affirmare. Sed nescit Asotus, nec intelligit neq; que loquatur, neq; de quibus affirmet, ut euidenter hinc appearat hominem furere. furor enim quęquis obvia arma ministrat. Ridicule uero concludit, inquietus: Itaq; responsum est his, que cōtra traditiones Brentius adducit. Egregie uero mehercule responsum est. nullo ordine quedam feligis que calumniari: addis deinde cōuicia, & exclamations: Brentium corruptorem scripture uocas. Tribuis tuis Prælatis auctoritatē constituendi quicquid ad salutem suorum conducere ipsi iudicauerint. Scripturas obscuras esse dicas, ideo opus esse traditionibus, quæ sunt pleniōres & pleniores ipsis scripturis. ex illis traditionibus sensum scripturæ errendum, & reliqua circa religionis causam agenda, quorum nihil probas. & tamen concludis, his responsum esse ijs quæ Brentius contra traditiones adducit. Si uir bonus uideri uolebas Asote, & respōdere Brentio, cur non ordine ea quæ in Prolegomenis contra te scripsit, refutanda suscepisti? Sicut exemplum ipse tibi se proposuit in refutatione tuæ Confessionis, ut uideri potuisset, te cupere, ut maximè non possis, respondere. Sed omnia confundere & perturbare placuit, non secus ac sus immundus agrum hinc inde pro sua libidine euerit & uastat. Sed hoc tibi honestius fuit,

IN CAPUT LVI.

⁴²⁰
fuit, ut tui qui nostra non legunt, iudicent, te aliquid præstisſe, dum quædam in speciem, dissimulatis uralidissimis, producis: ad quæ cum respōdere non queas, tacere tamen non potes. Reliqua uero multa contra te quæ non attigisti, sicut & hæc in suo manent robore contra te & portas inferorum, ac omnium prælatorum tuorum.

ANNOTATA IN CAPUT LVI.

Hoc capite ostendere conatur frater Petrus, quomodo & quibus arguuntur, quæ ueræ sint Apostolicæ traditiones, probari possit. Initio autem euidentissimis cōuictus à Brentio testimonij, quātumuis inuitus, fateri cogitur, nō solum hæreticos falso quædam nomine traditionū Apostolicarū uenditasse, sed etiam Catholicos diuersa de nōnullis traditionib⁹ Apostolorum sensisse, & errasse etiam quosdam, recito enim ipsius uerba. Exempla deinde à Brentio proposita, quibus hoc demonstratur, repetit. Papias qui fuit auditor Ioannis Evangelistæ & Apostoli, & ab eo episcopus præfectus Ecclesiæ Hierapoleos, & concilium totum Carthaginense præside Cypriano sanctissimo martyre, nomine Traditionis Apostolicæ errauerunt: & in tota Ecclesia Orientis & Occidentis, cum adhuc florerent ecclesiæ ab Apostolis fundatæ, & successio episcoporum hinc ab Apostolis in Hierosolymitanæ, Antiochenæ, Alexandrina & Romana, alijsq; ecclesiis, nota esset: tamen propter diuersitatem traditionum periculorum schisma, adeoq; damnatio omnium Ecclesiærum totius Orientis, ex incertitudine traditionis est exorta. Iustam uero & gravem causam, ob quam episcopi totius Ecclesiæ, & capita adeo infestis cōgregiantur animis & digladiantur, seq; mutuo excommunicent, propter obseruationē diei Paschatis. Sed fructus hi sunt digni traditionibus, cum Paulus diserte superstitionem dierum obseruationem prohibuerit: nec mos fuerit unquam Apostolorum, de diebus festis, ieunijs & alijs eius generis rebus certas præscribere. Sed libertatem retinendam existimat uere & docuere. Quin autem uideamus in primitiua ecclesia & Apostolorum temporibus uicina, adeoq; Apostolorum discipulis & successoribus, traditiones Apostolicas fuisse incertas, eoq; nomine à plerisque erratum. Quid iam futurū existimamus, ecclesiis plerisq; uastatim, interrupto ordine, & serie successionum, post tam longa tempora, ubi pleraq; intercederunt, plurima uero incertis autoribus, semper magis ac magis cumulatis cultibus, noua subinde excogitatis: Homines quoq; à pietate maiorum degenerauerunt, nec amplius de Apostolorū traditionibus, quæ iam multo sunt incertiores quām tunc, sed figmentis quibusdam traditionum humanarū, quæ ad salutem nihil faciunt, sicut nec illa de die Paschatis, dispuntur. Quæ uero hæc stulticia, quis furor oī ciues, que uos dementia cœpit, relictis & neglectis illis quæ certissima sunt in sacris scripturis, dirinximus nobis cōmendatis, & ad salutem sufficientibus, ad infirma & incerta atq; egena elementa cōuerti: Hinc errores pernicioſissimi, scādala horribilia, schismata in ecclesia grauiſſima, odia & bella intestina, plus quām ciuitas, imò barbarica, inter capita & membra Ecclesiæ primitiue nobilissima, præsides sanctissimos, qui utrīc; de Apostolorum traditione gloriabantur & decertabant, exorta. Cum igitur, teste ipso Soto, multa contingant unde meritò in dubium ueniat, num sit aliqua traditio Apostolica, opus est certis testimonij, & quidem non leuisbus, sed tanta re dignis. Nec unī itaq; aut alteri scriptori, nec quidem pluribus etiam magna sanctitate & eruditione pollutibus, credendum esse, addit. Meritò igitur quibus testimonij traditio Apostolica probetur, considerandum est. Dicit autem autoritate Irenæi & Tertulliani circa traditionem Apostolicam, consulendas esse ecclesiæ Apostolicas, quas uocant Matrices & originarias fiduciæ

tas scilicet quas Apostoli fundarunt & docuerunt, ad quas dederunt literas, quibus præfecerunt discipulos suos in Episcopos. Et satis unius ex his Ecclesijs testimonium sufficiens esse, cum Irenæus Romanæ solius mentio nem faciat, & Tertullianus, his qui in Achaia sunt Corinthum, qui in Macedonia Philippos, qui in Asia Ephesum, qui in Italia, Romam ostendit. Quid rogo, inquit, manifestius ostendi potest? Rem maximi momenti instituit Asotus. Traditiones Apostolicas suprà dixit parem ad pietatem uim habere cum sacra scriptura: nec minoris esse auctoritatis, pleniores ac planiiores esse scriptura, antiquitate uero etiam antecellere. Hoc uero capite catholicos etiam plurimos de ijs errasse, nonnullis diuersa & contraria sensisse. Ideo opus esse certis & non leuis, sed re tanta dignis testimonijs. Quæ uero ea sint, arrestis auribus & attentis mentibus accipiamus. Ex Irenæo & Tertulliano proponit unius Ecclesiæ, ab Apostolo aliquo fundatae, testimonium, sufficiens esse ad probandum, traditionem aliquam esse Apostolicam. Quid audio Asote, negotium lōgē omnium maximum tam pueriliter persuadebis toti Ecclesiæ? De sacra scriptura testimonium totius Ecclesiæ requiritur, quæ tota consentit & testatur de eius auctoritate & ueritate, quod certò ab Apostolis sit tradita, & nunquam dubitauit. De traditionibus, quas non tantum æquas scripturis, sed multis nominibus præfers, unius Ecclesiæ particularis testimonium sufficiet? Indigna sunt hæc tantis rebus, ad salutē necessarijs, sine quibus Ecclesiæ salus constare nequit. Ex quibus scripturæ ipsius sensus exponendus est, unde fidei dubia & controversiæ omnes religionis dijudicandæ. Fundamentum hoc, super quod tota religio extruitur, nimis est infirmum: molem istam ingenitem sustinere non poterit. Næ tu insipiens es architectus, qui non super firmam petram, sed super arenam ædificas, ideo nullo negotio evertitur, & corruet. Sed cum ex indubitate scripturæ testimonijs traditiones Apostolicas probare non possit, cum illæ sine scripto, tantum uiua voce, & de mente in mentem sine literis per Sp̄ritum sanctum sunt transfusæ: profectò Asotus optimè de tota Ecclesia meritus est, & in hoc ualde perspicax quod rationem aliquam inuenit, qua certiores fieri possimus, quæ traditiones uere sint Apostolicæ, ne tanto thesauro careamus. Authoritate ergo Irenæi & Tertulliani, ut ipse dicit, hoc erit testimonium sufficiens, traditionem aliquam esse Apostolicā, si Ecclesia aliqua ab Apostolo fundata affirmet, se id à suo Apostolo fundatore accepisse. Iam itaq; uidendum est, num hæc fuerit horum patrum sententia, quam Asotus profert, iudicium scilicet fieri debere de traditionibus Apostolicis ex una Ecclesia, & num hoc sit sufficiens. Deinde, si maximè constaret hanc illorum fuisse sententiam, num ideo sine discrimine tales traditiones sint recipiendæ, pro rebus ad salutem necessarijs, ex quibus & scriptura ipsa esset interpretanda, & dogmata atq; controversiæ religionis dijudicandæ. Et quidem quod ad Irenæi locum de successione Episcoporum in Ecclesijs attinet, qua probare uult Apostolicam traditionem, suprà cap. si. dictum & probatum est, eum non loqui in genere de omnibus Apostolorum traditionibus, sed tantum scripturæ & librorum Apostolicorum traditione, qui per manus hinc ab Apostolis semper successoribus certò sunt traditi, atq; ita successio illa certa Episcoporum euidentiæ esse affirmatur testimonium, quod hi libri certò sint ab Apostolis traditi Ecclesiæ. Et exempli loco tradit & proponit Ecclesiam Romanam, quæ de hac Apostolica librorum sacrorum traditione testetur: quæ traditio manifestata perspici possit ab omnibus, qui uera quæ sunt, audire cupiunt ac uelint. Quare hoc Irenæi loco nunquam probabit Asotus, unius Ecclesiæ testimonium sufficiens esse ad traditionem aliquam Apostolicam probandam: cum non de illis, sed scripturæ traditione,

ne, de qua apud nos quæstio non est, neq; dubium, loquatur. Miror Asotum adeò esse incogitantem & obliuiosum, ut cum in hoc ipso capite dixerit, Non uni aut alteri scriptori, nec quidem pluribus sanctitate & eruditione pollutibus de traditione apostolica credendum: iam non solùm de una aliquia traditione, sed de omnibus in genere, quomodo probari possint, ex tribus trium Patrum testimonij, & de re tota censeat. Quòd si plurimum Patrum testimonium non sufficiet ad probandum unam traditionem uerè esse apostolicā: quomodo his tribus credemus ablegantibus nos ad unam Ecclesiam ab apostolo quodam fundatam, & firmiter statuemus reuera ab apostolis traditum, quicquid illa affirmauerit: cum multa, ut dictum est, fieri possint, propter quæ meritò dubitandum sit.

Eiusdē momenti est, imò multo minus ad rem, quam Asotus probādam instituerat, facit id quod ex Tertulliano de Præscript. aduersus hæreticos producit. Illinc enim paulo post medium libri doctrinam Christianam in Ecclesia usitatam probat uerè esse apostolicam, non tam per successionem certam Episcoporum hincab apostolis (possent enim & hæretici, quibus nil post blasphemiam illicitum est, tale aliquid confingere, quo tamen nil illos promoturos esse affirmat) quam ex eiusdem doctrinæ & fidei observatione. Ipsa enim, inquit, doctrina eorum cum apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronunciabit, neq; apostoli alicuius authoris esse, neque apostolici: quia sicut apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostoli non contraria apostolis edidissent, nisi illi qui ab apostolis descivierunt, & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaque formam prouocabuntur (hæretici) ab illis Ecclesijs, quæ licet nullum ex apostolis uel apostolicis authorem suum proferant, ut multo posteriores, quæ denique quotidie instituuntur: tamen in eadem fide conspirantes, non minus apostolicæ deputantur consanguinitate doctrinæ. Vult ergo ex collatione doctrinæ cum apostolica doctrinā, iudicium fieri, num Apostolicæ sint Ecclesiæ. Quæ enim eandem doctrinam apostolorum retinent, etiam si à nullo apostolo sint fundatæ, apostolicas propter eadem cum apostolis doctrinam deputandas. Hæreses autem non recipi ab apostolicis Ecclesijs, scilicet ob diuersitatē doctrinæ, nullo modo apostolicæ.

Deinde addit, hæreticorū doctrinas ad normā doctrinę per apostolos traditā examinādas, his uerbis: Adhibeo super hæc ipsarum doctrinarum recognitionē, quæ sub apostolis fuerunt, ab iisdem apostolis & demonstrata & deieratae. Nam & sic facilius traducentur, dum aut iam hinc fuisse deprehenduntur, aut ex illis quæ iam tunc fuerunt semina sumptissile. Neuerò quis putet, sicut Asotus nugatur, Tertullianum loqui de traditionibus, & dogmatibus siue literis, siue uiua uoce traditis per apostolos, & sic à successoribus semper posteris quasi per manus tradita, statim exempla hæreticorum à Paulo in epistolis damnatorum subiicit, inquiens: Paulus in prima ad Corinthios notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducæorum. Partem eius usurpat Marcion & Apelles & Valentinus, & si qui alii resurrectionem infringunt. Ad Galatas scribens inuenitur in obseruatoris & defensores circumcisōnis & legis. Hebōnis hæresis sic est: Timotheum instruens, nuptiarum quoq; interdictores suggillat. Et ordine ex sacra scriptura Pauli & Ioannis, hæreticos refutari exemplis docet. Hac ratione omnes hæreses conuinci posse affirmat. inquiens: His definitionibus prouocat à nobis, & reuictę hæreses omnes, siue posterg, siue qua coetaneę apostolorum, dummodo diuersae, siue generaliter, siue simpliciter notatae ab eis, dummodo prædamnatae. Audeant respondere, & ipsæ aliquas eiusmodi præscriptiones aduersus nostram disceptinam. Hoc, inquit, erit testimonium ueritatis ubiq; occupantis principatum.

tum. Ab apostolis non damnat, imò defendit. Hoc erit iudiciū p̄prietatis. quam eñ damnat quasi extraneā, quanq; nō dānauerunt, suam ostendunt ideoq; & defendunt. Hæc certè omnia & singula nō nisi de scriptura aposto lori ex qua Tertullianus exēpla p̄posuit, intelligi possunt. Sequunt sā uer ba quæ immediate p̄cedunt illa, quæ Asotus pro suæ opinionis confirmatione excerpit: Age iam qui uoles curiositatē melius exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesiæ apostolicas, apud quas adhuc cathedræ ipse apostolorum suis locis, APVD QVAS AVTHENTICAE LITERÆ EORVM RECITANTVR SONANTES VOCEM, REPRÆSENTANTES FACIEM. Proxima est tibi Achaia, habes Corinthum. Si non longē es à Macedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum: si autem Italiae adiiceris, habes Romanum. Mittinōs dicit Asotus ad Ecclesiæ originales & matrices, quas apostoli plantauerūt. Audio hæc ex Tertulliano recitari. Sed quid illī facturī? Respondeat Asotus, ut consulamus eas de traditionibus apostolicis: quarū unius testimonium est sufficiens, quo apostolica traditio probatur. Quæ uero traditio bone uir? Illa, inquit, quæ uiuā uoce, sine scriptura ab apostolis in fundatione tradita est. Non lego hoc apud Tertullianum. Imò cum nos ad Ecclesiæ illas remittit, ad scripturas apostolorum nos remitti video, quæ in illis recitentur, & per has illarum uoces sonare, eāsque faciem apostolorum representare, affirmat. Apud Ecclesiæ Apostolicas authenticæ literæ eorum recitentur, sonantes uocem, repræsentantes faciem. Certè non hoc consilio ad matrices Ecclesiæ alegat, ut ex traditionibus non scriptis apostolorum, doctrinam eorum cognoscamus, & hæreses hinc dijudicemus. Imò prorsus nullam hoc toto loco illarum apostolicarum non scripturam traditionū facit mentionē. Sed quemadmodū p̄cedentiū huius folij facie ex Epistolis apostolorum scriptis, hæreticos refutari posse, exemplis docuerat: ita iam eodem planē consilio mittit nos ad Ecclesiæ apostolicas, ut de eorum doctrinā ex authenticis libris ipsorum, in quibus uoces eorum sonant, cognoscamus. Quare ex his Tertulliani uerbis manifestum est, prorsus nihil hæc ad Asoti institutum facere, qui dicit autoritate Tertulliani sufficiens esse traditionis apostolicae, unius Ecclesiæ ab apostolo quodam fundatae testimonium, cum Tertullianus de scripta, Epistolis & literis apostolorum hoc toto loco loquatur. Hoc scilicet non est deprauare Patrum scripta, non est corrumpere, neque in sensum omnino alienum detorquere: nihilominus Asotus est uir bonus & catholicus. Quòd si Asotus uno uerbo, una syllaba, bona fide ex hoc loco collecta monstrare poterit, nos à Tertulliano ad traditiones non scriptas mitti, mentiar: sin uero minus, deprauator & corruptor Tertulliani meritò dicitur & erit. Mirabitur uero quis non immerito, qui factum sit quòd Asotus potissimum ex Tertulliano probare uoluerit, sufficiens esse testimonium probandi traditionem apostolicam ex una Ecclesia, ab apostolo fundata, cum hic Tertullianus propter quædam dogmata ab Ecclesia sit reiectus? Verū non temerè fit. Cum enim Ecclesiæ istę omnes, quarum facit mentionem, defecerint à Christianismo, Corinthus, Philippi, Ephesus ad Manchometismum, sola uero remanserit Roma: si potuisset obtinere ex Tertulliano de traditionibus apostolicis, consulendas esse Ecclesiæ illas originales, & unius testimonium sufficiens esse: iam Romanum nobis tanquam ad sacrum Apollinis Delphicum oraculum, in omnibus fidei dubijs & controversijs atq; scripturæ interpretatione erat confugiendum, illic responsa petenda, atque omnia quæ hactenus à Romano Pontifice sunt obtrusa Ecclesiæ, pro traditionibus apostolicis esse recipienda, & parem uim ad pietatem, cum sacris literis & scripturis habere iudicanda

⁴²⁴ essent. Hinc immensum illud chaos & onera plusquam seruilia traditionis humanarum. Hoc intelligit Asotus: hoc unum petit, & uult. Sed hanc tuam Asote Romanam Ecclesiam non magis agnoscimus & audiimus quam Corinthiorum & Ephesiorum hodie a Turcis occupatas, de apostolorum traditionibus testantes. Etsi enim Mahometum non adoretis, sed nomen Christi & uerba scripturæ retinueritis: ita eritis Ecclesia Christi quemadmodum Iudæi populus Dei: ideo non magis eritis idonei testes, quam illi de traditionibus. Sed nondum probauit hanc esse Laurenti sententiam, nec etiam Tertullianum ita sensisse. Quorum uterque non de traditionibus sine literis, sed scriptis apostolorum loquitur. Quod si res ita haberet, Asote, ut tu nugaris, quod ad probandam traditionem apostolicā, unius Ecclesiæ ab apostolo aliquo fundatæ testimonium sufficeret: certe credendum erit Ecclesiæ Ephesiorum quæ à Ioanne fuit fundata, qui & omnium apostolorum diutissimè uixit, eam fundauit, ibiç mortuus est longo tempore post reliquos apostolos. Hæc Ecclesia testimoniūm lib. 5. cap. stabatur se à Ioanne apostolo accepisse traditionem de obseruatione Paschæ, decimaquarta Luna. Neq; uero hæc sola Ecclesia à Ioanne fundata, hanc se à Ioanne traditionem accepisse testata est, sed reliquæ quoque in Asia Hierapolis à Philippo fundata, Smyrna à Polycarpo, &c.

^{24.} Quod si omnino traditiones apostolicæ parem vim ad pietatem habent, eiusdem cum sacra scriptura auctoritatis, ad salutem obseruatorem sufficiente testimonium, iudicio Asoti, nobis iudaïsandum erit, & decimaquarta Luna Pascha celebrandum, aut saluari non poterimus. Nec est quod obganniat, Nicæno concilio aliud uisum fuisse. Concilia enim universalia, ut scripturam sacram mutare non possunt, ita nec apostolorum traditiones, quæ pares sint scripturæ. Huc nos deducet Asotus, cum in tempore sua defendendi traditiones non scriptas pertinacia, ut abnegato Christianismo, demum pædagogia, & ceremoniæ legis Mosaicæ sine recipienda, & omnino iudaïsandum.

Duo autem nobis fuere proposita hoc capite: prius, ut uideremus, num hæc esset istorum Patrum sententia, quam illis Asotus affingit, quod uidelicet sufficiat ad probandum traditiones apostolicas, unius Ecclesiæ, ab apostolo aliquo fundatæ, attestatio. Posterius, ut cum de hoc constaret, num tanti illorū authoritas esse debeat, ut deinceps, quicquid à Roma Ecclesia, uel alia quapam originali, nomine traditionis obtrudere, recipiendum esset. Cum uero id quod prius est, his Patrum testimonij, quæ traditionis sine scriptura mentionem nullam faciunt, nec hoc modo traditiones apostolicas sine scriptura probari uoluerunt, atq; ita fundamentum traditionum sit penitus euersum, & moles ista ingens cum nullo fulcro sustineatur, corrut clangore tubæ, sicut muri Ihericho, posteriorius non erit. sed differemus eius tractationem donec Asotus infeliciter cœperit calcem, lapides & reliquam materiam ad fundamenta Hierosolymæ à Domino cuersæ, reparanda, conuehere, sicut impij ludij sub Iuliano. iam ad Asotum eiisque commenta redeamus, qui hunc in modum nugatur. Quid apostoli docuerint & tradiderint, non melius agnoscerut, quam ab ipsis apostolorum discipulis: nec ab uno aut altero, sed à consenserunt hoc nostro seculo, quæ apostoli docuerint? Vbi eorum discipuli, quis iste consensus multorum, qui audierunt? Ad idolum tuum Romanum configiendum nobis esse dices, qui habeat traditiones istas sine scriptura, forte in scrinio poctoris. Apagesis cum ista tua fatuitate. Nos, quid docuerint apostoli, in scriptis ipsorum legimus, unde & quid tradiderint,

tradididerint, facile possimus intelligere & colligere: cum nō alia aut diuersa, ut suprà dictū est, docuerūt, q̄ scripserint, uel tradididerint. Quod si hoc uerum est, ut omnino est: quæ alinīa ista stoliditas aut stupiditas esset, ut certissimis istis neglectis, ad incertissima nos conferamus? Has Apostolorum traditiones dicit Ignatium scripto reliquiss, qui liber tamen intercidēt. Quis extaret, inquit Asotus, non est dubium, quin multum præstitisset ad traditiones confirmandas. Dubium non est, quin si posteri eum habuissent, aut omnino ipsos plurimarum, quæ Apostolorum nomine, cum incerto authore ad se peruenient, receperunt, puduisse, easque à se repudiasse. quod forte intellexerunt cæremoniarum & traditionum præfecti, ac magistri, ideoque è medio sustulerunt. Aut plurimas à se excogitatas, & specioso nomine exornatas, quo facilius orbis superstitionem nimis credulo persuaderetur, addidissent. quod neficeret, si unquam liber iste extitit, haud dubie Deus misericors prohibuit, & intercidere hunc librum passus est. Neque tamen, uel etiam hac ratione, chaos illud ingens traditionum, & decretorum Pontificalium prohibere potuit. Alias quod ad hunc Ignatium attinet, martyr quidem factus est Christi: sed tamen nescio quam supercœlestem sibi sapientiam & cognitionem adscribat in Epistola, si tamen ipsius est, quæ ipsius nomine ad Trallianos scripta circumfertur, qua gloriatur se posse intelligere cœlestia, angelorum & archangelorum ordines, militiarum diuersitates, uirtutum & dominationum differentias, sedum atque potestatum differentias & distantias, thronorum magnificentias, Cherubin ac Seraphin excellentis spiritus sublimitatem, Domini regnum, & super hæc omnia omnitentis incomparabilitatem. Hæc num in creaturam mortalem in hac uita cadant, aliorum sit iudicium.

Augustinus de angelorum tantum differentijs mota quæstione ait, Enchirid. Dicant qui possint, si tamen possunt probare, quod dicunt. Ego me ista ad Laurēt. ignorare fateor. Quid de omnipotentis incomparabilitate dicturus? cap. 58. Hic uero succumbunt omnium hominū, imò & angelorum uires. Sed magis ridiculus est Asotus, cum inquit: Ut maximè hic liber intercidit, tam Deum, quia traditiones perpetuò foueat & seruari uoluerit, & ad salutem necessarias esse constituerit, Ecclesiam suam non deseruisse, & ideo nec sufficientia testimonia traditionum deesse: quia promittatur Ecclesiæ, ueritatem perpetuò in ea mansuram. Hæc scilicet de traditionibus tunc à Christo prædicabantur. Illæ scilicet non scriptæ, ad salutem necessariæ. Illæ tunc nobis promisit & obtrusit. Quæ porro nobis Asote sufficientia testimonia afferes? Illa enim quæ de unius Ecclesiæ attestatione protulisti, straminea sunt, & perierunt tibi. Imò nulla prorsus, ut dictum est, unquam fuere. Iam igitur alium nobis fide dignum testē de modo quo probandas esse docet traditiones, producit Augustinū, ingens illud Ecclesiæ lumen, & maximè inter scriptores Ecclesiasticos auctoritatis. Ille porro quid dicit? Augustinus, inquit, illud ut certissimum habet, ea quæ per totum orbem seruat Ecclesia sine scriptura, uel ab Apostolis esse tradita, uel à totius orbis concilijs. Agnosco uerba Augustini, sed quare non addis mihi Aselle, ea quæ immediate præcedunt & sequuntur, ut de cuiusmodi traditionibus loquatur intelligeremus: ita enim dicit, Primo tenere te uolo, quod est huius disputationis principium & caput, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Euangeliō loquitur, leui iugo suo nos subdidisse, & sarcinæ leui: unde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facilimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit, sicuti est Baptismus, Trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quod

aliud in scripturis cōmendatur, exceptis ijs, quae seruitutem populi ueteris, pro congruentia cordis illorum & Prophetici temporis onerabant, quae & in quinque libris Moysi leguntur. Illa autem quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia, saluberrima authoritas commendata, atque statuta retineri, sicuti quod Domini passio & resurrectio, & Ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo, & missio Spiritus sancti anniuersaria solennitate celebrantur: & si quid aliud, tale occurrerit, quod seruatur ab uniuersa, quaunque se diffundit Ecclesia. Vides & intelligis lector amicissime, Augustinum de ritibus quibusdam & cæremonijs ac festis loqui, quae per totum orbem seruantur: illa uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs concilijs commendata atque statuta retineri.

Cap. 50. Quorsum uero hæc ad Asotii instituta? Suprà enim cum traditiones Apostolicas, de quibus tractaturum proposuerat, definiret, dogmata nominabat, ex doctrina Apostolorum certa fide à fidelibus & Ecclesijs suscepta, ex quibus deinde id, quod breuius Apostoli scripsierunt exponendum sit, atque traditio Apostolica consulenda. Quid Asote? Hæc festa, quorum Augustinus meminit, dogmata fidei erunt, an ritus & cæremonia potius? Num ex his Ecclesiæ festis, sint sane ab Apostolis instituta, scripturas, uel Epistolas Apostolorum expones? Quis furor Asotii mentem occupauit, ut non cogitaret de quanta re ageret, ut ita pueriliter & inepte negotium suscepimus tractaret? His ita propositis, quasi re probata & euicta, concludit: Consensus igitur omnium Ecclesiarum in quauis re probat, illam esse traditionem à maioribus: nec de illis magis dubitandam, quam de ipsa scriptura, satis ille ostendit. Hic igitur efficacissimum habemus medium ad probandam traditionē, an uerè sit Apostolica, nec neconsensum esse omnium Ecclesiarum. Nihil ad prius institutum facere hoc Augustini testimonium, ex ipso testimonio liquet. Loquitur enim tantum de festis & reliquis quibusdam cæremonijs, nullo autem modo de dogmatibus, & ambiguis fidei, atque scripturæ interpretatione. Nam de his certior fieri uult, non humanis, sed diuinis testimonij authorum canonicon, & rationibus à uero non abhorrentibus. Deinde quod ad consensum attinet, certè non quilibet multitudinis, qui Ecclesia titulum gloriatur, consensus, probat traditionem Apostolicam, quod nec Asetus dicere ausus fuit, sed à maioribus profectam esse illam, affirmat. Sæpe enim fit, ut illa multitudo ingens, & qui sunt in administratione Ecclesiæ legitima, populis scilicet & sacerdotes errent, & amplecti- tur, ut ritus depravatos, ita etiam dogmata falsa, eaque contra paucitatem uera Ecclesiæ defendant. Id quod temporibus Noah est factum, qui se totius mundi iudicijs opposuit solus. Consensus certè, qui conspiratio magis dicendus est, illi non obfuit. Sed ne remotum nimis exemplum conqueraris, ex populo Iuda afferemus aliud. Sic enim Hieremias describit consensum Ecclesiæ in populo Dei, sui temporis: Prophetæ prophetabant mendacium, sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur, num hic multitudinis consensus statim probabit dogmatum illorum ueritatem, quod à Deo eiusq; Prophetis sint profecta? Nequaquam. alijs testimonij tibi probantur, ut apostolorū traditiones de dogmatibus. hæc enim trium patrum testimonia quæ produxisti, nihil ad nō scriptas dogmatum traditiones faciunt. Etsi autem August. de ritibus & festis paucissimis, quæ in toto orbe seruabantur, ab apostolis uel plenarijs concilijs profecta esse iudicet, quid hæc ad Romanenses cæremoniarū magistros? Imò amplius dico, quid hæc ad incertas

Incertas & non scriptas dogmatū traditiones: Quod si non alia habes testimonia, magis ad rem tantam idonea, quibus tua probes, ex praelongis auribus asinum Cumanum agnoscemus, male latitatem sub exujijs Partium. Quare domi te contineas, aut probè fustigatum in monasterium detruudemus. Intelligit & ipse infirmum nimis esse hoc testimoniu, & non sufficiens Apostolicæ traditionis, quod modo adduxit. Ideo ad aliud confugit fide dignū testimoniu, distinctionē scilicet planē magistralē. Duplēcēs esse ordinis dicit traditiones: alias, de quibus nullū unquam extitit dubium, nec initū illarū inueniri potest. De his inquit, nō dubitari potest esse Apostolicas, quales sunt abiuratio satanæ à baptizandis, inunctionio illorū, baptismus infantium, oblatio sacrificij altaris. Aliæ sunt traditiones, de quibus legimus dubium fuisse, & diuersas Ecclesiarum sententias, sed postea receptæ, quas cogitandum est ab universalibus concilijs definitas. Interhac, inquit, puto constitui posse celebrationem Paschæ. & concludit: Hæc igitur summa est certissimæ & efficacissimæ probationis traditionum ab Apostolis & Patribus descendentium. Quæ te dementia cepit. Asote: De dogmatibus Apostolorum, uia uoce traditis, ex quibus scripturæ explicitur & fidei dubia, atq; controversiæ religionis djudicentur, te disputaturum dixisti. Hæc uero omnia, quæ hic uel de indubitatibus, uel dubijs traditionibus profers, tantum de ritibus & cærimonijis loquuntur, quales enumeras, abnegationem satanæ, inunctionem baptizandorum baptismum infantium: item, quod mentio fiat oblationis sacrificij altaris. An' ne nulla, non bone uir, de oblatione sacrificij altaris unquam fuit dubitato, quod pro uivis & mortuis, pro redemptione animarum & liberatione ex purgatorio sit offerendum? Quis uero uetus in hac unquam fuit sententia? An' ne nullum inueniri potest initium? Quasi ueiō uel Christus ipse in postrema cœna, uel Euangelistæ institutionem cœnæ describentes, uel etiam apostolus Paulus, eius ullam fecerint mentionem? Sed ut hos taceam, certè Patres primi aliquot seculis in hac sententia non sive, cum purgatorijs nomen, ex quo redimendo oblatio hæc sacrificij est excogitata, usq; ad Augustini tempora fuerit incognitum?

Deinde egregium hoc est commentum, Quarūdam traditionum siue cæmoniarum (de his enim loquitur tantum) initium & origo inueniri non potest. Ergo ab Apostolis sunt traditæ. Hac ratione plurimi abusus, qui paulatim in Ecclesiam irrepserūt, cum ipsarum autor ignoraretur, ad Apostolos sunt relati. Sed hoc iam tibi probandum erat, Asote. Harum omnium traditionum, quarum autor & origo ignoraretur, Apostolos esse autores. Hic certè opus erat firmissimis testimoijis, quib; hæc res magna probaretur. Si omnia illa in Apostolos erunt rei cienda, quorum autor & origo ignorantur, quid futuri sit, facile, nisi cōmuni sensu careas, animaduertis. Hac enim ratione Apostolos idolomanie autores facies. plurimum enim cultuum idolatricorum origo ignoratur. Ergo' ne hos quoque in Apostolos rei ciemus? Sed quid dicamus? hac una ratione perspicuum est eas traditiones nō esse apostolicas, quarū autor ignorat. Voluit enim Deus ut cœlestis doctrina haberet certissima siue originis testimonia. Quare tātum abest, ut incertitudo originis aliquarū traditionū probet eā apostolicā, ut maximē omnī cōfirmet eā nō esse ab apostolis profectā & institutā. Scribit Euseb. de Clemente, q; significauerit quedā à presbyteris (sic em Euseb. ipse interpretat) successoribus Apostolorū, uoce sola sibi tradita esse, ea ut describeret in libris & posteris traderet, se rogatū esse. Verū hec quoq; non extant. Hinchaud dubiē id quod presbyteri, id est Apostolorū successores tradiderūt, eo nomine quasi ipsi ab Apostolis sola uia uoce acceperint, pro ipsorum Apostolorum traditione uulgatū fuerit.

Hist. Eccl.
lib. 6. ca. 12

Deinde uerisimile est & hoc, quod cum sanctiores illi Episcopi, qui Apostolorum ætate proximi fuere, nonnulla instituissent, quæ ad ordinem & disciplinam pertinebant, subsequuti sunt postea alij post alios, non sat considerati, & nimis curiosi, quorum ut quisq; posterior erat, ita stulte emulatione cum suis decessoribus certauit, ne rerum nouarum inuentione cederet, & ut illis suis ordinationibus maiorem cōciliaret autoritatem, ne citò obsolescerent, ad Apostolos autores retulerunt. Ne uero Sotus dicat nos nostras tantum conjecturas sequi, facile multis exemplis hoc comprobare possem. Sed ne prolixitate molestus sim, unico adducto cōtentî erimus, eoq; notissimo. Cyprianus martyr certè traditionem Apostolicam esse, persuasissimum habuit, ab hereticis baptisatos ad Ecclesiam redeūtes, rebaptisandos esse: cum postea compertū sit, antecessorē ipsius eius rei autorem fuisse. Quod si sanctissimus martyr Cyprianus deceptus fuit specie antiquitatis non admodum uetustæ: quid factum fuisse iudicabimus alij Cypriano & indoctioribus & incogitantioribus? Videre hic quoq; est circa dubias traditiones, quibus ambagibus miseris suos Papiastas circumducatur, donec illas quoque certas faciat: iam ad concilia nos remittens, quæ de certitudine demum pronuncient: iam ad numerum Ecclesiarum, quæ uidelicet opinio plures habeat Ecclesias fautrices. Quod si uero numerus Ecclesiarum par sit in diuersis opinionibus de traditionibus, maioris auctoritatis Ecclesias sequendas. Si uero non constet, quot aut quales Ecclesiæ sint in alterutra parte, & sic res ambigua maneat, cōcilium uniuersale indicendum (propter cæremoniolam ridiculam scilicet) cuius iudicio standum. Hoc modo dubia fidei ex his cæremonijs dubijs, & quarum origo ignoratur, atque controversiae fidei, dijudicabuntur. Haec cæremoniolæ ignoti & incerti autoris, de quibus etiam dubitatur, ad salutem sunt necessariae: & ex ijs non tam epistolæ Pauli interpretandæ, quam fidei dubia dijudicanda. Sic scilicet Romana religio instabilitur, & saluti fidelium consulitur. Si igitur iam Asotus in genere omnies reliquos ritus & cæremoniæ, quarum autor etiam ignoratur, ad Apostolos referat: à quo enim alio nisi ab Apostolis excogitatae essent? Hoc uero demum est sufficiens testimonium omnium in ecclesia traditionum, ut illæ quarum origo ignoratur ad Apostolos referantur. Et incidit mihi hoc loco id quod in œconomia fieri solet, ut cum author rei perditæ à domestica rum administratorem quem Neminem uocant. Dubitæ uero hoc modo, quo dictum est, certiores reddantur. O' te hominem ad traditiones obsoletas restaurandas natū. Quid impietatis hac ratione Apostolis nō adscribetur? Hoc scilicet est honorare sanctos Dei Apostolos, patronos ipsos omnis idolatriæ & cultum, atq; traditionum humanarum ineptarum, atque ridicularum facere. Quod ne Asotus me fingere dicat, exemplo plus satis noto comprobabo. In cœna Domini administrâda fuit maxima simplicitas Apostolorum. Scimus Petrum non nisi oratione Dominica, hoc est, Paternoster, in consecratione ad uerba institutionis usum. Proximi successores paulatim ad ornandam mysterij dignitatem aliquid subinde addiderunt, ne quis esset asymbolus: donec tandem centones isti male consuti in preculis, canone, uestibus & ornatu sacrificuli & altaris: item scenicae gesticulationes in retam graui accesserint. Iam uero Asotica ecclesia non dubitat durasse 1500 annis hanc suam male consutam ex uarijs panniculis Missam, eamq; uocare Apostolicam. Scimus Augustinum hæc de libris nonnullis scripturæ, de quorum autoritate dubitatum est in primitiua Ecclesia dicere, ut scilicet inuestigetur diligentius, quibus testibus hæc scripta Ecclesiæ sint commendata.

Sed

Sed quid hæc ad pueriles & nullius ferè momenti cæremoniolas? Er-
gōne propter illos, ut per omnes Ecclesiæ orbis Christiani discurramus,
donec suffragia colligamus: & si hoc quoq; nō sufficerit, inquietâda tota
Ecclesia & concilium uniuersale indicendum, quo numerari possint sin-
gularum Ecclesiæ testimonia, ut constet, num recipienda sit cære-
monia nec ne? Hoc quid magis absurdum, quid magis ridiculum? Postre-
mo, ea quæ proponit exempla de abiurazione satanæ in baptismo, inun-
ctione & chrismate, item oblatione in sacrificio altaris, &c. quæro ex te
Asote, num si patrī dum infans baptizatur, non querantur, ut nomine
infantum abrenuncient Satanae, neque etiam inungatur chrismate ba-
ptisandus: num baptismum secūdum Christi institutionem receperit, &
efficax sit baptismus? Quòd si sic, non erunt hæc de substantia baptismi,
nec ad salutem necessaria. Si uero minus, in Christū culpam reijcies, qui
formam simplicissimam baptismi docuit. Et manifestum erit, quòd non
sunt Apostolicæ traditiones, nec paris cum scriptura autoritatis, aut ad sa-
lutem necessaria: aliás enim nullo modo intermittendæ. Necritè bapti-
sati erunt multa ista millia in die Pentecostes. Sed neq; eunuchus reginæ
Candaces recte baptisatus fuit. Neq; etiā baptismus in necessitate ab ob-
stetricibus uestris datus uerus erit baptismus, cum horum nihil fiat. Quod
ad baptismum infantum attinet, non Apostolis, sed Christo acceptum fe-
rimus, qui dixit: Baptizate omnes gentes: ubi & infantes cōpræhendunt.
De oblatione uera sacrificij altaris, non modò stultum, sed etiam impium
est, existimare quòd quia in primitiva Ecclesia uocabulum oblationis de
cœna Domini est usurpatum, ideo uel ab Apostolis esse ortam Missam
illam Papisticam, in qua sacrificant, & offerre se somniant corpus & san-
guinem Christi pro redemptione animarum & liberatione expurgato-
rio, quia de primo autore nō constat: uel eam in actionem toto genere di-
uersem esse mutatā. Veteres enim cum uocant cœnam Domini oblatio-
nem, uel sacrificium, respiciunt in oblationes panis & uini, quas offerebat
Ecclesia ad celebrandam cœnam Domini, & ad pascendos pauperes:
partim intelligunt generaliter de sano cultu, sicut omnium piorum opera
dici possunt sacrificia, hoc est, sacri cultus. Item intelligunt de memoria
seu commemoratione sacrificij, quod Christus semel in cruce peregit, par-
tim etiam de gratiarum actione, quam Deo pro sacrificio filij sui in cruce
semel peracti, offerebant. Item, de dispensatione corporis & sanguinis
Christi, quæ Ecclesiæ sumenda offerebant. Requirerant hæc omnia &
singula pleniore tractationē, nisi à Brentio copiosius in Apologia & se-
unda Pericope copiosè essent refutata.

ANNOTATA IN CAPVT LVII.

Dicas ex inferis Asotum ad calumniandum ea quæ recte scripta & di-
cta sunt excitatum. Nec mirum est eum Brentio non parcere, cum
Patrum scripta deprauet, & in alium sensum detorqueat. Agit autem hoc
capite de traditione sacrorum librorum & canone scripturæ nulla neces-
sitate adactus, nisi ut cum multa deblatteret, nec taceat, copiosè respon-
disse Brentio, eiusq; Prolegomena refutasse suis videatur, idq; hac oc-
casione. Dixerat Brentius, quòd quando nobis traditio aliqua proponi-
tur nomine apostolorum, summa cura consideranda esse, num uerè sit A-
postolica, & ad doctrinam Propheticam & Apostolicam, quæ sacræ li-
teris continetur, examinandam, num ea traditio conueniat, cum ijs sa-
cris litteris quæ sunt coelestibus testimonijs ad nos propagatae. Hoc
Asotus dicit non satis consideratè dictum esse. Nam & sibi ipsi con-
tradicat, & ueritati ipsi, Sibi ipsi, quia hoc modo traditio scripturæ
proba-

probari non possit. Atqui hanc disertè Brentius, quod Asotus ipse fateri cogitur, à reliquis traditionibus distinguit, & de ea se hoc loco disputaturum profitetur. Ita enim dicit in loco de Traditionibus. Ac initio ne quid ambiguitatis in nomine traditionis relinquitur, non loquimur nunc de ea traditione, qua nobis sacra scriptura, & quæ in ea continentur, à maioriis in manus sunt tradita. Nam hanc traditionem affirmamus esse certam, firmam & indubitatam. Cum itaq; Brentius aperte distinguat hanc traditionem à reliquis omnibus, quæ sine scripto sunt traditæ, quid Asoto in mentem uenit, ut cauilletur Brentium sibi ipsi contradicere? Deinde ad ueteris Testamenti libros uenit, & dicit apostolorum testimonia circa sillos multo esse fide digniora, quam Iudeorum, sine sacerdotum ueterum legis, quorum diligentia sacri libri asseruabantur. Non negamus apostolos usos testimonij librorum ueteris Testameti, quemadmodum & Christus ipse quo ipso non tantum declarauerunt se illa scripta recipere, uerum etiam quanti scripturæ autoritatem facerent, uoluisse omnibus testatum facere. Sed cum Asotus dicat apostolorum testimonia, qui tandem duo annorum millia post datam legem uixerunt, fide digniora esse, quam sacerdotum & Iudæorum, quorum diligentia sacri libri asseruabantur, ergo' ne toto isto tempore librorum Moysis & omnium Prophetarum authoritas dubia & incerta pependit, aut certe minus fide digna fuit? Absit hoc ab omnium Christianorum mentibus. At certe hoc sequitur, si fidem Asoto habituri simus. Non instituimus iam comparationem sacerdotum cum apostolis: sed de certitudine & autoritate sacerorum librorum quæstio est, hanc nego demum per apostolos accessisse illis ueteris Testamenti libris, quibus antè constabat sua authoritas & certitudo. Quia à Deo per Spiritum sanctum profecta erant oracula illa cœlestia. Et quod ad diligen tem asseruationem illorum attinet, non dubito longè præferre sacerdotes ueteris Testamenti, nostratis Episcopis, quorum multis adhuc nomina etiam librorum sacerorum & numerum ignotū esse, metuēdum est. Cumq; semel & librorum ueteris Testamenti & apostolorum, quorum testimonia circa illa fide digniora esse dixerat, mentionem fecerit, addit iam amplius, quo decretum Tridentini conciliabuli de libris in canonem scripture receptis, contra omnium ueterum sententiam & autoritatem confirmet: Si apostoli spiritu libertatis, soluti à timore & litera, quosdam ex libris illis, quos Iudæi in canone non habebant, agnouerunt tanquam canonicos, & à Spíitu sancto editos, nō licet nobis Christianis de his dubitare. Ergo & nostris Prælatis, apostolorum successoribus licet, ut suo calculo in concilio ex non canonicis & dubijs libris, facere canonicos: hoc uult Asotus, & addit: Vnde factum credimus, ut quosdam nos in canone habeamus, quos Iudæi non habuerant: ut librum Sapientiæ & Ecclesiasticum. cur non additis Machabæorum, & appèdicem Danielis de Belo, & Susanna: quos cum veteres ipsi fabulas dixerunt, manifestum est Asoticos Prælatos tribuere sibi potestatem conseruandi fabulas Aesopi in oracula Spíritus sancti: sicut alijs quoq; solent ossa mortuorum, in reliquias sanctorum consecrare, de quibus eti in principio Ecclesiæ, diuersæ fuere sententiæ, postea tamen in concilijs definitum est, pro canonicis habendos. Quid primum, quid ultimum dicam: Initio dicit, Si apostoli plures libros agnouerūt, quam Iudeum dicam: In initio dicit, Si apostoli plures libros agnouerūt, quam Iudeum habuerint in canone, non licet nobis de ijs dubitare. Hinc se credere dicit, factum esse, ut nos quosdam habeamus, quos Iudæi non habuerunt. Si quis uero non credat Asote, hos libros ab apostolis esse in canonem receptos, unde illi fidem facies: Et quæ erit certitudo horum sacerorum & canoniconum librorum, præsertim cum de hoc Canone ueteres ipsi inter se non consentiant: Et qui iam dixerat, ab apostolis se credere hos libros in cano-

in canonem receptos. Idem statim addit, concilijs hoc definitum esse. Ita idem ex eodem ore calidum & frigidum spirare nouit. Hoc uero cum Asotus faciat, non sibi ipsi contradicit. Quod si iam quaram, in quibus concilijs hoc sit definitum, ut scripturæ quæ in dubium aliquando sint uocatae, appobarentur: quid bonus uir, excepto hoc Tridentino conciliabulo, in quo collunies triobolariorum Episcoporum fuit, respondeat, difficulter inueniet. Nisi quod in concilio Laodiceno, circa finem enumerantur libri canonici: ubi tamen omittuntur, Iudith, Tobias, Ecclesiasticus, Sapienza Salomonis, & libri Machabæorum. Vide quid tu dixeris Asote, quibus concilijs id definitum probes? Nam & Hilarius prologo in explanatio nem Psalmorum, ubi vigintidos libros Canonis, quem Iudei habuerunt, enumerauit, addit: Quibusdam usum est additis duobus libris Iudith & Tobias, vigintiquatuor libros secundum numerum Græcarum literarum enumerare, Romana quoque lingua inter Hebræos, Græcosque collecta. Necessariam uero causam, propter quam duo libri in Canonem scripturæ referantur.

Euseb. Hist. Eccles. lib. III. cap. XXVI.

Melitonis, antistitis Sardiensis Ecclesiæ uerba sunt: Scias ergo perrexissem uisq; ad Orientis locum (Mirum quod non Romanum) ubi prædicatio nis nostræ cœpit exordium, & ibi gesta sunt illa omnia, quæ leguntur scripta: ibiq; diligenter de omnibus explorasse quæ essent ueteris Testamenti uolumina. Ibi igitur quæ cum omni inuestigatione cōperi, hęc sunt, &c. Inter illa uero non numerat neq; librum Sapientiæ, neq; Ecclesiasticum: nisi quod Proverbia Salomonis, Sapientiam quoq; dici significat. Hęc omnia ideo recensui, ut uanitas Asoti appareat, qui dicit: Credimus ab apostolis esse factum, ut nos plures libros in Canone habeamus, quam Iudei habuerunt. Cum neq; Ecclesiæ Orientales, in quibus apostoli plurimum fuere conuersati, hos duos libros receperint: & à quo, quibusc sit definitum primum, non constat. Vult itaq; libros ueteris Testamenti, non tantum testimonio sacerdotum ueteris Testamenti & legis esse traditos, sed magis ab apostolis: Quia, inquit, hi testimonia inde petiuete de nostre scienti mysterijs, & hinc sunt loquuti suis discipulis & Ecclesijs. Si hanc ob causam traditionis librorum ueteris Testamenti magis ab apostolis quam sacerdotibus est facta, quia hinc testimonia suæ doctrinæ petiuere, & ex ijs docuerunt fidei mysteria: cur non magis Christo hęc librorum ueteris Testamenti traditio adscriberetur, quam apostolis? Quia & prior ijs usus est, & multis modis suis discipulis, quibus eos enarrauit, præferendus, unde major illorum librorum fieret autoritas? Sed hoc obstat Asoto, quia non apostolica diceretur traditio, sed Christi. Asoto uero propositum est, quo modo apostolorum traditionibus omnia adscribere, non tantum scripta noui, sed etiam ueteris Testamenti. Nec scripturarum tantum utriusque authoritatem, sed etiam quædam dogmata, & quidem planiora & plenaria, non scripta. Sed iniuriam in hoc Asotus Augustino facit, qui Iudeos Christianorum librarios & scriniales uocat, quod libros Canonicos ueteris Testamenti nobis tradat. Sed quid ad Sotum Augustinus, cum ille suis Prælatis summam cupiat cōciliare authoritatem, quod possint in suis conciliabulis Tridentinis ex dubijs scripturis facere certas, indubitate fidei, canonicas scripturas. Mirum est quod cum nō possint ferre lucem scripturæ, sed eam obscuram, dubiam, ambiguam & hæreticorum receptacula atq; refugium esse dicant, quod insuper plures etiamnum faciant tales scripturas, scilicet ut maiores reddantur tenebræ, plura dubia, & ambiguitates oriuntur, & hæretici plura habeant adminicula, quibus suis errores pallient, sed aliud subest, certè mysterio res non caret.

Vixit circa
annum Do
mini 176.

De traditione librorum noui Testamenti, quos Apostoli scripserint, mittentes Ecclesijs uel priuatiss, inquit, Certum est eorum fide digno testimonijs, ab eis susceptas quibus eos Apostoli destinabant, & ab illis, alijs communicatos. Quærit itaq; de hac traditione, quo pacto eam uelit probari Brentius. Ad quam rogo, ait, scripturam exigenda est traditio scripturaræ. Cum sicut Euangelium Matthæi & reliqua tria selecta sunt, reiecta quā plurimis aliorum, hoc fieri non potuit ullo testimonio scripturaræ, sed testimonio Ecclesiarum. Patet igitur, non omnem probari traditionem ex scriptura sacra, sed solo consensu Ecclesiarum. Et nunc apertius ostenditur, falsè dicit à nouitatē amatoribus solam scripturam sacram regulam esse certissimam, omnium quæ ad religionem pertinent: omnia alia quæ iudicia humana sunt, siue sint concilia, siue Patres, siue Ecclesia, errare posse, & ideo nihil in eis, ut certum & ad fidem pertinens habendum, nisi quod consonat scripturaræ. Habet iam Brenti, te contradicere ueritati. Quid uero opus est Monache hac inani garrulitate, cum legeris in Prolegomenis, statim ab initio loci de Traditionibus, quod ante quoq; dictum est, Brentium profiteri se non de scripturaræ traditione loquuturum?

Deinde ut maximè non distinxisset, tamen nō est simpliciter uerū, nullo scripturaræ testimonio quædam Euangelia esse reiecta, sed tantum testimonio Ecclesiarum. Nunquid enim suo proprio arbitrio reiecerunt Nicodemus & aliorum Euangelia? Aut eam tantum ob causam, quia non certo testimonio cognouerunt horum esse scripta? Fuerit sane & hæc una causa, sed non sola, neq; principalis: uerū quia non omnia cum analogia fidei, & doctrina Prophetica atq; Apostolica conueniebant.

August. de Consensu Euang. lib. 1. cap. 1. Ne uero Asotus hæc pro suo calumniandi studio à nobis dicta reprehendat, audiamus Augustinum de hac causa suam exponentem sententiam: Ceteri autem homines, qui de Domini & apostolorum actibus scribere conati uel ausi sunt, non tales uel suis temporibus extiterunt, ut eis fidem haberet Ecclesia, atq; in authoritatem canonicam sanctorum librorum eorum scriptare reciperet. Nec solùm, quia illi tales non erant, quibus narrantibus credi oporteret: sed etiam quia scriptis suis quædam fallacter indiderint, quæ catholica atq; Apostolica regula fidei & sana doctrina condemnat. Habet & causam Asote, propter quam Euangelia quædā reiecta sint: & omnia ad Apostolicā fidei regulam, atque doctrinā examinanda, autore Augustino: quod antea Brentio dicente, negabas. Tantū est ordinum Pharisaicum in hypocrita Asoto, ut mero personæ odio id concedere nolit Brentio, quod nolit uelit in Augustino cogiturn agnoscere. Lucas ita scripsit, ut solus eius liber fide dignus haberetur in Ecclesia de Apostolorum actibus narrantis, reprobatis omnibus qui non ea fide qua oportuit facta dicta apóstolorum ausi sint scribere.

August. de Ciuit. Dei lib. xv. cap. 23.

Omittamus igitur earum scripturarum fabulas, quæ Apocryphæ nominantur, eo quod occulta eorum origo non claruit Patribus, à quibus usq; ad nos autoritas uerarum scripturarum certissima & notissima successione peruenit. In his autem Apocryphis eti inuenitur aliqua ueritas, tamen propter multa falsa, nulla est canonica authoritas.

Idem contra Faust. Manich.lib. xi. cap. 11.

Vel de ijs qui appellantur Apocryphi, non quod habendi sint in aliqua authoritate secreta, sed quia nulla testificationis luce declarati, de nescio quo secreto, nescio quorum præsumptione prolatis sunt. Et lib. 22. cap. 39. Legunt scripturas Apocryphas Manichæi, nescio à quibus sutoribus fabularum, sub nomine apostolorum scriptas, quæ suorum scriptorum temporibus

poribus, in autoritatem sanctæ ecclesiæ recipi mererentur, SI SANCTI ET DOCTI HOMINES, QVI TVNC IN HAC VITA ERANT, ET EXAMINARE TALIA POTERANT, EOS VERA LOQVVTOS ESSE COGNOSCERENT.

Hinc apparet, libros, nō sola traditione receptos, uel reiectos, sed secundum canonicam scripturam examinatos, præsertim illos de quorum autribus & ueritate dubitabatur: & receptos in autoritatem solos illos, qui nihil contra fidem librorum canoniconum haberent. Nam & illud apud eruditos solenne est ut aliorum eruditiorū yvntis libros ab adulterinis, ex ipsa sermonis phrasī, & scriptorum argumentis discernant. Quomodo ergo non liceret ijs per Sp̄ritum sanctum ex ipsa diuina sermonis proprietate, & rerum maiestate, ueros & germanos scripturæ libros à nothis & suppositis discernere? Et quidni idem liceret facere in libr̄is quod in doctrina, in qua Paulus omnia iubet probare, & quod bonum est tenere, cum par uitius sit ratio. Et idem factum esse à nobilioribus Thessalonicensibus Lucas testatur: nec eo nomine repræhendi à Paulo, sed à Luca commendari uidemus. Non reijcimus, multo uero minus damnamus ecclesiæ testimoniū, quæ de scriptis Apostolicis testatur, quòd bona fide ab illis acceptit: sed plurimi facimus, & pro eo tanquam pro aris & focis pugnamus: ueruntamen non est existimandum, quòd autoritas sacræ scripturæ, ab ecclesiæ auctoritate, aut testimonio ita dependeat, ut si hæc non accederet, ideo pro fabulis Aesopicas scriptura habenda esset, de quo supra plura. Non igitur false à nobis, quos nouitatum amatores uocas Asote, qui neq; quæ noua neq; quæ uetera sunt nosti, sed uerè dicitur, solam sacram scripturam regulam esse certissimam omnium quæ ad religionem pertinent. Et uide item, quantum in te sit blasphemandi sp̄iritum sanctum studium. Dicis enim, scripturam esse oraculum Sp̄iritus sancti, & tamen negas eam esse certissimam regulam omnia probandi? cum Christus ipse Sp̄iritum sanctum illo elogio ornauerit, quòd ducat nos in omnem ueritatem, & suggesteret, &c. & addit: Nihil ad fidem pertinens firmum habendum, nisi quod consonet scripture. Hoc falsum esse. Ergo ne ea quæ dissonant à scripture, ad fidem pertinebūt, & certa erūt habenda: Hæc mirabilis & mystica erit theologia, ad hoc excogitata & inuenta, ut omnia quæ summus Pontifex Romanus è scrinio sui pectoris profert, pro oraculis indubitatis Sp̄iritus sancti agnoscamus: similiter, & quæ Prelati legitime congregati, ex inspiratio- nē spiritus docuerunt, ex osculem, ueneremur, & adoremus. Nos uero ea à Paulo anathematizare iubemur, à quo cunq; tādem proficiscātur, etiam si ab angelo, aut Apostolo, nedum Patre aliquo, aut conciliabulo. Quòd si ecclēsia aliquid, quod nō cum sacra scripture cōsentiat, statuat, certe hoc ipso si ante fuerit Dei Ecclesia, uel à uero Deo deficit, uel ut minimum errat. Ecclesia cum sponsa sit Christi, uocem sponsi audire debet, in uerbo sonātem, nec dissonum aliquid edere. Verū nō ideo hæc ab Asoto dicuntur, ut cōciliorum & ecclesiæ autoritas defensatur, salua & in columnis permaneat: sed ut errores omnes Papistice ecclesiæ retineantur, ne ullibi sancta Roma na ecclesia errasse uideatur. Nam cum multa sepe concilia scripture nō consenserint, iniuriam ijs fieri arbitratur, si dicantur illa errasse, cum à Sp̄iritu sancto, ut ipse imaginatur, sint gubernata. Cur ergo Asote sepe posteriora concilia priora correxere? Sed hac ratione preferit hanc uiuam & nō scriptam traditionem ipsi scripture: quia omnis scripture sit mortuum quoddam testimonium, & necessariò à uiuo pendens, ecclesiarum scilicet, quod non potest ad scripturam aliquam exigī, quia hoc testimonium precedit scripturam omnem. Quid Asote, scripture omnis mortuum est testimonium? Ego uero arbitrabar esse uocem cœlestem, nec mortuam, nec

euanidam: sed uiuum esse sermonem Dei, & efficacem, & penetrabilorem
Heb. 4. omni gladio ancipi, pertingentem usque ad diuisiōnē animē & sp̄ritus,
compaginum quoq; & medullarum, & discretorem cogitationum atq; in-
tentionum cordis. Et non esse ullam creaturam inuisibilem in conspectu e-
ius. Nunquid Deus quoq; qui hæc ore suo loquitus est, mortuus tibi ui-
detur? Nunquid potentia Dei est ad salutem? Nunquid uiuificat mortuos
in peccatis? Nunquid odor uitæ ad uitam? Tanta igitur cum sit efficacia
uerbi Dei, quod in scriptura continetur, qua fronte tu mortuum testimoni-
nium uocabis? Quia scilicet non habet tale corpus & animam ac uitam,
quemadmodum uiui homines. Aut forte quia in membrana mortui & ex-
coriatu uituli scribitur, nec per se loqui potest, sed opus habet alieno orga-
no, uoce scilicet hominis, ideo & mortua dicitur scriptura, & ea ratione te-
stimonium hominum præstantius. quod nisi accedat, nec scriptura Dei e-
rit uerbū, nec ullam habebit autoritatem. Sed omnis eius autoritas necel-
sariò à uiuo hominum scilicet & ecclesiæ testimonio dependebit, quod e-
tiam scripturam omnem præcedit: Quid ergo tandem tibi a fine scriptu-
ra sacra erit?

Quante hæc non dico absurditates, sed planè impia sunt blasphemie, su-
præ dictum est. Quanto sanctius Prophetæ & Apostoli de scriptura sensi-
runt, & sunt loquuti. David dicit: Verbum Domini recreare animas, & sa-
Esa. 61. pientiam præstare parvulis. Esaías in persona Christi affirmit se prædica-
tione Euangelij mederi contritis corde, liberare captiuos peccatis è vincu-
culis, & consolari lugentes. Christus ipse dicit uerba quæ loquatur Sp̄iritū
Ioan. 6. esse & uitā. Et ibidem Petrus: Domine, inquit, ad quem ibimus? Verba ui-
t. Cor. 4. tæ æternæ habes. Paulus dicit, se Corinthios in Christo Iesu per Euange-
lium genuisse. Petrus testatur nos renasci non ex semine mortali, sed ex im-
mortali, uidelicet per uerbum Dei. Hoc Petrus uocat immortale semen: So-
t. Pet. 1. tus uero mortuū, ut uideas Asotum ex professo hostem esse omnis scripture
Prophetarum & Apostolorum. Et si enim ecclesiæ Dei autoritatem appro-
bandi scripta Apostolica & Prophetica concedamus: tamen nō tribuimus
illi nisi testis autoritatem, cuius non est ea autoritas, ut ex incertis & dubijs
scripturis, certas & indubitatas faciat, ita ut scripturæ certitudo ab ecclesiæ
autoritate & testimonio dependeat: sed quia per se certa sunt & indubitata
Dei oracula, tales eos pronunciat, quales sua sunt natura. Non igitur quia
ecclesia, & præsentes tum doctores, scripturas ueras & certas esse pronun-
ciauerunt, ideo uerae & certæ esse coeperunt, ac si alias nullum habuissent
pondus: sed quoniam per se tales erāt autoritate diuina, quia per Sp̄iritum
sanctum à Deo profectæ, uerax est ecclesia, quæ id ipsum de scripturis est
testificata quod sua erant natura. Quod si aliter fecisset ecclesia, mendax es-
set deprehensa. Credimus quidem ecclesiæ de sacra scriptura testificantि,
quod ab Apostolis hæc scripta bona fide acceperit, & hactenus certò con-
seruarit: sed non propter ecclesiæ credimus: uerum ideo credimus uera
esse, quæ in his libris, quos certò ab Apostolis ecclesiæ commendatos esse
nouimus, continentur, quia scimus hos Apostolos à Christo immediate vo-
catos, & Sp̄iritu sancto illuminatos, in suis scriptis non errasse: & quia cōso-
na hec uidemus illis, quæ in libris ueteris Testamenti habentur, unde & sua
confirmarunt.

Patet ergo ex hoc capite, non solum singulare calumniandi studium
in Asoto, uerum etiam plurimæ absurditates, falsitates, & impietates,
quæ omnia uidere est ex his quæ iam dicta sunt, nec opus est repetere.
Vnicum hoc addere libuit, et si continua illa & perpetua omnium tempo-
rum ecclesiæ successio, & consentiens testimonium, testetur, hos qui iam ca-
nonici appellantur, sacros esse libros, & diuinitus datos, atque permanens
ante.

antecessorum, semper successoribus quasi per manus traditos: tamen hæc librorum traditionem, non solam librorum sacræ scripturæ certitudinem & autoritatem confirmare. Sunt enim & alia plurima, nec minus firma argumenta, quibus certitudo illa canonicae scripturæ, quod diuinus sit revealata & exhibita, comprobatur: quod uidelicet stupendis miraculis & inusitatibus hæc scripta sunt confirmata, ut quod anus effæta & steriles, secundæ sunt redditæ, iuxta promissionem huius doctrinæ, mortui in hanc vitam reuocati, &c. Testatur & miranda uaticiniorum certitudo, & quod euentus illis responderunt, atque omnia inter se conueniunt mirabiliter, suauissima est harmonia, & cōsenius perpetuus sacræ scripturæ. Et quod hæc doctrina sit diuinus revelata, res ipsa loquitur: quia non humana, sed sola diuina potentia contra furem satanæ, & totius mundi potentiam est conservata, cum & religiones aliae, & plurima alia monumenta, de rebus magnis pulcherrimè scripta interciderint. Huc accedit & uniuersalis omnium piorum experientia, quod nulla alia doctrina certi quicquam de rebus longè maximis, peccato, iusticia, uoluntate Dei, uita æterna, &c. cōtinet præter hanc quæ his librīs continetur, & firmam consolationem, in qua tutò acquiescant conscientię, proponat.

His & alijs plurimis argumentis tam certò probatur sacre scripture autoritas, quam illa ipsa traditione, quam solam Asotus eam ob causam tantis facit: non quod tantopere sacram scripturam curet, quam obscuram, dubiam & ambiguam esse pronunciat, adeoq; fabulis Aesopicis comparat: sed quomodo deinde reliquas quoq; friuolas suas traditiones & aniles fabulas hoc argumenti genere probet: cum ex traditione scripturam ipsam (quæ Soto non necessaria esse iudicatur) habeamus.

ANNOTATA IN CAP. LVIII.

VT traditiones omnes ad sacram scripturam exigantur, quo ex consensu uel dissensione cum sacra Apostolica scripture iudicari possit, num uerè sint apostolice traditiones, uel nothæ ac suppositiæ: ferre non potest, nec uult Dominus Asotus. Ratio hæc est: Quia scripture sensus circumscriptiones que de traditionibus loquuntur, unde & probandæ essent, dubius sit. Brentium enim & suos, sensu suo accipere loca scripture, quæ de traditionibus loquantur, ut de oblatione sacrificij, unctione chrismatis, invocatione sanctorum, satisfactione, & meritis operum: se suosq; aliter scripturas de his traditionib. exponere. Cum igitur ambiguus sit scripture de his sensus, nequaquam ad scripturā examinari possunt traditiones: sed scripturā potius per traditiones exponendam, quam traditionem per scripturā Asotus asserit. Hæc capite presenti agit Sotus. De Alcibiade scribitur, quod cum aliquando Periclem inuiseret, & tum illi non esse ocium intelligeret ut amicis daret operam, propterea quod occupatus esset, & sollicitus perpendebat, quo pacto rationem Atheniensibus redderet, dixerit: Nonne satius fuerit rationem inire, & cogitare quā fieri posset, ut non reddat rationem? Significans rem ita gestam esse à Pericle, ut non facile rationem posset reddere: proclivius autem esse in totum effugeret rationem, quam bene reddere. Hoc Asotus, ut est ueterator callidissimus, sat intellexit, cum iubere à Brentio reuocare traditiones suas, quas uocatis apostolicas, ad sacram scripturam, & ex hac ratione illarum reddere, fieri id honeste & bene non posse, non ea de causa, quam ipse prætexit, quod sensus scripture circa traditiones sit ambiguus, cum sit apertus, manifestus, & malde simplex: sed quia eum sibi planè aduersari & contrarium esse, non ignorat, ideo rationem excogitauit & iniuit, qua fieri posse sperauit, ut non modò rationem nō reddere cogatur ex scripturis de suis traditionibus, sed prouersus inuerteret negotium totum: uidelicet, ut sibi per tra-

ditiones subiiceret & obnoxias redderet scripturas, atq; illas pro siue Aso
 ticæ, imò Babylonicae Ecclesiæ libidine infleteret, detorqueret & depr
 uaret, ut id sonare cogeretur, quod ipse cum suis audire cupit. Hoc si pos
 ses Asote, næ tu Goliath ille Philistæus es, aut Nimrod alius, qui dein
 de populo Dei & castris Israël exprobrates, & in seruuitute Philistæorum,
 ac captiuitatem Babyloniam abduceres, deq; nobis triumphares, & pi
 leum Cardinalium à summo Pontifice, re ad eō feliciter gesta, tanquam
 fortissimus & peritissimus, non gregarius miles, sed capitaneus & dux,
 præmium consequereris. Videmus itaq; quid sibi uelit hoc commentum.
 Initio autem præsupponit multa tanquam certa & indubitate, quæ longa
 & certissima, luceq; meridiana, clariore probatione indigebant: Aposto
 licas scilicet traditiones esse chismatis unctionē, altaris sacrificium, san
 ctorum inuocationem, satisfactionem per opera indebita, merita bono
 rum operū, & innumera alia. Prius, inquam, est Asote, ut has traditiones
 ab apostolis esse pfectas doceas, & doceas certis testimonijs, nō leuibus,
 sed tanta re dignis. Neq; uero satis firmū testimoniū erit, Hæc ita, ut obser
 uamus, ab apostolis sunt tradita. Quia una aliqua ecclesia ab apostolo
 quodā fundata, puta Roma, hoc affirmat. Suprà enim hanc rationem, non
 esse neque Irenæi, neq; Tertulliani, sed neq; Augustini sententiam, hoc
 modo probandi apostolicam traditionem, ostendit. Sed neq; si alte
 ram tuam ridiculam & absurdam ratiunculam nobis oggannias, quod si
 delicit author illarum & origo ignoretur. Quare non opus est, ut quic
 quam respondeamus, cum nihil probes, sed ne quidem probare insi
 tuas, has, quæ exempli causa à te propositæ sunt, apostolicas esse: donec
 nobis perspicuis & firmis argumentis certum feceris, ab apostolis hac
 esse tradita. A' Romana Ecclesia hæc ita obseruari non ignoramus. Ve
 rum non quid Romæ obseruetur, sed quid, & num pie rectè ac sancte,
 fiat, querimus. Prætexitis, fundatam esse Romanam Ecclesiam à duobus
 apostolis summis, ad quos omnia traditionum figura rei citis: sed hoc
 ipsum erat probandum, ab apostolis hæc esse tradita & instituta. Nam non
 ignoramus, Missæ authores propemodum inumeros esse, quorum sin
 guli aliquid addiderunt, donec Pandora illa Hesiodi procrearetur. Idem
 de reliquis infinitis propemodum Romanæ Ecclesiæ traditionibus affir
 mare possumus. Præterea scimus quām facile posteri à pietate & religio
 ne suorum maiorum in idolomaniam labantur: & quām pertinaciter ea
 deinde defendantur, ac mordicus retineantur, testatur id Ecclesiæ omnium
 temporum historia. Neq; uero meliorem fuisse Romanæ Ecclesiæ condi
 tionem, suprà de successione dictum est. Deinde notum est & hoc, ali
 quotes ordinariam illam Pontificum Romanorum successionem uel ir
 ruptionibus Gothorū, uel schismatis Pontificiū, cum aliquoties antipape
 sint electi, qui Ecclesiæ suis factionibus distraxerunt, esse interruptrā. Qua
 les ergo testes erūt continuū, de apostolorum traditionibus: Et ne ab quo
 quod dicitur primi & originalis mundi historiam repetam, ubi uix dum
 protoplastus obdormierat, omnis caro corruperat uitam suam: similiter
 post diluvium, insignia uero huius rei exempla monstrat historia populi
 Judaici & Israelitici, ubi sepius optimè constituta religione, uel à Prophe
 tis Domini, uel à iudicibus, uel à Regibus: tamen statim post obitum illo
 rum obliuiscuntur iudiciorū Domini, cultus ab ipso instituti, & totius re
 ligionis, à qua in idolatriam prolabunt. Id quod Moses in suo cantico di
 xit, In crassatus est dilectus meus & recalcitrauit, in crassatus, impinguatus:
 dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.
 Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam
 concitauerunt. Imolauerunt demonijs & non Deo, diis quos ignora
 bant.

Gen. 6.

Dent. 32.

bant. Nouirecentesq; uenerunt, quos non coluerunt Patres ipsorum. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Historiam populi sui in spiritu praeuidit, fore ut deserta & abiecta religione uera, cultus, de quibus nullum uerbum habebant, in lucis, uallibus, montibus & excelsis instituant, id quod factum est saepissime. Idem accidit Paulo, quod se uiuo, fundata aliqua ecclesia, postquam in alia loca se contulit, a uera religione in perniciofas & impias opiniones sunt prolapsi. Exemplo sunt Corinthiorum & Galatarum ecclesiae. Quare alios nobis Apostolicarum traditionum testes ut proferatis, necesse est. Quod uero ad causam, propter quam traditiones non uultis ad sacram scripturam exigi, quae a uobis fingitur, quod eius sensus de articulis illis traditionum sit dubius & incertus, & aliter atq; aliter possit exponi: uetus hic est cucullati coccynimus. Verum supradicte copiosae cum ex sacra scriptura, tum Partium testimonij refutatus: & probatum, unum esse & perpetuum scripturæ sensum, eumq; simplicem & manifestum, omnia in scripturis clara & plana. An ideo sensus scripturaræ est ambiguus, quia uos aliam fingitis interpretationem, atq; eam ob causam ex ea non posse traditiones uestras condemnari? Sed hoc est, quod uos lucifuge, cum sciatis prorsus non convenire cum sacra scriptura, absurdissimas, impissimas & blasphemias uestras idolatricas dæmoniorum doctrinas, de sacrificio Missæ, inuocatio[n]e sanctorum, satisfactiones, non uultis eas ad scripturam examinari, sed ad traditiones confugitis. hoc modo facilimè omnes uestrorum errores, de quibus rei agimini a nobis, nec tam ex scriptura probare potestis, iuxta Alcibiadicum consilium, defendistis: nec opus est, ut anxie laboretis. Gratiis ergo agimus Deo Patri Domini nostri Iesu Christi, quod uel tandem Sotus perspicue traditiones aliquot commemoret & doceat, quomodo per eas scriptura sit exponenda. Sentit enim de traditionibus non primum omnium curandum, num sint consentaneæ scripturis: sed illud considerandum, num sint longo tempore usitatæ, & a maioribus per manus acceptæ in Romana Ecclesia originali ab Apostolis fundata. Hoc enim illud esse fundamentum, quo ueritas earum probetur. Postea uero, si quæ dicta scripturæ uideantur cum his pugnare, existimat non esse ipsas ut impias damnandas, quia iam inueterata consuetudine uim legis & iusticiæ obtinere: sed potius dicta scripture per ipsas interpretanda, ut non traditiones scripture, sed scripture traditionibus cedere debeat. Hoc scilicet non est scripture humano iudicio subiçere, sed hoc fundamento positio, non erit difficile omnes impietas & idolomanias Israelitarum, immo etiam ethni-corum pro uera pietate & cultu Dei gratissimo probare. Traditionis (exempli gratia) est sacrificare Reginæ cœli. Hec traditio certa est & firma, quia usitata, & approbatione Regum, Principum & sacerdotum in Iuda confirmata, Hierem. 44. Nunc igitur accedamus ad dicta scripture, que cum hac traditione pugnant. Non coletis militiam cœli. Non facias quid tibi rectum uidetur. Non declines nec ad dextram, nec ad sinistram. Nihil addas, nihil minuras, &c. Et haec dicta exponamus per traditionem, uidelicet, quod militia cœli non sit colenda, sicut Ethnici. Item, non facias quod tibi uidetur rectum, nisi id feceris in cultum Dei. sit traditio sacrificare in excelsis, &c. Hec traditio longa temporis serie, & autoritate Regum & Principum, atq; consensu totius penè populi confirmata est. Itaque non est amplius de ueritate eius dubitandum: immo iam certissimum est, hunc cultum esse Deo gratissimum. Si ergo obiectur dictum scripture Deut. 12. Cauere offeras holocausta tua in omni loco, quem uideris, &c. interpretandum est non quod in foy & sententia Spiritus sancti perspicue signifi-cat, sed per illam traditionem, ut sit sensus, non offerendum esse holocau-

stum in quoquis loco, quem priuatus rusticus aliquis elegerit: sed si Reges principes, & sacerdotes aliquem locum sacrificandi elegerint, præterquam ad arcam propitiatoriū, ibi tum tantum absit ut peccetur, ut potius Deus ipse necesse habeat pro sanctissimo & gratissimo cultu accipere. Idem potest dici de ea traditione, quæ extat Matth. 15. Non lotis manibus manducare. & quid dico de traditionibus ludorum, cum uniuersus ethnicismus hoc fundamento probari possit, ut exempli gratia paterna traditio est, & quidem omnium longè antiquissima, colere louem, Martem, Venerem, Iunonem, & reliquū id genus Deorum. Hac traditio sum morum monachorum & omnium gentium consensu ita corroborata est, ut huic cultui omnis ethnicorum felicitas accepta ferebatur. Quod si iam obijcī dicitū scripture, Audi Israel Dominus Deus noster Dominus unus est, interpretetur illud per hāc traditionem, & dicamus iuxta Platonem, unum quidem esse tantum summum & supremum Deum, quem ethnicū suo more θεόν, hoc est uiuificatorē, seu latīno louem, id est, adiutorem uocarunt. Reliquos aut̄ minorū gentium Deos & inferiores. Hoc modo nihil non impietatis & idolomaniae quantūvis absurdæ uel probari, uel defendi posset. Hic scilicet erit modus interpretāti ambigū sensu scripturæ per traditiones apostolicas. Sed accedamus iā ad Alosticas traditiones.

Missam uestram sacrificium esse dicitis, uel oblationem, in qua corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & uini, pro uiuis & defunctis, pro redēptione animarum, offerri dicitis à sacrificulo, & pro alijs applicari. Hanc uos traditionem apostolicam esse affirmatis: quia scilicet longo tempore durauit, & à maioribus uestris in ecclesia originali Romana per manus traditā accepistis. Nec alia probatione opus est: sed potius omnia sacræ scripturæ testimonia de institutione cœna Domini, tanquam dubia, quorum sensus sit ambiguus iuxta hāc traditionem exponendus, q̄ uidelicet iuxta sensum sancte Rom. catholice & apostolice ecclesiæ sint interpretāda. Nos uero profanationē esse dicimus cœnæ Domini, & horrendū sacrilegium ac blasphemiam, in unicū illud Christi sacrificiū, idq̄ ex uerbis institutionis cœnæ Dominicæ & uniuerso statu doctrinæ apostolicæ probamus. Christus enim in sua cœna non ipse se offert Patri uictimam pro peccatis: id enim demum in cruce postridie est factum, sed accipit, non offert, panem & uinum, gratias agit & frāgit: neq̄ hoc est offerre. Dat discipulis, non offert patri & celesti. Sed fortassis apostoli qui consuebantur Episcopū iubentur offerre: Nihil minus. Edere iubentur, & bisacrabuntur. non offerre, corpus & sanguinem Christi, quæ ipse postea uerus & unus summus sacerdos in cruce patri obtulit, ut esset uictima sufficiens pro peccatis totius humani generis, idq̄ iubent facere, id qd ipse fecit, in sui cōmemorationē. hoc est, ut publica memoria passionis eius perpetuo in ecclesia conseruaret. Hic scilicet facere p̄ sacrificare accipit, quemadmodum Verg. in Eclogis, Cum faciā uitula, ipse uenito. Verū Cypr. ita interpretatur hoc uerbum, quod uidelicet Dominus nos iubeat facere id quod ipse prior fecit. Porro quid fecerit, iam est dicitū. cū ergo dicit, Hoc facite in mei cōmemorationem, Paulus interpretat, his uerbis mortē Domini annunciatibis, significat prædicandā esse, dum cœna peragit, mortem Domini. Quid hic obscuritatis, o uiri obscuris: quę ambiguitas, quod dubiū: An non manifesta & certa sunt hęc Christi uerba, quib. testamen tum suū instituit? Nullā uero prorsus oblationis, uel sacrificiū mentionem fieri audimus: taceo qd applicari & offerri debeat p̄ alijs uiuis & defunctis, pro redēptione animarum, ut in suo cane latrāt, uel potius in missa missant. Quantā uero sit Alostica impudentia & impieras, uel hinc appetret, quod suam ementitam & minimē probatam traditionem, non uile ad scripturam examinari, sed potius uerba institutionis cœnæ Domini.

Vergil. in

Eclog.

L.2. Epist.

3.

ni, ex illa impia & fictitia Antichristiana traditione exponi.

Nullis uerbis hanc diabolicam sententiam scripturam potius per traditio-
nem exponendam, quam traditionem per scripturam, cōsequi & efferre pos-
sum. Hoc ne ipse satan unq̄ petere aut tentare ausus est. Et quia in loco de-
oblatione & sacrificio cōcēda uersamur, quae mutata est in opus planē di-
uersum, audiamus Cyprianum, quid de hac mutatione sentiat.

Cyprianus lib. II. epist. III.

Quae cum ita se de institutione habeant, quae creatura eo audacia pro-
grediet, ut eam mutet. Si enim nec minima de mandatis Domini licet sol
uere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum Dominicæ pas-
sionis & nostræ redēptionis sacramentū pertinentia, fas non est infrin-
gere, aut in aliud q̄ quod diuinitus institutū sit, humana traditione muta-
re. Hæc Cyprianus. Nos ne manifestissima & indubitate Christi uerba de-
serentes, & interpretationē eorum à uestra ficta traditione recipiemus, ut
id nobis Christi uerba sonent, quod uos impiè, institutione ipsius mutata
in actionē, & opus planē contrariū & idolatricū, nobis occinitis? Quod si
cunque mortis & suppliciorum genus, si ita Domino uisum fuerit, susti-
nere parati sumus, potius quam hæc nobis superstītib. admittere. Quod si
quid est, uel obscuri, uel dubijs in scripturis, nequaq̄ per traditiones,
sed per easdem ipsas scripturas interpretandum esse, et si suprà probaueri-
mus, tamen nō pīgebit plura ex Patrib. enumerare testimonia. Nā de scri-
pturis sacris plurima circa locum de scripture sacrę authoritate, sint dicta.

Basil. contra Apolet. Eunomij Eversor. lib. II.

Qui uero exponendi modus iustior erit, q̄ ut doctrinis à spiritu nobis
datais, orationem componentes, qd quidem illis consonū reperiemus, id
fusciplamus. Ei uero quod contrarie se habet, fidem derogemus, & ue-
lū hostem id ipsum fugiamus. Primum itaq̄ illud ostendat, qui sancti ge-
nituram & creaturam Christum appellarunt, quas scripturæ uoces ha-
beat ad demonstrationem. Hic certe Basil. per doctrinas diuinitus datas
non intelligit Asoticas traditiones, quas pro diuinis relationibus &
apostolicis factant: sed pro sacra ipsa scriptura, sicut se ipse interpretatur,
cu scripturæ uoces requirit, & probari & examinari uult dogmata ad scri-
pturam sacram, & id quod illi consonum fuerit repertum, fuscipendum.

Idem Epist. 80.

Non putamus iustum esse, consuetudinē apud ipsos obtinentē, legem
ac regulam facere doctrinæ. Si enim fortis res est ad rectitudinis demon-
strationem ipsa consuetudo, oportet & nos omnino illos sequi. I GIT VR
SCRIPTURA DIVINITVS IN SPIRATA ARBITER A' NOBIS
CONSTITVATVR, ET APVD QVOS INVENTA. FVERINT DO-
GMATA DIVINIS SERMONIBVS CONCORDANTIA, HIS O-
MNI NO ETIAM VERITATIS SVFRAGIVM ACCEDAT. Hacte
nus uerba Basil. Etsi aut nō ignoremus Basiliū magni traditiones facere,
& plus alias q̄ fidei regula requirit, tribuere: tamen eo impudentiē nō est
progressus, ut uoluerit traditiones ad scripturā examinari. Multo uero mi-
nus, q̄ dominus Petrus facit, ut uoluerit scripturā per traditionē exponi.
Non esse iustum dicit, consuetudinē, legem ac regulā facere rectæ doctri-
næ, nec fortem rem ad demonstrationem rectitudinis. At quid aliud sunt
traditiones, quas Asotus uocat apostolicas, q̄ uel cōsuetudines, quarū au-
tor & origo ignorat, quemadmodū suprà dixit, uel decreta & traditio-
nes Pontificū. Non est iustum, inquit, ista rectæ doctrinæ legem ac regu-
lam facere: sed scriptura diuinitus inspirata, arbiter à nobis constituantur,
& apud quos inuenta fuerint dogmata, diuinis sermonibus cōcordantia,
his omnino etiam ueritatis suffragium accedat, Quid his manifestius?

Scriptura omnium arbiter constituatur. Ergo etiam traditionū omnia dogmata sermonibus diuinis debent esse concordantia: ergo ad sermones diuinos, hoc est, scripturas sacras, omnia sive dogmata, sive traditiones, sive quorumcunq; sint scripta, examinanda sunt. Et quæ illis fuerint concordantia, uera erunt iudicanda. Quare non traditiones, lex, & regula doctrinæ constituenda, per quas scripturæ exponendæ, ut monachus Aloysius somniat: sed potius, ut piè & rectè Basilius, Scriptura omnium arbiter constituatur, norma, lex & regula uerae doctrine, ut illa dogmata uera sunt iudicanda, quæ cum sacra scriptura concordare fuerint inuenta.

Chrysost. in II. ad Corinthios Homil. XIII.

Quomodo autem gradietur per angustam viam? Ne igitur multorum opiniones habeamus, sed res inquiramus. Quomodo autem nō absurdū, pecunias alijs non credere, sed ipsos numerare & supputare: pro rebus autem amplioribus aliorum sequi sententiam simpliciter: præsentim cum habeamus omnium exactissimam trutinam & gnomonem ac regulam, diuinarum inquam legum assertionem. Ideo obsecro & oro omnes uos, ut relinquatis, quid' nam huic uel illi videat, deq; his à scripturis, hæc omnia inquitite, & ueras diuitias discentes eas sectemur, ut æterna bona consequamur. Scripturas sacras omnium exactissimam trutinam, gnomonem & regulam uult & uocat Chrysostomus, quod quemadmodum in trutina aurei nummi appendantur, num iustum habeat pondus: & ex gnomonis umbra, de hora diei iudicatur, ad regulam uero architecti sua ædificia & structuram probent & accommodent: eundem ad modum in spirituali architectura, omnia dogmata ponderada, iudicanda, probanda & accommodanda ad sacram scripturam. Et sicuti regula non ad lapides, uerum lapides ad regulam se accommodare coguntur, & tamdiu à latomis ceduntur, donec ad eam se quadrant: ita etiam sacra scriptura non secundum traditiones exponenda, sed hæc ad sacram scripturam examinanda. Alos uero ineptus, ridiculus & stolidus architectus, regulam iuxta inæqualitatem lapidum uult inflectere. Qualis ergo hæc erit structura: haud dubitemus nullam ratione poterit, sed necesse est ut corruat. aut tādem fiat aut ludaiismus, aut ethnicismus: uel, quod iam uerè est, Antichristianismus. Ne uero Alos sine ratione aliqua loqui uideatur, hoc modo suum commētum probat, quia traditio Apostolica, etiam sit oraculum Spiritus sancti, similiter & testimonium Ecclesiæ. Verum nondum probasti, has esse, quas tu nugaris, Apostolicas traditiones. Fundamentū enim tuū, super quod illas extruere uoluisti, à nobis suprà est subuersum: & demonstratū te non supra petram, sed supra arenam ædificasse. Probandum est tibi prius, certis, firmis & indubitatib; argumentis & rationib; has uerè esse Apostolicas traditiones: Apostolos hoc modo, fine & intentione Missam celebrasse. Sanctos inuocasse, aut docuisse, satisfactionem pro peccatis per opera indebita, per bona opera nos uitam æternam mereri. Et quæ Ecclesia testatur, hæc Apostolos docuisse, præter purpuratam Babyloniam meretricem? Quod si quæ est Ecclesia, quæ hæc Apostolos docuisse testatur, illam certè malignantium esse oportet, & affirmare id minimè dubitamus. Idq; hanc ob causam, quia nos non incertis conjecturis simile, sed plane contrarium docuisse confirmare possumus. Quid enim docuerint, omnibus qui quæ uera sunt, uoluerint cognoscere, patet ex certis & indubitatib; scriptis, quæ post se reliquerunt. Hinc & quid ultra noce tradiderint, facile est colligere. Certum enim est, quod non a liud, aut diuersum quid ab eo quod scripserunt, docuerint. Qua uero tu rationale fidem facere uelis dubitant de his Apostolicis (quas fingis)

(magis) traditionibus ipse uideris. Et ut maximè testes aliquos harum impiarum traditionum produxeris : tamen quia pugnant cum Apostolicis scriptis, anathemata esse iudicabimus. Certè Romanæ Asoticæ illius ecclæ testimonium non recipimus. Neq; enim quia testimonium ipsius de sacra scripura agnoscimus, ideo omnia quoq; alia, quæ dicuntur uera esse, iudicanda sunt. Non magis hoc sequitur, quām illud, quod ideo Ponitificibus Hierosolymitanis, Scribis, & Phariseis, & iam Rabinis Iudæorū credendum sit, aut quod omnia quæcunq; senserunt tunc & iam blasphemant, sint recipienda, quia illis de scriptura canonica ueteris Testamenti testantibus credimus. Aut ex illorum Thalmud & Rabinis sacræ scripturæ interpretatio petenda est, quia & per successionem scripturam conservarunt, & suo testimonio nobis tradiderunt & exhibuerunt. Ratio autem diuersitatis, quare non pari modo utruncq; testimonium, de sacra scriptura & traditione, uel sensu scripturæ recipiamus, hec est: Quia scriptura & hæ traditiones, de quibus in presentia sermo est, sibi aduersantur: ita ut impossibile sit ab eisdem autoribus esse profecta. Nec eodem modo utrumque probari potest, aut pari certitudine. Quantum uero ualeat, quod ad rædium usq; subinde repetit, Apostolorū auditores ex sola Apostolorum prædicatione, de singulis dogmatibus præter hæsitationem percepisse & intellexisse, et si supra responsum est antea, tamen nunc addo: tam nos iam ex scriptis Apostolorum, quæ extant, de ipsorum mente & doctrina iudicium posse facere, quām tunc auditores præsentes iudicare ex uiua Apostolorum prædicatione de dogmatibus, potuerunt. Quia uero auditu tantum percepta paulatim pereunt, & amittuntur, ac deprauantur, ac facilimus est lapsus à uera religione maiorum ad falsam: ideo ne qua impostura, illorum prædicatio corruperetur, uisum est, ut inquit Irenæus, spiritui S. & per Dei uoluntatem factum est, ut id quod Apostoli præconiuauerunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum, in scripturis traderent nobis. Quid igitur tibi uis, vanissime nugator? Hæc, de quibus certi sumus, dubia reddere, & nos ad incerta & ignota abducere conaris, ut omnia Romanæ sedis figmenta, decreta & scybalia olfacienda, imò uoranda proponas, hæc tibi soli, tuisq; retinere licebit, nos nunquam recipiemus. Sed hæc, inquit, quæ Apostoli tradiderunt, fuerunt perspicua & lucida in cordibus auditorum, & uiua uoce sensum scripture in corda selectorum discipulorum, quos successores elegerunt, transfuderunt, illi porrò suis successoribus. Ab isto consensu cum postea de locis scripture & sensu earum quæstio esset, petitum est, quid sentiendum. Inde damnatus est Arius, & alijs hæretici. Respondeo, Et hæc quæ scripsent, per Spiritum sanctum clarescant p̄ijs & credentibus, ac Deum atq; salutis rationem querentibus in scripturis, non minus sunt perspicua & lucida, nisi illis, in quibus Deus huius seculi obscurauit corda infidelium, ne illucescat illis ueritas Euangeli de Christo, & ne ueritati manifestè credant. Ex illis uero traditionibus, siue consensu ex uiua prædicatione orto, condemnatum esse Arium, minimè uerum est. Constantinus enim, qui non solum interfuit, sed præfuit etiam concilio Nicæno, in quo condemnatus est Arius, non iubet Patres ex traditionibus Apostolorum non scriptis conuincere, iudicare & condemnare Arium, sed ex sacris scripturis. Hæc enim sunt uerba Constantini quibus alloquitur synodus, secundum quam regulam sententias in synodo dicere debeant.

Theodorit. Eccl. Hist. lib. 1. cap. v.

In disputationib. rerū diuinarū habetur prestantissima spritus S. doctrina, Euāgelici & Apostolici libri, cū Prophetarū oraculis, qui plenè nobis ostendant sensum culmīnis, Proinde discordia posita sumamus ex uerbis spiritus

spiritus, questionum explicatio[n]e. Quare non ex traditionibus, sed ex sa-
cris literis heretici conuincendi, & dogmata dijudicanda.

Et Cyprianus ad Pomp. contra epist. Stephani.

Dum Stephanus dixisset, Nihil innouetur, nisi quod traditū est: Que-
rit Cypr. his uerbis, Vnde est ista traditio, utrum ne de Dominica & Euā-
gelica autoritate descendēs, an de Apostolorū mandatis atq[ue] epistolis ue-
niens? Ea enim facienda esse, quæ scripta sunt, Deus testatur & proponit,
ad Iesum Naue dicens: Non recedet liber Legis huius ex ore tuo: sed me-
ditaberis in eo die ac nocte, ut obserues facere omnia quæ scripta sunt. Itē,
Dñs Apostolos suos mittens, mandat baptisari gentes, & doceri ut obser-
uentur omnia quæcunq[ue] præcepit ille. Si igitur aut in Euāgelio præcipi-
tur, aut Apostolorum epistolis, aut Actibus continentur, obseruetur etiam
& hæc sancta traditio. Quibus uerbis sanctus martyr docet traditiones
Apostolicas esse scripta ipsorum Euāgelistarum & Apostolorum ex E-
uāgelica autoritate & epistolis Apostolorum probandas & iudican-
das. Ea enim Deum obseruari uelle, quæ scripta sunt. Ita etiam has tradi-
tiones obseruandas quæ in Euāgelio, epistolis aut Actibus Apostolorum
continentur. Calumnias de scriptura mortua, & quòd in diuersas partes
refutauimus. Porrò probat simili, scripturam ex traditionibus interpre-
tandam. Quia Patres doceant, quandoq[ue] ipsa uerba Euāgelica, ex operi
bus Christi & Apostolorum exponenda: eadem ratione ex traditionibus
Apostolicis scripturam interpretandam & intelligendam. Deinde, Quia
idem sit spiritus in traditionibus Apostolicis, sine scriptura, qui & in co-
rum scriptis. Verū ingens est dissimilitudo & discrīmen inter hæc duo,
uerba enim & opera Christi, quæ se mutuè exponunt, utraq[ue] certa sunt, &
descripta continentur, ut de neutro liceat dubitare. In traditionibus uero
quæ Apostolis adscribuntur & scriptis, nō eadem est ratio. Hæc quidem
certa sunt & minimè ambigua, illæ uero non item: ut præterea non dicam
quòd manifestè pugnent cum scriptura. Quòd si tam certè nobis de tradi-
tionibus uerè Apostolicis constaret, ac de scriptis ipsorum, non dubita-
remus & illas recipere: cum uero eis nihil sit incertius, quid magis ab-
surdum, profanum, impium & sacrilegum, quam certissimas & indubita-
tæ fidei scripturas, ex dubijs & incertissimis, notis, suppositijs, addo &
impis, ac cum sacra scriptura pugnantibus traditiunculis, sacrosanctam
scripturam interpretari: Nam quòd Asotus repetit, nos certis Ecclesiarū
testimonij habere, Apostolos obtulisse sacrificium altaris, orasse pro de-
functis, & hæc facienda docuisse Ecclesias, id nondum est certum: immo, ut
uerius loquamur, habemus certum, hęcneq[ue] dicta, necq[ue] facta ab Aposto-
lis, neq[ue] facienda docuisse Ecclesias. Fieri quidem potest, quod aliqui Pa-
tres ita loquantur, ut dicant Apostolos obtulisse sacrificium altaris. Quod
de cœna Domini, ut est à Christo institutum, intelligi uolunt, quemadmo-
dum de uocabulis sacrificij & oblationis dictum est. Sed quòd Apostoli
uel ipsi tale sacrificium obtulerint, uel Ecclesiam offerre docuerint, quale
sacrificuli pontificij, eo modo, intentione, & fine, tam horrenda & bla-
phemia impietate, profanatione & idolomania, id tamdiu falsum esse af-
firmamus, donec Asotus uerum esse probauerit. Non enim sufficiet con-
suetudo Romanae Ecclesiae, uel eius testimonium, quia fundata est ab A-
postolis, & ita celebrat. Ergo habet id à suo fundatore. Hoc enim te-
stimonium nullum esse probauimus. Manifestum enim est, quòd Apo-
stoli præuiderint & uaticinati sint pseudoprophetas & falsos docto-
res ingressuros in Ecclesias à se fundatas. 2. Petri 2. Fuerunt, inquit, pseu-
doprophetæ in populo, sicut & in uobis erunt magistrū mendaces, qui
introdu-

introducent sectas perditionis. & quæ sequuntur, perspicue describunt Romanam Ecclesiam, qualis quidem est status illius hisce temporibus. Habent unam Ecclesiam originalem. Ioannes scribit, Filioli, inquiens, nouissima hora est, & sicut audistis: quia Antichristus uenit. Nunc Antichristi multi sunt, unde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Habes iterum Ecclesiam originalem. Paulus in Actis Apostol. Episcopos Ephesios alloquitur, dicens: Ego scio, quoniam intra bunt post discessionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi, & ex uobis ipsis surgeat uirilloquentes peruersa. Habes aliam Ecclesiam originalem. Et uide quid acciderit Ecclesijs, quarum fuit mentio Apocalypsis. Non potest igitur traditio non scripta ex originalibus Ecclesijs probari, & tanquam uera ac pia populo Dei obtrudi.

Insuper quoque notum est, quod Missa illa Papistica, centones sint male à plurimis sartoribus consutti, ut nulla ratione ad Apostolos referri possit hæc traditio. Petrus enim, ut ipsi Papisticci scriptores fatentur, coenam Domini celebrauit, & ad uerba institutionis tatum oratione Dominica usus est: neque hoc fine, quod esset propiciatorium sacrificium, quod pro alijs possit applicari, ad remissionem peccatorum consequendā: multo uero minus, quod hac oblatione miseris animas, quae in purgatorio ficticio igne crucientur, redimere & liberare uellet, cum fabule de purgatorio nondum essent confictæ. Quod insuper addit, sacrificium altaris non aliud esse ab illo unico Christi, & uiuentium suffragia defunctis prodesse, satis copiose, nec minus uerè & perspicue à Brentio est refutatum in posteriori parte secundæ Pericopes. & quia Asotus pro sua, quae nulla est, autoritate, hoc affirmat, nec ullis probat testimonij, nos repudiamus. Dubium etiam non est, Apostolos pro ijs defunctis, quos in uitam reuocauerunt, orasse. Sed quod docuerint pro alijs defunctis orandum esse, quos non cupimus à morte excitare, sed ut ex purgatorio ficticio, refrigerio uel releuent uel mitigetur cruciatus, uel prorsus liberetur, id ne per somnum quidem Apostolis in mentem uenit. Scimus enim sententiam à Christo latam, retractari minime posse, quod qui credat in filium Dei, habeat uitam æternam: qui uero non credat, iam iudicatus sit. Nec ullum esse post huius uite exitum, pœnitentie locum. Neque medium locum tertium inter cœlum & infernum. Quare frustra pro defunctis oratur, aut enim non indigent, cum sint in uita æterna beati: aut non iuuantur damnati in morte æterna. Sed pergamus ad alia que fraterculus noster hoc capite deblatterat.

Dixerat ante, scripturam potius per traditionem exponendam, quam traditionem per scripturam. Cumque nimis absurdam, impianam & Christianis auribus intolerabilem blasphemiam hanc in scripturam sanctam fore, facile uideret, Dominus Petrus addit: Sed nec illud negamus, quandoque traditiones exponi ex scripturis, cum uidelicet apertiores sunt scripturæ traditionibus. Exempli gratia proponit traditionem invocationis sanctorum, quod sit exponenda ex uerbis Pauli, Vnus est mediator Dei & hominum. Agnoscamus, inquit, illos inuocari ut intercessores, eorum suffragia peti apud Deum & Christum, ne scilicet agnoscantur aut inuocentur pro mediatoriis, sed intercessoribus. Liquidò autem hic apparet, uel Sotum spiritu uertiginis laborare, uel hunc non esse Sotum illum qui antea Assertio nem scripsérat. Ille enim in loco de Sanctorum inuocatione diserte scripsit, Sancti meritò & inuocandi & adhibendi sunt intercessores & mediatores nostri apud Deum. Hic uero rhetorulus negat apertis uerbis Sanctos inuocandos pro mediatoribus. Sed utcunq; haec habeant, eadem impietas latet sub diversis uocabulis, quae tamen non multum differvunt. Quemadmodum & Sanctos coli uolunt, non λατρεύει, sed λαλάζ.

Quod

Quod uerbis negat, re ipsa facit. Nam in mediatore duo hæc concurrant necesse est. Primum, uerbum Dei extare oportet, ex quo certò sciamus, quod Deus uelit misereri & exaudire inuocantes, per hunc mediatorem. Alterum, quod merita ipsius proposita sunt, ut quæ pro alijs satisfaciant. His enim modis filius Dei constituitur mediator inter Deum & homines. Nam merita Christi nobis donatur, ut iusti reputemur, fiducia meritorum ipsius, cum in eum credimus. Habemus & mandata Dei, & promissiones de inuocatione Dei per filium & exauditione. Amen, amen dico uobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis petite, &c. Hæc eadem tribuuntur à Papistis, sanctis, quos iubent inuocari, deinde & applicant mea merita Christi, eaçq; coniungunt. Sed hoc loco mirum est quod Asotus scribit: Agnoscimus, inquieti, non remitti nobis peccata, aut salutem conferri meritis sanctorum, &c. Hæc certè pugnant cum uniuersa doctrina, usu & consuetudine Papisticæ Ecclesiæ. Audiamus ergo testimonia. Indulgentijs dicunt se applicare merita sanctorum. Gabriel super Canonem docet nos ordine instituto à Deo debere ad auxilia sanctorum confugere, ut saluemur eorum meritis & uotis: eo scilicet ordine, qui in aulis est usitatus, ubi amicis intercessoribus utendum est. Visitata est & hæc formula absolutionis apud uos: Passio Domini nostri Iesu Christi, Merita beatissimæ uirginis Mariæ, & omnium sanctorum sunt tibi in remissionem peccatorum. In hunc modum & Collecte uestræ Ecclesiæ, ferè omnes de sanctis cōcluduntur, Quæsumus, ut meritis & precibus & intercessione eius uel illorum, ab illis liberemur, malis, &c. Et res est magnificissima. Quare cum Asotus contra hanc manifestæ suæ Papisticæ ecclesiæ idolomaniam pugnet: metuendum certè erit, ne spe Cardinalium sui galeri frustretur. Sed reuertamur ad merita sanctorum. Non enim dubium est, quin cum merita sanctorum in precibus factentur, constituant mediator. Esse enim inter Deum & hominem mediatorem, propriè est habere coram Deo tanta merita, ut Deus propter ea reddatur proprie, ne quis Papistas sanctis honorem Christo propriè & soli debitum tribui iudicet, & meritò Papistas, quod sunt, idololatras uocare ausit: hoc diuenticulum, ad quod deflectant, quo se elabi posse existimarunt, inuenient, ut dicant, inuocari ipsos non ut mediatores, sed tatum peti ab eis intercessionem apud Deum & Christum. Rem mirandā. Quid audio? Christum cum habeamus mediatorem & propiciatorem apud Patrem, opus ne erit alijs etiam intercessoribus, in cœlesti regno, in quo sancti ab omnibus carnis imbecillitatibus sunt soluti, quos inuocemus (Non quod neminem sanctos cœlesti quodam modo pro nobis apud orare: sed q; Deum Papistico modo intercedere pro nobis non sit concedendum, nec etiam deo inuocando ut intercessores) ut pro nobis apud Christum intercedant, & quasi inter Christum mediatorem, & nos ipsi quoq; mediatores intercedant. Taceo iam crassissimam idololatriam & idolomaniam, quam exercuerunt haec tenus in Papatu, peregrinationibus & concursu ad statuas, uotis in omnibus morbis & periculis, ac aduersis, quibus se diuis suis etiam confictis Georgio & Christophoro deuouerunt, qui preculas suas annuntiibus, tacito propemodum Christi nomine, ea quæ ipsius erant propria, uirgini Mariæ matri tribuerunt, uocantes matrem gratiae, misericordiae, aduocatam, opitulatricem, cui etiam animas in hora mortis suscipiendas commendarunt. Ad quam omnia & singula quæ erat in Psalterio de Deo dicta accommodarunt: unde Psalterium Mariæ. Item, quod singulis sanctis certè precationes sint commissæ, quemadmodū olim apud gentiles. Nec

Nec quisquam ferè in toto Papatu fuit Episcopus aut Doctor, qui repræhenderet. Hæc ut pingant iā colore aliquo, non ut mediatores, aut opitulatores inuocari dicunt, sed tantum ut intercessores. Quid? an Christus intercedere pro nobis cessauit? Ego uero putabam ipsum sempiternum habere sacerdotium, unde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Si ipse per semetipsum accedit ad Deum, & semper uiuuit ad interpellandum pro nobis, quid opus est Sanctis? An uero non sufficit ipsius intercessio? Plus ne fiducia in Sanctos est collocandum, quam in ipsum Christum? An magis ipsos nobis propicios putamus, quam ipsum Christum fontem omnis gratiae & misericordiae, qui tam benignè & clementer expansis quasi brachijs ad se uocat omnes laborates & oneratos, & recreationem benignissime pollicetur? Etne quis propter peccata ab ipso fugiat, monemur accedere ad ipsum thronum gratiae, & quidem cum fiducia, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus ad auxilium opportunum. Paulus dicit, Christum, qui est ad dextram Dei Patris, intercedere pro nobis. & ad Hebræos inquit, Vnde & saluare potest in perpetuum, accedens per semetipsum ad Deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Intercessoris est sedere ad dextram, saluare posse, per semetipsum ad Deum accedere. Hoc solius est Christi. Hinc ego interpretandam esse existimabam uestram traditionem: uidelicet, quod cum Christus uiuat semper ad interpellandum pro nobis, & per semetipsum ad patrem accedat, & interpellat pro nobis inde sinenter, nec a se peccatores repellat, sed maximè invitet: si clemens, misericors, thonus gratiae, fons inexhaustus omnis benignitatis & clementiae: ideo non esse opus, ut alios inuocemus intercessores, ad quos configramus: sed hoc unico nos meritò contentos esse debere. Quod si tu Asole hæc omnia non curas, nec audis, quæro ex te, responde, num serio credas, Sanctos, qui hac uita sunt defuncti, cogitationes nostras intueri, gemitus & suspiria nostra intelligere, uidere nostra pectacula, denique uota nostra & preces exaudire, & quo modo & ratione hæc omnia agnoscant? Quod si uera esse existimas, certè ex Sanctis Deos facis, & idolatriam committis. Solus enim Deus est *Lαρσιαγύωσης*. Solus est ubiq; in omnib; locis præsens, intuens corda, cogitationes intelligens, genitus & suspiria audiens. Solus est inuocandus, solus etiam uult exaudire, non per aut propter sanctos, eorumque intercessione, sed per & propter Christum. Sin uero falsa, cur inuocas? cuius iussu aut mandator? Quod si uerbo Dei caremus, certè nunq; ritè fieri inuocatio, cu inuocatio nō nisi ex fide fieri possit. Fides uero nō nisi ex uerbo Dei dependet. Nō uero solum nullū præceptum Dei, de sanctorum inuocatione extat, sed nec promissio in sacra scriptura, neque exemplum ullum de inuocatione sanctorum mortuorum: imò aperte reclamat scriptura, Abraham nō nouit nos, Israel nos ignorat. Quare quod de speculo quodam trinitatis, in quo sancti omnia que in terris aguntur, uideant, nugarum commentum est sophicum & fugiendum. Et ut maximè concedamus, Sanctos cura nostra & cõmiseratione affici, tamen nō sequeretur, ideo inuocandos esse, & in Ecclesia cultum aliquem, sine mandato Dei instituendum. Hæc talia & tanta Asole nos ex sacræ scripture cōtra uestram idolatricam Sanctorum inuocationem habemus. Tu iam nos econtrâ doce, ubi, quando, quibus, Apostoli, sanctos uel ipsi inuocauerint, uel inuocandos præceperint: tum demum ubi hoc certò agnouerimus, & idoneis testimonij confirmatum fuerit, uidebimus quomodo traditio illa & hæc scripturæ testimonia se inuicem exponant.

Qqq In hoc

In hoc tamen mirus candor Sotis apparet, quod docet, scripturas circa Sanctorum inuocationem apertiores esse traditionibus. Ego uero Sote, ut perpetuo maneamus contrarij, & cum alias scripturas obscuras esse contendas, ego contra negem, ut intelligas me quoque nonnihil in tuam hanc sententiam concedere, affirmo scripturas circa Sanctorum inuocationem non modò obscuras, sed obscurissimas esse. & probo hoc, quia nulla litera est in tota sacra scriptura, qua Sanctorum inuocatio probari possit. Habet confessionem spontaneam aduersarij tui de scripturæ obscuritate. Nec ullus unquam tam lynceis oculis fuit, qui in scriptura tale inuocatio Sanctorum & totus iste cultus in uestra Ecclesia de Sanctis, circa quem uale estis occupati, & negotiosi, ratione nulla probari uel defendi potest. Ecce Asote etiam de traditionibus aliquid sentio, ne putes nos omnes reijcere.

Quod uero dicit, se nullo modo hoc concedere Brentio, & permettere, ut suo sensu scripturam intelligens, probet uel reijciat traditiones: quis hoc à te petiit, Asote? Nos certe neque Brentio, neque alijs cuiquam permittimus, ut pro suo arbitrio illas exponat: sed quemadmodum supra docuimus, interpretatio ex ipsa scriptura est petenda, & probari potest ex circumstantijs textus, linguarū cognitione, collatione aliorum locorum, & iudicari ab alijs, secundum analogiam fidei. Multo uero minus tibi Sote & omnibus tuis Papistis permittimus, ut hac certissima exponendi scripturas ratione, ad quam & ipsa uocat scriptura & Patres remittunt, dimissa, ad traditiones nobis confugiendum esse, ex Ihsu scripturam exponendam, persuadeas. Absit, Asote, ut uel concilio, ne dum Pontifici tuo summo, aut monacho, omnis pietatis & scripturæ sacræ experti, concedamus.

Postremò, non negat Asotus, quin postquam traditio certo testimonio probata est, quo consilio & fine sit constituta, cogitetur. Hoc uero non solum ex scriptura sacra (quanquam nonnunquam id fieri possit) sed ex sensu & consuetudine Ecclesiae ostendi. Cum uero hactenus firmis & perspicuis tum sacrae scripturæ, tum Patrum testimonijs demonstratum sit, regulam, trutinam, & gnomonem, Lydiumq; lapidem esse non consuetudinem, de qua quid uestri canones sentiant & dicant, non ignoras: sed scripturam sacram, ad quam omnia dogmata sine discrimine sint examinanda & probanda: certè id quoque nobis in traditionibus ipsis faciendum erit. Cum enim magna sit ut in ipsis traditionibus, ita etiam in earum sensu diuersitas, nullo pacto de eis ex Ecclesiae consuetudine diuersa, iudicium fieri poterit. Quanta fuerit olim diuersitas in obseruatione Paschatis, dictum est, cum tamen utraque & Orientalis & Occidentalis Ecclesia sua traditionis originem in Apostolos reijceret. Sed, inquit historia Tripartita libr. 9. cap. 38. nullus scriptam probationem horum habere dinoscitur. Audis Asote, ideo dubiam esse ac incertam traditionem, quia neutra pars scriptam habet probationem. Ibidem de iejuniorum diuersitate: Nam in ipsis ieunijs aliter apud alios inuenimus obseruari, & quia lectio nulla ex hoc inuenitur antiqua, puto Apostolos, singulorum hoc reliquise sententiæ, ut unusquisque operetur non timore, non necessitate, quod bonum est. Hic non solum lectiōnem requirit, & scripturam de traditione ieunij, sed etiam libertatem in eiusmodi concedit, hoc quoque loco Asoti fundamentum de traditionibus subuertitur: quod cum author ignoretur, tantum abest ut propterea agnoscatur pro Apostolica, ut libera etiam relinquantur traditiones.

ditio: & ex eo intelligatur, libertatem Apostolos concessisse, non traditionem introduxisse. Audi iam & uarium sensum circa illarum observationem.

Hist. Tripart. lib. i. cap. x.

Spiridion in Quadragesima suillas carnes peregrino adueniente coxit: eisq[ue] uescebatur ipse, & peregrinum, ut unā ederet, rogabat. Quo adueniente, Christianumq[ue] se profitente, Propterea magis, inquit, refutare non debes. Omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus docuit.

August. epist. 119. cap. 20.

Itaque illud quod scripsisti quosdam fratres ita temperare à carnibus edendis, ut immundos qui comedent arbitrentur, apertissimè contra fidem & sanam est doctrinam. Apostolus sic detestatus est haeretico-rum impiam opinionem, ut diceret: Spiritus autem manifeste dixit, i. Timoth. 4. Quia in nouissimis temporibus descendent quidam à fide, atten-dentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum per simulatio-nem falsiloquiorum, cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognoverunt ueritatē, quod quicquid creauit Deus bonum sit, & nihil reñcien-dum, si cum gratiarum actione sumatur.

Idem enarrat. Psalmi x.

Non quod intrat in os uestrum, uos coinquiat, sed quod exit ab ore. Audit hoc peccator, & gulam parat uoracitati. Audit hoc & iustus, & à ciborum discernendorum superstitione munitur.

Chrysost. super Matth. Homil. 87.

Alij rursus à carnibus abstinentes, ex laudabilī hac abstinentia ad abo-minationem carnium lapsi sunt, quae res atrocem eis poenam præparauit. Hoc autem fit, quando aliqui iudicium suum scripturis anteponunt. Ex his iam enumeratis testimonij Patrum apparet, tantum ex ieunio uarias & superstitiones opiniones esse exortas, non tantum de ciborum discrimine, sed etiam abstinentia omnimoda à carnibus. Idq[ue] adeò hinc scriptura iudex omnium traditionum & opinionum, ac sententiarum, & non consuetudo, nec usus Ecclesiæ. Quamuis enim ueræ Ecclesiæ iudicium & sensus semper plurimi sint facienda: tamen cum sciamus magnam esse consuetudinis uim, quod interdum etiam p[ro]i minus considerate uero at-tendentes, uincantur multitudine, & una abripiantur, nequaquam certissima & infallibilis regula scripturæ est dimittenda, & in rebus graui-smis Ecclesiæ consuetudo amplectenda. Quod si hanc ob causam scri-pitura per traditiones est exponenda, quia sensus scripturæ est ambi-gius: eandem ob causam nec per traditiones scriptura interpretanda. Quia etiam traditiones uarie & ambiguè interpretari possumus, & dubium habent sensum, sicut iam exemplo de ieunijs probatum est. Hoc modo nihil per Asoticos certum relinquetur in Ecclesia. Sed Academica, Pyrrho-nica & Sceptica, ac ut uno uerbo dicam Antichristiana philosophia ex-citabitur. Quare quod dicit eodem testimonio, quo traditio probatur, eodem etiam agnoscí consilium & finem, in quem sit constituta traditio, uidelicet sensu & consuetudine Ecclesiæ, planè dignum patella opercu-lum. Quemadmodū enim traditiones nulla ratione, nec testimonio pro-bauit (nam illa que attulit in speciem, ad rem nil pertinere & facere, mani-

IN CAPUT LIX.

⁴⁴⁵ testē declaratum est) ita multo minus hoc alterum, uidelicet ex Ecclesiæ consuetudine iudicandum de fine & consilio, quomodo traditio sit promulgata, probatur. Verū sicut traditiones ipsæ, non ideo pro Aposto- līcīs sunt agnoscendæ, quia in uera Ecclesia, quæ ab Apostolo est funda- bilitus usum, consilium & finem in quem tradita est. Sed hoc ut alterum quoq; ex ipsa scriptura iudicandum est, de quo satis hactenus.

Multis igitur hoc capite egit de traditionibus Apostolorum non scri- ptis, & has nominat, oblationem sacrificij altaris, inuocationem Sancto- rum, satisfactionem, quam ipsi prædicant, ut intelligas non Christi opus, meritum bonorum operum. Has dicit esse Apostolorum traditiones, & ex his scripturam dicit esse exponendam, hoc est inflectēdam, deprauan- dam & corrumpendam. uerū neq; hæc ita ut ipsi Papistæ Romanenses obseruant, ab Apostolis esse tradita & obseruata, necq; ex his scripturam exponendam esse, probat: sed omnia quæcunque toto hoc loco, imò li- bro ualde prolixo, molesto & perplexo agit, huc tendūt, ut una fidelia o- mnia dogmata, ritus & cæremonias, quicquid circa religionem agitur, dealbet: nempe, quod omnia ex nutu Romani idoli dependeant, penes unum ipsum non solum res, sed etiam religio stetq; cadatq;, & quod uult sanctum sit, cum Ecclesia Romana sola adhuc superesse uideatur, quæ ab Apostolo summo est fundata, cuius successor sit Pōtīfex Romanus: ideo quicquid ipse dicit, traditiones & traditum ab Apostolis, hoc indifferen- ter, sine ullo aliquo examine recipiendum. Hinc etiam scriptura ipsa inter- pretanda & exponenda ex scrinio pectoris, & plenitudine scientiæ ac po- testatis, hinc dubia fides dijudicanda. Quod si de traditionis sensu qua- stio oritur, Romam tanquam ad Delphicum oraculum decurrentem, in- terpretatio petenda, ut solus ubiq; in templo Dei se deat, & regnet atque triumphet de subactis hereticis. Hoc uolebat. Sed prohibet id Dominus, & regnum hoc Antichristi subuertit, interficiens eum spiritu oris sui, mox etiam illustri suo aduentu destructurus & in infernum præcipitaturus.

ANNOTATA IN CAPUT LIX.

Postquam hypocrita impudentissimus in genere de traditionibus ab apostolicae reprehendi possent, quomodo item non ad scripturas exigendæ, uel per eas exponendæ, sed contrā potius scripturam per traditiones interpretari debeamus, ut omnem aquam ad molēdinum Papisticū deri- uaret, quo Pontificijs quisquilijs & furfuribus, tritici loco, pro aquis limpi dissimilis, ex uiuis fontibus emanantibus, palustribus nos perinde ac sues immundos pasceret, & potaret, ad specialia, ut loquitur, cum Brentio de- scendit. Et primo loco mentionem facit traditionis Apostolicae de sanguine & suffocato, quam ab hoc ordine rejeicit quia scripta sit, nec necessaria ad salutem, aut perpetua, atq; adeò ex scriptura de eius sensu cōstet. Qua- si uero, uel ideo leuius sit curanda, tanquam non magni momenti, & non traditionum omnium, quæ nomine Apostolorum circumferunt grauissima, cum diserte addatur à spiritu sancto esse profectam presentibus & de- liberantibus Apostolis summis, & quod Asotus dicit non fuisse necessaria ad salutē: certè manifestè in textu dicitur esse necessaria, quam si quis de charitate proximi peccasset, an non salutem eternam amississet, sicut & alia Dei precepta transgrediens, tu ipse uideris Asote. Quod si hec tradi- tio, de qua certi sumus esse Apostolorum, imò sp̄ritus S. non ab uno ali- quo Apostolo tradita, sed consensu summorum Apostolorum constituta, descripta per Lucam, à Spiritu sancto profecta, nec ad salutem fuit ne- cessaria,

cessaria, nec perpetua, quid alias non perinde certas, neccōmuni Aposto-
 lorū decreto promulgatas, ita urgetis Papistæ, quasi perpetuas & ad salu-
 tem necessarias? Quæ causa diuersitatis? num quia Apostoli fuere sim-
 plices pescatores, ideo traditiones eorum non sunt nec perpetuæ, nec ad
 salutem necessariæ: reliquæ autem, quas uel Apostolis affingitis, uel uos
 ipsi confingitis, ideo sunt perpetuæ, & ad salutem necessariæ, quia uestri
 Pontifices sunt monarchæ, non terre tantum, uerum etiam coeli, inferni &
 purgatorij. Cur tam citò, quæso te, commendaturus traditiones Aposto-
 licas, hanc certam dimittis? cur non illi insistis, & urges eam? nisi quod pà
 rum ad rem quam instituisti faciat. Cum enim descripta sit, causa etiam &
 finis, propter quem est constituta, sit addita, nullus locus est tibi tuisq; fi-
 gmentis relictus, facile enim quicquid commenti addere uolueritis, cui
 dentia textus refutari posset. In cæteris uero quæ nō sunt descripta quid-
 vis figere licet Asoto, & quasi in suo regno & dominio liberè uagari, & im-
 perium suum exercere. Secundo loco de traditione Paschatis & festorum
 tractat, ubi etiam de leiuinio & Quadragesimæ obseruatione, quasi esset ab
 Apostolis tradita, agitur. Ideo autem putat traditionē esse apostolorū, quia
 Romana Ecclesia (iuxta fundamētū superius de traditionibus iactum)
 ita obseruat, & Ambrosius dicit. Hoc uero fundamentum infirmius esse,
 quād ut tantā molem sustinere possit, dictum est suprà. Augustinus qui-
 dem uel Apostolis festa quædam certa uel concilijs generalibus accepta ^{August. c. 19.}
 fert. Quid tum posteā? Certe ipse sibi tantum autoritatis non tribuit, ut si-
 ne scriptura canonica, uel certa ratione aliquid affirmati, credendum esse
 dicat. Nec Asoto ad probandas traditiones Apostolicas digni testes uisi-
 sunt, unus aut alter scripтор, uel etiam plures. Hic uero Augustinus solus
 sufficiet ad probandam traditionem Apostolicam de festis, Ambrosius
 uero de Quadragesimæ ieuinio. Hoc scilicet non est sibi aduersari & con-
 tradicere. Sed prius de ieuinio quædam dicamus. Scimus Ambrosium
 obseruationem Quadragesimæ in Apostolos reiçere, nempe ut alia per-
 multa, quæ cum uulgo recepta essent, tamen ignoratæ erant originis: & ut
 major illorū esset autoritas, apostolis sunt adscripta. Sicut Sotus superius
 inter regulas, quibus Apostolicæ traditiones probantur, hanc quoq; re-
 censuit, quod ad Apostolos referendæ sint illæ, de quarum autore & ori-
 gine non constet. Dubium etiam non est, quin Apostoli sæpius ieunaue-
 rint. Certum quoq; hoc est, quod Apostoli in Ecclesijs quas instituerunt,
 ieunium commendarint: uerum non leges de certis diebus præscripse-
 runt. Hic uero Asotus manifestè falsum committit. Nam cum recitasset ex
 Augustino anniversariam quorundam festorum celebrationem, quæ uel
 ab Apostolis tradita, uel plenarijs concilijs orta esse credantur, annume-
 rat illis Quadragesimæ ieunium, quasi eiusdem autoritatis & iisdem au-
 toribus Augustinus dicit institutum. Et in margine addit Epistola 118. ad
 Ianuarium, & sequenti. Porro in neutra Augustinus Quadragesimæ ieu-
 nium Apostolorum traditionem esse dicit, sed hoc dicit: Nam ut quadra-
 gitæ illi dies obseruentur ante Pascha, Ecclesiæ consuetudo roborauit.
 Non ergo traditione Apostolorum institutum, sed Ecclesiæ consuetu-
 dine introductum est. Quæso te, quæ hec impudentia, perinde ac si ne-
 mo unquam Augustini opera uel uidisset, uellegisset? Quæ hec tanta
 mentiendi licentia & libido? Quis autem uerè Apostolicę doctrinę
 peritus, posset hanc traditionem pro Apostolicā traditione agnoscere?
 Apostolorum enim doctrina est, quod non uno tantum, aut altero die,
 sed perpetuò sobria sit ducenda uita. Non in comedationibus &
 ebrietatibus, inquit Paulus. Item, Omnia munda mundis: & prohibi-
 tiones

IN CAPUT LIX.

450

tiones certorum ciborum, doctrinas dæmoniorum uocat, in hypocri-
si mendacium loquentium, dicentes: Ne comederas, non gustaueris,
noli contrectare. Quomodo igitur præscripsissent dies iejuniorum,
& discrimina ciborum? Quanto rectius & sanctius Augustinus epi-
stola octuagesimæ sexta ad Casulanum, cuius sententiam non pignit
integræ huc adscribere: Sed si, ut iste dicit, Simon magus figura e-
rat diaboli, non planè Sabbatharius aut Dominicarius, sed quotidie
nus est ille tentator, nec tamen aduersus eum quotidie iejunatur, quan-
do & diebus Dominicis omnibus & quinquaginta post Pascha, & per
diuersa loca diebus solennibus martyrum, & festis quibusq; prandetur,
& tamen diabolus uincitur, si oculi nostri sint semper ad Dominum,
ut ipse euellat de laqueo pedes nostros, & siue manducamus, siue bibi-
mus, quodcumque facimus, omnia in gloriam Dei faciamus: & quan-
tum in nobis est, sine offensione simus Iudeis & Græcis, & Ecclesiæ
Dei. Quod parum cogitant, qui cum offensione manducant, uel cum
offensione iejunant, & per utramlibet intemperantiam, scandala con-
siderant, quibus non superatur diabolus, sed latatur. Quod si re-
spondetur, hoc docuisse Iacobum Hierosolymis, Ephesi Ioannem,
cæterosque alijs locis, quod docuit Romæ Petrus, id est, ut Sab-
bathio iejunetur, sed ab hac doctrina terras cæteras deuiasse, atque
in ea Romanum stetisse: & econtrariò refertur, Occidentis potius aliqua
loca, in quibus Roma est, non seruasse quod Apostoli tradiderunt.
Orientis uero terras, unde cœpit ipsum Euangelium prædicari, in eo
quod ab omnibus simul cum ipso Petro Apostolis traditum est, ne
Sabbathio iejunetur, sine aliqua varietate mansisse. Interminabilis est
ista contentio, generans lites, non finiens quæstiones. Sit ergo una
fides uniuersæ, quæ ubiq; dilatatur, Ecclesiæ, tanquam intus in mem-
bris, etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diuersis obseruationibus ce-
lebratur, quibus nullo modo, quod in fide uerum est, definitur. Et,
Si autem, quoniā huic quantum potuis sufficenter repondisse me pu-
to, de hac re sententiam meam quæris. Ego in Euangelicis & Apo-
stolicis literis, totoque instrumento, quod appellatur Testamentum
nouum, animo id reuoluens, uideo præceptum esse iejunium: quibus
autem diebus non oporteat iejunare, & quibus oporteat, præcepto
Dominii uel Apostolorum non inuenio definitum. Haec enim Au-
gustinus.

Porro uel ex diuersitate iejuniorum apparet, non esse Apostolicam
traditionem, quod & Augustinus satis declarat, & maior multo diuer-
sitas apud alios Patres uidetur.

Basil. in Homil. 11. de Ieiunio.

Mentionem facit ieunij dierum quinq;. Idem Homil. contra ebrio-
tos, septem septimanarum ieunij meminit.

Ignatius Epistola ad Philipp. inquit: Quicunq; Dominicam aut Sab-
bathum iejunauerit, præter unum Sabbathum Paschæ, ipse est Christi in-
terfector.

Augustinus uero Epistola iam dicta 86. dicit in Romana Ecclesia
Sabbatho iejunari.

Hæc non diuersa tantum, sed planè sunt contraria. Asotus, autore Ambri.
refert Quadragesimæ iejunium ad Apostolos, & eorum traditionem.
Eusebius uero Histor. Eccl. libr. 5. cap. 18. inquit, Montanus est qui docuit
nuptias

nuptias solui, & ieuniorum leges primus imposuit. Montanus hic hæreticus est ab Ecclesia iudicatus, & se Spiritus sancti inspiratione, nouas cæmonias ordinate profitebatur. Et si autem ipse damnatus sit, tamen cæmonia illæ paulatim in Ecclesiam irreplerunt, ut haec duæ, de nuptia rum prohibitione, & ieunio. Deinde uero consuetudine confirmata, ad Apostolos sunt relatæ. Accessit autem & discriminæ ciborum, ac prohibitiæ carniæ: & primum quidem sacerdotib. est interdictus usus illorum. Telephorus Epist. sua decretali inquit: Quapropter cognoscite à nobis, & à cunctis Episcopis in hac sancta & Apostolica sede congregatis, statutum esse, ut septem hebdomades plenas ante sanctum Pascha, omnes clerici in sortem Domini uocati, à carne ieunent: quia sicut discreta esse debet uita clericorum à laicorum conuersatione, ita & in ieunio debet fieri discretio. Postea uero etiam laicis interdicitur, concilio Toletano octavo, capite nono. Et hoc acerrime interdicitur, ut quisquis sine ineuitabili necessitate atque fragilitate, & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis diebus Quadragesimæ elsum carnium præsumperit attemptare, non solùm reus erit resurrectionis Dominicæ, uerum etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione. Quasi uero ille qui uescitur carnis aliquoties in septem illis septimanis Pascha præcedentibus, inde reus sit resurrectionis Domini. Quanta haec impietas! Licet præcedenti capite Spiridon, qui & ipse Episcopus fuit, ac miraculis claruit, libertate sua usus sit, & non prætextu religionis abstinentum, sed magis carnis uescendum duxerit. Iniuria autem fit Deo hac prohibitione, qui carnes non minus creauit, & in usus hominum concessit, quam olera & herbas. Ac liberum omnibus temporibus post diluvium esse uoluit. Et tam piscibus, ac alijs ciborum generibus distendi & expleri uenter potest, quam carnis. Nec caret superstitione hoc ciborum discriminem, quod non tam propter uetusatem in quam opinionem meriti, ac cultus, atque necessitatibus retinetur. Honore se afficere hac abstinentia & discretione ciborum non Christum tantum, sed etiam diuos arbitrantur: cum tamen regnum cœlorum non sit esca & potus. Et Christus se frustra humanis traditionibus coli profiteatur. Insuper & libertas Christiana periclitatur, & conscientijs laqueus iniicitur. ^{Rom. 14.} Quorum utrumque quam Paulinæ aduersetur doctrinæ, nemo est qui ignorat. Quanta igitur, obsecro, impudentia est, Apostolis hanc traditionem adscribere, qui aperte discriminem hoc ciborum, & certa ieuniorum tempora, quibus corpori non parcitur, dæmonibus & spiritibus errorum in hypocrisi mendacium loquentium, adscripserunt. Fieri quidem potest quod Apostoli ipsi aliquoties ieunauerint: sape enim quod mandarent, nec habuerunt, sicut Paulus de se testatur. Sed quod suum exemplum tanquam firmum decretum Ecclesiæ imitandum proponeant, & traderent, certis rationibus demonstrari non potest. Non negamus etiam Apostolos Ecclesijs quas instituerant commendasse ieunium, sed non certi temporis, uerum totius uiræ. Non in comedientibus, inquit Paulus. Item, Nullus ebriosus regnum Dei posidebit. Sicut Augustinus dicta Epistola 86. præceptum esse ieunium testatur. Quibus autem diebus oporteat ieunare, & quibus non, præcepto Domini, aut Apostolorum non inuenio, inquit, definitum. Quod igitur Actus se suisque de ieunio, omnium Patrum testimonia habere dicet, id quale sit, & in fine præcedentis capituli, & iam dictum est. Non tollimus ieunium: ieunandum esse non solùm palam affirmamus, sed etiam præstamus ipsi, & certè plus quam Papistæ: qui e-

<sup>1. Timot. 4.
Col. 2.</sup>

tiam dum ieunant, ita replet uentrem & distendunt, ut se non secus ac Epicuri de grege porci saginent, & cuticulam bellè curent, id quod omnibus patet, unde & prouerbio locus est factus, Italorum deuotio, & Monachorum ieunia, fabam ualent omnia. Hoc est quod etiam Augustinus suo tempore factitatum testatur, uasa in quibus coctæ sunt carnes, tanquam immunda formidant: ieunant, non ut solitam temperando minuant edacitatem, sed ut immoderatam, differendo, augeant auditatem. Nam ubi tempus reficiendi aduenerit, optimis mensis tanquam pecora præsepi bus irruunt, uentresque distendunt artificiosis & peregrinis clementorū diversitatibus, tantum capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt ieunando.

Sed hic uidere est quanti Asotici traditiones Apostolicas faciant. Illi ipsi, qui pro traditionibus, quas ipsi iudicant esse apostolorum, tanquam pro aris & focis pugnandum sibi arbitrantur. Et omnes quotquot protest ad eorum obseruationem hortatur. Hanc de ieunio Quadragesimali, non simpliciter transgrediuntur: sed ipsi monachi cum sint, ideoque multo strictius obseruare debebant, quam alij qui uis, qui non ita obseruantij & discrimini ciborum sunt astricti, illi inquam ipsi, non quibuslibet diebus Quadragesimæ, sed die coenæ Domini, quæ sic dicitur, in publico hospitio, capis uescis solent, idque ex Papæ indulgentia, ut gloriantur, quod fide dignis uiris, quos ad se uocarunt, & haec exipsis audierunt & præsentes coram uiderunt probari: annus, & locus quibus haec ab ipsis facta sunt, nominari possunt. Hoc idem factit carnales istæ Papæ creaturae, & alij qui pecunia redimunt.

An iudicas, uel Asotum, uel Papam, qui ipse cum suis Carnalibus eodem priuilegio gaudet, serio iudicare, hanc de Quadragesimali ieunio & ciborum discrimine legem, ab Apostolo esse traditam? Quod si parem uim ad pietatem habent Apostolorum traditiones cum sacra scriptura, & lege Dei, quanta impietas horum hominum, qui potestatem sumunt figendi & refigendi leges, & quod uolunt sanctum est: rursus cum uolunt profanum, atque mercium loco uenales prostant, & hinc quæstum sanctissimus facit uberrimum. Iam ad traditionem de celebratione

Epist. 113. Paschatis, aliorumque festorum dierum, quos enumerat Augustinus, unde & Asotus probat traditionem esse Apostolicam. Dubitat autem ipse Augustinus apostolorum ne traditioni, an uero plenarijs concilijs acceptum hoc ferat. Imò ne hoc quidem dicit, sed cum ubiq; locorum obseruentur, hinc intelligi, uel ab ipsis apostolis, uel plenarijs concilijs esse commendata, atq; statuta. Hoc uero ipsum probatione indiget. Neutrum enim Augustinus probat, neq; quod Paschatis celebratio ab apostolis sit tradita, neque quod ea quæ ubiq; locorum obseruantur, ab apostolis sint tradita, neutrum firmis argumentis ostendit: sed tantum communem opinionem recitat, inquiens: Illa quæ non scripta, sed tradita custodimis, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas, commendata atque statuta retineri. Quod si eo iure uti uoluerimus (ut debemus) quo Augustinus ipse contra omnes, & generali regulam esse docet obseruandam in lectione & dijudicatione omnium scriptorum Ecclesiasticorum, ne scilicet quicquam illorum uerum esse putemus, quantilibet sanctitate doctrinâque præpollent, quia ipsi ita sentiant: sed quia uel per authores Canonicos, uel probabili ratione, quod à uero non abhorreat, persuadere posse: certè hoc Augustini non recipiemus, sicut nec ipse ut suam senten-

sententiam, firmam & indubitatem pronunciat, aut statuit, sed communem tantum opinionem esse afferit, quod ea, quae ubique in Ecclesia observantur, iudicentur uel ab apostolis tradita, uel plenarijs concilijs instituta. Sed non ut Eusebius dicit, mens fuit Apostolorum, de diebus sancire festiuitatum, sed rectam conuersationis dare disciplinam, & illa ipsa etiam apud originales Ecclesias, quae ab Apostolis fundatae sunt diversitas, satis declarat, nec ab apostolis necessariam esse illam obseruationem dierum, tanquam perpetuum & immutabile decre-
tum, esse promulgatum. In præsentia autem non agitur, num in Ecclesia facienda sit publica mentio resurrectionis Christi, & aliorum seu miracu-
lorum, seu beneficiorum, quae Christus in nos contulit. Omnino enim in Ecclesia mentio hec necessaria est. Sed illud agitur, num apostoli certum tempus & diem constituerint & tradiderint, quo in Ecclesia celebrandum sit Pascha, hoc est publica resurrectionis Christi mentio facienda. Hoce-
nim illud est, quod à nobis negatur. Manifesta enim habemus testimonia veterum, sicut iam ex Eusebio ostensum est. Et veteres de tempore cele-
brationis Paschæ tanto dissidio inter se certarunt, ut Romanus Pontifex alias Ecclesias propter huius obseruationis inæqualitatem diro anathe-
mate crudeliter & impiè deuouerit. Hoc factum cum aperte damnet ty-
rannidem Romanorum Pontificum, Asotus leviter admodum attingit,
ne forte uideatur aliquid contra Romanum Pontificem dicere, & de
Pontificio galero periclitari.

Quod igitur uociferatur Asotus, & calumniatur Brentium, libertatem in huiusmodi adiaphoris defendantem, ab omni Christiana modestia alienum esse, designatorum dierum obseruantiam parui facere, plana est & perspicua nostra responsio, nos regulas apostoli Pauli obseruare, & sequi, quibus uult: ne quis nos iudicet in parte diei festi: & tamē iuxta eundem, ut omnia in Ecclesia decenter & secundum ordinem fiant, & quidem ad edificationem, memoriam natuitatis, passionis & resurrectionis, Spiriti sancti missionis, & alia redēptionis nostrę beneficia, nos multo san-
ctius obseruare, maiori cum reuerentia, & ecclesiæ edificatione, quam illos ipsos Papales, qui summam pietatem in externa illa cæmoniarum obseruatione collocant, cum interim parum de illis Christi beneficiis populus erudiatur, sed uel peregrina lingua omnia aut certè mutis & ridiculis cæmoniolis, hominum superstitione confictis, quas iam impe-
ritia & stoliditate confirmatas mordicus retinent, peragantur. Non est enim obscurum qua ratione passionis historiam & resurrectionis, quibus etiam fabulis in rebus maximè serijs & animæ salutem concernentibus & pastores & monachi imperiti luserint, uel ad lachrymandum commo-
uendas uetulas, uel iterum ad risum mouendum.

Certi itaque sunt dies festi, quos celebamus piè & sanctè, certæ & sta-
tutæ lectiones ex scriptis Propheticis & Apostolicis, quae auditoribus proponuntur & explicantur, adiuncta sacramentorum celebratione, non illa superstitione & idolatrica, sed secundum Christi institutio-
nem. Verūm hæc non eo à nobis sunt consilio, quod existimemus pietatem esse sitam in illa dierum obseruatione, sed ut iuxta Pauli senten-
tiam, omnia secundum ordinem fiant, ut certa & ordinaria sint tem-
pora, quibus omnes sibi conueniendum esse sciant. Rectè itaque Brentius hæc paedagogica esse dixit, & ad disciplinam externam fa-
cere quemadmodum etiam in scholis certæ ordinantur horæ, certæ item lectiones, quibus paulatim pueritia & adolescentia eruditur, & omnia ordine geruntur, ne teneta ingenia perturbentur. Quod cum Asotus refutandum susciperet, nec haberet quod contradiceret,
& tamen

& tamen tacere omnino sibi turpe uideretur, idem planè paulo mutatis uerbis repetit, tatum odio personæ Brentij, ne idem sentire cum nouato re uideretur, inquiens: Sed dicit Brentius, Iudæorum hæc sunt, & ad pedagogiam illorum pertinent, verissimum est, hæc eos celebrasse in mysterio quodam sibi ignoto & abscondito, pueritiae erat: sed manifeste recordari summorum Christi beneficiorum, populi Christiani est. Nam Christianus, est extra viam iam nos collocare, &c. Quid obsecro hoc aliud est, quam haec esse pedagogica, quibus hæc uita carere non possit. &, ut statim addit, obliuiscimur & torpemus erga diuina, ideo necesse est excitari festiuitatibus, alijsq; externis. Ridiculum uero est, quod ex loco Pauli, ubi scribit, ut coniugati quo ardenter uacent orationi, ad tempus se à matrimonij complexu abstineant, probare uult disciplina apostolica traditas nobis obseruantias, quas tota suscipiat Ecclesia in eo gradu, in ea obligatione, quam interpretatur Ecclesia & consensus Patrum. Quid enim obstat, quo minus quidlibet ex quolibet fingere liceat, & deinde ad apostolos authores referre? Paulus enim nihil minus eo loci agit, quam ut traditiones quasdam instituat: nec præcipit, ut abstineant a consuetudine coniugati, nec leges superstitiones tradit, sicut hinnientes isti equi, qui flagrant concupiscentia, quorum polluta est mens & conscientia uagis libidinibus & immundicia: imò planè contrarium agit, dicens: Nolite fraudare inuicem. deinde, ne ullam legem statuere uideatur, omnino ipsorum relinquit arbitrio, nisi forte ex consensu. & addit: Ad tempus, ut uacatis orationibus. Insuper & hoc addit, Et reuertimini in id ipsum. Quæso te quas hic obseruantias, quas traditiones, quam obligationem, quam Ecclesiæ interpretationem, quem Patrum consensum mischi comminisci uolueris Asote? An satis sanus es, aut forte galero Cardinalio, aut insula Episcopali premeris, ne uideas, aut intelligas, quid de quo prædicetur? Illud uero bellissimum est, quod de traditionum diuersitate, contradictione, & Ecclesiæ primitiue circa illas contentionem, item obscuritate earundem obiecta, leuiter se præteritum & satisfactum lectori non stupido arbitratur, his uerbis subiectis: Quod uero fuit nonnulla diuersitas aut contradictione, aut contentio circa hæc, non probat non esse apostolicam traditionem (audi obsecro egregium figmentum & regulas planè Asoto dignas) sed non tam manifestam, non tam assidue inculcatam, ut non potuerit à quibusdam minus obseruari, minus commendari memoriam posterorum, unde oriri poterit diuersitas, uel certe non eodem modo ab apostolis traditam, quia non ad præcipua salutis capita pertinebant. Sed præualet concilij definitio. Hactenus Asotus. Quid audio, bone vir, itane in apostolicis traditionibus est diuersitas, contradictione & contentio, item obscuritas? Atqui suprà dixeras, traditionem longè sacra scriptura esse manifestorem. Item, fidei dubia ex traditionibus disjudicanda. Quomodo uero scripturæ obscuræ per traditiones æquæ obscuras, aut etiam obscuriores explicari poterunt? Hoc est incertum per æquæ incertum probari. An non te horum pudet? Mandacem oportere esse memorem dicunt. hoc certe præceptum, cum frontem perficerit Asotus, & impudenter mentiatur, obseruare debuerat. Sed hæc poena est illorum, qui uel odio, uel pertinacia aut malitia causam malam defendendam suscipiunt, ut sibi mendacium non constet. Obseruandæ autem hoc quoq; loco sunt nobis, nec ita obiter prætereundæ non contēnendæ regulæ Asotice de traditionibus, quibus suis regulis, obiecta ea, quæ defensereno potest, uel excusat, uel interpretatur, ut dicit: Diuersitas, contradictione, aut contentio circa traditiones, non probat non esse

esse Apostolicam traditionem, sed tantum non esse manifestam, uel certe non eodem modo ab Apostolis traditam. Atqui manifestiores scripturis esse oportebat, cum obscurum per manifestius sit interpretandum. Et cum non sine eodem modo ab Apostolis traditae, certe non erunt adeo necessariae, nec parem uim cum scripturis ad pietatem habebunt. Item praeualeat cōcilij definitio, illud scilicet per Spiritus sancti inspirationem, quo perpetuo regitur, dijudicabit, quænam traditio uere sit Apostolica, quæ adulterina. Et ut antea regulā proposuit, In diuersitate traditiones, numerandum utra traditio à pluribus ecclesiis orbis Christiani obseruet: quod si pares sint numero ecclesie, tum uidendum quæ diutius obseruatae: quæ uetusiores, quibus autoribus instituta. Quod si carere certo autore & origine deprehendatur, ad Apostolos referendam traditionem. Hic additum illa: Aut cum diuersimode eadem res sit tradita, utra magis ad salutem conducat, uel si qua sunt similia. Ita scilicet his regulis perfunctus est suo munere, & omnibus satisfecit hominibus de obscuritate, diuersitate, & contradictione traditionum. Sed oblata hac occasione tam commoda, subiectiæ sunt & aliae regulæ Asoticae pro bonis catholicis, ne ecclesia tanto thesauro cum ingenti suo incōmodo destituatur, quas subinde tradit pro traditionum defensione, ut hæreticis Lutheranis uaria obiectio- tibus respondere possint, & illorū ora obturare. sunt autem hæ, quas sparsim in hac materia tradit, ubi effugium aliud inuenire nō potest, ita ut meritò fuga miserorum dicantur. Traditione hæc dubia est. Traditione hæc pro tempore ab ecclesia mutatur, Non moratur nos diuersitas. Est & hæc Asotica regula, qua subinde, cum responso caret, utitur, Ridiculū est, quod Brennius dicit. Item alia, Ab ecclesia certò constitutum est. Sic ecclesia declarauit. Lex est certissima ecclesiæ, quæ hoc potest mutare. Minores sunt traditiones, non ita necessariae. Item: Omittamus diligentiorem tractationem huius rei in alium locum.

Sunt & hæ Sotis regule: De his alibi, De his suprà dictis est, De his plura infra. Item, quod necessitatem ea quæ Papales ipsi de quinq; reliquis sacramentis, præter Baptismum & coenam Domini credunt, cum in scripturis non habeantur, Apostolicas esse traditiones. Infalibilis est regula, & catholicæ, Quæcunq; credit Romana ecclesia, & in scripturis nō habentur, ab Apostolis tradita sunt. Hæc omnia & singula uerba sunt Asoti, bona si de ex libro ipsius transcripta. Profecto magno auro redimendæ sunt hæ Asotis regulæ, omnibus catholicis Romana ecclesiæ, his enim probare potuerunt, omnia quæcunq; in suis ecclesiis docent, & obseruant, esse ab Apostolis. Nec item amplius opus erit Biblijs, non scriptis Apostolorum. Lamentationem reddere poterunt Lutheranis, de sua fide, qui ipsis perpetuo molesti sunt, ut sua probent ex sacra scriptura, alias nullius esse momenti. Gaudete ergo & exultate, imo triumphate Papistæ, inuenistis tandem fortissimum Gigantem & heroem uel Herculem superantem, qui uos uestraç; omnia potest defendere, contra uim hostilem. Hoc antagonista tertiæ eritis Lutheranis illis nouatotibus, qui has nō scriptas Apostolorum traditiones, propter certas quasdam causas recipere nolunt. Quid igitur iam poteris uobis beatius? Neque D. Paulus iam amplius, ut maximè cupiat, ieiunia Papistarum stata, & dierum festorum superstitionem obseruare, è medio tollere poterit: adde, si libet, etiam coniugij prohibitio- nem. Nam uerba illa Pauli, quæ Brentius citat de discretione dierum (inquit Asotus) intelligimus de ea discretione, quæ propria uolunta- te, non communia lege ecclesiæ assumitur. Vbi enim ab ecclesia definitum est, tunc obedientia debetur & obseruantia. Notate & hanc regulam bonam & utilem, cuius penè eram oblitus. Similiter & illud, Nemo

Nemo uos iudicet in cibo & in potu, aut parte diei festi, peruersissimè ad hæc festa & obseruantias totius ecclesiæ refertur à Brentio, cum aperte Paulus ad ea quæ sunt legis ueteris id referat. Ego uero bone uir de Apostolorū traditionibus agi iudicabam: & in hoc laborare Aſotū, ut nobis confirmaret festos hos dies ab Apostolis esse traditos: nec ulli hominum licere contradicere, ex his traditionibus fidei ambigua dijudicāda, & qualem ad pietatem uim hæc habere cum scriptura sacra. Sed quid noster Aſorus, communī lege ecclesiæ assumpta esse, dicit? hoc uero alienum estab initio. non enim hoc agitur, quid ecclesia possit statuere: sed hoc probandum erat, hæc certè ab Apostolis esse tradita toti ecclesiæ: & tam necessariam esse ordinationē, ut quæ sine impietate & peccato mutari aut omitti nō posset, uerū necessariò ab omnibus obseruandam ad pietatem. Quod cum fecerit bonus uir, respondebimus. Cumq; Deus ceremonias, quæ in ueterilege à se institutæ sunt, repudiauerit, certè nō uult ecclesiam nouis eiusmodi onerare legibus de dierum obseruatione, & discrimine ciborū: hoc uerè esset cærimonias legis non abrogare, sed tantū mutare: hoc etiā uerè esset post agnitionē Christi ad infirma & egena elemēta cōuersti. qd insensati Galate, fascinati superstitione pseudoapostolorū, faciebāt. Con queritur grauiſſimè doctissimus & sanctissimus uir Augustinus, de cære moniarum multitudine, quæ tamen contra fidem non sunt, quod religio nem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis mi sericordia Dei liberam esse uoluerit, seruilibus oneribus premant, ut tole rabilior sit ludorum conditio, etiam si tempus libertatis nō agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subſtantur. Et 1. Tim. 4. mox sequenti cap. de Abſtinētia à carnibus, disertè cum Paulo, hæretico rum impiam doctrinam uocat. Hæc certè quæ de cærimonij suo tempo re receptis dicit, uocans humanas præsumptiones, de Apostolorum traditionibus intelligi non possunt. Et tamen si iam certò uobis constaret, quæ nam ille essent, quæ tot annis in ecclesia durassent: certè ad Apostolos autores referre non dubitaretis, utpote cuius origo ignoraretur, que etiam una est de Aſoticis regulis. Quod si Augustinus Papatum in flore uidisset, innumeris & infinitis oneratas esse ecclesiæ cærimonij, ita ut præ illis doctrina omnino fuerit neglecta, occupatis omnibus sacrificiis, mysticis cærimonij & omnia gestibus representantibus instar histrio num, quid tum fuisset dicturus uir ille tantus?

ANNOTATA IN CAPVT LX.

Hoc capite, quasi fundamento, pro traditionculis suis confirmandis, Hearumq; tuenda autoritate, Basiliū loco utitur, eumq; à Brentij criminacionibus defensurum se afferit. Hec autem sunt Basiliū uerba: Dogmata quæ in ecclesia seruantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditionibus ad nos delata, in mysterio recipimus. Que utraq; eandē ad pietatē uim habent, &c. Hec, inquit Aſotus, loquitur Basiliū tam aperta tanta fiducia & certitudine, ut nō potuerit Brentius hanc tantam lucem sustinere: & mirū est in quas se uertat formas, ut Basiliū reiçiat. Nouimus Aſote Basiliū magna cum fiducia, & quidem nimis magna loqui ista. Verū non quid loquatur, queritur: sed quām recte & quam bene hanc suam sententiam, uel ex scripturis canonicis, uel rationibus certis & firmis probet. Non enim ideo recipiendum est, quia Basilius ita sensit. Necdum enim illud Pythagorium ὡτὸς ἐφα, locum habet in Patrium scriptis: sed id Pauli, Omnia probate, quod bonum est tenete. Item: Probate spiritus num ex Deo sint, testimonia ex sacra scriptura quibus p̄bet hanc suam sententiam, nulla afferre Basiliū hoc loco uideo. Rationes quidem uideo, sed nimis frigidas & infirmas, que tantā molē sustinere nequeunt.

nequeunt. Excutiamus igitur illas, ut intelligamus quanti sint momenti. Ideo autem traditiones non scriptas parem uim ad pietatem cum scriptura habere dicit, quia alias imprudentes, etiam ipsis principalibus Evangelij partibus damnum inferremus: immo potius ipsam Evangelij praedicationem, ad nudum nomen contraheremus. Idque exemplo declarat, quod uidelicet nullo Apostolorum scripto relictum sit, signo crucis signare eos, qui in Christum crediderunt. Item ad orientem nos conuersos orare. Consecratio aquae Baptismatis, &c. Quasi uero nisi characterem crucis formet baptista super baptismatum, Christianus non sit? Aut hoc parem uim ad pietatem habeat cum baptismis? Similiter & uera Dei inuocatio non sit, nisi ad orientem fiat? Nemo est exercitiorum pietatis adeo expers, ut non intelligat haec esse puerilia & pedagogica, quod genus, teste Paulo, parum ad pietatem facit. Item, Dominica die astantibus fiat oratio. Ergo si quis genuibus flexis, aut sedens orauerit, non exaudietur? Deinde similis ex tabernaculo Moysis producto id probare conatur. Celanda esse mysteria nostrae religionis, nec fuisse scribenda, aut profanis, quibus ea inspicere non licet, pandenda. Quemadmodum & Moyses non omnibus omnian templi loca peruia esse uoluerit, uerum extra sacra septa profanos locarit. Prima uero atria purioribus permiserit, solis Leuitis. Sacrorum uero celebrationem sacerdotibus assignarit, &c.

Respondeo, uelum templi scissum est, a summo usque deorsum, & uia sanctorum patefacta. Nec amplius illæ figure in nouo Testamento locum habent, ubi omnes Christiani regale sunt sacerdotium. Ideo ratio haec a simili non ualeat: quia ingens est in exemplis dissimilitudo. Postrema Basilij ratione, cur aliqua tradita sit citra scripturam, haec est: ne dogmatum cognitione neglecta fieret, & in contemptum ueniret, apud uulgas propter consuetudinem. Prudentiores ergo Christo hi fuere, qui Eleusinia sacra occulta instituere. Nam is Apostolis præcipit, ut ea quæ ipsi intra parietes audierunt, in tectis prædicarent. Spiritus sanctus uoluit hec inuitis Asoticis, infideli inquit, Scribantur hec in generatione altera, & populus qui nasceretur, laudabit Dominum: ut uidelicet hinc Deum uerum agnoscamus, eius uoluntatem erga nos, tum ex uerbo, tum ex sacramentis. Quod si de ceremonijs, ut apparet, ex exemplis a Basilio propositis tantum loquitur, ideo scilicet non fuisse describendas, ne apud uulgas propter consuetudinem in contemptum ueniret. Multo minus iuxta hanc rationem, dogma ta erunt describenda, ne & illa negligerentur. Quod si haec ceremoniæ Basilij, Benedictio scilicet aquæ baptismatis, & olei unctionis, olei illitio, &c. parem uim ad pietatem habent, & hinc fidei dubia & controversie religionis disjudicande: quæ erit pietas Christianorum, si in his ridiculis rebus constiterit? Quæ obsecro fidei controversiae, & ambigua (ea enim trahit Asotus traditionibus) hinc poterint disjudicari? Vtrum scilicet non unctus oleo Chrismatis, possit percipere Spiritum sanctum, & saluus fieri? Vtrum infans nondum integre ex utero matris editus, ab obstetricie aqua tantum aspersus ex parte, non etiam oleo Chrismatis inunctus, deinde de nouo sit ungendus tantum, sine baptismo? An uero si antequam in templum deferatur, & a sacerdote inungatur, decedat, sit saluus: an uero in limbū detrudendus, & peculiari loco cœmeterij, non consecrato sed profano adhuc sepelieendas? Subtilissimæ hec & aliæ scholasticæ fidei controversie, & ambigua non nisi ex traditionib. his non scriptis disjudicari poterunt. Atqui nondum probauit Basilius has ipsas, quas ipse recenset, traditiones esse apostolicas, & q parem ad pietatem uim cum scripturis habent, non contra diuinam authoritatem, sed potius ex illa esse. Probet

Rrr ergo

ergo utrumque, & quod haec sint Apostolicae traditiones, & quod parere ad pietatem uim cum scriptis dogmatibus habeant: alioqui quomodo uel ipsi certò credat, uel nobis perluadere uelit, non video.

Neque ideo quod metuit, imprudentes principalibus Euangelij partibus damnum inferemus, neque etiam ad nudum nomen Euangelij prædicatio contrahetur, ut maxime non credamus, uel has esse apostolicas traditiones: uel si maximè ab apostolis forte sint traditæ, parem uim ad pietatem habeant. Quid enim si aqua Baptismatis, non consecratur magicis uerbis, quibus iam utuntur Papales, baptisatus infans non erit, si aliunde ex fluvio uel fonte aqua afferatur, & seruetur Christi institutio? Ergo neque Christus baptisatus est ritè cum in Iordanem præterfluentem descendet. Videntur autem haec & ipsi Asotus ludicra & puerilia, nec multum spei in eis collocat. ideo addit, Basilius maioris momenti traditiones non scriptas recensere, quam eas quas Brentius attulit, & iam partim sunt annumeratae. Audiamus ergo, quæ nam illæ sint. Ipsa, inquit, professio fidei, qua credimus in Patrem, Filium & Spiritum sanctum, ex quibus scriptis habetur: eadem ratione, inquit, gloriam Deo offerimus per hanc uocem, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, &c. nihil ex nobis dicent, sed uelut ex regula Dominicæ doctrinæ, & contra eos qui hoc negant. Nunc doceant nos, ne baptisemus quemadmodum credidimus. Igitur ex hoc, inquit Asotus, habemus, non hic agi, ut contra scripturam credamus homini: sed an hoc quod Basilius inquit, contra scripturam sit. In qua questione quicquid Brentius loquatur, plus apud nos ualeat auctoritas Basili, quam eius omnia. nam ex scriptura nihil habet, nisi suo sensu. Hactenus Asotus. Multa hic habemus quæ desideremus, & in Asoto iuste reprehendamus. Primum enim, quod Basilius de professione fidei, qua credimus in Patrem, Filium & Spiritum sanctum, dicit, non ex sacris scripturis haberi, sed ex traditione: certè non est ita accipiendum, quemadmodum Asotus intelligere uult, quasi symbolum sit traditio sine scriptura, & non potius ex scripturis desumptum. Etsi enim non eo ordine, & non ijs syllabis, uno in loco sit descriptum, tamen & uerba eadem hinc, & res omnes quæ symbolo continentur Apostolorum, comprehenduntur in sacra scriptura. Alias enim nunquam crederemus, nisi in sacris literis habemus. Quemadmodum etiam illud quod in Nicæna synodo est decreatum, Filium Dei esse consubstantialem patri, nō recipimus propter concilium, quia ita decreuerit, sed propter scripturam sacram, in qua habetur. Etsi enim uocabulum ipsum non sit ea literis & syllabis ijs expressum, tamen res ipsa illuc habetur. Quare non est haec Basili sententia. Sed hoc uult & agit, recitationem symboli in Baptismo à baptisando, non mandari in sacra scriptura. Similiter & haec uerba hoc ordine ut dicamus, Gloria Patri & Filio, cum Spiritu sancto, sed esse traditionem. Quid igitur Asote? An cum infantes in necessitate sine ulla interrogatione his solis uerbis consequuntur baptismum, Baptiso te in nomine Patris, Filii & Spiritus sancti, non sunt uere baptisati? Certe hoc sequitur, si parem uim ad pietatem haec traditio de professione symboli habet. Non reprehendamus, nec abiijcimus in baptismo recitationem symboli & interrogaciones, atque patrimoniorum responsiones nomine infantis, sed retinemus ipsi non quia est traditio, sed quia ex sacra scriptura, & facit ad ordinem, & ex diuinationem Ecclesie. Quod detraditionibus Pontificijs Asoticæ Ecclesiæ utere affirmari non potest. Etsi enim, ut iam primum est dictum, hec uerba nusquam habeantur, Recitet baptisandus symbolum: aut profiteatur se credere in Patrem, filium & Spiritum sanctum: tamen hoc ipsum

plū uolunt uerba institutionis baptismi, Baptisate eos in nomine Patris
 & Filii & Spiritus sancti. Item, Qui me confessus fuerit coram hominibus.
 Et, Ore fit confessio ad salutem, &c. Deinde & hoc repræhendendum est
 in Asoto, quod affirmat hoc inter nos & Basiliū agi, cum ea quae Basiliū
 commemorat, contra scripturā sint. Heus tu sophista, non agitur hoc
 à Brentio, sed id impugnat, eas traditiunculas, quas Basiliū cōmemorat,
 non quemadmodum ille afferit, parem ad pietatem uim habere cum scri-
 ptis dogmatibus. Nec esse certum, quod sint apostolice. Quid enim ma-
 gnopere ad pietatem faciat, uersus Orientem, aut Occidentem cōuersus
 quis oret, stans & erectus, an in lecto decumbens an sedens, certe non ui-
 deo: cum Christus hæc cæremonia abroget, dicens: Veniet tempus &
 iam est, quod neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis adorabitis Patrem.
 Sed ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & ueritate. Et Paulus,
 Volo uiros orare in omni loco, leuātes puras manus sine ira & hæsitatione.
 Multa non sunt cōtra scripturam (quae enim talia sunt, perse & natura
 sua sunt impia & damnata) qualia sunt cæremoniæ & ordinationes quæ
 dam Ecclesiastice, quae ad ordinem faciunt, aut disciplinam: sed non est e-
 xistimandum ea tantopere ad pietatem necessaria, sicut Paulus ipse diser-
 te de exercitijs eiusmodi affirmit, parū ea ad pietatem facere. Et, cum hoc
 quoq; audire cupias, dīcimūs, ut maximē hæc contra scripturam non esse
 inueniantur, tamē cum non à Deo, ipsius uerbo sint instituta, affirmamus
 cum Christo, frustra ijs Deum coli. Certe Basilius admonitus & melius in-
 structus, haud dubie hanc suam sententiam tanquam minus consideratè
 positam emendasset. Nunc uero uos Papales odio scripturæ & syncerio-
 ris religionis, omnia Patrum dīcta, sine iudicio & discriminē, ut causam ue-
 stram malam aliquo prætextu uestire possitis, cum sacram scripturam nec
 intelligatis, & ea uestra confirmare nequeatis, colligitis, & defendenda o-
 mnia existimatis: quod ipsi Patres nec cupiūt, nec probāt. Postremò pro-
 dit animi sui morbum, quod tantum auctoritate Patrum, etiam si scriptu-
 ra testimonijs & rationib. destituatur, pugnet, neq; quicquam curet eo-
 rum quae à nobis ex sacra scriptura proferuntur. Et hic quoq; regulē duæ
 Asotice, quibus, cum respondere nō potest, utitur, obseruādē erant. Quic
 quid loquantur Lutherani, plus ualeat apud nos Basiliū authoritas, quam
 eorū omnia. Altera, cum quid ex scriptura sacra affer̄, ut dicat, nostro sen-
 tenciam adductam, hoc modo abundē est satis factum catholicis. Sed
 hoc ipsum demonstrandum erit, primū meliores esse Patrum rationes,
 quam nostras, quibus interdum necessitate adacti ab ipsorum sententia,
 saluo honore, qui illis debetur, recedimus. Deinde sententiam scripturæ
 supereram à nobis proferri. Sed quid catholici illi frustra tantū laboris su-
 sciperent contra hereticos, quorum propriū est, ut perpetuò ad scriptu-
 ram, que est ambigua, & liber hereticorū, prouocāt, sufficit dixisse, Ex scri-
 ptura nihil habent nisi suo sensu. Item, Plus ualeat apud nos autoritas Basiliū,
 quam eorum omnia. Et recte quidē Asotus tantopere laborat, ut salua-
 sit Basiliū, non tantū hæc sententia, sed etiam authoritas. Nam monacho-
 rum is pater esse dīcit, & primus in ordinem redegisse hoc uite genus, an-
 tē rusticū & non ita certa regula uictitans. Præterea si hoc fundamentū sub-
 uerat, actū erit de Romana Ecclesia. Sed quid facturus eras Asote, si nos
 eadem ratione diceremus, Quicquid Asotus & Asotici omnes loquātur,
 adde, si libet, etiam Patres, plus ualeat apud nos auctoritas sacræ scripturæ
 quam eorū omnia: Item, Asotici catholicī ex scriptura nihil habēt nisi suo
 sensu. An non putas tam promptū nobis hoc esse, quam illud superius uo-
 bis, & quidem multo facilius & uerius: & in hoc Augustinū sequeremur,
 sicut superius recitata eius loca testantur,

460

Vides opinor, Domine Petre, non tam facile esse ea quæ dicuntur probare, quam affirmare. Quod uero subiicit, Damascenum hoc Basili loco ad confirmationem traditionum usum libro primo Apologetico, proueneratione imaginum: primùm sciat Asotus, plerosq; de authore huius Apologetici, propter stylis diuersitatē dubitare, ideoq; alijs ipsius libris non esse inter excudendum additum. Deinde, non satis est ad confirmandam Basili de illis tradiculis sententiam, Damasceni longè posterioris autoritatem proferre. Etiam si enim decem alios producat Asotus, atq; inter hos Pontificem suum Romanum, cum omnibus Cardinalibus, qui cupidissimè eiusmodi amplectuntur: tamen nobis pluris est sacræ scripturæ authoritas, quam eorum omnium. Nobis enim dictum est de Filio Dei, Hunc audite. Hic uero dicit, Scrutamini scripturas, non quaslibet quorumcunq; tractatorum, sed sacras, quæ nomen hoc propter excellētiam sunt sortitæ.

Augustinus
Epiſt. 19. Idq; exemplo etiam Augustini facimus, cui cum Hieronymus plurimo rum Patrū sententias pro sua opinionis confirmatione opposueret, respondeat, se unum Paulum omnib. scriptoribus Ecclesiasticis, non solū oponere, sed longè etiam preponere. Sed præstat ipsius Augustini uerba recitare, qui postquam contra reliquos, singulos exceptisset, exceptis tribus, quibus Cyprianum & Ambrolium opposuerat, addit: Proinde cum quo ro tertium, ut tres etiam ego tribus opponam, possem quidē (ut arbitror) facile reperire, si multa legiſsem: ueruntamē ipse mihi pro his omnibus, imo supra hos omnes, Apostolus Paulus occurrit: ad ipsum confugio, ad ipsum, ab omnibus, qui aliud sentiunt, literarum eius tractatoribus, prouoco, ipsum interrogans inter pello & requiro, &c. Cur nobis solis, Sote, non licet, quod Augustino & alijs licuit, ut à Patribus ad scripturas sacras prouocemus? Quid hæc iniquitas?

Cap. 57. Deinde responsurus Asotus ad id quod Brentius ex Basilio pro commendatione scripture afferit, omne uerbum oportere confirmari testimonio scripture, quæ sit commune pharmacopolion: atque inde colligit Brentius, Basiliū quoque hoc loco uelle, ut traditiones omnes ad scripturam exigantur: addit Asotus, quod nos non negamus, ut suprà expōsum est, nulla traditio repugnans scripture est recipienda, sed sensus scripture, non quem Brentius, sed quem Patres afferunt, agnoscimus.

Cap. 58. Atqui, bone uir, parum memor es eorum quæ suprà paulo ante dixisti. Planè enim contrarium affirmasti, uidelicet traditiones nō ad scripturas exigendas esse, idq; totis uiribus egisti, & fieri nulla ratione posse affirmasti: sed cōtrā potius scripturas per traditiones exponēdas. Ideoq; non satis considerate dictum esse afferentium, omnem traditionē ad scripturam exigendam. Item, Quare nos merito afferimus, longè aliter agendum esse, & scripture potius per traditionem exponendam, quam traditionem per scripture. Hoc scilicet non est sibi ipsi contradicere. Quæ hec siue incogitantia & uertigo, siue malicia, iam affirmare, iam rursus negare: In catholicū ne hæc cadunt: Quod etiam hic addit, se agnoscerē sensum scripture, non quem Brentius, sed quem Patres adferunt: nos ne que Brentij, neque Patrum sensum agnoscimus, sed ipsius scripture, quæ seipsum ininterpretatur, de quo suprà. His declamationem addit, semper hunc morem esse errantium, ut dum nīmum in partem unam ferantur, omnia damnent, quæ illi aduersa & contraria uidentur. Hoc Pelagianos fecisse, hoc nos quoque studio defendendi autoritatem sacræ scripture, contra traditiones non scriptas. Initio nihil nobis cum Pelagianis esse commune, omnibus manifestum est: cum Papistici isti non procul absint ab illorum fanaticis opinionibus, Gratiam non magni faciunt, cum

Deum super omnia diligere ex viribus liberis arbitrijs, se posse arbitrantur. Et concupiscentiam reliquam non esse peccatum. Hominem legem Dei implere posse, & plus etiam facere, opera scilicet supererogationis, temere, imò impie contenditis. Deinde quod de errantium more loqueris, in te, tuique similes optimè conuenit. Dum enim nimio studio omnes nugas uestras incertorum authorum & virorum obscurorum de traditionib. apostolicis confictis ducere originē suam ab apostolis asserere conaris, eas ita commendas, ut pr̄ illis scripturas nihili facias, nec quicquam ualeant amplius, quam confictæ illæ traditiones, aut tua catholica Ecclesia, uolunt. Easq; contemnis, ambiguras & obscuras esse dicis, nec inde fidei dubia posse iudicari, sed traditionibus ad hanc rem opus esse, quæ sunt planiores, pleniores & explicatores. Contra Brentium nimium scripturas commendare asseris. Quasi uero sicut Deum ipsum, ita quoque eius sacrosanctam scripturam quisquam satis dignè laudare possit, nedum nimium commendare? Quod de traditionibus sine scripto recipiendis, ratione probandis eas, itemque auctoritate, repetit, supra satis est responsum: & quam firmis rationibus qualius Apostolis acceptas ferat, demonstratum. Quod non minorem auctoritatem illarum, quam scripturæ esse dicit, quia utrumque à Sp̄itu sancto per Apostolos profectum sit, tum concedemus, ubi tam firmis rationibus, eas esse Apostolorum, probauerit, quam certò nobis constat ab Apostolis hæc scripta esse & tradita. Nam quod unius originalis Ecclesiæ Romanæ sci- licet testimonium profert, id quale sit, supra quoq; dictum est. Quæ cum ita se habeant, non ut Asotus concludit, certissima, sed incertissima sunt, quæ de traditionibus haec tenus dixit.

Postremò recitat sententiam Brentij, firmissimis rationibus Basilij hæc uerba impugnantis, & absurdâ quæ inde sequuntur colligit: ad quæ etsi titulus capitis in margine additus polliceretur, se Basilij sententiam contra Brentij criminationes defensurum, nihil respondet. Sed tantum cum uideat nimis hanc Basilij sententiam esse absurdam, nec posse defendi, ipse de nouo addit uerborum Basilij corruptelam. Basilius non, inquit, omnia quæ tradita sunt sine scripto, tam necessaria esse ad salutem, ut quæ scripta sunt: sed quedam nō scripta parem vim ad pietatem habent. Quæ manifesta est sententia & uerborum Basilij depravatio. Basilius enim non habet particularem uoculam Quædam, sed generalem, seu ut uocant indefinitam, quæ, ut Dialectico loquuntur, æ qui pollet uniuersali. Hæc enim sunt eius uerba: Dogmata quæ in Ecclesia seruantur ac prædicantur, partim ex scriptura sacra, & conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recepiimus. Quæ utraq; eandem ad pietatem vim habent. Loquitur certè in genere de omnibus dogmatibus Ecclesiasticis, eaq; duabus partibus constare dicit, scriptura & traditionibus, & de omnibus traditionibus affirmat, non de quibusdam, quod parem vim cum scriptis dogmatibus ad pietatem habeant. Quæ utraq; inquit, non quædam, quod uel puer in schola iudicare potest.

ANNOTATA IN CAPVT LXI.

Quod diuus Paulus de impijs gentibus, quæ ueritatem Dei in in-
justicia detinent, dixit, esse inexcusabiles, quia cum cognoverunt
Deum non sicut Deum glorificauerint, aut gratias egerint: sed euau-
nerint in cogitationibus suis, & obscuratum sit insipiens cor eorum, &c.
Id ex hoc capite Asoti apparet stultis accidisse monachis. Non di-
cam iam de prauis desiderijs cordis ipsorum & immunditia, flammis li-

Rrr 3 bīdinum,

bidinum, quibus ardent, & pollutionibus ac passionibus ignominia, in
quas ipsos Deus tradidit. haec enim sunt noxia: sed de cæcitate horri-
bili, in quam iusto Dei iudicio inciderunt. An non enim furor est plane
diabolicus, magia & abominanda idolatria, dicere, immo totis uitribus de-
fendere, crucem siue digitis formatam in aere, siue quacunq; alia materia
expressam, adorandam? Item, credere crucem istam ex uirtute passionis
Christi defendere ab incursi. Idæmonum, protegere in bonis operibus,
& roborare atq; cōfirmare animū ad uitādā omnia mala, & agenda omnia
bona, esse Christianā pietatem? Item, q; post baptismū se cōsignantes cru-
ce, atq; illud iteratō & frequenter repetentes, nō dubitant se gratiā conse-
qui? Itē, omittere cōsignationē crucis in baptismo ex pposito, uel ubi ex
ecclesiæ ordinatione scilicet in canone Missæ fieri debet, sacrilegiū & trās-
gressionē apostolicæ traditionis afferere? Item, cōtra hęc credere, aut do-
cere, recedere esse ab ecclesia uera & antiqua, & ab omnī Patrū cōsentire.
Hęc uerba sunt Aſoti hoc capite. Ceremoniam affirmat ab apostolis in ec-
clesiam inuestitā, ad excitandā in nobis passionis Christi memoriam. Sen-
tentia uero hanc impiā patrib. Augustino, Basilio & Damasceno acceptā
fert. Videamus ergo num hęc sententia illorū sit, & an cum scriptura sacra
conueniat. præcedente em̄ cap. dixit, se nō negare, ut traditiones ad sacrā
scripturā exigant. Quod igit̄ affirmat, crucem siue digitis in aere formatā,
siue quacunq; alia materia expressam, adorandā, manifesta est idolomania.
Hic em̄ cultus soli uero & unico debet Deo creatori, nō ulli creature. Do-
minū Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Adoratio enim tribuit rei o-
mnipotentiā, q; exaudiat, uelit & possit iuuare. Inuocatio & adoratio fieri
debet ex fide. Fides uero nititur uerbo Dei præcipiētis & promittētis ex-
auditionē. Quare cum uerbo Dei uel prophetico uel apostolico destitu-
mur de adoratione crucis, certē fieri hęc adoratio ex fide non potest. Pre-
terea nō sunt instituēti cultus in ecclesia, sine certo uerbo Dei. Quod ego
tibi præcipio, hoc tantū facias: nihil addes. Nō habebis Deos alienos. Fru-
stra colunt me docentes doctrinas hominū, &c. Hic certē ex cruce lignea
Deū facis, confidens te hac cruce ab incursi. dēmonū tutū esse. Quantū
hec impietas à gentiū idolatria distat? Ridet eos Dominus per prophetā,
dicens: Plastę idoli oēs nihil sunt: & amantissima eorū non proderunt eis.
Ipsi sunt testes eorū, quia nō uident neq; intelligūt, ut cōfundantur. Quis
formauit Deū, & sculptile cōflauit ad nihil utile? Ecce oēs participes eius
confundent. Fabri enim sunt ex hominibus. Et mox: Non recogitāt in
mente sua, neq; cognoscunt, neq; sentiunt, ut dicāt: Medietatē eius com-
busi igni, & coxi super carbones eius panes: & coxi carnes, & comedī, &
dereliquo eius idoli faciā? Ante truncū ligni procidā? Pars eius cīnis est:
Cor insipiens adorabit illud, & non liberabit animā suā, neq; dicet, For-
tē mendacium est in dextra mea. An non hęc omnia de lignea ista cruce,
quam stolidi homines fabricant, & adorare iubet Aſtos, uerissimē dicun-
tur? Sed excutiamus Patrū testimonia, quib. Sotus absurditates istas ad-
scribit. Augustinus uero modestissimē de hac ceremonia, explicās uerba
Pauli, Sanctificat uir infidelis per mulierē fidelem, alioquin filij uestrī im-
mundi essent, in hūc modū scribit: Non uniusmodi est sanctificatio. Nam
& catechumenos secundū quendā modū suum, per signū Christi, & ora-
tionē manus impositionis puto sanctificari. Vocabulo sanctificationis ge-
neralissimē uti, sicut uir infidelis cohabitans cum fideli uxore, etiā infide-
lis permanens, sanctificari dicitur, hoc est, licitā esse conuersationē: ita e-
xempli causa etiā dicit, nō per nudū crucis signū, sed orationem & manus
impositionem sanctificari catechumenos. Addit aut, secundum quendā
modū, hoc est, non simpliciter, neq; ex uirtute, aut signatione crucis, I M O
NIHIL AFFIRMAT, SED DVBITAT, PYTO, inqt, SANCTIFICA

De pecca-
torum me-
ritis & Re-
mis. lib. 2.
cap. 26.

R E C V N D V M Q V E N D A M M O D V M S V V M . Sed quid hec ad cōfir-
 mas istas uirtutes energeticas crucis, quas Asotus describit, q̄ defendat ab
 incurrib. dæmonū: & docet eam adorandā, &c. Hieronymus dicit crucē
 in frontib. Christianorū impingi, & frequenti manus inscriptione signari.
 Hic nihil de immēsis istis laudib. & utilitatibus, nec de adoratione cucis,
 quemadmodū Asotus insaniens prēdicat. Vnde igit̄ Asote cruci istae im-
 modicæ uirtutes? Ex uirtute, inq̄t, passionis Christi, credit pietas Christia-
 na. Vnde uero, aut ubi hec uirtus à Christo est cruci isti effigiate, uel ex ma-
 teria formatæ, indita? Neq̄ em Christus passus est, ut crucē ligneā suo sa-
 guine consecraret, quo ab incursu satanę defenderet, aut nos per eam gra-
 tiā cōsequeremur. Hęc enim sibi soli referuauit, & ipse per se hęc prēstat.
 Nam officia sua & beneficia non secum in cruce expirauere, aut in ligneā
 ista crucis imaginē trāsformata sunt metamorphosi quadā Ouidiana. Est
 enim & manet perpetuus saluator. Scimus Petru plenū spiritu S. palam & Aet. 42
 diserte affirmare, nō esse aliud nomē sub cōelo datum hominibus, in quo
 nos oporteat saluos fieri, pr̄ter nomen Iesu Christi. Excludit res omnes,
 quocunq̄ tandem nomine sub cōelo uocent, quae nō sunt Christus ipse, ab
 hac uirtute saluos faciēdi, ut ipsi soli tribuat. Manifestū est autē, ligneā ista
 crucē nō esse Christū: nec Christū uirtutē suā illi cōmunicasse, ut defendat
 à dæmonū incurribus, sed sibi soli retinere, luxta illud Iſaiæ, Ego Dñs, glo-
 riā meā alteri nō dabo, nec laudē meā sculptilisbus. Quod uero dicit, Pieta-
 tem Christianā hoc credere: pietas est credere ea quae Deus uerbo suo p-
 mitit: impietas uero, cū quis ea que Deus uerbo suo nō pmitit, ex super-
 stitiōe nimis credula, uel crudeli potius, credere se imaginat. Quod addit,
 cæromoniā consignandi se figura crucis, certa fide credendū ab apostolis
 traditā, & in Ecclesiam inuectam, ad excitandā in nobis passionis Christi
 memoriam, omnium Ecclesiarū consensu, id nō tam facile probat, ac dicit.
 Sed tam facile negat, q̄ dicit. Basilius quidē in hęc uerba scribit: Figura De Spiritu
 crucis signare eos qui in nomen Domini nostri Iesu Christi spem habent,
 quis scripto docuit. Hinc Asotus colligit, cum scriptū non sit, & tamen in S. cap. 27.
 ecclesia usurpēt, ergo ab apostolis certō est traditū. Quod quantū ualeat,
 nemo est qui nō intelligat. Omnia scilicet, quae cuncte in cōetu illo, qui Ec-
 clesia dicitur, usurpanſ, sed in sacra scripture non extant, ab apostolis esse
 instituta? Quasi uero nō paulatim plurima sint ab Episcopis cōstituta, &
 aliunde temporis successu in Ecclesiam irrepserint: quemadmodū supra
 perspicuē est demonstratū. Non ignoramus Damascenū autorē esse ado- Lib. 4. de
 rationis crucis, ex quacunq̄ materia formatæ. Quod quomodo dictū sit orthodoxa
 (ut uerbis Augustini utar) autor sententiæ uiderit, qualiter possit expone- fide.
 te. Certē tanti nobis Damasceni, uel cuiuscunq̄ tandem alterius authoritas Lib. de na-
 non erit, ut illam ligneā crucē, contra tam manifesta scripturæ testimonia
 & argumenta firmissima adoremus. Manifestū est ex sacra scripture, nulli- tura & gra-
 rei defensionē à dæmonū incurribus, protectionē in bonis operibus, con- tia, cap. 61.
 firmationem animi ad uitāda mala & agenda omnia bona tribuenda, nisi
 ipsi Christo, eiusq; precioso sanguini, per fidē appr̄ahēso. Sicut dicit Dñs Aet. 26.
 ad Paulū, Constituam te ministrū, ut aperias oculos eorū, ut conuertant à
 tenebris ad lucē, & à potestate satanę ad Deū, per quid? Per crucēmne ef-
 giatam aut formatā? Nequacq̄, sed addit, Per fidem quae est in me. Nō ait,
 Per crucem digitis formatā in aēre, siue quacunq̄ alia materia expressam,
 SED A' POTE STATE SATANA E LIBERENT VR, ET CONVER-
 TANT VR, PER FIDEM IN ME. Paulus inquit, Christū esse propositū Rom. 10.
 à Patre propitiatorem, perfidem interueniente ipsius sanguine. Non ait,
 cruce effigiatā & expressa quacunq̄ materia. Sed hęc manifestiora sunt,
 quam ut prolixa & laboriosa opus sit confutatione. Errores enim istos

crassos & palpabiles, atq; tenebras plus quam Aegyptiacas monstrasse, & in lucem produxisse, est uicisse. Quod igitur dicit, frequenti repetitio- ne, & iteratione consignationis crucis, pietatem Christianam credere se gratiam consequi, omittere uero ex proposito in Catechismo, uel ubi Ec- clesiae ordinatione fieri debet, sacrilegium esse & Apostolicæ traditionis transgressionē, monastica & idolatrica superstitionis est, & impietas. Scimus nobis gratiam Dei per fidem in Christum mediatorē contingere. Gratia, inquit Paulus, salutati estis per fidem: & hoc non ex uobis. Dei donum est, non ex operibus. Non autem per crucis formationem gratia uobis contingit, sed per fidem. Donum est, non ex operib. uestrīs. Iustificati gratis per gra- tiā ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem propoluit Deus propitiatorē perfidem, in sanguine ipsius. Quid his Pauli testimo- nijs manifestius? Fides enim, ut dictum est, nūtit uerbo Dei. Demon- stra ergo Dei uerbum, quo Deus uirtutem hæc signo & characteri crucis indiderit: quod quando facturus sis, ipse uideris. tunc autē fiet, cum Chri- stus morietur, & denuo sepelietur, & uirtutem suam crucis signo tradide- rit. Cum igitur nō modò uerbo Dei sententia hæc probari non possit, sed planè contrariū ex eodem appareat: superstitionis est & idolatria, charac- teribus & cruci ex quacunq; materia expresse, uirtutē & officium, quod soli mediatori Christo cōpetit, adscribere. Superstitionis, cum eius rei neq; uer- bum Dei, uel testimonia scripture habeamus, neq; causam in rerum natu- ra: idolomania execranda, quia cultus tanq; necessarius ad pietatem & sa- ludem sine mandato Dei instituitur. Et Christo, eius merito, honoris & san- guini detrahitur, quicquid effigiatæ cruci tribuitur. Sed his / sotus Da- mascum sine scriptura loquentem, non solum opponit, uerum etiā lon- gē præponit.

Et planè idem cruci isti ligneæ Christi accidit, quod serpenti æneo, à Mose in deserto erecto, in remedium cōtra morsus serpentium, qui typus fuit Christi, eiūsc̄ in cruce suspensionis. Hunc paulatim Iudæi superstitione coluerūt, diuinos honores exhibebant, & incensum adolebāt. Recē ergo ab Hiskia confactus est, licet antē diuina ordinatione institutus, & salutem per eum Dominus populo Israelitico contulerat.

Necdum probatum est, Asote, ab Apostolis hanc ceremoniam in Ec- clesiam inuestitam, ad excitādam in nobis passionis Christi memoriam. Et ut maximē de hoc constaret, & certò affirmari posset, qd ex tuis testimo- nijs, quæ ex Augustino, Basilio, Hieronymo & Damasceno protulisti, e- uinci non potest: tamen certum est, tam tetros errores ab Apostolis num- quam esse institutos. Alias enim sibi ipsiis essent contrarij. Et alia sunt lon- gē maioris momenti à Christo tradita, quæ in nobis memoriam passionis eius excitare debent. Instituit publicam & priuatam concionem Euange- lij sui, qua passio & crux Christi semper adnunciatur. Et instituit testibus Evangelistis ac Paulo cœnam suam ad memoriam passionis suæ. Nec li- cet cultus fingere & comminisci priuata autoritate. Quare cum ab Apo- stolis institutam hanc ceremoniam probari non possit, & ut maximē ali- quoties ab eis usurpata esset, tamen non hoc modo, quo iam Papales, sed ut libera & paedagogica ceremonia. iam uero nescio quam impia & Chri- sti merito atq; passioni contraria energiam ei Papales affingant, non mo- dò sine sacrilegio omittitur, sed ad exemplum Hiskia recte omnino con- signatio illa crucis effigiatæ propter impium & superstitionem atq; idola- tricum abusum abrogatur.

Quod postea ex Tertulliano, non solū ad crucis signaculum, sed etiam omnes traditiones confirmandas, adducit, quo ostendit antiquissimam fuisse cōsuetudinem, nec ullam scriptam inueniri legem, sed traditionem præten-

Prætendi auctricem, consuetudinem confirmatricem, & fidem obseruaticem: non ignoramus hæc & alia cùm à Tertulliano, tum ab alijs posse affterri. Verùm quemadmodum non quid fiat in factis queritur, sed an iure fiat: ita in dictis & scriptis Ecclesiasticorum autorum, qui extra scripturæ canonem sunt, non quid dicant & scribant, sed quām recte & piè, an ui delicit scripturæ sacræ sint consentanea, uidendum: unde nisi probentur, nec sibi, nec alijs credendū, Augustinus firmiter statuit. Necq; etiam ipsius *Aug. epist.*
Asotus iudicio sufficit ad probationem, quod Tertullianus, deinde etiam ^{19.} *Sup. ca. 56.*

alij Patres post se scriptum reliquere, hanc esse Apostolicam traditionem, sed firmiora requirantur testimonia. Et quod dicit hoc loco Asotus, Tertullianus uult traditiones suscipi ex consuetudine, & credi: quid audio: Nil ne ergo refert quocunq; modo consuetudo aliqua incerto & ignoto authore irreperitur: sed omnia quæcunq; consuetudine recepta sunt, Apostolicarum traditionum nomine recipienda & credenda? Aut dicit diuersitatis rationem, & notas, quibus quæ ceremoniae consuetudine probentur, quæ secus intelligatur. Cumq; locum ex Tertulliano de traditionib. *Tertull. lib.*
Asotus inquit: Hoc exigit ueritas, cuī nemo prescribere potest, non spaciū tem *De virgin. uelandis.*
Asotus porum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia, vel simplicitate sortita, in usu per successionem corroboratur, & ita aduersus ueritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus ueritatem se, non consuetudinem cognominauit. Si semper Christus & prior omnibus quæ ueritas sempiterna & antiqua res, uiderint ergo quibus nouum est, quod sibi uetus est. He rebus non tam nouitas quām ueritas reuincit. Quodcunq; aduersus ueritatem sapit, hoc erit heres, etiam uetus consuetudo.

Audiamus & aliorum Patrum contra consuetudinem testimonia, cum eam Asotus tantum faciat cum sua cohorte pontificia, ut quid Patres de ea senserint. Est enim iam consuetudo articulus fidei Romanæ Ecclesiæ.

August. lib. De duabus animab. contra Manich. cap. IIII.

Hic uero cohærerent fortasse, ducemq; rationē sequi recusarent: tanta est uis ueterinarum opinionum, & diu defensæ atq; creditæ falsitatis.

Ibidem cap. X I I I .

O' consuetudo peccati, o' comes poena peccati, uos me tunc à rerum tam manifestarum consideratione auertistis, sed non sentient nocebatis: Nunc in familiarissimis meis similiter non sentientibus me iam vulneratis torquetisq; sentientem.

Cypr. lib. I I . epist. III.

Quare si solus Christus audiēdus est, nō debemus attendere, qd aliquis ante nos faciendū putarit: sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit, necq; enim hominis consuetudinē sequi oportet, sed Dei ueritatem.

Et mox: Fas non est infringere, aut in aliud, quām quod diuinitus institutum sit, humana traditione mutare.

Idem ad Iubaianum.

Proinde frustra quidam, qui ratione uincuntur, consuetudinem nobis oponunt, quasi consuetudo maior sit ueritate: aut non fuerit in spiritu libus sequendum, si melius fuerit à Spiritu sancto reuelatum. Ignoscí potuerat simpliciter erranti: at qui post inspirationem & reuelationem factum, in eo quod errauerat, persevererat, prudens & sciens sine uenia ignorantiae peccat, præsumptione & obstinatione superatur.

Idem

Idem ad Pomp. contra Epist. Stephan.

Nam cōsuetudo sine ueritate uetus erroris est, propter quod relatio errore, sequamur ueritatem. Quam ueritatem nobis Christus ostendens, Ego sum ueritas, dixit.

Chrysost. in Genesim Homil. LV I.

Vbi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Post: Vides quomodo non oporteat consuetudinē p̄texere, sed quod iustū est, inquirere. Ecce enim quoniā mala erat hēc consuetudo, explosa est, & non licet ulli eam prætexere. Nusquam igitur obsecro consuetudinem inquiramus, sed ubiq; quid utile: & si quid est bonū, etiamsi non sit consuetudo, fiat à nobis: & si perniciosum est, etiamsi consuetudo sit, fugiamus, & auersemur.

O' igitur terç; quaterç; miseri, qui uos, uestramq; salutē, & ad pietatē necessaria, tam futili committitis fundamento. Sed digni estis talib. nugis, quia certa amplecti nō uultis, sed eiusmodi consuetudines pro certissimo fidei fundamento collocatis, & lucem tenebras dicitis. Iusto itaq; Domini iudicio fit, ut tenebras pro clarissima uerbī diuini luce amplectamini.

Sed rationem, inquit Tertullianus, traditioni, consuetudini & fidei patrocinatur, aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit, disces. Interim nonnullā esse credes, cui debeat obsequiū. Quibus addit Aſotus nost̄er homo bellissimus coronidē. Obsequiū debemus traditioni, obsequiū fidei. 2. Cor. 10. inquam, de quo Paulus inquit, Captiuantes intellectū in obsequiū fidei. Quòd Paulus de dogmatib. fidei in Christū, quæ ex diāmetro cū ratione & intellectu hominis pugnant, & carnalis homo non percipit, sed sunt ei stulticia, docet ut propria intelligētia nos abdicemus, & renūciemus carnis prudentiæ, qua illa supercœlestia de Christo capere nō possumus: id homo facetus, aut potius fanaticus ad traditiones & cōsuetudines refert, & uult ut sine discriminē omnes traditiones recipiamus, nec causas & rationes inquiramus: cum hē nō modō cum ratione hominis nō pugnant, sed etiam pulcherrimē conueniant, imo etiam ab blandiantur: id quod uel rationale diuinorum obsequiorū testatur, in quo nihil sine ratione & causa, ac significatione, non solum in panoplia illa uestitus Missatici & cæremoniarū atq; rituum omnium ecclesiasticorū, sed etiam alijs minutissimis relinquit. Ita ut ne gallus quidem, qui supra turrim, in qua baptisata campanæ suffraganeis pendent, collocatur, asymbolus sit, sed suam habeat rationem. In his certè, si ratio consulatur, non opus est ut intellectum captiuemus: delectatur enim huiusmodi lusu, non secus ac infantes suis puppis. Quòd si uult Aſotus, ut recipiamus traditiones cum obsequio sine diligentiori inquisitione & examine, habemus Paulum, qui præcepit ne simus pueri sensibus, nec quoquis uento doctrinæ circumferamur, in astutia hominum: sed ut probemus spiritus, num ex Deo sint, & ut omnis prophetia sit analogia fidei, quanto magis incertæ istæ consuetudines & traditiones. Hæc Aſoto respondere uoluimus. Nam quòd Tertullianus dicit, ipſe uiderit, ut antè dictum est, quomodo probet. dicit sicut tempore fuisse receptam: legem nullam esse scriptam, quæ hoc doceat. Ideo ad traditiones referandam. Sed hoc nondum probat ab Apostolis esse traditum. Et ut de hoc constaret, tamen de fine & usu non est certum, quòd Apostoli eo consilio instituerint, quemadmodum Aſotus hic nugatur. Imo certum est, ex ihs quæ à nobis iam hoc cap. dicta sunt, nullo modo ab Apostolis esse in hunc finem cæremoniā institutam. Multa etiam in antiqua Ecclesia, Patrum temporib. fuerere recepta, quæ tamen non fuere

fuere laudabilis, aut omnibus probata. Sicut etiam Augustin. fatetur, suo Epist. 119.
tempore in Ecclesia multa fuisse præter consuetudinem instituta, quæ tan-
quam sacramenta sunt obseruata, quæ probare non possit: nec tamen pro-
pter turbulentas personas, ad cauenda scandalum, liberius improbare ausit, Nota.
& addit: Quamuis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidem
sunt: ipsam tamen religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebra-
tionum sacramentis misericordia Dei liberam esse uoluit, seruilibus one-
ribus premunt.

Quod si papales isti cæremoniæ hanc liberam & adiaphorā nobis re-
linquerent, tolerari posset, sicut idem August. restatur de cæremonijs Ec-
clesiarum. Totum hoc genus rerū liberas habet obseruationes. Cum uero
Asotus dicat omissionem in Catechismo ex proposito, uel ubi ex ecclesiæ
ordinatione fieri debet, sacrilegiū esse: miror initio, quid sibi Asotus cum
suo Catechismo uelit, uel quis ille sit in Papistica ecclesia. Nisi forte lusum
puerilē, qui semel obseruari solet à suffraganeo, cum per ocium audit pue-
ros recitantes uerba Dominicæ orationis, Ave Maria, & symboli Apoli-
ci, sine sensu & mente, quemadmodum psittacus suum x̄x̄p̄, atq; crucis si-
gno cōfirmato impacta alapa, ita perfunctus est suo munere. Hęc ne insti-
tutio est Christiani hominis: O' uos ignauos uentres, o miseros illos cate-
chumenos. Alia longe fuit ratio in primitiva ecclesia catechismi, ubi per-
petuò fuere occupati docēdo, qualis fuit Origenes, & Augustinus descri-
bit sed docere sacrificuli ignauī non possunt. Alij molestiam hanc subire
nolūt, interim tempa sunt occupata cultibus pro defunctis, ex qua re mi-
nus oritur laboris, minus requiritur eruditio, & emolumenti est pluri-
mū. Deinde unde Ecclesiæ illa potestas ordinādi characteres crucis, quo-
rum omissione sit sacrilegiū, sicut forte in canone Missæ, nō video. Illuc enim
tremenda sunt & celebrantur mysteria, adde si libet magica; & sicut in ma-
gia, dæmonibus euocatis, omisso charactere, aiunt magos statim à dæmo-
nibus miserè tractari, ita sine grādi sacrilegio in Missa nullus crucis chara-
cter est omittendus: ideoq; tam diligenter, adde etiam superstitionē mife-
ris sacrificulis non tantum præscribitur, Fac crucem, uel fiat crux: sed quia
plerumq; ualde sunt rudes & imperiti latinæ linguae, etiā ob oculos depin-
guntur, ne quid illarum omittatur, & sacrilegium committatur. Sed hæc
magis relinquamus, & Papisticis simijs, qui gesticulationibus eiusmodi
delectantur. Quod si tantum cæremonia est & externus cultus, quomo-
do eius omissione potest esse sacrilegium?

Defatigatus Asotus formatione characterū crucis hoc capite, cum in
præcedenti nouem traditiones ex Basilio cū Brentio recensuisset, uideli-
cet, stantes orare, quandoq; genua flectere, ad orientē se conuertere, &c.
quo tandem, ut inquit, criminatioib. Brentij satisfaciat, omnes cōmiseret
in unū chaos, & corollaria quædā colligit & subneicit. Sed heus bone uir,
Nouem ubi sunt? Cur reliquias præteris omnes? Num indignæ erant, cum
tamen parem ad pietatē uim habeant cum scriptura, quæ enumerarētur?
An uero tandem te harum nugarū in tanta uerbiluce pudet? Et cur non
id quod res est fateris? aut si aliter sentis, cur non contra Brentiū, cum quo
te congrēssurum esse, & monomachiam instituturum, & quidem in spe-
cie de singulis traditionib; te dicturum esse, ut præfatus es, defendis?
Sed uideamus corollaria Asotii transmarina, & ex ultima Hispania à Com-
postella atq; D. Iacobo illuc requiescente, per miraculum, quo maior esset
concursum & frequentior, creata & allata sunt, unde orarium Sotus si-
bis faciet, à quo, ut fieri consuevit crux, à se iam effigiata ex materia non
solum lignea, sed etiam aurea dependeat. Primò inquit, cum ab Apo-
stolis externæ illæ etiam minimæ cæremoniæ, & non magni momenti,
Ecclesijs

Ecclesijs sint traditæ, admonemur magna cum reverentia suscipienda, & multi facienda quæcunq; in cultu Dei tota obseruat Ecclesia: quæ etiam si minima uideant, tamen nō dubitamus ex speciali Dei cura & magisterio Sp̄iritus sancti ab Apostolis commendata esse Ecclesijs. Respondeo domine Petre, uerum est plurimi esse facienda omnia etiā minutissima, quæcunq; ab Apostolis sunt tradita, & uocem illorum atq; doctrinam non se-
cūs ac Dei Patris cœlestis, & filij eius unigeniti audiendā, iuxta illud: Qui
uos audit, me audit. Verūm hoc non queritur: sed num illa, quæ Basilus
recenset, ab Apostolis sint tradita, & quidem hoc consilio, ut semper & u-
biq; à tota Ecclesia omnium temporum & locorum sint obseruanda. Hic
tu dicas, NOS NON DVBITAMVS. Quid tum postea? fingere quidvis
pro arbitrio poteris & opinari, nondum tamen aliorum conscientiæ est
satisfactum. Conscientiæ in causis religionis, non hominum opinionib;
reguntur, sed uerbo Dei & certissimis ac firmissimis atq; indubitatis ar-
gumentis. Ecclesia enim Dei fundata est super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, hoc est, doctrina ipsorum, quæ extat descripta, non
illis scenicis gesticulationibus, quæ consuetudine in Ecclesiā irreperunt,
& deinde persuasione Apostolorū nomine obtrusa. Et qui sit, non bone
uir, q; in alijs omnibus, ubi Deus ipse in suo uerbo promissionibus suis si-
dem uult haberi, & seuerissime damnat dubitationem, semper cum tuis
dubites, & dubitandum esse doceas: contrā uero certam & indubitatem vo-
ces. Sed hic, ubi nullum Dei uerbum, mandatum, aut promissionem Dei
de lignea & effigiata cruce habetis, adeò fortes litis & firmi ac radiani in
fide, prouersus ut non dubitetis, Nos, inquens, scilicet catholici, non dubita-
mus: Cate, ne impij Ahas similis fias, qui cum iussus esset petere signum
à Deo, quo confirmaretur fides ipsius in promissionem Dei de auxilio
contra hostium incursionem, recusauit id, ne scilicet Deum tentare uide-
retur: cùm nihilominus Deo diffisius, ad præsidia humana respiceret.

Quod præterea addit, multi facienda, quæcunq; in cultu Dei, tota ob-
seruat Ecclesia. Scimus cultus Dei esse eos, qui ab ipso sunt instituti & mā-
dati: nec licere ulli creaturæ cultus in Ecclesia instituere. Iuxta illud: Non
quod tibi uidetur, sed ego tibi præcipio, hoc tantum facies Domino Deo
tuo. Item, Frustra me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum.
Ad hæc, quod Sotus subinde repetit, licere Prælatis leges condere & pre-
scribere Ecclesiæ, quod ipsa teneatur obseruare: fallitur fraterculus diffi-
militudine, quæ est inter magistratum politicum, & ministros Ecclesiæ.
Potestas enim politica, armata est autoritate condendi proprias leges,
non pugnates cum Decalogo & iure naturæ, utiles publicæ tranquillita-
ti. Et de his traditum est seuerissimum Dei mandatum, Necesse est obedi-
re propter conscientiam. Sed ministris Ecclesiæ expresse prohibitum est
condere proprias leges, ijsq; Ecclesiæ onerare. Sic enim dicitur: Nemo
uos arguat in cibo & potu, &c. Item, In libertate, qua uocati estis, state, &
nolite iterum iugo seruitutis subiisci. Item, Paulus non uult laqueum inij-
cere, Petrus uero nō uult iugum, ne legis quidem Dei, nedum hominum
ceruicibus discipulorum imponi. Est præterea ingens discriminem inter
ueram & falsam Ecclesiæ: & hæc plerunq; tenet titulum & nomen uera
Ecclesiæ: præcellit potentia, sapientia, numero & multitudine. Item in illa
ipsa uera Ecclesia Dei, non sunt uniusmodi omnia, quæ obseruantur. Nam
quod ad sacramentorum obseruationem attinet, certum est ea non nisi di-
uina autoritate posse institui, ideoq; non etiam mutari ab ullo homine
posse, nisi forte ab Asotica Ecclesia, quæ pro temporis ratione mutandi
ea potestatem habet. Quod uero attinet ad alias cærimonias, quæ sunt
indifferen-

indifferentes, seruire debent ordini & ædificationi, liberae sunt, & pro circumstantia temporum & locorum uariant, & mutari possunt. Quod si ille ceremoniæ, quas ex Basilio recensuit Brentius, ab apostolis traditæ & ordinatæ sunt certis Ecclesijs: certè non existimandum erit, hoc consilio & fine institutas, ut essent cultus, aut necessariae, quæ sine sacrilegio, ut Alostus nugatur, omitti non possent, aut quæ omnes omnium temporum & locorum homines obligarent, sed ut essent paedagogicæ & liberimæ observationes ac ritus præsentibus temporibus, locis & personis seruientes. Quid enim, obsecro te, ad pietatem & cultum facit, stans, sedens, aut in lecto decumbens ores, Occidentem, Orientem, Meridiem, an Septentriō nem respicias? Atqui hæ & similes inter reliquas eo loci inter Apostolicas recensentur.

Secundum corollarium est, Nihil temerè & facile in cultu Dei admittendum esse, quandoquidem etiam minima ab Apostolis tradita sint. Quicquid sane cum hac disciplina Apostolica non consentit, merito rejiciendum est. Haec tenus Asotus.

V erissimum est, nihil temerè in cultu Dei admittendum: uerissimum & hoc est, minima etiā ab Apostolis descripta esse, præsertim uero ea que ad salutem & honestatē sunt necessaria. Videmus enim apostolum Paulum, ^{1. Cor. ii.} in ordinatione ecclesiæ, ne comœ & pepli quidē muliebris oblitum. Quod igitur Asotus asserit, nihil temerè in cultu Dei admittendum esse, & nos fatemur: & toti in hoc sumus, ut illa quæ temerè sunt admissa, remouantur: & ob hanc etiā causam repræhendimus grauissimè Asoticos omnes, ut uix aliud maius nobis sit cū ipsis certamen, quam de illis ipsis cultibus, bona intentione hominum in Ecclesiā inuestis, qui nunc superstitione mera aut malitia mordicus à Papistis retinentur & defenduntur. Vnde enim quæso te Asote potissima pars innumerabilium cultuum & superstitionum infinitarum in uestra Romana Ecclesia? Certè ab Apostolis dicere quantumvis impudens sis, traditos esse, affirmare non poteris. Constat enim de cæremoniarum plerarumq; authoribus Pontificibus. Quicquid ergo cum doctrina Apostolorū non consentit, merito rejiciendū est.

Quod postremo loco affert, oportere nos nō tantum interiora curare, sed etiā exteriora, præcipue in Ecclesia, ut omnia secundū ordinem & honestè fiant, autore apostolo Paulo, qui dixerit, Cætera cum uenero disponam: unde Augustinus collegerit, ab eodem traditum Ecclesijs, quod in celebratione huius sacramenti obseruat ab omnibus: non est obscurum, ingens esse discrimen inter cultus mentis interiores, qui sunt spirituales, nec nisi à uerè Christianis prestari possunt. Quales sunt, uera Dei agnitiō, fides, inuocatio, gratiarum actio, confessio non auricularis, sed uerbi Dei, &c. & cæremonias illas externas paedagogicas atq; exercitia corporalia, que teste Paulo modicū prosunt. Nec tamē q; ad has quoq; attinet, quisq; nostrū est, qui confusionem & æmōniū amet. Qualis uero sit ordo, & q; honestè omnia fiant in ecclesijs Papisticis, res ipsa loquit̄. Et nos superius ap. s. non nihil de ordine isto in Ecclesijs Pontificijs diximus. Cum enim præcipuū esse debeat in ecclesia recte instituta uerbi Dei predicatio, qd assidue est acuendum, & copiose inter nos habitare debeat: omnia fere Papistica templa, q; ad docendum attinet, per totum annum muta sunt, & suggestis carent. Mortua uero & muta sacra fiunt, ut similiora sint sepulcris & speluncis mortuorum, quam templis uitiorum. & ut maxime interdum doceant, quale id sit, norunt utrīq; & doctores & auditores, uel ut rectius dicam, pariter utrīq; ignorant. Interim uel uociferationibus & ululatu uel mutis sacris pro defunctorum animabus ex purgatorio miro liberandis, uel hypocritico & idolatrico cultu diuorum, quorum

Sss nonnulli

nonnulli nunc extitere, occupati. Astat plebs attonita, & ignara illorum quæ agunt, spectans & admirans histrionicas gesticulationes. Et (quemadmodum olim apud Corinthios) singuli ferè sibi seorsim in angulo missando & murmurando communicant, interdum uiginti hinc inde in eodem templo & omnibus eius angulis Missas garriunt. Aliquando plures magne Missæ simul in eodem templo cantatae sunt, ita ut esset mera sonorū confusio, & ueluti promiscuus quidam pecudum balatus. Et omnia non intellectis linguis peraguntur. Atqui talem Ecclesiæ formam Paulus confusione appellat, quam negat à Deo uero & uiuo uenire. Venit igitur à confusionis omnis autore. Quanta uero grauitate passionis historiam, à qua omnis nostra salus dependet, tractent & ludant, quos risus moueant, omnibus est manifestū. Hic ordo est, hæc honestas in templis Papistarū.

Cæterum, quod ex Augustino afferit, ex hac Pauli ordinatione omnia esse, quæ circa celebrationem huius sacramenti obseruantur ab omnibus, ut maximè omnia hæc concedamus: nihil tamen hæc ad Missæ celebrationem Papisticam. Loquitur enim Augustinus de Sacramento cœnæ Dominicæ, quam Papistæ nec habent, nec celebrant. Sed mutauerunt in sacrificium, quod offerunt Deo pro peccatis, quæ actiones toto genere sunt diuersæ. Deinde de Missæ partibus, cæremonijs & uestib. nemo est qui ignoret esse centones male à plurimis autoribus consutus, qui etiam singuli numerati sunt, peculiaribus scriptis à nostris editis, & ex ipsorum scriptoribus collectis. Quare ingens impudentia est, & manifestum mendacium, apostolo Paulo acceptas ferre cæremonias Missæ Papisticæ.

Postremò concludit tandem hoc caput, q̄ quemadmodum sacramenta, quorum uis plurimum ualeat, contempta sacrilegos faciant: eadem ratione obseruantias has & cæremonias minores contemnere, sacrilegium sit grauissimum. Quanta hominis incogitantia, ne quid dicam durius, q̄ non erubescit ridiculas istas cæremoniolas, stantem orare, uersus Orientem, &c. conferre sacramentis à Deo immediatè institutis? Non opus est refutatione, ipse enim error est manifestior, quam ut uerbis opus sit. Quare tandem finem faciamus istarum minutarum cæremoniarum. Molestum quidē est in istis friuolis nugis diutius immorari. sed quid facias homini inepto, cui nisi secundum stulticiam suam respondeas, sapere sibi uidebitur? Pergamus itaq; ad alia.

ANNOTATA IN CAPUT LXII.

Patronus miserarum traditumcularū, misere sententia Basilij detrumentata & depravata, ne sic quidem se huic tanto negocio satisfecisse intelligit. Nimis enim absurdum esse uidet, si dicantur hæc minutæ parem uim ad pietatem cum scriptis dogmatibus habere: ideo mirè se torquet, & in omnes formas se uertit, quo eam defendat. In traditionib. enim remitoram, fidem, & religionem Papisticam, atq; plurima ad salutem necessaria, sita esse opinatur. Ideo iam discrimen facit inter traditiones, alias uocatas maiores, alias uero minores. Maiores sunt, quæ res ad salutem necessarias & multorum sacramentorum, ut confirmationis, ordinis, penitentia, atque confessionis peccatorum continent. Similiter & professio, qua in baptismo Patrem, Filium, & Sp̄ritum sanctum profitemur, quod ad ipsam religionis substantiam pertinet, cum tamen non ita necessario in baptismo haec exigenda professio, tam apertum sit in scriptura. Hæc, inquit Auctores uero, quales sunt, ad Orientē cōuerti, ter in baptismo mergere, &c. non ita esse necessarias, nec ad substantiam religionis, & sacramentorum pertinere, immo etiam mutari posse ob aliquam necessitatem: sed tamen non propria authoritate, hoc enim esset illicitum. Ad quod genus uero referes signatio-

signationem crucis, maiores an minores? Postremo, quod Brentius querit, Num Apostoli tria illa millia hominum, quae una die baptisauerunt, temerarerint? ridiculum esse noster Asotus respondet, cum nec aquam eos benedixisse eo die credendum sit, aut alias cæremonias adhibuisse (quod credit procurator) de quib. Dionysius & antiquissimi Patres mentione fecerint; SED HAE OMNIA HUMANO MORE PAVLATIM ECCLESIAS SINT COMMENDATA. Hæc hoc capite Asotus, ad quæ paucis respondebimus, quia primum se de maioribus traditionibus plura dicturum pollicetur. Et quidem initio ruinam se in his suis angustijs, quib. coarctat, inuenisse arbitratur, qua elabi possit, distinctione hac traditionum, maiorum & minorum. Sed ut in fine 60. cap. dictum est, Basilius ipse non distinguuit, verum generaliter loquitur de omnibus illis traditionibus, quod sint Apostolicae, & parem uim ad pietatem habeant, cum scriptis dogmatibus. Cum ergo autor non distinguat, quod sit, quod dominus Petrus adeo sit acutus & ingeniosus in alieno opere, præter mentem autoris? Sed hoc non tam in Basili defensionem, ne in hoc errasse, & nimium traditionibus tribuisse videatur, quam ut salua maneat traditionib. omnibus, quibus Romana Pontificia religio constat, authoritas, excogitauit. Deinde, cum multo plura sacramenta ex traditionibus habeant Papistici, quæ hic inter maiores traditiones recensentur, quam ex scripturæ sacræ authoritate & institutione diuina, mirum non est, fratrem Petrum tantoper laborare & dīgladiari pro illorum authoritate confirmanda. Sicut & superius dixit scripturas esse obscuras, traditiones uero planiores, pleniores & explicatiores.

Verum enim est, scripturam de his Asoticæ Ecclesiæ sacramentis confirmationis laruatae, ordinis sacrificiorum, pœnitentiae Papisticae, quæ constat cordis contritione, oris confessione, atque omnium peccatorum enumeratione, & denique operis satisfactione, adeo esse obscuram, ut in ea horum nihil uideri aut intelligi possit. Ideo recte facit Asotus, quod hæc ad traditiones refert, & hinc originem illa ducere asseuerat. Quia ex sacra scriptura nunquam hæc probabit. Sumit autem bonus ille uir tanquam pro confesso, illa que ipse ab Apostolis tradita configit, esse sacramenta, & quidem ad salutem necessaria. Quorū utrumque longa adhuc confirmatione indiger, nec tam unquam probabit: sacramentorum enim institutio (si uere & propriè de sacramentis loqui uoluerimus) neque ad Apostolos, neque quenque alium hominem, sed ad solum Deum pertinent authorē. quod & sacerdotia scholastici confirmant. Thomas enim Aquinas affirmit institutio nem noui sacramenti, ad potestatē excellentiæ, quæ soli Christo cōpetat, pertinere. Ergo reliqua quinque Papistica sacramenta, etiā autore Thoma, sacramenta non erunt, quia non à Christo, sed ab Apostolis, & quidem sola traditione instituta. Certum ergo, expressum & indubitatum mandatum Dei requiritur. Laruatum uero & ridiculum confirmationis sacramentū etiam apud ipsosmet Papistas in desuetudinem abiit: similiter & extrema uncio. Sacrificuli uero & monachī matrimonij saramento (etsi nullum libenter celebrent) carent. Quod si confirmatio & extrema uncio, sunt traditio Apostolica ad salutem necessaria, ut hic Asotus blatterat, quam horribilis hæc est & detestanda Episcoporum ignavia, q̄ gregis suę fidei commissi salutem tam turpiter negligunt, quam ergo Deo ratione reddent:

Sacramentum ordinis, quo sacrificulos Missaticos ordinant, & ungūt, ut offerat corpus & sanguinem Christi pro peccatis uiuorum & mortuorum, abominatione est horrenda & profanatio cœnæ Dominicæ. Hoc Apostolis tribuere, ingens est impudētia, cum eis hoc nunquam ne quidem per somnum in mentem uenerit: & toti antiquitatī, sicut Missa Pontificia, ita etiam hoc sacrificiorum genus fuerit ignotum. Ministros quidem Ecclesiæ & Episcopos,

scopos, qui docendo ualerent, & essent typus fidelium, eos uocasse & ordinasse non ignoramus : sed talem ordinem, qualis est Papisticorū Missificum cōetus, eos instituisse, tam longe est ab Apostolis, quantum diabolus est à regno cœlorum. De sophisticis nugis, & intricatis quæstionibus attritionis & cōtritionis in pœnitentia sacramentali, quando sit sufficiens, impossibili peccatorum enumeratione, & in aures monachorum insuffratione, impiaç operum à sacrificis impositione pro peccatorum satisfactione, quæ Asotus dicit esse sacramenta ex traditionib. Apostolorum ad salutem necessaria, quid attinet multa dicere, cum Asotus nihil probet, sed tantum nudis suis uerbis dicit. Igitur eadem facilitate reiçitur, qua assertur. Nec uero id, qd ad salutem est necessarium, sed potius quod est impedimentum & humanū figmentum, quod etiam saniorib. Patribus Augustino, & alijs fuit ignotum, reiçitur. Probet Asotus has traditiones ab Apostolis Ecclesijs commendatas hæc esse uera sacramenta, probet & ad salutem esse necessaria, idç ex scriptura sacra, uel saltem ex antiquioribus & purioribus Patribus Irenæo, Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, &c. quod non potest, & respondebimus. Recenset & professionem, qua in baptismo Patrem, Filium, & Spiritū sanctū proflitemur, & ad substantiam religionis pertinet, inter Apostolicas traditiones, quia nō adeò aperta sit in scriptura, ut si non adeset traditio certissima, in dubiū uocari non posset. Miror si Asotus nūquam serio de hac re cogitauerit, cum eius rei manifestissima in sacra scriptura extant exempla & testimonia, de quibus copiosius suprà cap. 60. & ut alia hic omittamus, uel illud unicum Philippi apostoli eunuchū reginæ Candacis baptisantis satis aperte declarat. Dum enim uenissent ad aquam quandam, ait eunuchus, Ecce aqua. Quis prohibet me baptisari? respondit Philippus, si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo filium Dei esse Iesum Christū. An non satis manifestè hic Philippus professionem fidei exigit? Quid igitur opus est ad traditiones non scriptas hæc referre? Sed hoc agit Asotus, ut referat ea quæ perspicuè extant in scriptura inter suas traditiones & ut abiecta scriptura sacra, quæ est oraculū spiritus S. & fundamentū nostrę salutis, ad traditiones incertas, dubias, partim nullius momēti, partim etiam ridiculas, & ut paucis dicam, ad Pontificem Romanū, qui omnia ad salutē necessaria, in scrinio pectoris sui habet, ableget. Quod igitur Basilius dixerat de traditionibus, parē ad pietatē uim haberēt, id Asotus de maioribus, quas parū enumerauit accipiendū esse temerē, & ex se se ipso contra Basiliū ex cogitauit, Is enim statim subiçit exempla, de quib. hæc dicta esse uelit, uidelicet traditiones istas, figura crucis signare eos qui in nomē Domini nostri Iesu Christi spem habent, ad Orientē conuersos orare: inuocatio uebī, dum panis Eucharistiae, & poculum benedictionis ostendit, Benedictio aquæ baptismatis, & olei unctionis, olei illitio, ter mergi hominē, quis sanctorū scripto hæc reliquit? Hæc sunt quæ Basilius ab Apostolis tradita esse opinatur, de quibus dicit, quod parum ad pietatem uim habeant. Asotus uero has minores esse dicit traditiones, nō ita necessarias, ut ratione aliqua mutari nō possint, aut etiā præter contemptū omissæ damment. Et quod amplius est, Asotus ipse fateſ, se non credere, Apostolos ter mississe aut unxiſſe, nec aquā baptismatis consecrass̄e. Imò neq; ab Apostolis tradita esse hæc, sed hæc omnia paulatim humano more Ecclesijs esse cōmendata. Hoc demum est traditiones apostolicas & patres, eorūq; dicta, & sentimenta defendere. Basilius dicit hæc quę iam recensuimus ab apostolis tradita esse Ecclesiæ, & non minorē uim ad pietatē, quam scripta dogmata habere. Asotus uero noster homo perspicax in suo capitio, negat hæc Basiliū ad minores has traditiones transferenda, sed tantū ad maiores quarum

quarum hoc loco Basilius nullam facit mentionem. Negat idem D. Petrus se credere haec ab Apostolis tradita, sed humano more paulatim Ecclesijs commendata, hoc est, ab hominibus excoxitata & ordinata, uel in certo auctore consuetudine in Ecclesiam irreplisse. Atqui hactenus pro Apostolis traditionibus haec omnia uenditabas. Qui ergo iam tui oblitus, paulatim in Ecclesiam irreplisse sponte fateris? & Basilius ipsum mendacij arguit, & ab eius sententia atque auctoritate recedis? quod ante in Brentio & nobis omnibus, reprehedebas. Confessionem audimus aduersarij, traditiones has, quas ipse uocat minores. Basilius uero ab apostolis traditas, contendit, non esse apostolis ascribendas, sed aliunde paulatim humano more irreplisse. Non esse ad salutem necessarias: mutari posse, & omitti penitus. Hoc ipsum est, domine Petre, quod uolebamus, hoc contendimus. Iam itaque inter nos conuenit, pax est & concordia. Habemus quod uolebamus, nihil quod ad hac attinet, desiderans amplius. Vocamus nos ceremonias istas, quae sua natura non sunt impiae, & contra uerbum Dei, adiaphoras, hoc est, indiferentes, dicimus non esse ad salutem necessarias, abiiciimus opiniones meritinae, & cultus, posse mutari aut etiam omitti, servire debere disciplinae, & ordini. Tu quantum audio, si ita sentis, ut loqueris, & uir bonus, qui perhiberi tamen non cupis, esse uoluerit, nobiscum idem sentis.

Sed neque nobiscum sentis, neque cum Basilio, & quid dico cum Basilio, cum etiam a tuis Papistis dissentias. Nobiscum non sentit, & si nobiscum hoc loco ipsiusdem penitus uerbis utaris, qui mos est omnium hereticorum & errantium, quod couicti de sua vanitate, & prauis opinioribus, ut idem sentire uideantur, ipsiusdem uerbis utuntur cum prijs, sed astute uenenum suum uerbis tegunt, id quod fecit etiam Arius subscribens Nicenum symbolum. Non cum tuis Romanistis, quia omitti posse, & mutari dicas. Sed a quo? A tuis scilicet Episcopis in concilio generali, cui summus Pontifex praesideat, quod quando futurum sit, neque tu, neque Episcopi, immo neque ipse Papa nouit. Quid facturis sit, quod ignorat. An tu illos quicquam horum, quae humano more paulatim commendata sunt Ecclesijs, mutaturos esse cogitas? immo ne aquam quidem consecratam uel benedictam, aut cereos & luminaria, sed quid luminaria dico, ne asinum quidem Palmarum, remoturi sunt. An tu nos horum decreta expectare iubes, quae ad calendas Graecas sunt promulgaturi. Neque tu cessantibus illis, cuique in ecclesia, ea quae non sunt necessaria, uel abrogandi, uel ordinandi ius esse, arbitraris. Ita scilicet consulitur Ecclesia.

Non cum Basilio, quia ille has quas tu minores uocas, traditiones ab Apostolis profectas esse dicit: Tu uero non ab Apostolis, sed paulatim ab aliis, nescio quibus, hominibus, cum ipsis authores ignoretis in Ecclesijs irreplisse, uel ut tuis uerbis utar, ne pro tuo calumniadi studio, tua dapruata esse garrias, commendata asseris: ille parem ad pietatem uim eas habere iudicat: tu non ita ad salutem necessarias arbitraris. Quod si ab Apostolis tradita & parem uiri habent ad pietatem, certe quemadmodum Apostolorum scripta dogmata, mutari non possunt. Ita neque haec traditiones. Ille ter immergi hominem in baptismum, similiter & aque consecrationem, ab Apostolis esse iudicat, tu ridiculus esse dicas. Quod si haec ridicula tibi esse uidentur, quae a Brentio tibi traditionum Patrono, abiiciuntur, num uidelicet haec ab Apostolis facta esse existimes: certe uos multo magis ridiculi estis, qui cum haec ab Apostolis neque facta, neque tradita esse credatis, tamen omnibus nomine Apostolicarum traditionum, obtrudatis.

Sed quo iuuandi ecclesiastudio, tenerent homines isti scelerati & blasphemari, qui ne ipsis quidem filio Deo parcunt, sed impietatis arguunt. Ita enim Asotus blasphemat. Sic respondemus Brentio, Ad Orientem couerti non est tam necessarium, quod in spiritu & ueritate adorare, sed reprehendere hoc,

474

& ad ueteris Testamenti obseruantias referre, est impium. Atqui non Brentius, cuius odio Asotus multa dicit, sed filius Dei hoc agit, loco ab Asoto citato, ostendens: hactenus quidem durante tempore ueteris Testamenti, Iudæos ex mandato Dei Hierosolymis adorasse: cessantibus autem iā figuris nō esse homines ad locū alligatos, ueniet hora, quādō nec in monte hoc, neq; Hierosolymis adorabunt Patrem. Tollit itaq; differencem locorū adorationis (de hoc enim erat disputatio inter Samaritanos & Iudæos, Christū & mulierē: & discernit saluator ipse tempora, reijsiens locorū obseruationē ad tempus prēteritū ueteris Testamenti. Quod si nō Hierosolymis, nec in monte, in quo Patriarchæ adorauerunt, ergo nec adorientem. Manifestè igitur Asotus blasphemus est in Christum Deifilium, cuius iudicium, nisi resipuerit nunq; euadet. Quare mirum nō est, q; nobis non parcat fraterculus, cum ab eius uenenata līqua, quam p̄stitut uenalē, Christus in cœlo non sit tutus. Quod itaq; nobis amplius cum homine manifestè impio, negocij est: Quis huic suam salutē concredet, qui saluatore nostrū impietatis arguit? Horresco referens hæc eius uerba, ad Orientē in oratione cōuerti, repræhendere, & ad ueteris Testamenti obseruantias referre, est impiū, ita enim dicit Asotus, Ergōne tibi os impurū, Christus erit impius. Exurge filij Dei, uindica gloriā tuā contra aduersarios non nostros, sed tuos. Tua em̄ res agit, nominis tui gloria contra aduersarios isti de solio maiestatis tuę te deturbare conant, impietatis telan gigantes isti de solio maiestatis tuę te deturbare conant, impietatis telan probū dati, ut sicut iam in cœlestib. constituto, uerbis nō parcunt impiū, se probistæ, ita si in terris adhuc uersareris, ne quidem manus abstineret, sed in morem summorum Pontificū & sacerdotū in crucem te ageret. Sed ueniet tempus, ueniet, mihi credite, quo nisi resipueritis, blasphemiarum uestrarum p̄cenas horribiles dabitis.

ANNOTATA IN CAPUT LXIII.

Sup. c. 48. **M**ultifariā Basiliū sententia de traditionibus, modò negans, modò affirmās, detorta & deprauata, iā ad Epiphaniū accedit, qui ait sanctos Dei apostolos tradidisse, peccatum esse post decretā uirginitatē, ad nuptias cōuerti. Et in summa hęc duo agit Asotus, primum cōelibatū, eiusq; uotū, cultū esse Deo gratissimū, alterum, cōiugia post uotū solenne, q; p̄fessionem uocant, cōtractū esse sacrilegia. Quod ad prius attinet, copiosē superius respondimus, ad ea quae ab Asoto allata sunt & cōfutata opinione aduersari, iā nihil copiosiore responso est opus, enarrauimus etiā loca Pauli. Cor. 7. & 1. Tim. 5. Asotus uero hic recitata Brentij sententia, item rationib. firmissimis cōtra uotū cōlibatus, locū de prima fide repetens addit. Nō est nunclatius de his disputandū contrā Brentiū. Nos priorē sensum magis cōuenire literę credimus, fidē uiduitatis & cōlibatus, &c. Cur uero nō opus est pliō disputatione, atqui hoc agis ex p̄fesso, refutanda erat Brentij sententia firmis, & perspicuis scripture testimonijs; sed hęc tibi obscura sunt, q; uerū est, ideo satis est testari, se hoc credere, nec opus est pluribus. Ego uero primā fidem esse iudico illā, quae Christo dāt, aut ne anteq; religionē Christianā amplectebant uiduae, uiduitatē uouerent, & receptae sunt in partē aliquā ministerij Ecclesiastici, & nō antea p̄batæ immo anteq; Christo nomen dederant. Causa aut̄ ppter quam sibi nō sit latius respondendū, hęc est, quia Augustin. lib. de sancta uirgin. & Hieron. aduersus Iouinian. ea de rescripsent, ad horū libros alegat nos facetus iste homo. Nos ex sacra scripture responsum & p̄bationē expectabamus, ille uero ex Patribus, nō quidē responderet, sed nos petere iubet respōsum. Atqui August. ipse si sine scripture loquīt̄, sibi credi non uult, nec sententiam suam recipi. Quod ad testimonia, quib; uotum hoc cōlibatus, p̄bare

castissimi hi homines conantur, uouete & reddite Domino Deo uestro: Bonum est uiro mulierem non attingere. Sunt qui se castrant propter regnum cœlorum, supra loco iam dicto copiosè est responsum. Vota redde re Domino Deo nostro iubemur, sat in sanus es Aſote: An te non pudet harum nugarum & ineptiarum in tam admirabili luce, ad quam Dei beneficio uocati sumus? An cum tu cœcus sis, & in captivitate Babylonica adhuc detinearis, nos quoq; ibidem detinari arbitraris? Agnoscimus uerba Psalimi, in quo Dauid hortatur populum, ut gratitudinem suam declarant erga Deum propter beneficia exhibita, uidelicet, protectionem diuinam contra potentiam, & furorem omnium aduersariorū. Fuerunt autem usitata in ueteri Testamento uaria uota, Nazareorum, item Holocauſtum, uictimarum & aliorum sacrificiorum, quibus gratitudinem suam propter accepta beneficia erga Deum declarabant. Hæc peculiaria fuere, & propria gentis Israeliticæ & legalia. Et de his propriis hic loquitur Psalmus, sicut ea quæ immediate sequuntur, satis declarant, omnes qui in circuitu eius sunt, afferent munera, hoc est. Omnes qui in Iudea circa templum habitant, afferent oblationes Deo uero, qui se huic populo patefecit, dato certo uerbo & miraculis, atq; beneficijs, quæ uult agnosciri, & declarari gratitudinem. Sicut post liberationem ab obsidione Hierosolymæ, quæ à Sennacherib facta est, percuſſo ipſo, & restituta pace, multi deferebant hostias, & sacrificia Domino in Hierusalem.

Sed quid hæc ad nos, obſecro te? Num nos Iudaizare coges? Num 2. Paral. 32. templum Hierosolymitanum restaurabimus? Verum hoc Pontifex Romanus non feret. Quid igitur? An ne quiduis pro arbitrio nostro uere iubemur? Nequaquam. Certè quod ad coelibatus uotum attinet, scimus usque adeò non fuisse usitatatum, ut summæ ignominiae loco sterilitas fuerit. Qua igitur fronte locum hunc Psalmi ad uotum illud coelibatus referes? Cum enim præcipiat ut uoueamus & reddamus uota nostra Domino Deo nostro, q; si omnia ad alia uota generaliter transferre libeat: tamen cū uouere Domino Deo nostro, & persoluere ipsi uota nostra debemus, cauendum est, ne quid uoueamus, quod Domino Deo nostro sit aduersum, aut si per ignorantiam, uel temeritatem factum sit, & etiam iuramento confirmatum, tamen non reddamus. Nisi forte Dauidem peccasse, quod non occiderit Nabal, secundum iuramentum, & imprecacionem dicere uelis, qui insuper benedixit Dominum Deum Israel, quod præseruatus fuerit, ne opere adimpleretur uotum. Aut nisi Herodem recte fecisse putes, quod interficerit Baptistam, ne periurus fieret. At inquis, uotum coelibatus longè diuersum ab his esse, Quia castitas uouetur, quæ res sit bona, & sine qua nemo Deum uidebit? Respondeo. Castitatem omnes præstare debent, nec opus est peculiari uoto. Ea uero multo & uerius, & sanctius in coniugio præstantur, quam in coelibatu ueſto impurissimo. Nam ut in coelibatu castè uiuas & puras sis corpore, & animo, ea res nō est uoti. Votum em & leges hominū non mutant ordinem Dei, nō mutat naturā. Et Christus inquit: Non oēs capiunt uerbum hoc, sed' quib. datū est. Ideoq; quia pauci habent donū continentie, multi propter infirmitatem infeliciter continent. Quare sequendum erat illud. Pauli, in dō Spiritus sancti: Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam: Item melius est nubere, quam urī. Hæc mandata Spiritus sancti nulla uota, nullæ leges abolere possunt. Et profecto mirum est, & singularis cœcitatis exemplum, quod cum pericula animalium, & horrenda spectacula ob oculos uersentur, nihil aduersarios moueri, sed traditiones suas, & uota stulta, & impia defendere, insuper & Apostolis adscribere quod extrema est impudentia. Et reuera uotum hoc

cœlibatus est tentatio Dei, quæ est fiducia propriæ sapientiæ & uitriū discedere à quocunq; mandato & ordinationi Dei, tanqu am cum Deo sapiētia & uirib. certes, cū uolueris uti medijs ab ipso ordinatis & cōcessit.

Quemadmodum autem Asotus noster Psalmi testimonio abusus est, ita etiam Pauli abutitur, cum nulla prorsus fiat uoti mentio. Bonum est homini mulierem non attingere, ergo uouere debemus cœlibatum, ergo cœlibatus est cultus Christianus. Aut ne etiam hoc uult, quemadmodum Encratitæ hærétici, & aliqui qui contumeliosè de coniugio senserunt, & loquuti sunt, ut malum sit mulierem tangere. Ex Pauli uerbis sequentibus apparet, quod nihil aliud uelit, quam expedire, & commodum esse homini, non alligari uxori, si modo carere possit, quòd si non, omnino ducendam, ad cauendam fornicationem. Et quidem uniuersalis est & generalis oratio, unusquisque, & unaquæcū, addita ratione. Quia melius sit nubere, quam uiri. Cur uero dixerit, Bonum esse mulierem non attingere, etiam nō tacetur. Non quòd cœlibatus iustificet, aut cultus sit per se Christianus, sed quia sit expeditior, & minus distrahitur dome sticis occupationibus, in orando & seruiendo. Nam in coniugio multæ sunt occupationes, multæ molestiae, quæ hominem impeditum tenent. Sicut inquit, tribulationem carnis habebunt huiusmodi. Licet hoc quoq; uerum sit, Coniugium esse scholam, & uerum exercitium fidei, patientiæ, inuocationis & multarum aliarum uirtutum. Ex his uero non sequitur, cœ libatum esse uouendum, cœlibatum esse per se cultum Dei. Quòd uero Christus, inquit, esse Eunuchos, qui seipso castrat propter regnum cœlo rum, certè non hoc uult, cœlibatū & castitatē uotis nostris posse cōparati aut rem esse in nostris uirib. sitam, sed illos laudat, qui donū continētiae habent & illo utunt, non ad inanē ostentationē, sed ut expeditius Ecclesie seruant. Ideo addit: Non omnes capiunt uerbū istud, sed quib. datum est.

Verū cum tantopere laboret Asotus in impuro isto cœlibatu, tan quam summo, & præcipuo Dei cultu defendendo, ut uerè cœlibes essent, & continentes sacrificuli, & monachi id essent, quod sonant, & cul tum hūc Deo præstare possent, consultissimum esset, si ualesios imitaren-

Augustinus tur, de quibus August. scribit, quòd & seipso castrant, & hospites suos,

De heresi hoc modo existimantes se Deo servire debere.

bus ad quod mult Deum Sed multo aliter & rectius, non tantum Apostoli, uerū etiam primi tiura Ecclesia, Patres & Episcopi sensere, qui coniugia sacerdotibus con cesserunt, & consuetudinem coniugalem, sicut Dionysius Corinthiorum Episcopus ad Gnosios scribens, deprecatur Episcopum eorum Pinytum ne fratribus necessitatem compulsæ castitatis indicat, in quo nonnullorum pericitetur infirmitas.

37. Hist. Eccle siast. lib. 4. cap. 23. Et in concilio Nicæno Paphnutius dixit, & persuasit nē Episcopi, presbyteri, & Diaconi à consuetudine coniugali abstinere cogerentur. Occasionem enim hanc fornicationis futuram, castitatem esse dicens di cens concubitum cum propria coniuge.

Cap. 4. Et concilium Gangrense, si quis discernit presbyterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema pronunciat.

Et quid de re nota, uerbis opus est, quotusquisq; uestrum est, qui castitatem & puritatem corporis, non dico animæ, præstet, taceo enim iam flamas libidinum, scortari licet monachis & sacrificulis impunè, nisi quod quando concubinæ domi pariunt, aliquot nummis ab officiali mulctantur. Domi alerel licet scorta, eaque pro arbitrio mutare, palam circumducere, perinde ac si honestæ essent matronæ, idque laudi datur Romæ tantummodo iuxta ordinationem Dei non iungant eas sibi ca sto &

sto & honesto matrimonio. Hæc, ne quidem Ethnici unquam laudare, Et sanctissimi isti, qui tractant sacramenta tremenda, & sancta uasa tangunt, non polluantur à scortellis sed ab honestis uxori- bus, hoc demum peccatum est morte multandum.

Bone Deus, quanta cœcitas, quæ turpitudo? Quantū homines isti sibi permittunt. Ad hæc ne perpetuo pater cœlestis connivebis? Sed ueniet tempus, ueniet, mihi crede Asote, quo hæc omnia reuelabuntur & iudi- cabuntur, ubi præmia digna hoc uestro cœlibatu reportabitis. Et tamen Asotus noster, si Dñs placet, haec quæ ex scriptura omnino detorta, & ni- hil ad institutum facientia adduxit, tam aperta esse dicit, ut meritò riden- dus sit Brentij conatus, & omnium suorum quæ qualia sint audiuimus. Rideat sane Asotus uel Sardonium risum, mutabitur certè in planctum risus iste.

Post tam manifestas scripturæ auctoritates (inquit Asotus) & defini- tiones Ecclesiæ, sufficiat Gangrense concilium citasse, ubi inter cætera. Nos, inquiunt, uirginitatem cum humilitate admiramur & continentiam, quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus, & nuptiarum ca- stum, uinculum honoramus. Hæc consilium. Quid hinc Asote sequitur? Ergo uotum cœlibatus est cultus Deo gratissimus, Ergo coniugia post uotum cœlibatus contracta, sunt sacrilegia? Certè non magis hinc se- quitur, quam illud quod uulgò ad ineptias illas & Asoticas cœsequentias ridendo respödetur, ergo bacculus stat in angulo. Admiramur, inquiunt, uirginitatem & continentiam, quæ cum castitate & religione suscipitur, approbamus, ac honoramus nuptiarum castum uinculum. Vbi hinc bone vir, uoti fit mentio? Vbi coniugia post cœlibatum, sacrilegia dicuntur? Quæ sit uera uirginitas & continentia, descibitur, illa scilicet quæ pœsta- tur à uerè credentibus, & cum castitate & puritate mentis est coniuncta, cum uon flagrant libidinibus, non impuris cogitationibus, & concipi- scientia sunt pollutū homines, non ardent, ut hinnientes equi, ac non rectè castrati monachi. Nuptiæ quoq; probantur, & honorandæ esse iudican- tur. Et quidem in coniugio castitatem quoque pœstari posse affirma- tur. Hæc uerba sunt, hæc sententia concilij Gangrensis, tam non pro uo- bis, & maximè aduersentur tuo ímpio instituto, quod quiuis non fascina- tis, fantasticis & superstitionis monachorum opinionibus, facile iudicare potest, nihil hinc est detortum, nihil alienum.

Iam ad alteram accedamus: Quòd si ex te queram Domine Petre, unde probare uelis, aut possis hanc traditionem Apostolicam, peccatum scilicet esse post decretam uirginitatem ad nuptias conuerti: Quid re- spondebis? Epiphanium id scribere: Scimus hæc apud ipsum extare, ue- rum hoc nondum probat, hanc esse traditionem Apostolicam. Te ipso enim teste utemur contra te, qui paulò ante affirmasti. Non uni aut alteri scriptori, nec quidem pluribus, etiam magna sanctitate, & eruditione pollutibus de traditione credendum esse. Probet ipse Epiphanius hoc ab Apostolis profectum. Certè nulla usquam fit ab Apostolis uoti- mentio, nedum ut post uotum matrimonium prohibetur, multo uero minus, ut peccatum uel ut Asotus dicit, sacrilegia esse pronuncietur.

Sed rectè sibi cauit Asotus in ihs, quæ superius dixit, traditiones ne- quaquam ad scripturam sacram exigendam. Iuxta illud, Ad legē magis, & ad testimonia eius, quòd si nō dixerint, nō erit eis matutina lux. Itē, habēt Isa. 8. Mosem & Prophetas, hos audiāt. Itē hunc audite. Verū iuxta Asotū po- tius scriptura per traditiones exponēda, ut cū Paulus inquit, adolescēto- res uidas deuita, cū em luxuriatę fuerint in Christo nubere uolūt habētes Timoth. 3. damnatio-

damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hæc uerba Pauli per traditionem Apostolicam ita sunt interpretanda. Peccatum est, post decretam uirginitatem ad nuptias cōuerti: imò rescindendū matrimonium post uotū contractum. Quasi uero uota monastica uirginitatis, Apostolorum tempore usitata fuerint? His addit Asotus: Denique quod Bren-
tius tertio loco affert, quo probet non esse matrimonium rescindendum quod post uotū hoc contrahitur, ex Epiphanio ipso, & ex concilio Ancy-
ritano, Cypriano quoque & Augustino, non est quod nos teneat.
Quare mi Aseille? Quia, inquit, agnoscimus matrimonium post uotum, quod simplex uocamus, contractum, ualidum esse: post professionem ue-
rō religionis, aut sacri ordinis susceptionem, nullum est matrimonium.
Quia sic desinit Ecclesia, idq; ex lege certissima, quæ potest iusta causa
ineptos reddere aliquos ad matrimonii cōtrahendum. Exemplum, Nul-
la sunt matrimonia inter consanguineos, etiam eos quos diuina iura con-
trahere permittunt. Sic, inquit, Ecclesia declarauit matrimonia ab eis qui
castitatem solenniter professi sunt, contracta nulla esse. Hactenus Sotus.
Vnde autem uotorum hæc differentia, ut aliud sit simplicis, aliud uerò
compositæ figuræ? Vnde ergo hæc probabis? Non ignoramus uestram
distinctionem de discriminé simplicis uoti & solennis. Sed an non hæc
uota in substantia sunt eadem? Et nōne solennisatio, est accidens uoti?
Vetus autem regula est ab omnibus sana mente præditis comprobata,
quod accidentia substantiam non mutent. Si ergo ualebit coniugium post
uotum simplex, ualebit etiam post uotum solenne. Et autores quos Bren-
tius citavit loquuntur de publico & solenni uoto.

At Ecclesia ita ordinauit, quæ ex lege certissima, potest iusta causa ine-
ptos reddere aliquos, ad coniugium contrahendum: Quę Ecclesia? Non
Dei, sed antichristi. Deus enim homines ad coniugium idoneos, & non
ineptos, paucissimis exceptis condidit, Crescite, inquiens, & multiplicar-
mini. Manifestū est igitur, quod si quis tales hominē, qui se idoneum es-
se sentit, ineptum ad procreationem reddat, ordinationi & creationi Dei
repugnare, quod est antichristi proprium. Imò diabolicum dogma, teste

Ambr. in 1. Corinth. 7. apostolo Paulo, 1. Tim. 4. Quare recte D. Ambrosius dicit, De uirginibus
coniugijs, rem aduersam nuptijs imperare, ne factum suum pristinum
accusaret.

Cum igitur tanti faciatis uestras traditiones, & uestræ impuræ & uarijs
atq; uagis libidinibus pollutæ, imò Sodomiticę Ecclesiæ ordinationes &
longè uerbo atq; creationi Dei præferatis: an' non id ipsum quod Phari-
sæi facientes, hoc ipso declaratis, uos esse ipsorum successores? Verbum
Christi est, Quos Deus coniunxit, homo non separat. uotum cœlibatus,
regulæ & profesiones monasticae, hominum sunt statuta, post quæ con-
tracta coniugia dissoluitis & separatis, quos Deus coniunxit, & uult esse
inseparabilem & indissolubilem uitæ societatem, atque coniunctionem.
Fieri quidem potuit, ut etiam electi cōsenserint in hunc errorem, ex inco-
gitantia. Nec excusamus electos, & etiam ueram Dei Ecclesiam ab omni
errore, quod & suprà dictū est. Sed quia manserunt in fundamento, stipu-
le hę igni sunt combustę: ipsi uerò salui facti sunt, Deo ignoscente & con-
donante errores. Et admoniti, abieciissent prauas istas opiniones.

Quod igitur dicit Ecclesiam iusta de causa, quosdā ad coniugium ine-
ptos reddere posse, sicut prohibuit quosdam gradus inter cōsanguineos:
nulla est similitudo. Nam hæc prohibitiō inter certas personas, nō reddit
illas omnino ad coniugium ineptas. Alia enim ratio est & diuersissima, pro-
hibere

hibere, ne cum hac persona contrahas: & alia, ne omnino contrahas: illud fieri potest, hoc uero minime debet. Ita Papa cum sua cohorte toti homini num ordinis prorsus interdixit, non tantum, ne cum quibusdam certis personis, non contrahant matrimonium, sed ne omnino cum ulla cocontrahant. Hoc cum creatione & natura hominum pugnat. Quid igitur hypocrita nobis legem Ecclesiæ & declarationem, imo exterminationem naturæ à Deo conditæ, nobis obtrudis? Apagelis in malam rem: cum ista tua Ecclesiæ traditione, declaratione, lege, uoto, cœlibatu, professione & ordine: quæ omnia, uerbo Dei & sacra scriptura muniti, cum omnibus suis propugnatoribus diris deuouemus. Quid, inquit Monachus, uult Brentius sacrilegia monachorum & sacerdotum, sancta probare?

O' impurum, imo sacrilegum os Asotii, quod Deus sanctum esse, & honorabile in omnibus dixit, id contumeliosa sua & serpentina lingua, sacrilegium uocare non erubescit. Sacrilegium committunt monachi & sacrificuli miseri, cum honeste, sancte & pie, ut bona conscientia secundum ordinationem Dei uiuere possint, matrimonium contrahunt. Cum uero seortantur, constuprant honestas uirgines, & matronas corrumpunt, cum pergræcantur, Sodomiam laudant, & nefandas libidines perpetrant, sancti, imo sanctissimi dicuntur, & perhibentur. Hoc modo uotum cœlibatus non violatur. Seruant enim id in quantum fragilitas humana patitur. Cum uero contrahunt coniugium, mortale est peccatum & morte expiandum: alias pro arbitrio uagis libidinibus se polluant, nihilominus sacra uasa attrectare fas est, & tremenda sacramenta administrare.

O' uos sceleratos, detestandos & abominandos conscientiarum carni fices, qui innumeras animas perire mauultis, quam laqueos uestros rupi. Neq; enim obscurum est quantum lex ista perpetui cœlibatus, noceat publicis moribus, quæ uitia, quas flagitiosas libidines pepercrit: uidere id est in collegiis ociosorum canonicorum, Monialium, & in ipsa curia Romana. Extant & Satyri Romanæ, in quibus etiam agnoscit mores Romanæ legit̄ suos. Quot animas miseris lex ista ad inferos præcipitauerit, quæ nefandæ libidines hinc exortæ sint, tum apparebit, cum Deus omnia occulta coram oculis totius mundi spectanda proposuerit. Sic ulceretur Deus contemptum sui loci, suæq; ordinationis, in ipsis, qui coniugium prohibent. Sed surdis auribus haec frustra prædicantur. Experiunt iratum iudicem, quam sana sequi cōsilia: imo salubria Dei Patris consilia, quia animæ immortalitatem, resurrectionem mortuorum, uitam æternam & Deum esse non credunt.

Sed quid Asotus noster ad Cypriani & Augustini sententias à Brentio productas, quibus asserunt melius esse post uotum nubere, quam libidini se dedere? Ut omittamus, inquit, diligentiores huius rei tractatū, in proprium locum facile rejicitur. Atqui hic proprius est locus, hoc iam era diligerter tractandum, hoc iam agitur Asote. An' non hi duo consentientes, Ecclesiæ consensum, iuxta regulam superius à te nobis propositam, nobis declarant? Sic autem respondet, Facile rejicitur, quod ex illis duobus assertur. Non negamus, inquit, antiquiori tempore forte non suis serescissa matrimonia, sed mutari potuit haec lex ab Ecclesia multis & necessarijs rationibus, ut iam uidemus mutata: cui mutationi non dubitamus Cyprianum & Augustinum celuros, etiam si quid forte aliter eis uideretur, & expectaturos Ecclesiæ iudicium, si id retractandum uideretur. Expectet igitur Brentius, non facile definitrem, in qua in ueritate partem non desunt & rationes & pericula. Vide maliciam & pertinaciam hominis, cum manifestis, & perspicuis testimonijis Patrum

Patrum sit conuictus, & certò constet de re ipsa: eoqz redactus sit Asotus, ut quid dicat & neget, non habeat. Non negamus, inquiens, antiquori tempore, &c. quo ipso affirmat: tamen dubitandi uocalum addit, Forte non fuisse rescissa. Ex eodem ore simul calidum & frigidum efflans, affirmans & negans, non negamus, & forte non, &c. tantum ut agnitam ueritatem non confiteatur. Quid de uersipelli hoc homine dicam, uix inuenio. Protea in omnes formas se mutantem uocem, & anguilla magis lublicum: an uero mendacem, qui etiam quod uerum dicit, mentitur: aut quid tandem? Hoc dicere uidetur, & non negare, Patrum tempore, Cypriani & Augustini, matrimonia post uotum contracta non fuisse rescissa. Sed addit, hanc legem ab Ecclesia mutari potuisse, sicut iam uidemus mutata. Iuxta illud, Tempora mutantur, & nos mutamur in illis. Et huic mutationi, ac Ecclesiæ determinationi libenter cessuos fuisse Cyprianum & Augustinum. Igitur nos quoqz expectare debere iudicium Ecclesiæ, & nihil definire temere. Quidni posset ab Ecclesia mutari hæc lex de cōiugij eorum, qui post uotum cœlibatus contraxerunt? Cum etiam eadem Ecclesia mutare possit sacramenta diuinitus instituta? Et Deus ipse mutet suum consilium & institutionem, ad mutationem iudicij Ecclesiæ?

Cusanus.

Daniel. 7.

Mirum profecto est, quod cum Ecclesia Romana potestatem habeat mutandi leges & decreta, non etiam Deum mutabilem faciat. Imò iam dum fecit per suum Cusanum, qui etiam Deum suam uolūtatem & sacramenta, ad leges Ecclesiæ mutare dicit. Quid tandem futurum est, mundo durante, seculis superuenientibus? Quid aliud, nisi ut in morem gigātum congestis montibus cœlum descendant, Deum iam annis & ætate confessum, atqz delirio uicinum, de solio maiestatis suæ præcipitent, suis legibus subiçiant, & omnia pro arbitrio mutent, figant, refigant, leges. Si cut in Daniele dictum est, Et sermones contra excelsum loqueretur, & sanctos altissimi conteret. Et putabit quod possit mutare tempora & leges, &c. Quæ uero sunt rationes istæ necessariae huius mutationis? Studio hic dissimulat Asotus rationes istas, quæ tamen alibi ab huius farinæ hominibus non tacentur. Extat enim tum in Iure Pontificio, tum alibi: Quia scilicet mundos esse oporteat eos, qui portent uasa Domini, & qui semper templo seruiat. Item, quod qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. Hæ sunt maximi momenti rationes plurimæ & necessariae, quas neqz Deus ipse omnium conditor satis attente considerauit, faciens masculum & feminam: nec Paulus, licet in tertium cœlum raptus. Sed haud dubie inter illa sunt, quæ ab ipso dicuntur uerba inenarrabilia. Nam quod uoluit Episcopum esse unius uxoris maritum: item, prohibitionem nuptiarum, doctrinas esse dæmoniorum, antea scripserat, quam raptus esset in cœlum tertium. Ibi postea audiuit & didicit, cœlibatum esse cultum Deo gratissimum. Et coniugia Monachorum & sacerdotum post uotum solenne, seu professionem religionis, uel consecrationem ordinis contracta esse sacramentia. Sanctos esse debere, qui portent uasa Domini, & tractent tremenda illa mysteria. Qui uero in carne, hoc est coniugio sint, Deo placere non posse. Iam igitur hæc ubi didicit in cœlo, enarrare non potuit. Verisimile est autem, post mortem ipsius spiritum eius duplicem factum esse in Timotheo discipulo ipsius, qui hoc quod præceptor non potuit, tradidit ecclesiæ. I sed quid, Domine Asote, ex rationibus tuæ Ecclesiæ sequitur? Hoc scilicet, coniugium esse immundiciem, & carnale uitę genus, in quo qui uersentur, Deo placere nō possint. Ergo ne Deus peccati & immundicie author erit? Cum in Epistola ad Hebræos coniugium honorabile esse dicatur in omnibus. Ergo ne Christus patronus erit turpitudinis, sua præsentia ornans nuptias? Ego uero te, tuosqz omnes, dignitatem conjugij

hūj̄ non intelligere certò affirmare possum, ideoç̄ ad dicendam sententiam in causis matrimonialisbus, & de coniugio non esse admittendum, sed procul in Asoticā ad tuos Philistæos corde & auribus incircumcisos procul ablegandum. Et amplius addo, te tuamç̄ totam Romanam Ecclesiam ignorare, quid in scriptura sacra & præseritum apud Paulū caro, & in carne esse dicat. Ex hac ignorantia sequuntur illæ absurditates Asotii eiusç̄ Ecclesiæ & iuris canonici quod minimè est canonicū. Sed sufficit his asinī mutatam esse istam legem usitatam patribus sicut eam esse mutatam eidemus. Nec dubitatis iam patres uiuerent, libenter de sua sententia etiam si aliter sentirent, cessuros. An' non facile omnia quæ à Brentio ex patribus afferuntur, reijciuntur ab Asoticis asinīs. Vt ic̄ facilimè, & nullo negotio, quid enim laboraret Asotus in re manifesta. Non negat, antiquiori tempore non fuisse rescissa matrimonia post uotum contracta, id quod patres uolunt: Sed tamen idem non dubitat, Cum hæc iam Ecclesia mutata uideat, quin si ijdem Patres iam redirēt, grato animo accepturi essent hanc mutationē in contrarium, & approbatūr, & Ecclesiæ iudicium expectatur. Alia hæc est Asotii regula, qua omnia quæ ex patribus, & tota antiquitate à qua rececesserūt, obijciuntur, nullo negotio reijcere potest. hoc modo. Si Patres iam uiuerent, libenter de sua sententia, etiam si aliter sentirent, cessuri essent. Quid nī? Cum etiam Deus ipse sententiam suam mutet ad iudicium Ecclesiæ. Quid facilius dici potest? O' insignem impudentiam, coniunctā cum summa stultitia. An te harū nugarum non pudet Asotii. Ego uero minime dubito, quin etiam tuis sis ridiculus futurus qui cum unus perhiberi uolueris cœli Papistici Atlas, & exercitus Philistino-rū Goliath, qui ausus es progredi, & exercitu Dei maledicere, nō melioribus armis instructus, ausus sis bellum suscipere contrà confessionē. Vuit tenbergensem uerbo Dei, & Patrum testimonijs munitā. Neq̄ hoc contentus Dagon semel per prolegomena Brentij prostratus, denuò caput attollere ausus sis, & κακολυκη tuam confusionē, unā cum scorijs in lucem proferre, & merces tuas putidas, & putridas exponere, quod si nos eodem compendio contrā te uti uellemus, quod meliori iure possemus, qui non sumus iurati in uerba Patrum. Cum horum nihil à nobis, pro sua pietate uerē requirere possint, quid futurum arbitraris? Quid enim nī ex patribus malè detortis & depravatis, & ex traditionibus incertis assertis? quid inquam futurum arbitraris? An' nō putas nos eadem facilitate omnia uestra posse reijcere? Non ignoramus iam aliquot temporibus forte Missas priuatas ita obseruatas, sed mutari hæc possunt, ut uidemus in multis locis mutatas esse & quidem satis feliciter, cui mutatio ni non dubitamus Gregorium, & alios eius sequaces cessuros, & ueræ Ecclesiæ iudicium expecturos. Item, de omnibus totius Ecclesiæ Romanæ ceremonijs & dogmatibus compendio respondere possemus, eásque facile ita Asotico more tuis regulis freti reijcere. An' non ridicula hæc sunt & indigna tanto Theologiæ professore ueterano, uel ut rectius dicam, ueteratori.

Sed hoc capite non prætereundæ, sed diligentissimè præter eas quas supra annotauimus obseruandæ quoque sunt regulæ Asoticæ, quibus ea, quæ à Brentio obijciuntur, & Asoto insolubilia sunt, reijciuntur: ut catholici ijs, quoties cum Lutheranis hæreticis congrediendum est, nec respondere possunt, uti queant sunt enim super aurum & topazium. Sunt autem hæ regulæ Asotii
Non est nunc latius de his disputandum contra Brentium
Non catholici hoc credimus.
Non opus habet in hoc loco longa tractatione

Non opus est aliter respondere, quam ut librum Ieronymi aduersus Iouinianum legat.

Irridendum est conatus Brentij, & omnium suorum
Quod Brentius affert ex Epiphanius ipso, & ex concilio Ancyritano
Cypriano quoq[ue] & Augustino, non est quod nos teneat.
Omittamus diligentiorem huius rei tractationem in proprium locum.
Facile hoc rejicitur.

FORTE antiquiori tempore hoc fuit

Mutari potuit haec lex ab Ecclesia

Non dubitamus huic mutationi cōsensuros Cyprianum & Augustinum
De hoc alibi satis.

Apostolos forte hoc seruasse fatemur

In principio Ecclesiae in nonnullis locis forte seruatum

Hoc inter traditiones dubias computamus.

Pro tempore in Ecclesia mutantur.

Quod uero homo facetus expectandum suorum Praelatorū iudicium
censet, tanquam in re graui, dubia & periculosa, utrum scilicet liceat mo-
nachis & sacrificulis post uotum cōtrahere: an uero matrimonia contra-
cta sint dissoluenda, & sacrilegia uocunda? Non amore castitatis, uotum
coelibatus ab istis nebulonibus defenditur. Res enim ipsa loquitur, quan-
ta sit rasorum, & unctorum continentia & castitas. In publica luce omnia
fiant, nec amplius si non castè, tamen cautè, sed sicut Sodoma, peccatum
suum prædicauit, sed excæcati, furore planè satanicò, contra Deum fu-
runt. Et cum de re ipsa constet, ita ut Asotus quantumvis magnus uerita-
tis hostis negare non possit, tamen si uotū Prelatorum iudicium expectan-
dum iudicat, ut penes ipsos tanquam semideos, stetq[ue], cadatq[ue] religio &
ueritas. Interim nescio que pericula somniat, ne q[uo]d scilicet cœlum Papistis
cum ruat concessio coniugio miseris monachis & sacrificulis.

Verum cum sodalitio Asotico impunē scortari & pergræcari liceat, nō
est, quod quisquam speret fore, ut in ordinē & hanc feruitutē, quam con-
iugium secum affert, redigi se patientur. Facit enim iste cōmentitus cœli-
batus, ad tranquillam uitam, quæ minus est ærumnis, & laboribus in hoc
seculo obnoxia.

Hactenus & hoc modo, quo dictum est, Asotus defendit uotum cœli-
batus esse cultum Christianum, Deo gratissimum: Item, coniugia post uo-
tum solenne, seu professionem religionis monasticae, & sacri ordinis susce-
ptionem esse peccatum, imò sacrilegia. Egregiam uero defensio aem, lau-
dum & spolia refert opima, quo nihil puerilius, & magis ridiculū excogiti-
atur præmium, quod à suis hoc nomine est reportaturus.

Nihilo uero felicius tractat ea que postremo loco à Brentio ex eodem
Epiphanius sunt allata, ad demonstrandam traditionū istarum stultarum,
sub nomine Apostolorū uanitatem. Refert, inquit Asotus, ex eodem tra-
ditiones alias, quas uisus est sibi facile posse rejicare, quod quarta, & pro
sabbato ieunandū sit, & sex diebus paschatis nihil omnino accipiendum
præter panem, salem & aquam. Sed Brentius sic contrà hoc inquit, Nec
probari posse Apostolos hoc tradidisse, & Augustinum illud de quartæ,
& prosabbati ieunio negare. De his **FATEMVR FORTE' APOSTO-**
LOS HOC SERVASSSE, & in principio Ecclesiae in **NONNULLIS**
LOCIS FORTE' SERVATVM. Sed illud est certum tempore Augu-
stini diuersas consuetudines fuisse. Hoc igit̄ inter traditiones dubias com-
putamus, quæ pro tempore in Ecclesia mutantur. Minutiora uero quæ
refert de annis Lazari, & de genere Heliae, & aliorum quorundam, maio-

rum traditiones dicit Epiphanius non Apostolorum. Ne omnino podo-
resuffusus traditiuncularum miseraram patronus tacere & conuictus ma-
nus præbere videatur non nihil dicit. Cum tamen silentio hæc præterij-
se prestaret Ecclesiæ Asoticæ, hoc enim ipso suræ plurimum nocent
eamq; omnibus deridendum exponunt. Quod si non ut facile, ita recte
reiecit Brentius traditiones, quas Epiphanius recensuit, cur non demon-
stras? Sed ueritatis euidentia conuictus, nec quid respondeas, nec quid
reprehendas habes nugigerule. Et tamen non adeò es candidus, ut uerita-
tem agnitam profitearis, eicq; palmam cedas, tantum torques te, sicut ser-
pens incantatus, uel alias uulneratus & prostratus, sibillas. FATEMVR
FORTE APOSTOLOS HOC SERVASSÆ. ET IN ECCLESIA
PRINCIPIO IN NONNULLIS LOCIS FORTE ITA SERVA-
TVM. Cum negare non possit, dubitat, forte, forte, ne ueritati consen-
tire videatur. An iam ex sophista blasphemо scepticus, & Academi-
cus es factus?

Sed hic aliae obseruandæ regulæ sunt Asoti, quibus ad absurdâ quæ ex
traditionibus suis Apostolicis sequuntur, respondet. Traditiones sunt du-
bia, Pro tempore in Ecclesia mutantur. Item maiorum traditiones sunt
non Apostolorum. Quod si Asote dubia sunt traditiones quomodo cer-
tissimum sunt fidei fundamentum? Quomodo ex his, scripturæ ambigua,
& fidei dubia iudicabimus? Hoc est incertum, per multo incertius & ma-
gis dubium expōnere. Eò nos Asoticæ Ecclesiæ intemperies redigere co-
natur, ut sicut alias de gratia Dei, remissione peccatorum, & uita æterna
ex professo dubitare docent. Ita quoque omnia nostra dogmata sint du-
bia quod fieri necesse est, si fundamenta sunt dubia: ut tandem Theolo-
gia fiat nouorum Academicorum, Scepticorum, & Pyrrhoniorum secta.
Hæc tibi mi Domine Petre, & tuæ catholicae Ecclesiæ reserua, quod sanè
per nos uobis licet, cum ihs delectemini, pro ihs tanquam aris, & focis pu-
gnetis. Nos certissimum & infallibile fidei fundamentum habemus sa-
cram scripturam, quæ est oraculum Spiritus sancti, &c. Sed unum penè
præterieram. O' he, quis te cogit, ut Pharisæum te profitearis, qui ma-
jorum traditiones saceræ scripture præferebant? Nunquid tanta ueritatis
uis est, cui cum omni tua sophistica resistere non potes? Habemus itaq;
hoc capite uralde ridiculum, imò insultum traditionum protectorem. Di-
gni autem sunt omnium bonorum odio, qui hominî adeò inepto, incor-
stanti & toties secū pugnanti, ac uertiginē patienti fidē porrò habebunt:

ANNOTATA. IN CAP. LXIIII.

DE Traditione, quæ apud Cyprianum extat descripta, qui ait miscen-
dam esse aquā in calice uino, ex præcepto Christi, & Apostolorum,
hoc capite agitur. De hoc Brentius dixerat in Prolegomenis, Non existi-
mamus per se perniciosum esse, uinum aqua parumper diluere, ac fortas-
sis ipse quoq; Christus, aut administrî coenæ diluerunt uinum, pro more,
aqua. Sed negamus hanc traditionem uel à Christo ipso datam, uel obser-
vatu necessariam esse, multo minus iudicamus hanc rationem, quam af-
fert Cyprianus, esse probabilem. Quid uero ad hæc Asotus? Sed nos, in-
quit, hoc omnium Ecclesiarum consensu recipimus, & quia agitur de pro-
batione huius facti, an scilicet Christus, & Apostoli hoc tradiderint, mul-
tum deferimus Antiquitatî Cypriani, & Ecclesiarum sui temporis. Non
autus fuisset ille hoc tam certò affirmare, nisi Ecclesiarû consensu, Nec mo-
ratur nos, etiam si fuerit aliqua diuersitas. Iam hoc in Ecclesia certò consti-
tutum est, sit ab Apostolis, sit à plenarijs concilijs, non admodum cura-
mus: hoc certum ex authoritate Ecclesiarum habemus, sacrilegium esse,
hoc omittere. Probationem sibi incumbere fatetur frater Petrus, quod

Tit. Christus

Christus & Apostoli, hoc tradiderint miscendam esse aquam in calice nō. Audiamus ergo insignem probationem, & uerē Asoticam. Multum, inquit, deferimus antiquitati Cypriani, &c. Ecclesiarū sui temporis. Nec ausus fuisset ille tam certō hoc affirmare, nisi Ecclesiarum consensu. Excep̄tabamus probationem ex Euangelistis, aut Paulo, qui diligentissimē institutionem cœnæ Dominicæ descripsérunt, quid Christus dixerit & fecerit, & quomodo hanc suam institutionem toti Ecclesiæ obseruandam commendarit. Verūm illuc uerbum nullum, iota nullum habetur: sed neque apud Irenæum, qui tamen plurima de Eucharistia scripsit: neque apud Tertullianum, qui & ipse cæremoniās plerasq; in Ecclesia usitatas descripsit: quorum uterque multo fuit Cypriano antiquior. Agitur, inquit Asotus, de probatione huius facti, an scilicet Christus & Apostoli hoc tradiderint. Quomodo igitur probat? Multum tribuimus antiquitati Cypriani: & nos tanti illi tribuimus quantum p̄e licet. Sed qualis hæc est probatio, Cyprianus hoc scripsit, ergo est traditio Apostolica. Parum memor es eorum quæ superius à te dicta sunt, Domine Petre, quoniam nec uni aut alteri scriptori, nec quidē pluribus credendum esse. Qua igitur fronte iam uniscriptori nos credere volueris, ipse uideris. Sed addit, Non ausus fuisset ille tam certō hoc affirmare, nisi Ecclesiarum consensu. Quasi uerò Cyprianus in omnibus Ecclesiæ consensum sit secutus, & non potius suam rationem, quam meliorem esse iudicabat, toti Ecclesiæ occidentalī prætulerit, in baptisandis illis, qui apud hæreticos baptismum accepterant. Aut ut maximē hoc in Afrīca fuerit receptum, uinum miscere aqua, ideo etiam in omnibus locis totius uniuersalis Ecclesiæ fuisse obseruatum: uel si patro more, quia uina in illis partibus sunt pleniora, miscerunt, ideo statim ex precepto Christi & Apostolorum traditione, hæc consuetudo, in omnibus regionibus necessario, tanquam Christi præceptū, erit obseruandum, necq; absq; sacrilegio omittere licebit. Intelligit autem frater Petrus ipse parum momenti esse, in hac sua, quam ex Cypriano assert, probatione. ideo addit: Nec moratur nos, etiā si fuerit diuersitas aliqua. Quid audio: Iam prīmū dixerat Cyprianū hoc ex Ecclesiarū consensu affirmasle: statim uerò abiicit, se non morari diuersitatem, quae in illa res fuerit. An non deliras, tibi ipsi contradicens? Si fuit consensus Ecclesiarū unde diuersitas? Si diuersitas, quis ille consensus? Notanda autem est & alia Asotica regula, cum traditiones probari uelit consensu: diuersitate aliquā obiecta, dicit se illam nō morari. Ita scilicet soluuntur argumenta ab Asoto, Non moratur nos etiamsi fuerit diuersitas aliqua.

Et ut omnes intelligent, quod super arenam Asotica Ecclesia cum omnibus suis traditionibus sit fundata, dubitat ipse unde sit hæc traditio de mixtura illa, inquiens, Sit ab Apostolis, sit à plenarijs concilijs, non admodum curamus. O te terē quaterē cum tota tua cacolyca Ecclesia miserum & infelicem. Non moratur te diuersitas, nec curas unde sit illa traditio, quam probare nunquam poteris: & tamen nihilominus tantopere pro illa digladiaris, ut dicas, id certō cōstitutum esse in Ecclesia, eiusq; auctoritate uos hærere, sacrilegiū esse hoc omittere. Et unde uestræ ecclesiæ tanta autoritas, atq; potestas, rem dubiā & incertam, cuius author ignoratur, adeò facere necessariam, & in ecclesia constituere, ut sine sacrilegio omissi non possit? Satis pro imperio, bona uerba quæso. Itane tandem pro libito agetur, ut quicquid uisum fuerit, etiam nulla redditu ratione statueretur, resub grauissima comminatione sacrilegiū? Tyrannis hæc est non fereda in ecclesia libera, sed execranda. Quid enim futurum esset tandem, nisi ut uestri Prælati nobis tanquā mancipijs abuterentur, leges ferrent pro arbitrio.

arbitrio, onera imponerent, & sarcinas importabiles: tandem etiam fœnum, non solum adorandum, quod impunè, sed quid dico impunè, immo spe cie religionis, factū est superiorib. annis: uerū etiā uorandum, ut bestijs proponerent. Falleris Asote, nō amplius infelix illud antichristi regnum in pristino suo flore est & uigore; liberati sumus per Dei gratiam ex uestra tyrranide: colla nostra iugo illi plus quam seruili sunt subducta: stamus in libertate, ad quam nos Christus uocauit. Et nolis uelis, rumpantur etiam utilia Codro, nobis nō tantum blandimur de illa libertate, sed gloriamur, & Deo gratias agimus.

Deinde cum Brentij sententiam refutandam suscipit, dicit adeò ridiculum esse, quod contra Cypriani rationē attulit, ut id etiam agnouerit ipse met. Alia Asoti regula, cum respondere non potest, nec refutare obiecta & rationes aduerfarī, ridiculū esse asserit, quod obijicitur. Atqui hoc non est argumenta & rationes obiectas refutare. Quid enim facilius est, quam dicere, Ridiculū est hoc. Est quidem figura quam docēt Rethores, ea que nec dissimulari, nec refutari possunt, hoc modo, tanquam res nullius momenti, aut ridiculas reiçere. Sed eo ipso Asote, ualde ridiculū te facis causa quam defendendam suscepisti patronum: cum neq; hanc esse traditionem apostolicam probare, neq; rationes obiectas soluere possis. Quod uero ad Brentij uerba, quibus Cyprianum excusare modeste laborat, inquietens, Nihil aliud iudicari posse, quam quod incogitati exciderit, addit: Ego uero magis dixerim quod garrulanti exciderint hæc omnia Brentio: atq; utinam non sint blasphemæ in sanctos. Quidni tibi liceat hoc effreni monacho, cui quicquid in buccā uenerit, dicere licet, cum nihil probare uelis, nec possis. Quid igitur impedit, quo minus & nobis de te affirmare liceat, quod tibi hæc neq; incogitati neq; garrulanti exciderint, sed calumnandi studio excogitata, ut quicquid usquam est apud ueteres rerum indifferentiū, aut etiam ineptiarū (non em̄ suis caruerunt affectibus, & omnibus temporibus contagia quædā habemus ab erroribus & uitjis nostri temporis) id nobis pro sanctorum reliquijs obtrudatur: cum nihil tam sit absurdum, tam etiam impium, addo & blasphemum, in uestris Ecclesijs, quod non apostolis & concilijs atq; sanctis Patribus acceptum ferre uelitis, nobisq; adorandum obtrudere, etiam salem & aquam benedicāt, & alias superstitiones nugas. Sed hæc tibi soli, cum tuis, reserua. Nos istis fôrdibus, quibus tu delectaris, abiectis ad porcos, in Paradiso Domini deliciabimur, & pascemur bonis eius.

Postremo addit, hæc que à Cypriano dicta sunt, tantum ad significatiō nem pertinere: & quia in sacramentis significatio sit necessaria, magnopere recurandū, ut sicut in ecclesia recepta est, circa sacra menta cōpleteatur. Respondemus uerū esse, sacramēta significatione non carere: ea uero nō est a nobis excogitāda, neq; etiā ab Ecclesia Asotica. Nam quemadmodū sacramenta nō ab hominibus instituunt, ita nec significatio confingenda.

Asotus noster dicit magnopere curandū, quia significatio in sacramen-
tis necessaria sit, ut sicut in ecclesia recepta est, circa ea compleat. Quod si
deuera & nō falsa hypocritica & superstitionis sua Asotica ecclesia intelli-
gat & loquat, nemo est q̄ repugnet: uerū satis declarat se loqui de sua, quæ
verbū Dei non curat, sed pluris facit traditiones etiā incertas & diuersas.
Non morat, inquit, nos diuersitas, sit ab apostolis, sit à plenarijs concilijs,
non admodū curamus. Hæc ecclesia Asotica, que traditionib. constat, si-
gnificationes sacramentorum ex illis effingit: quod mirū non est. Cum e-
tiam sacramenta ex ijsdem traditionibus plurima habeat, confirmationis, ^{sup.ca. 6:}
ordinis, pœnitentiæ & confessionis, quidni igitur significationes quoq;
sacramentis affingeret? Nos uero qui uocem Christi audimus sonantem
Ttt , in uerbo

in uerbo, non quidem reijcimus significationem in sacramentis: sed illas tantum recipimus, quas in uerbo Dei sacramentis additas uidemus. Ita ut maximè constaret, in propria illa cœna, quam Christus instituit, & cum discipulis celebravit, aquam uino fuisse admixtam: tamen negamus id hoc consilio esse factum, ut hæc cæremonia esset perpetua, & necessariò obseruanda, ad significationem coniunctionis suæ cum Ecclesia. Nam ad hoc ipsum corpus suū, & sanguinē cum pane & uino nobis distribuit. Neque temerè pane & uino corpus suū, & sanguinē uoluit cōmunicare. His enim ipsis coniunctionē suam nobiscū significauit. Nam quemadmo dum ex multis granis conficiuntur panis, & uinū, ut unum corpus & substantia, uel massa fiant, quibus corpora nostra uegetantur, aluntur & confirmantur. Ita Christus his elementis significat, & testatur se nos suo corpore & sanguine non tantum pascere, sed plane unum nobiscum fieri, ut simus caro de carne eius, & os ex ossibus eius. Hæc significatio nō traditionibus diuersis, aut incertis, uel conjecturis humanis constat: sed uerbo Dei immutabili & infallibili, quod nobis è Spíritu sancto, per summos Apostolos, Paulum & Petrum, est suggestum. Ita enim electum illud Dei organon, nunquam satis laudatum, Diuus Paulus, inquit: Calix benedictionis, cui benedicimus, nōne communicatio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus, nōne participatio corporis Christi est? Et Petrus, nos os ex ossibus Christi esse testatur, carnem de carne eius. Quæ arctior coniunctio, quod uinculum nos ita constringeret? Quam tu Asote significationem requiris aliam? Hæc non calumniandi studio à Brentio & nobis dicuntur, Asote, ut tu calumniaris: deferimus sancto martyri Cypriano honorem debitum. Sed propter ipsum non recipimus omnia eius. Verùm ea quæ nobis ex oraculis Spíritus sancti affert, grata mente accipimus: si quid uero aliter sensit, pace ipsius repudiamus. Et cum dñuo Augustino, cui eiusdem Martyris authoritas à Donatistis obijciebatur, dicimus: Ego huīus autoritate non teneor, quia literas Cytra Crescēt, priani non ut canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero: & quod Grammat. in ijs diuinarum scripturarum authoritatē congruit, cum laude eius accipio: quod autem non congruit, cum pace eius respuo. Nunc uero quoniam canonicum non est quod recitas, ea libertate ad quam uocauit nos Dominus, eius uiri quod aliter sapuit, non accipio. Et paulo post: Quapropter ita hoc Cypriani non accipio, quāuis inferior incomparabiliter Cypriano: sicut illud Petri Apostoli, quod gentes Iudaizare coegerat, nec accipio nec facio, quanvis inferior incomparabiliter Petro.

ANNOTATA IN CAP. LXV.

MIror quid Asoto in mentem uenerit, quod ea, quæ ualde prolixæ, & non sine tedio & molestia lectorum, capite quinquagēsimono- no, de festis ex professo tractauit, nūc īsdem uerbis, ex eodem authore reperat: nisi ut & intemperanter abutatur ocio & literis, molestus sit lectori sua battalogia, & plurimas chartas suo sputo illinat. Ne itaque nos in idem incurramus uitium, nos lectorem ad ea quæ loco iam dicto responsum, sed ut prauæ opinione de festis concepta abiçientur. Hac tantum admonitione addita, quod cum diuersissimæ fuerint opinione, & obseruationes diei Paschatis in Ecclesijs Orientalibus & Occidentalibus, quarum utræque ad Apostolos suam retulerint originem, aut non Apostolicam esse traditionem, aut non tam necessariam, sed liberam: uerum Asotus præcedenti capite dixit se diuersitatem non morari, nec admordum curare, unde hæ traditiones sint, ab Apostolis aut concilijs. Quod horum

horum festorum dierum obseruationem, traditionem Apostolicam esse, ex Augustino uult probare: certè Augustinus sibi ipse credi non uult, nisi ex sacra scriptura uel ratione certa probet. Probet ergo Augustinus hos dies festos ab Apostolis esse institutos. Sed dubitat ipse, sint' ne ab Apostolis, an uero à concilijs instituti. Ideo autem iudicat esse uel ab Apostolis, uel à concilijs plenarijs institutos, quia ubiq; seruentur in Ecclesia: uerum plurima sunt quæ ubiq; obseruantur, quæ tamen neq; ab Apostolis, neq; à concilijs sunt tradita, uel instituta, sed paulatim humano more in Ecclesiā irrepserunt. Id quod dominus Petrus in fine cap. 62. confessus est. Quare, etiam Asotij iudicio, hæc Augustini ratio non est firma ad probandum, dies festos traditionem esse Apostolicam.

Quod ad locum D. Pauli attinet, Nemo uos iudicet in parte diei festi, falsum est, q; Sotus dicit Paulum de festis tantum ludæorum loqui: in eo enim loco Paulus reiçit uanam superstitionem quæ de festorum obseruatione ab hypocritis haberis solet. Quocunq; igitur attuleris impiam obseruationis festorum superstitionem, siue ad ludæorū, siue gentium, siue Christianorum festa, superstitionē & impietate designas: cum sint adiaphora, quæ tantum ad disciplinam & ordinem faciant.

Nec uero hoc silentio prætereundū est, q; frater Petrus locum à Brentio ex historia Ecclesiastica citatum deprauat. Ibi enim dicitur, Apostolis non fuisse curam festos dies constituendi: Asotus addit de suo, & interpretatur, plures quidem dies festos instituere, credimus non fuisse curæ Apostolorū, sed hos præcipios author enim ipse hoc loco de præcipuis festis loquit. Sed hæc licent Asoto, quia est cacolycus. Cum em cum sua ecclesia scripturas interpretentur iuxta traditiones, quidni traditiones & scripta Patrum eadem authoritate pro suo libito interpretarentur, ut hoc sonarent quod ipsi sentiunt?

A N N O T A T A I N C A P V T L X V I .

Exagitat, immo calumnias effrenis monachus petulātia sua & serpentinalingua, more uerē diabolico, Brentij perorationē, in qua quid ex impiā & blasphemā Asotij, de traditionibus opinione sequat, ostendit, inquiens: Quæ cum de traditionib. ita se habeāt, manifestū est, q; cum Asoti ci dicant, ueritatē euāgelij nō tantū in scriptura, uerumetiā in traditionib. sine scripto cōtineri, & sacram scripturā per traditiones interpretandam, adeo q; traditiones esse certissimū fidei fundamentū, satan mediteſ abolitionē, aut saltem extremū contemptū sacræ scripturæ, & æternā Ecclesiæ internationē. Cogitat em Ecclesiā à certissimis ad incertissima, à cœlestib. ad elemēta huius mundi, à diuinis ad humana, deniq; ab oraculis spiritus S. ad somnia & deliria profana carnis, abducere. Sic, inquit Asotus, oportebat claudi totū locū, in quo de tota causa sibi cōtradicit, &c. quomodo? Quia dixerat instituta ab apostolis nonnulla, quæ nō sunt scripta & suscipiendas traditiones, quæ sufficienti testimonio p̄bantur, eā præcipue quæ de librīs canoniciis est: eadē negauerit aperte, docens de scriptura traditiones, quas Paulus cōmendat, solas esse, quæ testimonio scripturæ cōfirmata sint, & nihil ad salutem pertinens extra scripturam esse. Extrema impudentia huius nebulonis est, querentis quod cauilletur, & reuerā in scirpo nodum. Dixerat Brentius, quod sicut Ioannes apostolus & Euangeliſta de miraculis Christi scriptū reliquerit, eum alia multa signa fecisse, quæ non omnia descripta sint, hec uero ad salutē & uitam eternā sufficere: ita ab Apostolis nonnulla tradita esse, quæ non sint descripta. Sed cautē & prudenter hoc loco agendum, nec temerē quiduis, quod pro Apostoli- ca traditione iactatur, recipiendum, eo quod sepe p̄ijs hoc nomine sit im- positum; non tantum post Apostolos, sed etiā ipsis superstibus, cuius rei

exempla enumerat. Item sāpē de una & eadem re diuersas traditiones propositas, quarū una huic Apostolo, altera illi tributatur. Duo igitur considerāda: unum, quæ sint illæ Apostolorū traditiones, quæ sermone uiō & nō scripto posteritati ab Apostolis sint relicta, ppteræ q̄ non sit unum genus traditionū. Omnino enim cauendum, ne nobis humanae & ficticiæ traditiones pro Apostolicis obtrudantur. Summa igitur cura considerandum, si pponitur traditio, num uerē sit apostolica. Id quod Paulus & Ioannes apostoli monent, ut sp̄ritus & omnia p̄bemus: Num uidelicet cum fāris literis, quæ dīuinitus cœlestib. testimonij nobis cōmendatae sunt, & miraculis confirmate, cōueniant. Nā si ab illis dissentiat, dubitari amplius nec possit, nec debeat, quin scriptor ille aut alios fallere uoluerit, aut ab alijs falsus sit, & pro ueritate mendaciū acceperit. Alterū, si certò cōstiterit traditionē esse uerē ab apostolis profectā: pxima cura erit, quo cōsilio, & in quem usum ac finē sit ab apostolis instituta. Hoc uerò nō posse cognosci, nisi ex ipsa Apostolorū doctrina, & perpetuo eius cosensu. Quare siue dubitemus, siue non dubitemus de traditione, semper nobis ad sacrā scripturam recurrentum, & ex ea iudicium petendum.

Hæc sententia est Brentij de traditionibus, hæc etiā ipsius uerba, quid igitur habes sycophanta, quod calumnieris, quid in his est contrarium? Non enim pugnant instituta esse quædam ab Apostolis, quæ non sunt scripta. Item suscipiendas esse traditiones, quæ sufficienti testimonio scripturæ probatae sunt. & traditiones illas, quas Paulus cōmendat, solas esse illas quæ testimonio scripturæ confirmatae sunt, item nihil ad salutem pertinens extra scripturā esse. Errat autem frater Petrus in uocabulo Scripturæ, quod tantū apices, literas, syllabas & dictiones, Grammaticorū more, inspicit, & non res ipsas, hoc est, sententiam, quæ his literarum & syllabarum notis continetur, & significatur, considerat. Eo ipso enim q̄ dogmata & traditiones scripturæ sufficienti testimonio probari possunt & cōfirmari, etsi ijsdem syllabis non expresse comprehendantur, de scriptura esse intelliguntur. Et hoc est, quod in altera parte, quam tanq̄ contrariam Asotus opponit, Brentius contendit, solas illas traditiones à Paulo commendiari, quæ testimonio scripturæ confirmatae sunt. Item nihil ad salutē per loco de sacræ scripturæ autoritate, qui hic ab Asoto citatur, expositū est, addito exemplo, de Homousio: quod uocabulū etsi non sit his literis scriptum in Biblijs, tamen ex ijsdem est, & non extra scripturam, alias nunq̄ ab Ecclesia Dei agnoscendam. Quæ igitur tanta calumniandi libido in Asoto, sed filius patrem prodit, Malū corui, malum ouum.

Non dissimilis est calumnia, quam author ipse agnoscit, & fatetur, uerba Brentij (Hæc cum ita de traditionibus se habeant) flagellans, & inquiuta aliqua ab Apostolis, quæ non sint scripta, &c. An ad contraria potius, ubi nullam traditionem, nisi scripturæ testimonio confirmatam, uis suscipi, quo sit, ut libros omnes canonicos incertos reddas, & afferas nihil institutum ab Apostolis, quod non sit scriptum? Vide apertam contradictionem tuam, instituerunt aliquid Apostoli quod non scripsierunt, ad salutem ueram illud pertinere, non est dubitandum: nec enim altud agebant. & Omnem doctrinam ad salutem necessariam scriptam ab Apostolis. Haec tenus Asotus uerba Brentij recitauit, quæ quomodo accipienda sint, & quam nulla sit in his cōtradictio, iam ex uerbis Brentij est demonstratum. Et cum Asotus aduersus Brentium argumentat, Si Brentius probat traditionē de scriptura, necesse habet omnes traditiones probare: si uero traditiones impbat, necesse habet etiā eam qua scriptura tradita est improbare:

probare. Existimat bonus scilicet uir, nobis ignota esse & *ostensum* quæ ita Dialectici uocant: quale est illud uulgare, quod recitatur de eo qui somnauerat, somnijs non esse credeendum. Talibus sophismatis defendit fraterculus suam catholicā Ecclesiam. Quod ad canonicos libros attinet, manifestē Brentius ab initio loci de traditionib⁹ est protestatus, ne quid ambiguitatis in nomine traditionis relinquatur, se nunc non de ea traditione, qua nobis sacra scriptura, & quæ in ea continentur, à maioribus manus sunt tradita, loquuturum. Hanc enim certam, firmam & indubitatem se amplecti.

Vt autem scias Asote, si forte ignoras, non propter solam traditionem sacram scripturam, quæ iam canonica dicitur, amplectimur: sed habemus alia longe plura & firmiora testimonia, argumenta & rationes, quib⁹ confirmati, planè non dubitamus hæc scripta canonica, quæ sic appellantur, diuinitus esse per spiritum S. inspirata & tradita ecclesiæ. Id quod suprà dictum est. Brentius ergo hanc traditionē agnoscit: ergone omnes approbat. Item aliquas reprehendit propter certas causas, ergone omnes? Quia igitur quasdam approbat, quasdam reprehendit, ideo sibi est contrarius. Pergit autem Asotus, & dicit, Sed scio ad proxima hæc, quæ dixerat esse referenda, cum ea scilicet quæ Basilius de traditionib⁹ dicit, non sint credenda, &c. Quid est calumniari, si hoc non est: an ne etiam diabolus mendaciorum & sophistices pater & inventor aliud ex suo infernali barathro euomere posset? Ergone omnes ritus, ceremoniæ & ordinationes Pauli, Cor. ii. & 14. ad salutem sunt necessariæ? Instituerunt, inquit asinus ille, a liquid Apostoli quod non scripserunt: ad salutem uera illud pertinere, non est dubitandum. nec enim aliud agebant. Instituit Paulus ut mulier uelamen super caput suum habeat, uir uero orans uel prophetans non uelet caput suum: item de coma, quibus sit nutrienda. Quis adeò ineptus est, ut affirmet hæc ad salutem pertinere? cum Sotus ipse suprà ingens discrimen inter traditiones esse dixerit, alias maiores, alias minores uocans. quasdam uero incertas esse & dubias. Item maiorum traditiones uon Apostolorū. Item traditiones humano more introductas? An uero Ecclesiæ minister damnabitur, si hyeme uelato capite: aut per hoc saluabitur, si æstate nudo capite, ad populum concionetur? Quid puerilius, quid stultius, imò quid magis impiū cogitari potest? Paulus enim ipse affirmat hæc, & eiusmodi alia omnia, ad hoc esse instituta, ut omnia secundū ordinē & decenter fiant in Ecclesia: nonnullæ traditiones cæromoniæ sunt ad externam disciplinam facientes, quas instituisse Apostolos diuersas pro locorū & personarū uarietate, & quibusuis occasionib⁹ mutabiles, dubiū non est. Non enim omnibus eadem ordinarunt, quia magna fuit diuersitas. Nā quid hoc aliud eset, q̄ si medicus generalem & communē omnib⁹ hominib⁹ diætam prescriberet, nulla habita ratione ætatis, sexus, temporum, locorū, personarū, ualeat dñis, morborum, & aliarū circumstantiarum, quarum prudens medicus in consideratione corporis humani rationē habere solet. Idem certe fidelissimi, peritissimi, & prudentissimi animarum illi medici obseruarunt, in totius Ecclesiæ corpore curando & conseruando. Sicut autem ante studi & data opera, sciens & uolens epilogum Brentij ad ea retulit, de quibus Brentium non dixisse, sicut fatetur, nouerat: ita iam dum se scire uel simulat, uel dissimulat, utrumq; enim in hoc diaboli organon pariter cadit, ad Patres refert (imò non ad Patres tantū, sed ad uniuersum locum de traditionib⁹) q̄ Brentius de ipso Asoto, eius ecclesia, conatu, cōsilio & machinationib⁹ scripserat. Etsi enim ea quæ Basilius & Epiphanius de traditionib⁹ scripta reliquerunt, pbari aut defendi nulla ratione, sicut dictū est, possint, sed potius tegenda & dissimulanda, atq; ppter reliqua ipsorum in Ecclesiam

Ecclesiam merita cōdonanda: tamen id nulla ratione ferendū est, qđ Aſotici abutātur horum Patrum incōmodē dictis ad omnes ſuas nugas, quas ueræ Dei Ecclesiæ, nomine traditionū Apostolicarū obtrudere conātur, cum partim neqđ ab Apostolis tradita eſſe certū ſit, quale illud eſſe de coniugij ſolutione post uotum. Partim uero, ut maximē cōſtaret tale quid ab Apostolis traditū, non magni admodū eſſet momenti, qualia Basilius de oratione recenſuit, quod à ſtantib. fieri debeat, ad Orientem cōuertiſis, &c. Hæc puerilia, parum uim haberent ad pietatem, cū ſcriptis dogmatibus: Hæc ne certiſſimū eſſent fidei fundamentū? Ex his ne ſacra ſcriptura obſcu ra interpretanda, hinc ne fidei dubia diſjudicanda; & non potius ex fonti bus ſacræ ſcripturæ, quam certum eſt à ſpiritu S. diuinitus iſpiratam, per Prophetas & apostolos traditam, ſuper quam (ſiquidem loquendū eſt de doctrina) Ecclesia eſt edificata, in qua omnia ad ſalutē neceſſaria ſufficien ter compræhendunt, ad quam omnia alia dogmata, ſpiritus, prophetia, traditiones, dubia & ambigua ſunt examinanda: audis hæc Aſote, audis inquam, tuis oblongis auribus? Hæc, inquit Brentius, cum ita ſe de traditionibus habeant, manifestū eſt, qđ cum Aſotici dicunt, ueritatē Euangeliū non tantum in ſcriptura ſacra, uerū etiam in traditionibus, ſine ſcripto cōtineri, & ſacram ſcripturam per traditiones interpretandam, adeo qđ traditiones certiſſimum fidei fundamentum eſſe ſatan meditetur abolitionem, aut ſaltem contemptum ſacræ ſcripturæ, &c.

Et ut maximē concedamus uerè eſſe ab Apostolis tradita, que Basilius libro de ſpiritu S. cap. 27. recenſet, ſimiliter Cypr. de mixtura aquæ cum ui no, August. de dieb. festis, alijs item diuersimodē de dieb. ſtatis ieuiorū, ſponde, Aſote, bona fide, ſi tamen potes, Num tu cōtrouerſias religionis, aut fidei ambigua ex his omnibus diſjudicabis? Hæc autem omnia, & alia multò plura, ſupra traditionib. tribuebas. Ego uero cōtrā potius dico, hec proſuſ ad fidē nihil pertinere, ſed tantū ad externas cæremonias & exercitia corporalia, de quib. Paulus inquit, qđ ad modicū ſint utilia. Et Athanasius, καλὸν ἀστηνοῖς μετ' ἀλυθοῦς γνῶστες καὶ συμμετρίας.

Quemadmodum enim eodem Apſtolo teste, regnū Dei non eſca & potus: ſed iuſticia, pax & gaudium in ſpiritu S. ita nec ieuium, & abſtinentia à cibo & potu, nec diſcretio ciborū, dierum obſeruatio, nec etiam in oratione ſuperstitioſa ad Orientem conuertiſio, aut ſi qua ſunt ſimilia, regnum Dei non ſunt. Hec enim eadam omnia quiuis Turca, Iudeus & hypocrita praefare potest. Cum monſtroſis igitur hiſ, & absurdis tuis opinionibus, & confictis ac impijs traditionibus, & non cum Patribus Brentio eſt nego ciū. Quod igitur contrariū epiſologum opponit, omnia à Brentio in Patres immodeste & ſuperbē dicta, iſipsum non ſcripturæ ſenſum, ſed ſuum tantorū Patrum ſenſu præferre, blaſphemia eſſe, dicere per hos Patres ſatanam meditatū deſtruptionem ſcripturæ & Ecclesiæ, meritò traditiones nō ſcriptas recipiendas, &c. Recte id fieret à fratre Petro, ſi uel ſua, ut par erat, ex ſacra ſcriptura cōfirmatlet, uel à Brentio producta, firmiſte ſtimonijs ſcripturæ & argumentis refutatſet. Cum uero horum neutrum fecerit, neqđ etiā facere poſſit, ridiculū eſt, declamatiū ſpermologorum more ita cōuitia coaceruare. Quid enim facilius eſt, qđ dicere quæcūqđ uolueris & in buccā uenerint. Probare uero, hoc opus, hic labor eſt. Deniqđ nō dixit Brentius per Patres ſatanā Ecclesiæ deſtruptionē meditatum, hi enim nequaquam ſcripturis ſacris traditiones preſulerunt, non dixerunt, ſcripturas per traditiones non ſcriptas interpretandas, aut traditiones certiſſimum fidei fundamentum eſſe. Nec alia ſexcenta, quæ uos conſigitis: ſed controuerſias religionis ex ſcriptura dirimi uoluerunt, Non igitur in hoc uobis Patres patrocinantur, nec à Brentio ea in Patres, ſed uos Aſoticos

eos uestras impias de traditionib. opiniones, dicta sunt. Sed per uos Aſo-
ticos satanam hoc meditari diserte dixit, inquiens. Manifestum est, q̄ cum
Aſotici dicunt (Non Patres, hi enim contrariū sentiunt, q̄ hactenus pro-
batū est. Quod uero non omnia ipsorum à nobis recipiuntur, sed ea quæ
minus considerate ab eis dicta sunt, reiſciuntur, ea libertate facinus quam
nobis dedit Dominus, imo quam Patres ipsi, ac exemplum quoq; Aſoti
corū nobis permittunt, nec ideo damnamus Patres, licet stipulas & fœnū
ab auro separemus, ipsos enim in fundamento mansisse speramus, & haud
dubie admoniti, errata sua agnouissent, Inō, sicut Aſotus fact, defendisset.
Quod si scirent Aſotum adeo improbus esse, & mordicus suas has de tra-
ditionibus opiniones retinere & propugnare, moleste id haud dubie fer-
rent. Nihil ergo in hoc toto capite nisi meras calūrias, conuitia, sophisma
ta, mendacia Aſotus euomuit in Brentium, Deuoret ergo canis iste im-
mundus suum ipsius uomitum, & utinā omnes etiam istas traditionū nu-
gas, quæ si efficaces essent, dignum se premium q̄ querit, consequeretur.

A N N O T A T A I N C A P V T L X V I I .

Opugnauerat Aſotus quantis potuit uiribus sacrosanc̄tæ scriptureæ
autoritatem, ut eam sputis suis foedaret, dubiam & ambiguum red-
deret, & in hoc omnes sui ingenij uires, linguamq; uenenatam exeruit.
Deinde uero traditiones sīras non scriptas, quam Apostolorum nomine
toti Ecclesiæ obtrudere conatur, eamq; in captiuitatē Babylonīcam, &
seruitutem Aegyptiacam redigeret, longe, multisq; modis oraculis illis
Dei præferre uoluit, quod essent pleniores, planiores, & uetustiores ipsa
scriptura, & certissimum fidei fundamentum, ex his controuersias reli-
gionis, & fidei dubia, atque ambigua omnia diſjudicanda, pugnatū
est acerrimè non sine magno labore, & sudore ab Aſoto, & plane Hercu-
lem se hic suæ catholicæ Ecclesiæ præstítit. Sed frustra, omnia enim quæ
attulit, nihil nisi inanis uerborum sonitus, & puerorum crepitacula fuere,
satis uerborum, garrulitatis plurimum, rerum uerarū nihil, aut parum ad-
modum, animaduertit Aſotus aciem h̄iam non usq; adeo esse firmam, ut
par hosti cum quo congridetur, esse possit, si pugnandum sit aperto Mar-
te. Ideo iam succenturiatus procedit, & quasi ex insidijs præsidium socio-
rum, ut opinatur, in aciem producit, eamq; explicat, atq; instruit enumera-
tratis Patribus plurimis, qui sua parte pro traditionibus pugnaturi stent,
addita mentione plurimorum etiam librorum, qui de traditionibus sint
scripti, ut ualde terribilis hosti apparent, eumq; uel solo belli apparatu, si
fieri posset in fugam uertat, non secus ac Carthaginenses olim, Romanos
adductis Elephantibus, quorum conspectum prima uice ferre non pote-
rant, secunda uero uice, consistebant, tertia etiam pugnabant, & superio-
res euadebant. Ita hic æra sonant corybantes, & clangorem suum ingemi-
nant, Patres, grauissimorū Patrum consensus, tantæ authoritati cedat o-
mnis proteruia, incipiamus ab ipsis Apostolorum discipulis, &c. Expaue-
site pueri, sed his nihili crepitaculis, & Leonis exuuijs quibus asinus hic
noster male tectus, ut scenæ seruiet, prodijt, contemptis, rem ipsam atten-
tus cōsideremus, quid tandem sedecim hi duces, quos in auxilium aduo-
cauit, sibi uelint. Cum eos Aſotus pro sententia sua de traditionibus pu-
gnare coegerit.

Primus procedit Ignatius, Ioannis discipulus, & hortatur Asiae popu-
los, ut tenacius & diligentius Apostolorum traditionib. inhæreant, & ne
quid incerti apud posteros remaneret, afferit se has scriptas reliquisse. Nō
vocabo iam in dubium illas epistolas, hoc tantum querō, Quæ illæ sint
traditiones Aſote, recita, liber in quo descriptæ habent, ubi extat. Mon-
stranobis, ut audiamus quæ & cuiusmodi sint.

Vos

Vos apud Ignatium nomine traditionis intelligitis alia, quamquam quae illeris Apostolicis sunt mādata. Nos autem intelligimus plane ea ipsa, quae ab Apostolis scripta sunt. Traditiones enim illae Ignatij, aut pugnant cum scriptis Apostolicis, aut non pugnant. Si pugnant, iam uobis testibus nō sunt recipienda. Si non pugnant, certe continentur in uera sententia scripturæ, & à nobis non reprehenduntur, sed tanquam sacrosanctæ in suo ordine & gradu agnoscuntur.

Polycarpus, inquit Asotus, traditionem Apostolorum prædicauit, & quod ab eis susceperebat Ecclesiæ tradens. Quid uero aliud docuisse, quam id quod ab apostolo Iohanne audierat, & dīdicerat cuius discipulus fuit. Certum enim est traditionis uocabulū generale esse, & pro doctrina siue uoce & sermone uiuo siue scripto tradita, accipi, id quod ipsi Patres, Cyprianus & Augustinus testantur, sicut superius monstratum est. Et nō est dubium, quin cum fuerit discipulus Ioannis, legerit illud Ioannis dictum, Multa alia fecit Iesus, &c. Hæc autem scripta sunt, &c. Quare si quæ suis auditoribus tradidit, aut sunt ea, quæ alia Iesus fecit, & non sunt scripta à Iohanne: tunc manifestum est, quod ad salutem non sunt necessaria cognitio, alioqui enim non fuissent à Iohanne omissa: aut sunt eadem ipsa, quæ Iohannes in literas contulit. Tunc quod nos uocamus scripturam, hoc Polycarpus uocat traditionem.

Quid uero hinc Asote sequitur, Polycarpus id docuit, quod ab Apostolis dīdicerat. Ergo aliud non est docendum in Ecclesia Dei, quam id quod constat Apostolos docuisse. Sicut & Petrus monet, qui docet, loquatur eloquia Dei. Hoc si fiat, ubi manebit Papatus: ubi decreta Pontificū: ita scilicet confirmandæ sunt traditiones non scriptæ.

Sequitur in ordine tertius, Dionysius Areopagita, quem faciunt Pauli discipulum de quo superius dictum est, quod nec Eusebius nec Hieronymus, qui catalogos scriptorum Ecclesiasticorum & librorum ab eis edito rum, contexuerunt, eius mentionem fecerit. Hunc autem scripsisse, inquit Asotus, Substantiam Christiani sacerdotij esse eloquia diuinitus tradita. Hec uero, inquit, illa sunt, quæ in sanctis Theologicis libris commendantur ab Apostolis, similiter & illa, quæ sine his transfusa sunt ex animo in annum corporali uerbo intercurrente. Quid hoc ad traditiones? Sacerdotes Christianos aliud docere non uult, nisi eloquia diuinitus tradita. Hæc porro in sacris literis & libris ab Apostolis commendata esse, ait Ecclesia, similiter & tradita, uiuo sermone. Cumque scripta ad nos Dei beneficio per uenerint, ex illis facile etiam iudicium de illis, quæ nō scripserūt, sed uoce docuerunt, facere possumus. Non enim potuerunt aliud, aut diuersum ab eo quod scripserunt, docuisse. Cum igitur aliquid pro traditione Apostolica nobis affertur, uideamus num cum libris illis Theologicis ab Apostolis descriptis, conueniat, quod si sit, bene, si minus, sciamus nō esse Apostolorum, sed apostatarum & impostorum.

Sup. cap. 56 De Irenæi sententia, & loco superius est copiosè dictum. Dicit Irenæus *lib. 3. cap. 1.* Apostolos Euangeliū præconiasse, posteà uero per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt fundamentum, & columnam fidei nostræ futuram. Habes hic Asote, non traditiones sine scripto, ut dicas, ex Irenæo, sed scripturas Apostolorum certissimum esse fidei nostræ fundamentum, & columnam.

Clemens Alexandrinus apud Eusebium testatur se à doctoriis sanctis Pantæno præcipue doctrinæ diuinæ ueritatem, quam ipsi ab Apostolis acceperint, dīdicerat & scripsisse. Cum hoc testimonio, quid tibi uis Asotus: tu idem fac, discas ab Apostolis, & ea doceas, quæ ex libris ipsorum, certe cōstat eos docuisse. Sed hæc tibi sunt obscura, dubia, ambigua, mortua, & litera

& litera occidens, Nec dubito, quin tota scriptura, quo tu es ingenio sit
tibi pestis, mors, & infernus, ideo alia audienda, decreta Pontificum ca-
nones & aliae nugae.

Egesippus Apostolorum temporibus uicinus, teste Eusebio integer-
rimam traditionem apostolicæ prædicationis, simplici sermone concri-
ptans, in quinqꝫ libris memoriae tradidit. Exhibe nobis libros Asote ab
Ignatio, & Egesippo de traditionibus Apostolicis scriptos, quod si uerè
sunt Apostolicæ, fieri non potest, ut à scriptis ipsorum dissentiant.

Origenes Ecclesiasticam prædicationem per successionis ordinem ab
Apostolicis traditam in sententiarum diuersitate seruandam esse docet,
& solam illam ueritatem esse credendam, quę in nullo ab ecclesiastica di-
scordat traditione. Verissimum est, solam illam prædicationem Apostolo
rum, & quę cum ea in nullo discordat, ueritatem esse credendam. Item
quid prædicauerint ex scriptis ipsorum apparet, hinc ergo de illa iudi-
candum.

Quod si uerba hęc Origenis ita accipere uoluerimus, ut quacunqꝫ pre-
dicationem ecclesiasticā, per successionis ordinem ab Apostolis esse tra-
ditam, credendum sit, quo omnia sedis Romanę dogmata, decreta, cano-
nes, & constitutiones Pontificum tanquam ab Apostolis per seriem suc-
cessionis deriuata agnoscamus: quantum hęc Origenis regula ualeat, ex
contentione Hieronymi & Ruffini de his ipsis libris Origenis οντι αγκαν,
in quibus prædicationem ecclesiasticam conscripsisse se asserit, & in quo-
rum proœmio regulā hanc proposuit, est uidere: Absurdissima enim in ijs
libris conscripsit, & nomine prædicationis ecclesiasticę tanquam ab Apo-
stolis tradita, ecclesię uoluit obtrudere, ita ut meritò damnata sint dogma-
ta illa Origenis à tota Ecclesia. Quod si hæc agnoscis, Asote, pro Aposto-
lorum traditionibus, per successionis ordinem ab Apostolis tradita, non
inuidemus tibi σκύλας illa, uteris pro arbitrio, per nos sanè licebit. Quod
si regulam hanc ab Origenē traditam, eadem felicitate, qua ipse author,
fueris sequutus, quid futurum sit, nemo est qui ignoret.

De Tertulliano similiter supra dictū est, q̄ tametsi traditiones alicubi
recipiendas etiā sine ratione existimet: tamen alibi, hoc ipsum oppugnet,
atq̄ ita tam non faciat pro traditionarijs Asoticijs, ut uehementissime ab
illo non tantum oppugnaretur, sed planè euertatur omnia ipsorum con-
silia, & machinationes.

Epiphanius inquit, Oportet & traditōne uti, non enim omnia à diuina
scriptura accipi possunt. Aliqua in scripturas, aliqua in traditione, sancti
Apostoli tradiderunt. Exemplum proponit, quod post uotum cōtrahere
matrimonium sit peccatum. Verum est, quod hoc in sacra scriptura non
habeatur, & nō ex scripturis male detortis, contra Epiphaniū sententiam,
qui negat hoc in scriptura haberi, probationem querere. Nos uero nega-
mus id quod Epiphanius dicit. Non omnia à diuina scriptura accipi pos-
se, de quo superius. Certè hanc traditionem de coniugio post uotum, q̄
sit peccatum, Apostolorum esse traditionem, nunqꝫ probare poterit. Sed
de hoc sup. cap. 63. ubi contrarium est probatum.

Quod etiam Asotus addit, Epiphaniū orationes pro defunctis tradi-
tione à Patribus accepta, cōfirmare. Quis autem poterit statutum matris
dissoluere? Hoc certè non satis certum est testimonium, orationes pro de-
functis Apostolorum esse traditionem. Hinc enim ex uno Epiphaniō aut
pluribus alijs, Asoto teste, non probatur traditio Apostolica. & ipse Epi-
phanius non acceptam fert hanc traditionē Apostolis, sed à Patribus ac-
ceptam testatur, & statutum esse matris, hoc est Ecclesia. Nos uero Pa-
trem potius audiendum & sequendum esse statuimus, quinimò & ipsa

mater patrem, & sponsum audire cogitur: si minus, nec mater erit, nec sponsa, sed nouerca, & adultera. Sed de oratione pro defunctis superiorius plura sunt dicta, & alibi copiosius à nostris tractata.

De Basili loco ex libro de Spiritu sancto, plurima suprà capite 63.

Quod Chrysostomus dicit, Apostolos multa sine literis tradidisse, quae est ab Apostolis prædicata. Verum alia, & diuersa ab ijs, quæ certum extaret, non docuisse, aut tradidisse, certissimum est, non hypoplani fuere & impostores, qui alia docuerint, alia scripserint, sicut homines uersipelles, & ueteratores, qui aliud loquuntur, & aliud sentiunt, duplice corde, qui sunt abominabiles Domino. Contenti itaque sumus scripturis Apostolorum certis & indubitate, donec eadem certitudine traditiones ipsorum nobis innocentierint: quibus tamen facile carere possumus, cum ea quæ scripta sunt, ad salutem sufficient, & perfectionem si ex scripturis perfecti fieri, & salutem ac uitam æternam consequi possumus, quid amplius desideramus?

Lucas ultimo capite scribit Christum duob. discipulis euntibus Emmaus interpretatum in omnibus scripturis à Mose & Prophetis, quæ de se erant scripta. Quantu redimendum ut hæc concio Christi ad uerbum cōscripta extaret. Et tamen quia summa eius alibi in scriptura continetur, non caret ea concione damnabiliter. Et Urbanus Reginus uir pietate & eruditione insignis, hunc laborem suscepit, ut quæ Christus concionatus sint, uerisimiliter ex omnibus Prophetis exposuerit. Tale quid in Apostolicis discipulis si traditionem uocaueris, non repugnamus.

De Augustini loco ex epistola 113. cum toto hoc de traditionibus trahatu, tum uero præcipue cap. 56, satis est dictum.

Ad Theophylacti sententiā, cum ex Chrysostomo sit desumpta, id respondemus, quod ad ipsius Chrysostomi:

Damascenus repetit & probat Basili locum in libro de Spiritu sancto, cap. 27. de traditionibus, cui respondimus suprà 60. capite.

Quod uero idem Damascenus orationem pro defunctis traditionem esse Apostolicam dicit, probet prius, hoc ab Apostolis traditum. alias enim non debemus illi fidem habere, etiam Soto teste, præsentim cum non fuerit Apostolorum temporibus uicinus. Fieri quidem potuit, quod ea quæ paulatim incertis authoribus per consuetudinem humano more (ut Asotus dicit) in Ecclesiam irrepererit, Apostolis propter maiorem auctoritatem sint asscripta, ut retineri possent in Ecclesia. Libenter enim consuetudines uetus state confirmatae, retinentur ab hominibus: aut quia huius rei author ignorabatur, ad Apostolos, iuxta Asotum regulam est relata oratio pro defunctis.

Verum hoc Damasceni uerba nolunt. illud dicit, Apostolos in tradendis sacramentis memoriam fecisse defunctorum, quæ qualis fuerit, suprà dictum est. faciunt Græci mentionem defunctorum in suo canone, Offerimus tibi pro Patriarchis, Maria uirgine, & matre Dei, Apostolis & Martyribus, ergo orant pro ipsis, offerunt pro ipsis, num in purgatorio cōstitues eos Asote, & iam tuis Missis illos liberabis? Mentio fit defunctorū in administratione sacramentorum, ergo pro illis est orandum, ergo ut uerba sonant, pro eis offertur. In quem finem offertur pro Sanctis, num pro pecatis illorum, pro quibus ipsi non satisfecerunt? Num adhuc in purgatorio sunt, & tot annis, totq; Missis redimi & liberari non potuerunt: cum tamen in singulis singulorum sacrificium Missis, illorum fiat mentio, omnium inefficaces Missas.

De adoratione crucis, & aliarū imaginū Euclœpias respondimus ca. 61.

Postremo

Postremò Vincentium quendam Lirinensem presbyterum illis classi-
tis Patribus adiungit, quo exercitum suum conficiat, qui nos non solum
ad Apostolicas, sed Ecclesiæ traditiones ablegat: his fidem muniendam
esse docet, si decipi noluerimus.

Vincentius Lirinensis dicit, fidem non tantum diuinæ legis authori-
tate muniri, sed etiam Ecclesiæ traditione. ergo res ita habet, traditiones
sunt fidei certissimum fundamentum. Paulus uero dicit, Aedificatam Ec-
clesiam super fundamentum Prophetarum & Apostolorum: hoc est, sa-
cram scripturam per Prophetas & Apostolos descriptam. Item, Fides ex
auditu. Nihil igitur ad nos, quod Lirinensis ille dicit.

Hactenus sedecim Patres in aciem pro defendendis traditionibus A-
postolicis sibi produxisse vius est, quibus tamen ne unicam quidem mi-
seram traditiunculam miser Asotus, miseram causam agens, miserè defen-
dere potuit. Nihil enim aliud ex his omnib. iam adductis testimonijs col-
ligi potest, quam docenda esse ea, quæ ab Apostolis sunt tradita, siue scri-
pto, siue uiua uoce. Doctrinam ab Apostolis propositam, siue sermone si-
ue libris editis unam & eandē esse, & parem uim habere. Apostolos quæ-
dam tradidisse quæ non scripserint: discipulos & auditores Apostolorum
ea docuisse, quæ ab ipsis audierint & didicerint. Libros quosdam de tra-
ditionibus conscriptos, qui tamen interciderint omnes.

Quis uero Asote unquam affirmauit, Apostolos omnes suos sermones
descripsisse eo modo & ordine ac numero, quo eos ad populum habue-
re: Scripserunt autem de omnib. ad salutem necessarijs, ea quæ sufficiunt
ad perfectum reddendum hominem in iusticia. Nec existimadū est eos
alia docuisse, quam scripserūt: ordinasse forte quædam cæremotia, que
non adeò sint necessaria, nec ab omnib. obseruanda, non imus inficias, de
quo illud Pauli accipit: Cætera cum uenero disponā, ut scilicet omnia se-
cundum ordinem, & decenter fiant. Hæc uero sunt indifferentia, & nō ad
cultus propriè dictos, nec ad animæ salutem per se pertinent. Quæ uero
illa sint ab Apostolis tradita, & non scripta, quæ tam sint ad pietatem ne-
cessaria, quam scripta dogmata, unde etiam fidei dubia & cōtrouersiæ re-
ligionis possint dījudicari, quæ sint certissimum, iuxta Asotum, fidei fun-
damentum, à nullo est expressum, multo minus probatum. Non enim sus-
ficit unius aut alterius Patris testimonium, ut Basilij de crucis charactere,
Epiphanij de coniugio post uotum contracto, quod sit peccatum. Hæc
dicuntur quidem, sed non probantur. quare eadem facilitate rejiciuntur,
qua asserunt, præsertim cum incerte, dubiæ, diuersæ, imò contrariæ de ea-
dem traditione inueniantur sententiæ Patrum, & quauis occasione, auto-
ritate suorum Prælatorum mutabiles, iuxta Asotum: quod tamen ipsum
non moratur. Fit & mentio librorum quorundam, in quibus traditiones A-
postolicæ descriptæ fuisse perhibentur: uerū hi omnes pariter intercide-
runt, quod quomodo factum sit, uehemēter dubito, cum ab omnibus isti
libri sint expediti, si uerū est quod Clemens scribit, sibi eos à fratrib. extor-
queri, iudicione Domini acciderit, qui noluerit Ecclesiam nō necessarijs,
aut etiam falsis, & ementito Apostolorum nomine, traditionibus, quib.
supersticio haud dubiè accessisset: an uerò successorum Pontificū malicie
& ambitione suppressi, ut locus esset, suas cōstitutiones deinde pro Apo-
stolicis Ecclesiæ obtrudere, uel qua alia de causa, si tamē illi libri unquam
exitere (apparet enim ex diligentí epistolarum Clementis lectione, eas
que ipsius nomine circumferunt, autoris non esse, sed nothas & supposi-
ticas) fateor me ignorare.

Quid ergo hæc sententiarum tot Patru laboriosa coacervatio ad præ-
sens certamen, qd Asotus instituit, cum tam dicant Apostolos quædam
Vuu .2 tradi-

496

radidisse, quæ sint libris consignata, ij uero nusq; extent: Perinde facit A-
fotus ac si rex quispiam, aut Imperator expeditione contra hostem poten-
tissimū susciperet, & loco armatorū cataphractorū, plixum catalogū so-
ciorū, confederatorū & stipendiatorū in scheda consignaret, quo saltem
nomine terrorē hosti incuteret, & in fugam uerteret: aut equos sculpi, uel
pingi curaret, super quos pictos uel stramineos quosdā homuntiones col-
locaret, eosq; in aciem pduceret: an non ridiculus esset Imperator? Multo
uero magis noster Asotus traditionū ppugnator in bello suscepto ridicu-
lum se demonstrat, qui titulos quosdā inanes librorū qui nusq; extat, for-
tē etiam nunc in rerum natura fuere, enumerat; quib.uult pbare traditio-
nes certissimum fidei fundamentū esse. Sed quale est negotiū, talis est &
apparatus, talia arma bellica. hoc demū, Asote, dignū est patella opercu-
lum, Ex traditionibus fidei cōtrouersias & dubia dījudicanda. Cum uero
quærif, quænā illę sint traditiones, ubi extent: Recitat Asotus libros quos-
dā olim ab Ignatio & Clemēte esse de apostolicis traditionib. descriptos,
sed intercidisse. Cum igit̄ libri hi traditionū interciderint, scriptura uero
obscura sit, dubia & ambigua, cōtrouersię religiōis dījudicari amplius nō
possunt. Perpetuò ergo cōscientiæ in dubio relinquens, nec est sperādu-
finis. Nisi forte ex his, quas Basilius recitat de crucis cōsignatione, cōuer-
sione ad Orientē & statione in oratione, uel mixta aqua cū uino, dubia
fidei dījudicari possint, & sint fidei fundamentū certissimum: aut qui ab Au-
gustino festi dies enumerant, ut sciamus quibus diebus o ciari debeamus.
Sed hinc multo maiora fidei dubia & religionis cōtrouersiæ orientur, &
ut exempli causa unam pponamus, Num omnes dies diuæ uirginis Marie
dicati, puto Natiuitatis, & Præsentationis etiā, solenniter à uulgo sint cele-
brandi & feriandum, atq; in uigilia ieiunandū: An uero tantum à clericis
in choro cantilenis demulcendę beatę uirginis aures? Vtrum hoc ab Apo-
stolis sit traditū, cum Augustinus festa Christianorū enumerans, horū nul-
lam faciat mentionē, nō immeritò queritur. Item, utrum in die Parasceues
utendum sit campanis ereis, an crepitaculis ligneis sit utendum? Similiter
afino palmario. Et quis omnes fidei ecclesia Asoticæ articulos de reb. o-
mnium maximis facile enumeraret?

Postremò Asotus suo more nihil probans, epilogū capitīs præcedētiis
magnō cū clamore repetēs, in nōs inuehit, q; cum traditiones suas & in-
terpretationes scripture à sua Ecclesia factas reijciamus, nec quicq; aliud
nisi in sacris libris habeat, recipere uelimus, satan per nos mediteſ omnia
schismata, & quæſtionū interminabilis atq; sine disciplina confusionem,
atq; ita scripturæ ipsius & ueri eius sensus euersionē. Cum igitur traditio-
nes has suas nolimus, abiijciamus etiā iudicis & rationē finiendi cōtrouer-
sias de dogmatibus fidei, & sensu scripturæ: quare nobis omisſis, se, suosq;
agnoscere traditiones certissimas, & totius fidei fundamenta: totus in fu-
rorē uersus est Asotus. cōpedibus itaq; opus erat, quib. phreneticus alliga-
tur, ne ita in Ecclesiā Dei sœuiret. Nolumus uetularum more conuicq;,
cum homine uerboſo cōtendere. Respondimus aut ad ea præcedēti cap.
Iam hoc addimus: Fruatur sanè suis traditionib. decretis, canonibus, con-
stitutionib. consuetudinib. conciliabulis, prælatis, & alijs quibuscunq; ui-
sum fuerit, per nos & ipsi & toti ſuę eacolycę ecclesię licebit. Nos ijs omis-
ſis, scripture sacra, Prophética & Apostólica p certissimis fidei fundamen-
tis utemur, nō posthabitatis interea p̄ijs Patrum interpretationibus: & re-
linquemus paludes coenosas & foetidas cisternas & lacunas, atq; fordes
humanarum opinionum & traditionū Asoticis, aquas cum gaudio de fon-
ribus salvatoris haurientes,

Promiserat Asotus se de traditionib. dicturū, quæ sint dogmata Ecclesiæ certò ab apostolis tradita, ex quib. sine scripto ab apostolis traditis, ea quæ breuius & cōpendiosius essent ab eis descripta, exponi, ac fidei dubia & oēs religionis cōtrouersiæ dijūdicari possint & debeāt, & quidē multo melius q̄ ex ipsa sacra scripture. Sed rem mirandā in hoc toto tam plixō & laborioso tractatu, nulla, aut admodū exigua facta est ab Asoto dogmatum mentio, nec unico exemplo demonstratū, q̄ ea quæ in scripture sint ambigua, dubia, & incerta, ex his nō scriptis traditionib. declarari, & dubia fidei, atq; religionis cōtrouersiæ definiri possint, qd tamen suprà unicē egredit, quod uidelicet ex sacra scripture nō possint ppter obscuritatē & ambiguitatē cōtrouersiæ & dubia fidei dirimi, ideoq; hoc nomine traditiones prætulit, q̄ essent planiores & explicatiōes: nisi de cōiugio post uotū initio, q̄ sit sacrilegiū, quæstionē de fidei ambiguis, & cruce signanda, ac statio ne in oratiōe similes q̄ traditiones, uelit intelligi. Sed forte se hactenus tantū de minorib, sine quib. magna pars religionis perit, & ad inane nomen redit traditionib. disputasse. Iā uero tandem de maiorib. se tractaturū dicit, id qd suprà se facturū receperat. Audiamus ergo Asotū de illis uerba facientē. Sic aut̄ dicit: Ne diutius Brentius incertas & dubias omnes traditiones efficiat, ostendimus illi manifestissimas & certissimas non minoris momenti, q̄ quæ scripta sunt, sed reuerā eorū fundamentū & explicatio. Prima est traditio sacrorū librorū, ex qua manifestē aliae pbantur etiam suscipiendæ. Post hāc est traditio symboli tam apostolici q̄ patrum à Nicēna & Cōstantinopolitana synodis maximē explicatum: & iuxta hęc symbola, circa dogmata atq; fidem traditionū nō scriptam agnoscimus, perpetuā uirginitatem Mariæ, Romanę ecclesię atq; Pontificis primatum. Et q̄ ad alia mysteria attinet, & qualitas personarum, duæ naturę, operationes & uoluntates in una persona Christi, ex traditione apostolorum habita semper sunt in ecclesia. Circa cultum uero & sacramenta agnoscimus multo plures traditiones apostolicas. circa baptismum in primis consecrationē aquæ, adunctionem chrisinatis, ab renunciationē satanæ, ex traditione habemus tam certa fide, ut eis grauissima dogmata aduersus haereticos Pelagianos præcipue Patres confirmarint. Habemus totū sacramentū confirmationis atq; ordinis & matri monij & extremę unctionis, & elemēta & uerba atq; effectus ex traditione apostolica: nō q̄ negemus in scripture esse nōnulla DE IIS SACRA MEN TIS, SED OMNIA QVAE AD INTEGRITATEM EORVM CERTA FIDE NECESSARIA TENEMVS, CVM IN SCRIPTVRA NON SINT, NECESSSE EST APOSTOLICAE ESSB TRADITIONIS. Circare aliqua uero duo, eucharistiam & pœnitentiā, habemus etiā certissima traditionē sacrificij altaris oblationē, lectionē Psalmorū, & canticorū usum, inuocationē Sanctorū, pro defunctis orationes, & circa pœnitentiā peccatorū enumerationē sacerdoti faciendā, necessitatē satisfactionis ex Apostolica similiter habemus. Hęc parua nō sunt, nō incerta: sed talia, sine quibus magna pars religionis perit. De quib. non est opus plura dicere, q̄ de his habemus certissima Patrum testimonia, in quib. meritò Ecclesiæ filij quiescent. Hactenus uerba Asoti. Iam tandem saccum sum præstigiatoriū, siue ioculatoriū effundit, & simul in morē ciconiæ, ranas, uermes, serpentes, atque id genus alia, omnia de sententiæ suæ cacolyce Ecclesiæ euomit. ad qua ordine respondebimus.

Et quidem quod ad traditionē librorum sacrorum attinet, nō negamus sacram scripturā nobis quasi per manus ab Ecclesia, quę de ijs testat, q̄ bona fide ab apostolis acceperit, esse traditā, uerū nō ppter illā traditionem solam recipimus: sed alia sunt plura argumenta, quib. authoritās eius confirmatur, de quibus suprà 57. Neq; hinc sequitur, quod si in hoc credimus Ecclesiam,

clesiæ, & hanc traditionem agnoscimus: ergo reliquæ omnes sunt recipiendæ. Non magis sequitur quām hoc, Credimus iudeis testantibus de canonicis libris ueteris Testamenti, eosq; nobis tradentibus, unde & à D. Augustino nostri scrinari uocantur: ergo in omnibus alijs quoque illis est credendum. Aliundē enim habent, & alia, quæ ipsis authoritatem conciliant. Et ingens est discri men inter traditionem hanc sacræ scripturæ, atque alias traditiones. Habemus sacram scripturam tam ueteris quām noui Testamenti à iudeis, qui eius custodes sunt & testes: Salus ex iudeis. Qui annunciat uerbum suum Iacob, iudicia & iusticias Israel. Non fecit taliter omninationi, &c. Nam & Apostoli atq; Euangelistæ omnes, qui liberos noui Testamenti descripserunt, originem suam ex iudeis duxere: & nullus est ex gentibus author canonici alicuius libri. quod mirabili Dei consilio factum est. Hi sua ex scriptis ueteris Testamenti probauere, omnia cōsentient cum illis. Quare dubiū non est, quin à Spíritu S. omnia sint perfecta. De reliquis traditionibus non idem est iudicium, non eadem est certitudo, nec eadem illarum ratio, sicut plura ea de re superius dicta sunt. His enim citra animi iacturam, & salutis æternæ periculum carere possumus: illis uero nequaquam, in quibus omnia quæ ad uitam æternam, perfectiō nem & iusticiam pertinent, sicut compræhensa, ita ut prorsus illis opus non habeamus. Cum igitur diuersissima sit ratio traditionis sacrorum librorum, & reliquorum: non sequitur, cum illam recipiamus, reliquas quoque omnes esse agnoscendas.

Secundam traditionem, quæ scripta non est, dicit esse symbolorum Apostolici, Nicæni & Constantinopolitani. Quæ te dementia cœpit, Asote, quod neges symbolum Apostolorum esse ex scriptura, idq; ex traditione non scripta, asseueras? Quid facias homini stolido, trunco, stipiti, de rebus Theologicis disputare uolenti, cum lingoram, imò nec prima elementa Theologiae intelligat, quid scilicet scriptura significet, quid sit ex scriptura, uel sine scriptura esse. Quia enim non hoc ordine uno in loco conscriptum inuenierit in Biblijs, Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Iesum Christum filium eius unigenitum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spíitu sancto, &c. Ideo symbolum hoc, sicut & Nicænum, ex sacra scriptura nos habere negat, sed ex traditione extra scripturam. O'lepidum caput, scripturam intelligit tantum apices, literas, syllabas & dictiones, Grammaticorum more accepta, & non de re ipsa, mente & sententia, quæ ijs continentur, atque ijs quæ ex illis bona consequentia ac ratiocinatio ne sequuntur, nos loqui intelligit, quod sæpius & à Brentio etiam est dicatum. Extra scripturam uero est, quod à sententia & ueritate scripturæ abhorret, & cum ea pugnat. Nos igitur tibi contrâ, Asote, dicimus, nisi hec symbola ex scriptura essent, nunquam à uera Ecclesia essent recepta. Cumque non solum sententia hæc & res omnes, sed singula penè uerba ex sacra scriptura sint desumpta, non est quod inter traditiones extra scripturas

Vide concilium Apostolorum numeres. Si uero ex traditione Apostolorum si ne scriptura habetis symbolum hoc, qua ratione etiam hic, ex eodem plurime in conciliis postea definita esse dicas contra hæreticos? Cum suprà obseruatum esse symbolum Apostolorum & minimè manifestū, ideoq; tot errores & hæreses circa singulos illos articulos exortos esse, unde etiam declaraciones conciliiorū, Patribus necessarias esse uisitas, asseruisti. Ergone & tradiciones, quas ante explicatas dixisti, obscuræ erunt, & iam non solum scriptura sacra, sed etiā traditiones nō scriptæ, obscuræ tibi sunt. Ergo & traditiones quoq; opus habebunt cœcilij declarationes? An uero tu parum insti tuti memor, easdē traditiones, sicut & scripturas iam apertas, iā uero obscuras, iā certas, iā uero incertas dices, & ex eodē ore calidū & frigidū efflabis?

Bellissi-

Bellissimum uero est, quod addit: Etiuoxta hæc symbola circa dogmata, atque fidem, traditionem non scriptam agnoscimus, perpetuam uirginitatem Mariæ, Romanæ Ecclesiae atque Pontificis primatum.

De Mariæ uirginitate non est quod dubitemus, quod uirgo conceperit & pepererit, iuxta scripturæ testimonia: Ecce uirgo concepit, &c. Nec cum Heluidio sentimus, quod post natum Saluatorem alios pepererit filios, ex locis scriptura male intellectis. Basilius uero pietatem non laedi sentit, etiam si post editum Christum, Maria consuetudine coniugali usa dicitur, eo quod usque ad dispensationis mysterium uirginitas fuerit necessaria: quod uero deinceps sit consequutum, nullam curiositatem rationi mysterij exhibere. Sed quia Christianorum aures non ferunt, quod de ipsa aliquando uirgo esse desierit, sufficere illud testimonium, quod particula Donec, saepe indefinitum tempus significet. Hæc Basilius. quod si nos ea dicemus, iam passim Heluidiani audiremus: cum uero tam grauis Particular dicat, omnes tacent, & connuent. Quod deinde muscerdam piper miscet, & stabilire atque fulcire Pontificis Romani, eiusq; Ecclesiæ primatum iam ad interitum uergentem, ex traditione Apostolica, & quasi ex symbolo Apostolico, & reliquis conatur; id uero deum non nouum tantum est, sed plane ridiculum, & tibi Sote, si sapient Pôtifices, perniciosum: quod nec Pontifici ipsi agnoscent, cum non ex traditionibus, sed ipsa scriptura se eum habere gloriantur: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Item, Pasce oves meas. Hoc autem erit Asoti argumentum, Credo Ecclesiam sanctam catholicam. Ergo Romana Ecclesia est illa, & quidem prima, & eius Pontifex tenebit primatum. Egregium uero argumentum, imò firmissimum, contra quod ne portæ quidem inferorum prævalent. Prudenter autem facit Asotus, quod articulum hunc de primatu Romana Ecclesiae & Pontificis iuxta symbola collocat: primum ideo, quia est Pôtificis Romani summus fidei articulus, quem longè pluris facit reliquis omnibus in toto symbolo Apostolorum compræhensis: imò quicquid se de his credere simulat, propter illum facit: alias tanti facturus, quanti scripturam ipsam, & reliqua salutis æternæ. Deinde, concessio hoc fidei articulo, quod Papa sit caput Ecclesie, & habeat potestatem condendileges & statuta, omnia ipsius decreta accipienda: qui uero non agnoscat, ab Ecclesia sit alienus.

Hoc inquam fundamento iacto, iam omnia quæ Asotus de traditionibus, & earum effectu asserit, sequentur, uidelicet quod ex hoc solo articulo, & hac traditione unica, omnia fidei dubia, omnes scripturæ obscuritates & ambiguitates, omnes religionis controversiae facilè & nullo negotio dirimi possunt. expectetur tantum summi Pontificis definitio, quia omnia iura, sensum scripturæ, & quid non, in scrinio suo pectoris habet. Hæc certè compendiaria via est componendi dissidia & religionis controversias, atque scripturæ obscuritates explicandi. Quod si quis proterve acquiescere noluerit, sed ex obscuritate scripturæ quicquam proferre uel etiam hiscere ausus fuerit, hunc tanquam hæreticum, & circa proprium sensum pertinacem, è medio tollite, fune, flamma, ferro, aqua, aut si quod aliud mortis genus excogitare potestis, artificiosi carnifices, & finis erit atque modus probandi sp̄iritus & illarum disputationum, de interpretatione scripturæ: quid multis opus est? An non hæc sunt plana ex traditionibus? Apparet itaque recte ab Asoto dictum, fidei dubia, & religionis controversias multo facilius ex traditionibus non scriptis, quam ex ipsa scriptura posse dijudicari, si scilicet hæc potestas Papæ tribuat, quam ex traditione se habere dicit. Hinc est quod in Epilogo precedentis capituli dixit, per eos qui nihil recipere uelint, nisi in sacra scriptura habeatur, satanam meditari omnia schismata, & questionum

indeterminabilitate atque sine disciplina confusionem. Item nolle eos rationem finiendi controuersias de dogmatibus fidei & sensu scripturae.

Iam tandem agnoscimus linguā Romanā & mentem Asotī, quā uidelicet, quoties loquaf de ecclesia, & traditionib. ecclesiē apostolicis, intelligat de Romana, eiusq; capite Pōtifice. Cōcedamus ergo omnia quęcūq; de traditionib. hactenus dixit, quod sint fundamentū fidei certissimū, & religionis scilicet Romanę, & quod sint multo planiores & pleniores, atque explicatores, q; ipsa sacra scriptura, quæ certè nihil de his articulis Rom. ecclesiæ habet, & ualde est obscura, dubia atque ambigua: quodq; controuersię religio- nis Pōtificie multo melius ex his traditionibus, q; ex scriptura definiri pos- sint, exemplū. Orta quæstione, Num extrema unctione, extrema inquam illa Papistica sit sacramentū: circa hoc scriptura est ualde obscura, ut parum aut nihil in ea uideamus: traditio uero ecclesiæ Rom. expedita habet rationem. Credit em̄ hoc esse sacramentū & eius elementum, uerba & effectus ex apostolica traditione esse. Iam negotiū hoc est cōpositum. Ridere me dices, in re seria & magni momenti, atque ad salutē non minus necessaria, q; ea que in scriptura sacra habentur? Rideo utiq; horū stultitiae, nugas, nñias, seu potius manias. Quid em̄ aliud agerem? Primatus ecclesiæ Rom. & Pontificis eiusdem, ubi sic institutus, à quo, quando, sit ne iure diuino summus, an hu- mano, uel traditione, ut Asotus narrat, nec inter ipsos quidē Asoticos con- stat: certè in cōcilio Nicæno non est agnitus: neq; unquā orientales & etiā Græci usq; ab hinc annis centumuiginti, cōse- tire uoluere, licet omnibus modis, dolo, ui, fraude, crimine falli, Episcopi Romani eum inuadere & ra pere sint conati, & nihil intentatum reliquerint, sed de hoc in præcedenti loco, & alijs nostrorum scriptis plurima.

Aequalitatem personarū diuinarū, & duas naturas in una persona Christi ex traditione apostolorum in ecclesia habita semper esse dicit. Nos uero hęc omnia dudum antē à S. sancto in sacra scriptura determinata esse dici- mus, nec ppter cōcilia, quæ recte quidē, sancte & pie, pronunciarunt, recipi- mus & credimus: sed quia hęc ex sacræ scripturæ oraculis ita prodita esse demonstrarūt. Et ea que apostolis suis uerbis dixerūt, ea Patres ad retegen dam hæreticorū impietatē, suis uerbis explicuerūt. Ita ut alia quidē sint uerba, res uero & sententia eadē. Quemadmodū em̄ fides ex scripturis, teste Augustino libro 19. de Ciuitate Dei cap. 18. Ita etiam quæ circa illam dubia incident, ex eadem sunt dijudicanda. Sacra enim scriptura recte pharmaco- polion à Basilio appellat, eo quod nulla possit à satana, eiusq; organis excogitari hæresis, contra quam non antidotum ex eadem peti possit.

Hactenus de dogmatibus, quæ ex traditionib. apostolicis non scriptis, symbolis scilicet apostolorū & cōciliorum, dijudicare Asotus asseruit. Nos uero ex scriptura, sicut reliqua omnia, ita hęc quoq; quæ Asotus nō scripta esse dicit, & minimē inter ἄλλα φράσεις quæ nō habeant sua testimonia in scriptu- ris recensenda affirmamus, eo quod hęc sententia & res, ac uerba etiā pro- pemodum, omnia in sacra scriptura continēntur, atque ex eadem bona con- sequētia & ratiocinatione sequantur. Addit Asotus: Circa cultū uero & sacra- menta agnoscimus multo plures traditiones apostolicas, circa baptismū in primis, cōsecrationem aquæ, adunctionē Chrismatis, &c. At qui bone uit cum mendacē oporteat esse memorem, quā sit, cum tu ferē nihil nisi mēda- cia spires, crepes & euomas, tamen usq; adeò eorū quæ paulo antē dixisti sis immemor, & tibi ipsi contradicas? Nā in fine cap. 62. omnino negaueras, imò etiā ridiculū esse dixeras, sentire, quod apostoli in die Pentecostes ter unixerint, cum tantam multitudinem baptisarent: nec eo die te credere eos benedixisse aquam, aut alias adhibuisse ceremonias baptismi, de qui- bus Dionysius, & antiquissimi Patres mentionem faciunt: sed omnia hęc humano more paulatim Ecclesijs esse commendata: ubi manifeste perne- ga-

pene gaueras apertis uerbis, hæc ab Apostolis facta aut instituta, sed paucum latim humano more in Ecclesiam irrepsisse, iam affirmes; An' non manifesta hæc contradic̄tio: utrum cuncti uerum sit, Asotus mendax deprehendit. Quis igit̄ deinceps huic polypo fidem habebit, nuganti de traditionibus Apostolicis non scriptis?

Quælo autem te, quæ grauissima dogmata, ut addis, ex his ceremonijs aquæ scilicet consecratione, & unctione Ch̄rismati, Patres aduersus hæreticos confirmarunt? Quod igit̄ ad aquæ consecrationē attinet, habetis ne vos Asotici, aut aliam, aut meliorem aquæ Baptismi consecrationē, quam Christus ipse docuit, & Apostoli usurparunt? Cum dicitur, Baptifantes eos in nomine Patris, &c. Vera enim Ecclesia Christi non aliam agnoscit aquæ baptismi consecrationem, quam ipsam Christi institutionem. Nisi forte uos Asotici in coena Dominica, aliam agnoscatis panis & uini cōsecrationem, quam ea uerba, quæ uos ipsi uestra aquæ Baptismi consecratione, corpus meum, Hic est sanguis, &c. Itaq; uestra aquæ Baptismi consecratione, quæ est humana, ut nihil dicā grauius, institutione & traditio, nihil aliud efficitis q̄d quod Christus affirmat diuinā consecrationē humana irritam fieri. Sed de Chr̄smate, & reliquis Papistici vulgi sacramētis, Brentius in secunda Pericope copiosè omnia tractauit: quare uel illa reperere tædiosè, uel plura addere superuacue, nolumus. De ijs autē sacramētis Asotus in hunc modum loquitur. Habemus totum sacramentum confirmationis, atque ordinis & matrimonij, & extremæ unctionis, eorum & clementia & uerba, atq; effectus ex traditione Apostolica, non quod negemus in scriptura esse nonnulla de ijs sacramentis: sed omnia quæ ad integratatem eorum certa fide necessaria tenemus, cum in scriptura non sint, necesse est Apostolicæ traditionis esse, &c.

Sacramentum confirmationis, ordinis, matrimonij & extremæ unctionis, eorum elemēta, uerba atq; effectus, & reliqua, quæ ad integratē eorum necessaria tenet Ecclesia cacolyca, non esse ex sacra scriptura, sed ex traditione, ipse Asotus ueritatis cogēte, fateſ. Certum aut̄ est, sacramētorum institutionē, & quæ ad ipsorum substantiam pertinent, ad solum Christum, non ad Apostolos, multo minus traditionē non scriptā, pertinere, etiam scholasticis annuentib. quemadmodū suprà probatum est. Ergo hæc quæ Sotus cōmemorat hoc loco, & à Romana Ecclesia creduntur, sacramētanō erunt. Addit aut̄ Sotus: Cum uero hæc in scriptura non sint, necesse est, inquit, apostolice traditionis esse. Notabilis regula & optima conscientia: Hæc quæ Rom. Ecclesia credit, & non in S. scriptura, ab apostolis esse necesse est. risum continete amici. Imò uero seriò, toto pectore exhortsamus ad tantā hominū & cæcitatem & maliciam, quam me uerbis nullis affequi posse libenter agnosco & fateor. Itane tandem quæcunq; uestra ex sacra scriptura defendere nō potestis, utpote pugnantia, apostolis adscribetis? Quis hīc furor diabolicus? Itane uestrarū abominationū & turpitudinis patronos, apostolos cōstituetis? Necesse est, inquit Asotus, omnia quæ ad integratē horū quatuor sacramentorū pertinēt, cū in scriptura non sint, apostolice esse traditionis. Hæc ne uestra ecclesia docet: Ad hūs ecclesiæ, quæ plurima ex se cōfingit, & tanquā necessaria ad salutē omnibus Christianis pponit, cumq; sacræ scripturæ, quæ norma, regula & rectrix uitæ nostræ esse debet, autoritate deſtituitur, ab apostolis necessariō esse tradita impudenter mentiſ, ad huius inquā ecclesiæ gremium nos revocabis; Nimium desipis Asote, cum omnib. tuis cōplicib; si nobis superstitib. hec te persuasurū unquam in animū induxisti. Nos etiā uestris attestatibus, Dei beneficio scimus sacramētorū institutionem solius esse diuinæ maiestatis, qui immensa bonitate & clementia, nostræ imbecillitati consu-

ti consulens, gratiam quam suo uerbo promittit, signis quibusdam uisibilibus, & in oculos in currentibus, confirmare solet, quo certius & indubitate in promissionibus gratiae ipsius acquiescere possimus. Hæc sacramenta elemētis quibusdam constant, diuina ordinatione, & uerbo ad hoc cōsecratis, ut illius gratiae & benevolēt̄ Dei erga nos signa sint, & sigilla. Quid horum in sacra scriptura de quatuor illis sacramētis? Sed fatetur A. fatus ipse non esse in scriptura. Non quidem negamus, in scriptura esse nonnulla (inquit) de ihs sacramentis, sed omnia quae ad integratē eorum certa fide tenemus necessaria, cum in scriptura non sint, necesse est Apostolicæ traditionis esse. Primum ergo probandum erat tibi, quod hæc quatuor, quæ enumeras, uerè sint cœlestia, & diuina sacramenta. Deinde, quod hæc quatuor sacramenta sint mandata Apostolis à Christo, ut ea in Ecclesia instituerent. Postremò, quod quæ enumeras, sint necessaria ad integratē eorum sacramentorum. Quod ubi feceris, uirum te iudicabimus, & respondebimus. Cum enim nihil probet, sed tantum suo more garriat, & asserat, ne uno quidem testimonio producito, nisi quod se suōsque ita credere dicat, non est quod in refutatione laboremus: cum multo promptius nos ea quæ non probat, negare, quam ipse confirmare, possimus. Simul autem magnam & indubitatem fidem Asoticorum est hic obseruare. Cum uerbo Dei, & sacra scriptura destituuntur, certa fide quasuis nugas possunt credere, ut hic & eadem de omnibus alijs traditionibus sentiunt, quod sint certissimum fidei fundamentum. Cum uero mandato Dei, & totius sacræ scripturæ auctoritate iubentur credere remissionem peccatorum, dubitant, sicut ex sequenti capite apparet, ubi dubium remissionis peccatorum confirmat: & quod remissa sint peccata credere, fidem Lutheri nouellam uocat. Quæ hæc est peruersitas?

Circa Eucharistiam, inquit Asotus, habemus certissimā traditionē sacrificij altaris oblationem, lectionem Psalmorum, inuocationem sanctorum, pro defunctis orationes. Non ignoramus ueteres coenam Domini uocare sacrificium, mentionem quoq; illos facere oblationis: idq; ob eā causam, quod illic fiat memoria unici sacrificij, quod Christus seipsum Patri cœlesti pro redemptione humani generis obtulit in cruce. Id perspicuum est, & manifestè apparet ex Patribus.

Cyprianus lib. 11. Epist. III.

Iesus Christus Dominus & Deus noster, ipse est summus sacerdos Dei Patris, & sacrificium ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit. Ibi: Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (passio est enim Dei, quod offerimus) nihil aliud, quam quod ille fecit, facere debemus.

De Cœnitat. Dei lib. 10. cap. 6. Accipitur & generaliter uocabulum sacrificij pro sacro cultu. Augustinus dicit, omne bonum opus Deo beneplacitum, quod propter ipsum fit, & ad Deum refertur, sacrificium dicitur. Accipitur & pro oratione Tertullianum: Sacrificamus pro salute Imperatoris: sed quomodo præcepit Deus, pura prece. Cum igitur fiat in Eucharistia commemoratio passionis Christi, & prædicatio, uel annuntiatio, qui cultus est Deo gratissimus: item adiungatur preces, quæ ueteribus sacrificia dicuntur: nihil moramur, hoc nomine Eucharistiam dīci sacrificium.

Quod ad oblationis attinet uocabulum, non hoc nomine Eucharistia dicitur oblatio, quod nos Deo Patri cœlesti offeramus filium suum ad remissionem peccatorum, uiuorum & mortuorum, pro redemptione animarum illarum, pro quibus hoc sacrum fiat: id enim semel ab ipso Deo filio

Illo factum est, nec reperi potest, aut debet: alias enim insufficiens esse iudicaretur illa unica filij Dei oblatio, qua consummauit in æternum sanctificandos. Sed respiciunt ueteres in oblationem panis & uini, quas faciebat Ecclesia ad celebrandam coenam Domini, & ad pascendos pauperes: quia ibi munera sua etiam ad conseruationem ministerij, & in pauperum usum, atque sustentationem conferebant, quod ex Paulo desumptum est, & manifestè ex Irenæo appetit. Augustinus libro secundo, *Retract. cap. undecimo.* Siue ante oblationem, siue cum distribueretur populo, quod fuisset oblatum. Hinc offertorium in Missa tempore oblationis. Sunt & aliae rationes, de quibus superius. Alias, propriè loquendo, cum diuersissimæ sint actiones toto genere, sacramenta & sacrificia, siue oblationes. Nam sacramenta principaliter in hunc finem sunt instituta, quemadmodum dictum est, ut sint signa diuina erga nos clementiae: & in sacramentis Deus nobis principaliter aliquid exhibet, & non nos Deo, quod fit in sacrificijs, certè Eucharistia sacrificium, aut oblatio diei propriè non potest.

Hic addit Asothus, circa Eucharistiam habemus lectionem Psalmorum & canticorum usum, certissima traditione. Cuius: Apostolorumne: De his enim sermo est institutus. Non ignoramus quid Paulus in Ecclesia Corinthiorum, de Psalmorum canticis uel approbauerit, uel improbarit: Nos quoq; libenter & utiliter, ut speramus, in celebratione coenæ Domini Ecclesiasticis carminibus, & publicis precibus utimur. Sed illud demum negamus, uestras Papisticas appendices ab Apostolis esse profetas. Constat enim ex Pontificali, Platina, Bergomate & Fasciculo temporum de Celestino, qui constituit ut Psalmi David ante sacrificium psalterentur antiphonatim ex omnibus, quod ante non siebat, sed tatum Epistolæ D. Pauli recitabamur, & sanctum Euangeliū. Et plerasq; lectiores, cantus & Psalmos à Gregorio Magno, eiusq; successoribus additos: Diuum uero Petrum in ccena Domini, sola oratione Dominica usum certum est, & noti sunt authores, Pontifices Romani huius idoli architecti, quidq; singuli huic centoni assuerint, donec tandem Pandora ista prodijt. Hæc Apostolis adscribere, quam ridiculum, imò falsum sit, nemo est qui ignoret.

Addit autem sanctorum inuocationem quoque certissima traditione *1. Tim. 2.* habere Apostolorum. Atqui ij unicum nobis monstrauere non solùm me *1. Ioan. 2.* diatorem, uerum etiam intercessorem, & aduocatum apud Deum Patrem, Iesum Christum. Certè non potuere simul unum tantum, & plures nobis proponere intercessores. Sed hæc mendacia, quæ effutit hic Asothus cum sua Missa, quam nominare non uult, manifestiora sunt, quam ut longa opus sit refutatione. Et ita à nostris dudum huic asino leonina est detracta, ut nudatus omnibus uerè p̄ijs deridendus sit propositus.

Numerat & poenitentiam suam inter sacramenta, & peccatorum enumerationem sacerdoti faciendam, atque satisfactionem illam operum indebitorum, ex traditione Apostolica, cacolycam Ecclesiam habere affirmat Asothus. Quis finis tandem mendaciorum Monache *s.* Confessionem illam, quam uocant sacramentalem, quæ est omnium & singulorum peccatorum cum omnibus circumstantijs in arietem sacrificuli insuffratio, neque mandata est diuinitus, neque ullum illius in sacra scriptura extat exemplum, & planè est impossibilis, iuxta illud, Delicta quis intelligit: Ideo rectè facit Asothus, quod ad traditiones ea refert. Quod uero Apostoli eius autores fuerint, eamq; instituerint, id ne uerbo quidem uno ex omnibus Patribus probare unquam poterit.

A' Pontificibus antiquis instituta esse dicitur, ut uelut in theatro sub testimoniis Ecclesiastici populi delicta pandantur, & ad eā ordinatus presbyter bone conuersationis, & seruans secretorum.

Postea uero propter stupratam Constantinopolis nobilissimam quendam mulierem à Diacono, iterum abrogatam. Fructus hic est humana- rum traditionum. Hunc Diaconum dociles habuisse discipulos in Papa- mulierculis. Sed in Romana Ecclesia discipuli supra praeceptorem fuere, quia cautores. Manifeste hic dicitur à Pontificibus, & non ab Apostolis instituta. Et quemadmodum ab illis est instituta, ita eadem libertate abro- gata. Quod si uel ab Apostolis esset tradita, uel sacramentum adeo necel- farium, certe proper abusum illum nunquam abrogari potuisset. Non fuit autem usitata in primiua Ecclesia, id quod ex Tertulliano est uidere. Hic enim, inquit, Exomologesis est, qua delictum nostrum Domino confitemur.

Tertul. lib. de Pœnitentia. Chryostomus de Lazaro homil. 4. In Epistolam ad Hebreos. Homil. 31. in Psalm. 50. Homil. 2. Non uult ut peccata confiteamur conseruis nostris qui illa nobis expobent, & publicū proferant, sed Domino Deo nostro, qui curā nostri gerit, qui humanus est, qui medicus & uulneribus medet. Cui soli peccatū priuatim dicēdum, ut sanet ulcus, & dolore liberet. Non est dico tibi, ut te prodas in publicum, neq; ut te apud apud alios accuses, sed obediare te uolo Prophetę dicenti. Reuela Domino uiam tuam, Ante Deum ergo tua confitere peccata, apud uerum iudicē cum oratione tua delicta pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuae memoria, & tunc de- mum spera misericordiam te posse assēqui, si habueris in mente peccata tua continuē, &c.

Quām mīros Asotus triumphos ageret, si talia pro sua sacramentali, & auriculari confessione, Patrum haberet testimonia: Enumeraret singulo- rum sententias ordine, addito Epiphonemate, cum tam grauissimorū Pa- trum testimonia habeamus contra nouatores, &c. Video quidem Sotum hæc testimonia eludere, Et pro nomine Dei, intelligere sacerdotem, Dei uicarium, sed manifesta Asoti uanitas, ex ipsis Chryostomi uerbis depre- henditur: quod Chryostomus perspicue inter se opponat Deum & sa- cerdotem Dei, ac intelligat confitendum esse non homini, sed sacerdoti. Quod Brennus demonstrauit 2. pericope de Confessione. Vtitur & alijs regulis & distinctionibus Sotus, quibus uim & ueritatem horum Chryo- stomi testimoniorum eludat, de quibus uide ibidem Brentium.

Interim non negamus fuisse uilitatam in Ecclesia Patrum temporibus publicam illam peccatorum confessionem post lapsus atrociores, ut hi qui scandalis Ecclesiam offendissent, publicē etiam confiterentur, & ue- niām peterent. Neq; hoc negamus, fuisse illis certum tempus pœnitentia inuinctum, quod satisfactio dicebatur, non quod illa austeriori uita & ui- catus ratione Deo pro peccatis satis fieret, sed ut satis fieret Ecclesiæ, & ut exploraretur, num reuera eos peccatorum peniteat, & num uitam & mo-

Augustinus res uellent emendare.

Enchir. ad Laur. cap. 5. Id non est nostrum commentum, sed Augustini uerba & sententia. Re- etiā constituuntur ab ijs qui Ecclesiæ præsunt tempora pœnitentie, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata.

Ambros. Sermone 46. de pœnitentia Petri.

Lauat enim lachryma delictum, quod uoce putor est confiteri. Inve- nio

nō enim quod fleuerit, nō inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego.

Theodoritus hist. Ecclesiast. lib. 5. cap. 18.

Ambrosius pro satisfactione Theodosio imponit, ut legem promulget, ne sui prefecti sententias à se latus ante triginta dies exequantur, ut sit locus poenitentie & declarationi, num iusta sit sententia.

Ex hoc satisfactionis uocabulo terti & non tolerandi errores sunt or-
ti, imposuerunt enim monachi opera non debita, hoc est, non mandata
a Dō. Accessit opinio meriti, quod talia opera essent compensationes,
quibus poenæ purgatorij Papistici tollerentur, aut aliæ etiā corporales.
Ideoq; satisfactiones nominabantur. Obscurata est lux doctrinæ Eu-
gelij de gratuita peccatorum remissione. Paulatim creuerunt cum su-
perstitionis opinionibus, etiam opera satisfactionum, ut essent intolera-
bilia. Hinc ortæ multæ absurdiores opiniones, & totum figmentum in-
dulgentiarum, quæ occasionem præbuerunt huic mutationi, quæ inre-
ligione hoc nostro tempore à uiro Dei Lutheru clementia Dei facta est,
quas etiam ip̄si Papistæ unā cum satisfactionibus iam negligunt & rident:
ita ut nihil praeter inane nomen satisfactionum remanserit. Quod si tam
necessariæ sunt ad salutem, cur animarum carnifices monachi, supersti-
tiosi hypocritæ negligunt suorum salutem? Et tamen non ueretur alius
hic Apostolis illam auricularem Papisticam confessionem omnium pec-
catorum & satisfactionem adscribere. Cumque se Patrum quoq; testimo-
nijs in his suis septem sacramentis, & superstitionis opinionibus, & cere-
monijs additis, destitui uideat (neque enim unicum pro defensione tot
grauiſſimarum traditionum ex Patribus testimonium produxit, quod su-
prā in minutis illis traditūculis studiose fecerat) addit generalem clau-
sulam, De his non opus esse plura dicere, quam quod de his habemus
certissima Patrum testimonia, in quibus merito filij Ecclesiae quiescant.
Verū omnes saniores etiam Papistæ, longè aliter sentient & iudica-
bunt, cum de rebus maximi momenti, uidelicet septem sacramentis ad
salutem necessarijs, ab Apostolis, ut tu dicis, traditis, ut hinc & scripturæ
quæ tibi uidentur obscuriores, & omnes fidei controversiæ, ac dubia diju-
dicari debeant, sermo & tractatus sit institutus, & quidem contra tuos ad-
uersarios, pluribus opus fuisse testimonijs: cum pleraque negare aduer-
sarios tuos, ipse non ignores. Certis igitur & firmis testimonijs hæc erant
confirmanda, & hæreticorum pertinacia conuincenda. Habere uos
asseris certissima Patrum testimonia de septenario illorum sacramento-
rum numero, & ceremonijs additis, quod ab Apostolis sint tradita. Esse
quidem apud uos usitata, non ignoramus: durasse etiam aliquot seculis,
estatis: sed quod hæc omnia, hoc modo, & fine ab Apostolis sint instituta,
id uero probatione opus habet non uulgarī, sed ualde operosa: quam sci-
mus Asotum non posse præstare.

Etsi autem de numero sacramentorum non disputemus, cum ualde sit
generale nomen sacramentum, & latissime pateat: tamen etiam quod ad
hoc attinet, scimus Patres uetusiores duorum tantum sacramentorum
mentionem facere. Tertullianus libro quarto aduersus Marcionem duo
numerat, Sacramentum baptismi, & Eucharistiæ, cum quidem ualde di-
ligens sit in describindis ceremonijs Christianorum. Eadem quoque, &
tot numero ab Augustino describuntur, cuius uerba etiam superius ad-
scripsimus.

Quod si ab Apostolis tradita sunt septem sacramenta, si illa tota ob-
seruauit Ecclesia tempore Augustini, quod necesse erat, si ab Apostolis
traditum esset: qua fronte Augustinus quinque illa præteriisset? Verū
XXX idem

Tertull.

August. E.
pij. 118.

idem Augustinus docet, sacramenta ex scripturis canonice petenda esse.
Idem quoq; eadem duo tantum alibi numerat, baptismi sacramentum,
& celebrationem corporis & sanguinis Domini.

Pugnat autem Asotus etiam cum toto generali oecumenico suo Tridentino conciliabulo, quod sessione sexta, canone primo dicit, ab ipso Christo omnia septē sacramēta esse instituta. Canon ita habet: Si quis dixerit sacramenta nouae legis non fuisse omnia à Domino nostro Iesu Christo instituta, aut esse plura uel pauciora, quam septem, aut etiam aliquod horum septem non esse uerē & propriē sacramentum, anathema sit. Anathema ergo erit Asotus, quia negat à Christo instituta, sed Apostolis trahuit. Verum quia nouit hæc fulmina Papistica non esse usque adeò suæ, sed puerorum terriculamenta, ideo facile potest contemnere & oppedere, atque cum filijs suæ Ecclesiæ quiescere in his, quæ se habere dicit Patrum testimonij, quorum tamen ne unum quidem protulit: neque in re, si erat, ut dicit, omnibus manifesta, admodum opus erat laborare, nedum sudare. Miror si etiam suæ religionis cura seriō tangitur Asotus, quod de præcipuis eius capitibus tam frigidè disputat. Quasi uero totus mundus nihil uideat, nihil audiat, aut cogitet: sed omnes in uerba Asoti sint iurati, ut grato animo omnia ipsius accipiant, in eisque etiam nulla redita ratione acquiescant: & locum in ipso habeat Pythagoricum, *ωντας ιφας*. Sed hæc hactenus de traditionibus.

QVARTVS LOCVS ▶ DE PATRIBUS.

ANNOTATA IN CAP. LXIX.



VO'D Patres nobis opponunt, quasi diuersum doctrinæ genus à nobis sint professi, ac ipsi eos habeant suæ impietatis, superstitionis ac idolomanie suffragatores, ideoq; & multa de ipsorum autoritate disputat Asotus hoc loco, & alibi frequens in ore Papistarum Patrum nomen est: non eo sit animo, quod seria eorum dogmata & pietatem, atque sententias amplecti & sequi cupiant. Sed cum multa præclarè, sapienter, piè & sanctè ab illis scripta sunt dogmata religionis nostræ, contra hæreses ipsorum tempore exortas, ex sacra scriptura, rectè defensa, in qua usdam uero ihs acciderit, quod hominibus solet, nonnulla etiam consuetudine sui temporis, cuius uis est maxima, uicti, minus considerate scripsierint. Hi pñ scilicet filijs, quo suos errores tegant & ornent, lapsus perunque eorum & errores admirantur, & ut Chamite in lucem proferunt, ac abutuntur sententijs eorum alijs etiam rectis, detortis & depravatis, quo aliquid uel in speciem habere pro se ex ueteri Ecclesia uideantur. Quæ bene dicta sunt, non obseruant: sed dissimulant, uel glossa aliqua conficta corrumpunt. Nos certè agnoscimus beneficium Dei, quod per illos Ecclesiæ suæ contulit, quod hæreticos magno labore utiliter refutant, & doctrinam synceram contra illos conseruant: Ecclesias uerbo Dei non tantum suis temporibus quibus uixerūt, piè rexerint: sed monumentis, quæ post se reliquerunt, totam Ecclesiā doceant, & de tota posteritate optimè meritos intelligimus. Ideoq; non contemnimus, sed honorem qui illis debetur, & quem à nobis exigunt, deferimus: & adeò ipsorum testimonia nobis non aduersari, sicut nec Asoticis, per omnia suffragari iudicamus: ut si ipsorum autoritate certamina præsentis temporis, quæ

quæ internos & aduersarios Papistas agitantur, dirimenda essent, magnā ipsos nostrorum dogmatum partem ipsorum testimonij frēti, comprobare, uanitatem uero & impietatē Asoticorū refutare, atq; uictoriā, iplis iudicibus, ad nos inclinare, nondubitemus. Quod ut intelligat Alostus, & cum ipso tota Pontificia Ecclesia, qui ferē perpetuō nihil aliud crepant, quam Patres, Patres, Patres, testimonij aliquot de p̄cipuis religionis ipsorum capitib; in medium productis, manifestum omnibus faciemus.

Gregorius Magnus Doctor Ecclesiae Epist. cxciii. ad Mauritium Imperatorem.

Vniuersalis sacerdos, superbū, profanū, stultū & frivolum nomen. *Papa.*
& addit: Ego autem fiderem dico, quia quisquis se uniuersalem sacerdotem uocat, uel uocari desiderat, in elatione sua antichristū præcurrīt, quia superbiendo se cæteris proponit.

Idem Epist. CLXXXVIII.

Superstitionis uocabulum, Vniuersalis Episcopus: & si seratur, quod uniuersē Ecclesiæ fides corrumpatur. Quia si unus uocat uniuersalis, uniuersa Ecclesia corruit: si unus, uniuersus cadit. sed absit hæc stultitia, absit hæc leuitas ab auribus meis.

Posidonius in uita Augustini cap. v.

Augustini tempore tantummodò Episcopos concionatos esse testa- *Episcopi.*
tur ad populum, & non presbyteros, in Africā.

Idem de opere Monachorum cap. XVII.

Prætextum oīj monachorum, orationes, Psalmos & lectiones nō ad- *Monachi.*
mittit: sed uult ut manib; suis laborantes, uictum sibi comparent. iuxta illud Pauli, Qui nō laborat, nō manducet. Cap. 3. Cur ergo isti (monachi) manus ociosas, & plena repositoria uolunt habere?

Idem de Hæretibus ad Quoduultdeum LVI.

Dicuntur Euchitæ (hæretici) opinari, monachis non licere sustentan-
dæ uitæ suæ causa aliquid operari: atque ita se monachos profiteri, ut om-
nino ab operibus uacent. Hæreticos uocat monachos, qui prætextu pre-
cum & Psalmorum ociosi uiuant.

Patres in concilio Agathensi cap. LV.

Episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad uenandum, aut accipi- *Episcopi*
tres habere non liceat. *uenatores.*

Patres in Synodo Romana sub Nicolao I habita.

Vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubi- *Presbyteri*
tanter habere, aut subintroductam mulierem. *concubinas*

Quod si Ecclesiam secundum Patres & concilia erit reformanda, non
erit summus Pontifex, nullus Papisticorum Episcoporum in officio perma-
nebit: nullus sacrificulus, nullus canonicus, nullus monachus, p̄clararam
erga Romanā Ecclesiam secundum Patres & concilia.

Iam quod ad Dogmata.

Ambr. ad Rom. cap. III.

Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes, neq; uicem reddentes: sola *Articulus*
fide iustificati sunt, dono Dei. *de iustifica-*
tione fi-

August. in Psalm. 88.

Et quia sola fides Christi mundat non credentes in Christum, soluti dei.
sunt ab emundatione.

Idem in Ioan. Tractatu 4.

Non credituri erant ea fide, qua sola possent à peccatorum obligatio-
ne liberari.

Idem de Tempore serm. 68.

Ecce sine opere iustificatur ex fide, & quicquid illi legali posset obser-
uatione conferri, totum credulitas sola donavit.

Idem de peccatorum meritis & remissib. lib. 3. cap. 44.

Ea quippe fides iustos sanauit antiquos, quæ sanat & nos, id est, media-
toris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, fides sanguinis eius, fides cru-
cis eius, fides mortis & resurrectionis eius.

Chrysost. in Epist. ad Galat. cap. tertio.

Neq; quisquam erat, qui legem totam impleuerat.

August. de uerbis Domini serm. xxviii.

Omnia tibi peccata dimissa sunt: Ex malo seruo factus es bonus filius.
Contra dubitationem. Ideo præsume nō de operatione tua, sed de Christi gratia. Gratia enim sal-
uati estis, Apostolus ait. Non ergo hīc arrogantia est, sed fides, prædicare
quod acceperis: non est superbia, sed deuotio.

Chrysost. in Epist. ad Galat. cap. v.

Non pro nostra uirili ex nobis ipsis hoc addemus, demōstrabimusq;
quomodo circumcisus nihil profuturus sit Christus. Qui circumcidit, tan-
quam metuens legē, circumcidit. Eam qui metuit, diffidit uiribus gratia.
Porrò qui diffidit, nihil fructus capit ab ea, cui diffidit.

Idem in Epist. Ad Titum. homil. III.

Si enim credis fidei, cur alia infers, quasi fides iustificare non sufficiat so-
la? Quid te ipsum spontaneæ subiçis seruituti, & legis iugo collum sub-
mittis? Non fidis gratiæ? Id profectò infidelitatis ac diffidētie indicium est:
id infirmi atq; increduli & infidelis certū argumentū. Nam fides precipua
animi uirtus in eo est, ut non ambigas: ambigit autem qui eiusmodi est.

Cyrill. in Euang. Ioan. lib. 2. cap. 52.

Christus ostendens legem nīmū onerosam, quæ mundū nō liberet, se-
uerò gratiæ ac misericordiæ largitorē, ut mundus, inquit, saluerit per ipsum.

August. Epist. 50.

Ecclesia Christi non litigiolis opinionibus singitur, sed diuinis attesta-
tionibus comprobatur.

Idem enarrat Psalmi 21. secunda.

Vbicunq; timetur Deus & laudatur, ibi est Ecclesia Christi.

De cena Domini. Quid dicā de integra cena Domini, cuius alterā tantū partē dare, uel
accipere, sacrilegium grande Pontifex Romanus Gelasius uocauit?

De Consec. distinc. 2. Quid de sacramentis, eorum numero, institutione, pœnitentia, confes-
sione, satisfactione & alijs, de quibus præcedenti capite?

De septenario sacra- mentorum numero. Quid de coniugio sacerdotum, quorum consuetudinē cum propria u-
xore castitatem Paphnutius in Nicāno concilio uocauit?

Ecclesiast. hist. lib. v. cap. xii.

Montano hæretico tribuitur hęc quoq; hæresis, quòd primus iejunio-
rum leges imposuerit.

Tripart. hist. lib. 1. cap. 10.

De iejunio Spiridion Episcopus ideo se liberè carnibus uesci eo dīe, quo ceteri ab
stinebant, quia Christianus esset, affirmauit.

Epiph.

Epiphanius Epist. à Hieronymo uersa.

Horrendam esse dixit abominationem, uidere depictam uel Christi,
uel sancti ullius imaginem in Christianorum templis.
*De imagi-
nibus.*

Concil. Elibertinum cap. 36.

Ne quod colitur in pariete depingatur.

Dies me citius deficeret & papyrus, si omnia colligere uellē testimonia ex Patribus, quib. dogmata pleraq; Papistarū confutari possunt, ut ferē nihil integrū illis relinquatur, si ad Patrū scripta excutiantur. Hæc exempli tantum causa delibāda pposui. Nimirū uero prolixū fuerit cōsentientia testimonia ex Patrib. producere, quibus se nobiscū sentire profiterentur. Non deest nobis cōsensus primitiū ecclesiæ, non Patrū scripta. Necp em̄ illa noua aut inusitata dogmata abhorrentia à sacra scriptura, & ueteri uera Dei ecclesia cōsingimus. Sed his impuris, idololatricis & sacrilegis atq; blasphemis Papalibus, omnia quæ ab ipsorū stolidis & impijs dogmatib. dissentunt, noua uidentur. Quod mirū non est, cum ipsis etiā Christus, apostoli, & tota sacra scriptura, non modò obscura, sed etiā noua, imò plane incognita est. Vetera uero sunt, quæ aliquot seculis, regnante antichristo in templo Dei, durarūt, cum tamen, etiā Cypriano teste, non respiciendum quid alij ante nos aut dixerint, aut fecerint, sed quid, qui primus omnium est, Christus præceperit. Sed hæc hactenus. Iam ad Asotū. Propter duas causas se ad Patres mittere dicit, primum, ad probandas ex illis traditiones. Deinde consensus ecclesiæ, qui perpetua successione hinc ab apostolis semper sit propagatus. In horū monumentis antiquæ fidei testimonia cōtineri, ideo & propter auctoritatē, cui nemo sine præsumptionis nota cōtradicere posset; deinde etiā ppter sensum ecclesiæ in illis, se ipsorū uti testimonij. Hos pastores & doctores audiendos ecclesiæ propositos, præsertim cum non suas proprias, sed totius Ecclesiæ communes sententias referant. A' quibus cum deuiarint, ut factū sit, rejectos esse, aut cum contrarias sententias referant, quod etiā factum sit. Duorū aut̄ Patrū uel trium cōsentientia testimonia de Dogmatiſ, sufficere ad probandū consensum totius ecclesiæ.

Nonnullos uero Patres aperte ab ecclesia esse damnatos, ut Origenem & Tertullianum: nonnullorū uero opera esse suspecta, ut Lactantij, Arnobij, Cassianij: sed tamen recipi in ihs, quibus Ecclesiæ consensui attestetur. Facit itaq; duas Patrum classes ex Gelasio, orthodoxos & probatissimos illos scilicet qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiarint. Altera uero illorum est, quorum auctoritas non omnino est certa, nec in omnibus nec tamen omnino in Ecclesiæ sensu dissentientium. In huius classis. Patrum lectione, regula apostoli utendum, Omnia probate. Hæc summa est commenti Asotici in hoc capite bona fide recitata.

Mirari satis nequeo fratri Petri incogitantia, remittentis nos hanc ob causam ad Patres, ut illinc traditiones discamus. Inquit enim: Nos testimonijs ueterū Patrum propriè utimur ad probandam traditionē: cum superius manifeste & aperte protestatus sit, nec duos, nec tres, aut etiā plures Patres sufficentes & idoneos testes esse, quibus traditiones apostolicę pba ni debeat. Iam uero dicit se Patrum testimonijs propriè uti ad probādam traditionē. An' non pulchrē sibi cōstat, imò contradicit frater hic, nō bene mentis compos. Non indigēt hæc alia refutatione: ab ipso bono fratre prius delecta sunt, quæ hic astruit. Prius has contradictorias utrasq; ueras esse demonstrat. Ita enim dixerat: Fatemur igitur certis testimonijs opus esse, &c. uide suprà cap. 56.

Deinde uti se dicit Patrū testimonijs ad probādum cōsensum ecclesiæ. Quod si plurib. Patribus de traditione aliqua apostolicacredendū nō est, quomodo duobus uel tribus de totius ecclesiæ consensu, interpretatione

& sensu scripturæ credemus? Quo em̄ res longè maioris est momenti totius ecclesiæ consensus, & scripturæ sacre interpretatio, in qua tota nostra salus consistit, & qua carere nullo modo possumus, q̄ unica traditio: eō minus iſ idonei erunt testes de scripturæ interpretatione, qui non sufficiunt ad probandam traditionem. Hanc autem addit rationem, propter quam ecclesiæ consensus & scripturæ interpretatio sint ex Patribus petenda: Quia fieri non possit, ut ex apostolica prædicatione & doctrina non certus sensus & perspicuus dogmatum fidei fuerit relictus, & inscriptus quodammodo cordib. ecclesiarum, quas fundarunt ecclesiæ; porrò sensum hunc scripturæ per successionem sic perpetuò, maximè discipulos, deriuasse in posteros. Non quidem negamus apostolos certum scripturæ sensum ecclesiæ, quas fundarunt, docuisse. Sed quod hic sensus semper ita sit retentus, & per ordinē & successionē semper à doctorib. posteris sit absq; ulla corruptela propagatus & traditus, id uero per negamus. Puritas enim doctrinæ, non ita certo semper cum successione, ut posteritas propagatur, sed ut plerūq; filij & posteri à suorum maiorum & antecessorum pietate & uirtute degenerant: ita etiam doctrinæ sinceras raro à posteris conservat. Cuius rei nō pauca exēpla in sacra scriptura extat. Scimus em̄ quid Mosi cum populo, quem ex Aegypto stupendis miraculis eduxerat, in deserto acciderit, quamdiu scilicet religionem à se traditā retinuerint: q̄ turpiter & horribiliter in idolomania sint intra paucos dies prolapsi, nec plebeij tatum, sed cum ipsis summis sacerdos Aharon. Idem accidit post obitum Iosue, piorū iudicium atq; Regum. Nec desunt exempla noui Testamenti. Paulo enim superstite statim post discessum, Corinthiorū & Galatarum ecclesiæ, quam turpiter defecerunt, & in sectas, errores, & prauas opiniones inciderunt. In quo uero statu ecclesiæ omnes, totius Orientis, florentissimæ ab apostolis fundatae, quem illi sensum scripturæ habent? Itaq; et si fateamur apostolos uerum scripturæ sensum suis auditoribus, & doctrinæ genus sibi divinitus traditū, patefecisse: tamen hic certus & manifestus scripturæ sensus, nō ubiq; neq; apud omnes manet, nec semper pariter est omnibus manifestus. multi deficiunt, & illa ipsa uera ecclesia Dei non semper omnibus caret erroribus. Deinde doctrinæ puritas non semper permanet, aut pariter floret: sed sœp' obscuratur, additis non necessarijs, aut etiam prauis & superstitionis opinionebus, quæ superfundamentum ædificantur.

Etsi autem Christus promiserit Ecclesiæ sui præsentia, & necesse sit ue-
rum scripturæ sensum in eadē permanere: tamen & hoc uerum est, quod non semper multitudo illa ingens & coetus, qui titulum tenet ecclesiæ, similiter & ordinarij successores atq; in legitima administratione constituti, uera Dei sint ecclesia, & sensum scripturæ habeant. Id quod cùm alias se pe, tum etiā tempore Ieremiæ, atq; ipsius Christi accidit: quo certe illi qui gloriabantur, Nō peribit lex à sacerdote, neq; uisio à propheta, &c. Itē, Templo Domini, templū Domini, nihil minus erant quam Dei ecclesia. Etsi in ordinaria & legitima successione atq; administratione tamen uerum scripturæ sensum minimè tenebant. Verum est & hoc, quod doctrina non semper pariter floreat & illustris habeat in Ecclesia. Nam idem Christus, qui ecclesiam se supra petram firmam, non Papam, aut Petrum ædificasse, cumq; ea omnibus diebus se permansurum promisit, ille idem etiam de horrendis tenebris est uaticinatus, quæ ita atrociter in ecclesia grassafatur erant, ut etiam si fieri posset electi in errorem inducantur. Et illa ipsa uera Ecclesia, quæ donum habet interpretationis scripturæ, non semper & omni tempore id donum habet pariter illustre. Et quemadmodum Ecclesia nō caret peccatis, sed eorum remissionem petit & credit: ita non semper

semper omnibus caret erroribus. Retinet quidem fundamentum, sed deinde superstruunt s^epe stipulae. Nec est ecclesia, quod A^sotus somniat, magistra spiritus, multa enim garrit de magisterio spiritus, q^u putat omnia quecunq^{ue} decernunt ab illis qui representant ecclesi^a, fieri a spiritu S. magisterio: illi ipsi enim errarunt sapient. Eamq^{ue} ob causam posteriora cōcilia corrigit & emendat praecedentia. Ecclesia enim nō trahit ita captiuum spiritū S. ut necesse habeat illi in omnib. ppositis adesse. Sed ipse uult esse magister & doct^ror. Docet autē per uerbum, Si manseritis in me, & uerba mea manserint in uobis, &c. Preterea Ecclesia discipula est, quae audit & dicit uerbum doctore spiritu S. Non ipsa est magistra spiritus S. Quare non est quod sibi Papales blandiantur, uel de promissionibus Christi, uel de successione, uel titulo Ecclesiæ, aut etiam sensu scripturæ.

Addendū aut & hoc est ad A^sotica rationē: uerū scripture sensum non tantum uiua uoce & sermone ab Apostolis docēdo esse traditū, sed etiā in scriptis. Nam quod A^sotus dicit, fieri nō potuisse, ut ex Apostolica predicatione & doctrina non certus sensus & perspicuus dogmatū fidei fuerit relictus, &c. id multo magis de scriptis ipsorum uerū est. Quis enim omnīt est, quantumuis disertus & eloquens, qui nō cōmodius & magis perspicue animi sensa uerbis concipere & describere possit, ubi legere, relegere & emendare ea quae nō placent, quoties uisum fuerit, possit, quam ut maxime praeeditatus ad dicendū surgat, uerbis pferre? Cum experientia ergo & rerū natura A^sotus pugnat, qui sensum scripture potius ex uiuo sermone Apostolorū ad Patres per successores peruenisse, q^u ex sacra scriptura diligēti & assida lectione & meditatione eos hauiisse opinat. Dic enim mihi A^sote, unde Ambrosius scripture sensum petierit, qui prius Episcopus fuit, q^u baptismō in Christianorū catalogū receptus? A suāne Ecclesia: Atqui nō ignoras mysteria religiōis à catechumenis fuisse celata. Nū igit à sua ecclesia, quam ipse pastor & Episcopus pascere debebat: Idē de Officijs: Ego raptus de tribunalibus atq^{ue} administrationis iufilis ad sacerdotiū, docere uos corpī, quod ipse non dīdici. Itaq^{ue} factū est, ut prius docere inciperē quam discere. Discendum igit mihi simul & docendum est, &c. Verū ipse nobis ostēdit, unde illa quae in Propheticis scripturis sibi erat obscura, dīdicerit & sint declarata: Si, inquit, manu quadā mentis tuę scripturarū ianuā pulsas, & ea quae sunt occulta diligēter examines, paulatim incipis rationē colligere dīctorū, & aperies tibi nō ab alio, sed à Dei uerbo. Nō reūcimus uerē Dei ecclesi^a sensum circa scripture sensum. Nec aspernāmus labores p^{ro}tos & utiles Patriū in scripture interpretatione, ubi cunctq^{ue} cum sacra scripture interpretatio conuenit. Multos etiā multis dominis praestantib. ornatos esse nō ignoramus. Sed tamen cū ea pericula nos maneant, de quib. est dictū, non sine discriminē interpretationē eorū recipimus, uerū omnē interpretationē examinamus ad Lydium illū scripture ipsius lapidē: sequuti in hoc authoritatē Apostolorū, qui uolunt ut Prophetia omnis, hoc est, scripture interpretatio analogā sit fidei. Et idem: Omnia probate, quod bonū est, tenete. Item, Probate spiritus nū ex Deo sunt. Quin etiam ipsi Patres non uolunt suam interpretationem ita, quemadmodum A^sotici, recipiendam uel sequendam: sed potius eam ex eadem sacra scripture petendam.

Basil. lib. 11. de baptismo, quæst. IIII.

Si uerò præceptum nobis datum fuerit, quomodo autē, non additum fuerit, assumamus Dñm dicentem, Perscrutaminī scripturas: & imitemur Apostolos, qui ipsum Dominum interrogauerunt de interpretatione eorum, quae ab ipso dicta fuerunt: & eorū quae ab ipso dicta sunt, ex his quae in alio loco dicta sunt, ueritatem & salutare discamus.

Cyrill. *Thesauri lib. VIII. cap. II.*

Ante omnia quando locum scriprurę aliquę rectē intelligere uolumus, tria diligenter cōsideranda sunt. Tempus, quando scriptū est quod dicit: persona quæ dicit, uel per quam aut de qua dicit: & res ppter quam aut de qua scribit. Sic enim absq; errore sensum poterimus uerū inuestigare.

Hilar. *de Trinit. lib. I.*

Optimus enim lector est qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, q̄ imponat, & retulerit magis q̄ attulerit, neq; cogat id uidēri dictis contineri quod ante lectionem præsumpsérit intelligendum.

August. *de Doctr. Christ. libro secundo cap. 6.*

Quædam in scripturis obscura & difficultia, nec tamen aliud quād alibi planissimis uerbis proponit. Magnificè igitur & salubriter Sp̄ritus sanctus ita scripturas sanctas modificauit, ut locis apertiorib. fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dictum alibi reperiatur.

Ibidem lib. III. cap. XXVIII.

Per scripturas enim diuinās multo tutius ambulatur, quas uerbis translatis occupatas, cum scrutari uolumus, aut hoc inde exeat, quod non habet controversiam: aut si habet, ex eadem scriptura ubi cunq; inuentis atque adhibitis eius testibus, terminetur.

Ex his Patrum testimonijs apparet, quòd sensum sacræ scripturæ & interpretationem non ex se, aut alijs, sed ex ipsis fontibus, hoc est, collatione scripturarū diligentí, peti uoluerunt. Quòd tamē dicit Deum etiam antiquę fidei essent testimonia: grata sunt nobis ipsorum scripta, quibus ueram ueræ Ecclesiæ fidem profitentur, & de illa testantur non ex se, neq; ex promiscuæ multitudinis consuetudine, sed ex uerbo Dei, quod est lucernæ pedib. nostris. In quo antiquissima totius Ecclesiæ fides est luculæ. Eph. 2. ter & copiosè descripta à ueris Patribus, Prophetis & Apostolis, super quorum fundamentū, hoc est, doctrinā Ecclesia etiam ipsa dicitur ædificata. Ad quos Patres remittimur toties à Christo, qui & doctor nobis audiendus proponitur & commendatur, qui & ipse licet Dei filius suam doctrinam ex ijsdem confirmare non erubescit, nos & uerbis & factis suis ad eosdem alegans, & fidem ab eis antiquam cognoscendam docet. Idem fecere Apostoli, repleti Sp̄itu sancto. Quod si omnino scripturæ intellectus ex Patribus, hoc est, scriptoribus & doctoribus Ecclesiarum est perfectus, male certè, imò pessimè cum ijs est actum, qui antequam illi extitit essent, ex hac uita migrarunt.

Hinc etiam sequetur, q̄ si scripta Patrū sint planiora quād Apostolorum, quos Christus lucem mundi appellauit, qd de Patribus nō legimus, Patres maiorib. Sp̄itus sancti donis fuisse ornatos q̄j Apostolos, qui uel non potuerunt, aut non uoluerunt dogmata fidei in suis scriptis Ecclesiæ mundi: Afferit autem Asotus duplice ratione nobis Patrum horum testimonia esse necessaria. Primum propter auctoritatē, qua apud totā Ecclesiā ita excellat, ut nullus sine presumptionis nota, illis ausit cōtradicere, præcipue in his in quibus consonū & cōmunem sensum cum reliquis & nō singulariter quisquam suum sequat. Deinde quoniam illorū testimonio ostendit sensum Ecclesiæ, quæ est columnā ueritatis. Quia uero non semper omniū de quolibet re monumenta habeamus, cum duos aut tres, siue plures dogma aliqd cōsonē & ut certū afferētes adducimus, satisfactū credimus, ut etiam probet cōsensus Ecclesiæ duorū uel triū testimonio, cum alijs

aliij non contradicunt, siue quia de ea non loquunt, siue quia obiter aut obscurius. Haec Sotus. Agnoscimus & fatemur magnam esse Patrum auctoritatem, & propter merita ipsorum in Ecclesiam, & propter antiquitatem: sed tamen non tanta, neq; ipsiis, neq; scriptis ipsorum est tribuenda, quanta Apostolis. ingens enim est inter hos & scripta illorum, discrimen.

August. Epist. cxi.

Neq; enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare & respuere, si forte inuenierimus quod aliter senserint, q; ueritas habet diuino adiutorio, uel ab alijs intellecta, uel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorū, tales uolo esse intellectores meorum.

Idem Epist. cxii.

Nolo auctoritatē meam sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere, quoniam à me dicitur: sed aut scripturis canonicas credas, si quid nondum, quod uerum sit, uides, aut interius demonstranti ueritati.

Ibidem: Quod autem sic ostendero, ut aut corporis, aut animi sensu uisum perceptumq; teneatur, & tamē dixero aliquid, quod aut uerū quidem aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorū diuinū genere uideatur, restat ut tantummodo credatur, uel non credatur. Sed si diuinarum scripturarū, earum scilicet quæ canonicae in Ecclesia nominantur, perspicua firmiter authoritate, sine ulla dubitatione credendum est. Alijs uero testib; uel testimonij, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere uel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem ad faciendam fidem uel habere, uel non habere perpenderis.

Ex his locis apparent, minime uerum esse quod Asotus garrit, tantā esse Patrum auctoritatem, ut sine præsumptionis nota nobis non liceat ab illicis discedere: neq; hanc ipsi, quam Asotus tribuit, auctoritatem agnoscūt. Valet autem eorum auctoritas suo loco & ordine, cum sua scilicet ex sacra scriptura probant & confirmant: alijs certè etiā ipsi sibi credi nolunt. Quod etiam Asotus addit, confirmatam ipsorum auctoritatē miraculis, scire debebat, nos neq; miraculis, neq; multitudini cōsentienti, neq; consuetudini, neq; doctoribus, denique nec ulli humanæ auctoritati cedere aut credere sine scripturæ sacræ testimonij. Fides enim nulla re humana constituit, aut acquiescere potest, sed tantū in uerbo Dei: quo nisi confirmetur dogmata, nunq; mens Christiana trāquilla esse potest, cum reliqua omnia quæ de dogmatibus auctoritatem conciliare uidentur, fallere possint, & in errorem abducere. De sensu ergo Ecclesiæ, quæ sit columna & firmamentum ueritatis quod repetitur, & tertia uice additur, duorum uel triū Patrum testimonio eum probari: Scimus quidē Ecclesiā sic à Paulo describi, sed id nullā alia ob causam fit, nisi quod ad uerbū Dei, hoc est, *1. Timot. 3.* scripta Prophetica & Apostolica, super quæ est edificata, retinet, custodit & obseruat. Quamprimum enim ab illo uerbo scripto recedit, ruit & subuersa iacet. Quia ex hoc sicut Ecclesia, ita etiam Patres ecclesiæ, qui sic uocantur, sensum petere & haurire debent, atq; ex illo informari. Nec habet illa regiam potestatē scripturā interpretandi, ut hoc sonet scriptura, quod uult Ecclesia aut Patres. Et falluntur Asotici, sicut saepe dictū est, similitudine politicorum imperiorum, ubi legum interpretatio ualeat propter auctoritatem regiam, cui parere omnes etiam ex mandato Dei necesse est. In Ecclesia uero longe alia ratio est. Nemo, enim ne quidem Ecclesia, ipsa potestatem habet absolutam, sacram scripturam interpretandi. Sed ex diligenti scripturarum collatione, & pia inuocatione numinis, interpre-

IN CAPVT LXIX.

Rom. 12.

1. Cor. 14.

Deut. 17.

Gal. 1.

Matth. 23.

514
interpretatio fieri debet, quæ sit analoga fidei. Et si sedent fuerit reuelatum, taceat prior, & ualeat interpretatio non propter ordinem, locum, auctoritatem, uel dignitatem interpretis: sed quia cōformis est uerbo Dei, & ex illo desumpta, sicut dicitur: Si secundum legem Dei te docuerint. Oues enim Christi uocem eius audiunt, iuxta illud, Hunc audite. Alias si etiam angelus de cœlo aliud Euangelium docuerit, anathema esto. Ideo semper iudicium summum penes scripturam manet. Nec quæcunque dicunt scribæ recipienda, sicut Asotus hoc loco abutitur: sed tantum cum se dent super cathedram Mosis. hoc est, sicut supra ex Patribus etiam probatum est, cum uerbum Dei, quod Mosi Dominus reuelauit, nobis annunciant. Quia uero fronte Asotus, & sensum Ecclesiæ & scripturæ interpretationem à Patribus petendum esse asserere audet, cum hoc loco fateatur eos interdum suum sensum sequi, & suas proprias habere sententias, item contrarias alijs, præterea damnabiles sententias, quæ postea à tota Ecclesia sunt reiectæ, sequitos.

Quod cum ita habeat, quanto labore nobis constabit, donec perleatis & collatis omnibus omnium Patrum sententijs & interpretationibus, ut quid singuli de singulis sentiat, intelligamus. Deinde quæ mens ipsorum fuerit, cuius interpretatio & sensus melior, probabilior, & uerior. Quid si et interim, dum uos ex Patribus sensum Ecclesiæ, & sic scripturæ interpretationem, excerptis quibusdam sententijs, contra nos colligitis? Nos uero contra uos similiter ex iisdem proferamus, si non plura, certè non pauciora. Quid igitur futurum est, quando sensus ille Ecclesiæ & scripturæ interpretatio depræhendetur? Nos uobis non credimus, nec uos uicissim nobis. Patres assertis pro uobis contra nos, uicissim nos pro nobis contra uos. Dicatis nos eorum sententias deprauare. Hoc nos uiceuersa uobis obijcere possumus. & quis finis erit huius certaminis? Quis litem dirimet? Quomodo interim miseris cōscientijs, dum nos pro Patrum interpretatione certamus, consuletur? Omne ætatis & totius uitæ tempus non sufficiet ad Patrum conciliationem: & tamen conscientiæ in illorum interpretatione acquiescere non possunt, nisi monstratis ueris probatiōnum fontibus ex sacra scriptura. Tandem igitur eò deueniendum est, ut sacram scripturam summum iudicem constituamus. Sicut præclarè D. Augustinus epistola 48. contra Maximinum Arian. lib. 3. cap. 13. De unitate Ecclesiæ cap. 3. Enarratione in Psalm. 57. quæ eius testimonia superius sunt recitata, monet & docet. Quod si ne sic quidem inter nos conuenire poterit, cum uos nolitis, nos uero non possimus credere: expectandus erit iustus iudex uiuorum & mortuorū, qui illustri suo aduentu tollet omnia scandala è regno suo. Interim ferenda nobis erunt, quæ Dominus permittit.

Sed, inquit Asotus, tunc demum maximæ nobis sunt authoritatēs testimonia Patrum, ut sine hæreseos & schismatis nota contemni non possint, cum certa & cōmuniā dogmata afferunt: & cū non ut suas sententias, sed ut quæ in Ecclesia præter omnem contentionem doceantur & teneantur. Quis uero nos, Asote, certiores reddet, quādo sententias proprias, quando contrarias, quando communes, quando ueras, quando falsas & erroneous sententias, proposuerint? Quando hæc omnia ex omnibus Patribus, per quos, ubi & quomodo dijudicabunt, ut de scripture interpretatione certi simus? Iam igitur non solū pro scripture interpretatione, sed pro tot etiam Patrum sententia & sensu erit disputandum. Asotus uero si ne negocio his difficultatibus mederi potest, & regulam tradit certā, quæ hæc omnia possint cognosci. Quando, inquit, in expositione scripturæ aliquem

aliquem sensum afferunt, non dubitantes de dogmate, quamvis scriptura illa alium sensum nonnunquam habet, tunc demum maximæ nobis sunt auctoritatis: & quidem tantæ, ut sine hæreseos & schismatis nota contemni non possint. Exemplo addito id illustrat. Sicut uerbi gratia, cum Hie ronymus interpretatur locum Iocelis, Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, de dubio remissionis peccatorum, fidem Lutheri, quod remissa sint peccata, ostendit nouellam esse.

En tibi regulam sine exceptione, eiusq; exemplum non contemnendum. Hieronymus locum loelis de dubitatione interpretatur: nec dubitare, dubitandum esse de remissione peccatorum, ergo hic sensus est totius Ecclesiæ, quod dubitare debeamus, num remissa nobis sint peccata, & omnia iuxta hunc locum Hieronymi sunt interpretanda, quia hic sensus est totius Ecclesiæ. Nec obstat nobis debent innumera scripturæ testimonia, quibus certò & indubitate credere iubemur, nos habere peccatorum remissionem fide in Christum. Qui ipse dicit, Confide fili, remittuntur tibi peccata, ideo ex fide secundū gratiam, ut firma sit promissio. Credidit Abraham, non hæsitauit diffidentia. Item in symbolo, Credo remissionem peccatorum. Quid est Credo? Non dubito. Haec enim duo opponuntur. Qui dubitat, non consentit, sed suspendit assensum, & hæret.

Quod igitur Asotus exemplum ex Hieronymo protulit, q; cum Ecclesiasticus aliquis scriptor de dogmate aliquo non dubitet, pro certo & communi sensu totius Ecclesiæ agnoscendum, atq; ita dubitationem de remissione peccatorum affirmare, tanq; toti Ecclesiæ usitatum & commune: certè sine impietate hoc díci non potest. Sicut enim Deus uult seri agnosciri am suam aduersus impenitentes, & nos uerē credere ipsum horribiliter peccatis frasci, atq; immutabilem esse ipsius & æternam uoluntatem, q; uelit in peccatores, ni fiat remissio propter filium, animaduertere: ita quoq; hec ipsius uoluntas est agnoscenda, quod uerē uelit condonare delicta propter filium suum mediatorē, omnibus in ipsum credentibus. Sic ut Christus testatur: Haec est uoluntas eius qui me misit, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, nō pereat, sed habeat uitam eternā. Deus itaq; certò promittit remissionem peccatorū. igitur si dubitas de peccatorum remissione, certè dubitas, num Deus sit uerax & seruans promissi. Hoc modo iuxta Asotum certam & perpetuam habemus regulā interpretandi scripturam: & tunc certi sumus, nos ueram ipsius habere sententiā, cum habemus interpretationem Patris alicuius, qui ipse non dubitat de sua interpretatione. Tunc communī dogmate totius Ecclesiæ est accipiendum.

Videamus igitur num uerum sit, quod Asotus afferit, quod uidelicet cum Pater aliquis non dubitat de dogmate aliquo, sed tanq; certum affimat, cōmune id sit totius ecclesiæ dogma, & sensus. Et accipiamus illud ipsum exemplum & locum à Hieronymo adductum: Quis scit si conuertatur? Et primum hanc ipsam phrasim ex alijs scripturæ similib. locis consideremus. Ne uero id Asotus calumnietur, & nos nostro sensu scripturas interpretari aut depravare deblatteret, quo omnem illi occasionem auferamus: audiamus Ambrosium, quem ipse agnoscit catholicum Ecclesiæ & orthodoxum Patrem.

Ambr.lib.11.de poenit.cap.v.

Petrus Simoni Mago dixit, Si forte remittatur. Hic Nouatiani putant, non confirmasse Petrum, ut agenti poenitentiam, peccatum remitteret. Sed considerent de quo loquatur, hoc est, de Simone, qui non ex fide crederet, sed dolum cogitaret,

Audis,

Audiſ, Asote, quid D. Ambroſius de dubitantibus ſentiat? Nouatia-
norum eſt dubitare, quod agentibus pœnitentiam peccatum remittatur,
licet in alijs uralde diſſimiles ſitis Nouatianis.

Addit autem Ambroſius eodem in loco, ſimilem eſſe loquutionem a-
pud Ieremiam & Ezechielē (ad quos Dominus de populo loquitur) For-
ſitan audient. Nesciebat ergo Dominus eos poſſe, aut non poſſe conuer-
tī? Neq; Petrus poterat dubitare de Christi munere, qui ſibi ſoluēdōrum
peccatorum dederat potestatem.

Quibus uerbis Ambroſius hanc loquutionē, ubi ſcriptura dubitare ui-
detur de remiſſione peccatorū, nō ſimpliciter intelligit, ſed per circum-
ſtantias personarum interpretatur, quod uidelicet tum demum de pecca-
torum remiſſione dubitandum ſit, cum ignoratur, & dubitatur, num ille
agat pœnitentiam, cui remiſſio eſt annoucianda.

Audiāmus & Gregor. Nazianzenum, Orat. de Grandinī calamitate
ita loquentem, & hunc ipſum loelis locum interpretantem. Quis ſcīt, in-
quit loel, nunquid cōuertatur, & pœnitiat, & relinquit benedictionem?
Atquī manifestē hoc ſcio. Ego diuinæ clemētiae ſum fidei uxor: nam iram,
quoniā præter naturā eius eſt, remittet: & ad misericordiā, que ſecundum
naturam eius eſt, cōuertetur. Ad illam enim à nobis compellitur, ad hanc
uerō inclinatur: & ſi corripit cōpellentes, cur non exaudiret inuocantes?
ac naturā ſua uteretur in remittendo? Solum nos mifereamur noſtri, ac iū-
ſis patrī uifcēribus uiam aperiamus.

Ita ſecundum Ambroſium & Gregorium Nazianzenum, hæc erit ſen-
tentia uerborum loelis, quod hortatur ſuos ad pœnitentiā. Verū, quia
Propheta dubitat, num populus uerē ſit pœnitentiā aucturus, ideo etiam
de remiſſione non poſteſt pronunciare, aut aliquid certi polliceri. Sicut
nec Petrus Simoni mago.

Iam Ecclesiæ ueteris ſenſum audiāmus de re ipſa, uidelicet, Num dubi-
tandum ſit de peccatorum remiſſione & reconciliatione, Credo remiſſio-
ne peccatorū, non dubito.

August. Exposit. proposit. in epist. ad Rom. num. LVIII.

Certus ſum em, & non dixit, opinor: Plena fide tenuit, quod nec mors,
nec uitę temporalis promiſſa, nec cetera ſubsequentia poſſint credentem
a charitate Dei detorquere.

Idem de Ciuit. Dei, lib. xix. cap. XVIII.

Credit etiam (Ciuitas Dei) ſcripturis sanctis & ueteribus & nouis,
QVAS CANONICAS APPELLAMVS, Vnde FIDES IPSA CON-
CEPTA EST, EX QVA IVSTVS VIVIT, PER QVAM SINE DV-
BITATIONE AMBVLAMVS, quamdiu peregrinamur a Domino.

Chrysost. in cap. v. ad Galat.

Nos pro noſtra uirili ex nobis ipſis hoc addemus, demonſtrabimūſq;
quomodo circumcidis nihil profuturus ſit Christus. Qui circumcidit, tan-
quam metuens legem, circumcidit; eam qui metuit, diffidit uiribus gra-
tiæ. Porrò qui diffidit, nihil fructus capit ab ea, cui diffidit.

Idem in epist. ad Titum, homil. III.

Si enim credis fidei, cur alia infers, quaſi fides non iuſtificare ſufficiat
ſola? Quid teipſum ſpontaneę ſubijcis feruiti, & legis iugo collum sub-
mittis? Non fidis gratiæ? Id profecto infidelitatis atque diſſidentiæ indi-
cium eſt, id infirmi atq; increduli & infidelis certum argumentum. Nam
fides p̄cipua animi uirtus in eo eſt, ut non ambigas: ambigit autem qui
eiusmodi eſt,

Idem

Idem de incomprehensibili Dei natura, homil. II.

Quod si gloriam reddit, qui confidit & credit: cōtumeliam certe qui diffidit, non in Deum, sed in suum caput conuerit, & trahit.

Hilar. de Trinitat. lib. x. in fine.

Pietas est non ambigere, & iusticia est credere, & salus est confiteri.
 His tot & tantis scripturæ & Patrum testimonij adductis contra regulam & exemplum Asoti, quibus uult sensum totius Ecclesiæ, & scripturæ interpretationem peti debere ex Patrum expositione, cum sensum aliquem afferunt, non dubitantes, eum statim totius Ecclesiæ certa & communia esse dogmata: manifeste omnibus apparere arbitror, quam futili fundamento & infirmo nitatur Asotus, cui tantam molem de Patrum auctoritate, quod uidelicet standum sit illorum interpretationi: & ex illis Ecclesiæ sensum, cum de dogmate aliquo non ambigunt, colligendū, superstruit: cum potius ex sacræ scripturæ, ut dictum est superius, diligentí collatione, & consideratione interpretationem & sensum suum Ecclesia haurire, quam ex Patrū scriptis, quod fieri nullo modo potest, pectere debet: & non ex Patribus sensum uel interpretationem scripturæ sumendum, sed potius ex ipsa sacra scriptura, ut omnia alia, ita etiam Ecclesiæ & Patrum sensum atque interpretationem ex scriptura probari debere, ut semper ad sacram scripturam, tanquam sacram ancoram recurratur, & penes ipsam summa sit authoritas & iudicium. Ridiculum igitur est, quod tanta audacia monachus sine ullo uel scripturæ, uel Patrum testimonio, uel etiam ratione, tanquam nouus quispiam Moses prodit in publicum, & leges præscribit, quibus iudicandum sit ex Patribus de sensu Ecclesiæ & scripturæ interpretatione: ut hoc sensisse & sentire iudicetur tota Ecclesia, quod duo uel tres Patres consentientes scripsere. Imò unus Pater sufficiet, & totius Ecclesiæ consensum nobis proponet solus tunc, cum in expositione scripturæ aliquem sensum affert, non dubitans de dogmate, quamvis scriptura illa alium nonnunq; sensum habeat. Vnde hæc Asoter Quo authore, quibus testibus has leges præscribit? Satis pro im- perio. Imò quid absurdius hac sententia, Quicquid duo Patres uel tres, ut certum asserunt, id tota sentit Ecclesia. Quin hoc quoq; sequi, & sentire Ecclesiam necesse est: iuxta illud, Ad legem & ad testimonia eius. Hunc audite. Ques meæ uocem meam audiunt. Hoc modo à uerbo Dei ad scriptores Ecclesiasticos, qui interdū proprias suas sententias, & inter se contrarias, aliquādo etiam ab Ecclesia damnatas sequuti sunt: hoc est, à certis & indubitatib; Sp̄iritus sancti oraculis, ad dubias, incertas, contrarias & damnabiles sententias nos Asotus cum sua hac noua & inaudita theoria allegabit. Quam confidenter sepius Patres dogmata nonnulla defendebunt, eaq; quasi totius Ecclesiæ nomine & sensu propugnauere, quæ tam postea etiam à tota Ecclesia sunt damnata. Sicut Cyprianus non solum, sed cum totius Aphricæ Episcopis, neq; hi solum, sed etiam canones, quos uocant Apostolorum, insuper & Nicænum cōcilium, baptisatos ab haereticis, denud baptisandos esse statuerūt. Idem Cyprianus, & cum ipso Augustinus, atq; alij plurimi, coenā Domini infantibus administrarūt, nec quisquam eis eis contradixit. Hieronymus secundas nuptias parum aut nihil à scortatione distare dixit. Quid igitur? Num hæc tota sensit Ecclesia? Hec ne, quia magna cum fiducia & securitate certissima, ut Asotus loquitur, scripsere, cōmunia sunt & certa totius Ecclesiæ dogmata? Quid hac Asotica sententia absurdius?

De Christo dicitur, Hunc audite. Christus uero Prophetas & Apostolos doctores nobis commendat, de his dicit, Qui uos audit, me audit. De

Yyy reliquis

reliquis omnibus dicitur, Probate Spiritus. Christus inquit, Qui me se quiri, nō ambulat in tenebris. Non inquit, Sequimini Patres. Num uero sp̄si Christum sint sequuti, eiusq; uerbum in omnibus, id ex ipsa scriptura probandum: etiam illi ipsi liberum, ut debebant, nobis reliquere, imo uolueret, cum homines se esse nouerint. Notæ sunt Augustini sententiae: Ego enim fateor charitati tua, solis eis scripturarum libris, qui canonici appellantur, hunc timorem honoremq; deserere, &c. Alios autem ita lego, ut quantum libet sanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi uel per illos authores canonicos, uel probabili ratione, quæ à uero non abhorreat, persuadere potuerunt.

Noli meis literis quasi scripturis canonicis inferire, sed in illis & quod non credebas, cum inuenieris, incunctanter crede. In istis autem quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmiter retinere.

Volunt sacræ literæ, uolunt & Patres, ut omnia hominum scripta, exceptis Propheticis & Apostolicis (nam non de his, sed secundum hæc est iudicandum) exigamus ad sacram scripturā, num cum illa cōsentiant, Assotus tanquam alter quidam Cynesias, planè contrarium docet, hoc scilicet scripturam sonare & uelle quod Patres, & iuxta Patrum sententiam eam interpretandam.

Postremò duas Patrum classes facit Assotus: alteram probatissimorum, & orthodoxorum, eorum scilicet qui in nullo à sanctæ Ecclesiæ Romane consortio deuiarunt, nec ab eius fide & prædicatione seiuicti sunt. Alteram uero illorum quorum authoritas non omnino certa est, nec in omnibus, nec tamen omnino ab Ecclesiæ sensu dissentiens.

Etsi autem respondere possem, nihil ad uos Gelasij testimonium pertinere, cum hoc tempore non sis sit status Romanæ Ecclesiæ, qui temporib. illius fuit, quod cuius & temporū seriem consideranti & diligentius dogmata conferenti, facile appetat: ubi uidere est, quantum ab illius temporum moribus sit discessum, quanta item in doctrina diuersitas, ut proflus nihil cum illis commune habeat iam Romana Ecclesia. Illa præcipios doctrinæ Christianæ articulos, præsertim uero illos de sancta Trinitate, & durab. naturis in Christo, atq; alios syncerè contra corruptelas hæreticoru retinuerit, cum interea ubiq; plurimæ deficerent Ecclesiæ. Quod Gelasij respexisse uidetur, cum præcipue fidei & prædicationis mentione faciat: orthodoxos esse determinans, qui in nullo à Romanæ ecclesiæ consortio deuiarint, nec ab eius fide uel prædicatione seiuicti sunt. Tamen ut ut hæc habeant, simpliciter respondeo Sote: Quod si hæc Gelasij uerba & decreta ita urgere uolueris, ut illos tantum orthodoxos esse iudicetis, qui cum uestra Romana ecclesia hoc tempore consentiunt, idq; Gelasij authoritate: scias nobis eius autoritatem non tanti esse, ut propter ipsum hoc credamus, & ita sentiamus, illos scilicet orthodoxos esse, qui in omnibus, cum Romana Ecclesia horum temporum sentiunt: nisi prius probetur, Ecclesiæ tuam Romanam nusquam à uera Dei Ecclesia & scriptis Propheticis atq; Apostolicis deflexisse. Si uero omnino mordicus his Gelasij uerbi in hæretere uolueris (licet Gelasius canonicus autor nō sit) metuendum Patrum choro & numero orthodoxum esse: cum ferè nullus inueniatur, qui in nullo à Romanæ Ecclesiæ consortio non in aliquo deuiarit.

Cyprianus enim, quem primū ipse in hoc ordine collocat, certè negat hunc Papæ primatum, quem Romana Ecclesia defendit, inquiens: Hoc erant utiq; & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio prædicti & honoris & potestatis. Item ibidem, Episcopatus unus est, cuius in singulis in solidum pars tenetur.

Idem

Idem in suo concilio.

Liberas esse debere sententias Episcoporum, neq; quisquam dittersum sentientē cōdemnet. Neq; enim quisq; nostrū Episcopū se Episcoporum esse cōstituit, aut tyrannico terrorē ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit. Quilibet enim habet potestatem, seu liberum arbitrium.

Nostri Asote quid à concilio Africano, cui & Augustinus interfuit, Pontificibus Romanis, Bonifacio & Cœlestino per falsi crimen primatū obtinere conantibus, sit responsum. Certè totum conciliū, & cum illo Augustinus in summo articulo fidei Ecclesiæ Romanae, ab illius cōsortio deviavit. Et quid de dogmatibus Patres senserint, cùm hoc capite, tum alibi est expositum. Quod cum ita habeat, manifestū est hanc notā non conuenire Patrib. à Gelasio recitatis. Quare aut orthodoxi non erunt Augustinus, Cyprianus, Ambrosius, & reliquī, aut Gelasius non hoc sensit, qd iam Pontificia Ecclesia. Aut si sensit, hæc nota nō erit, qua orthodoxi cognoscantur, sed alia ex sacra scriptura ponenda, hos scilicet esse orthodoxos, qui à uera Apostolica & catholica Ecclesia, quæ uerbo Dei regitur, & sacra scriptura, nō deflexerint: idq; ex ipsa sacra scriptura iudicandū, ex sua dogmata cōsentientia probent. Ita ut semper summa authoritas & iudicium penes scripturā maneat. A' qua quoties deuiarunt, cum homines se esse nouerint, sua reprehendi non ægrē ferunt. Quod ipsos fateri in suis scriptis uidemus.

August. de baptism. contra Donatist. lib. v. cap. xvii.

Neq; ullo modo meas literas ab omni errato liberas audeo uel putare vel dicere.

Idem de anima & eius orig. lib. iiiii. cap. i.

Neq; em̄ negare debo, sicut in ipsis moribus: ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio & nulla temeritate culpari.

August. Epist. cxI.

Neq; enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorū & laudatorū hominū, uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis nō lieeat salua honorificentia, quæ illis debet hominib. aliquid in eorū scriptis improbare atq; respuere, si forte inuenerimus quod aliter senserint, qd ueritas habet, diuinio adiutorio uel ab alijs intellecta, uel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellectores meorum.

Idem Epist. cxii.

Nolo autoritatem meam sequaris, ut ideo putas tibi aliquid necesse esse credere, quoniam à me dicitur: sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondum quod uerum sit uides, aut interius demonstranti ueritati.

De altera classe Patrum, quorum auctoritas non omnino certa est, nec in omnib. nec tamē omnino ab Ecclesiæ sensu dissentiens, recitat Gelasius Origenē, Eusebium, Tertullianū, Lactantiū & alios. Mirum aut̄ est, quod frater Petrus ex eadē Gelasij decretali Epistola nō addiderit decretales Paparū epistolas uenerabiliter recipiendas. Item uitas Patrū, Actus beati Sylvestri, Apostolice sedis præsulis de donatione scilicet Cōstantini, quæ & ipsa inter summos sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidei articulos non postremum locū obtinet, licet, ut illuc quoq; habet, eius qui scripsit ignoret nomine. Hæc em̄ omnia, ut dixi, eodē loco Gelasius recenset, addita tamē clausula non pœnitenda, inquiens: Sed hæc cum ad catholicorū manus adueniunt, beati Pauli apostoli præcedat sententia: Omnia probate, qd bonū est tenete. Nos uero hanc regulam non tantum in huius classis Patrum lectione obseruandā, sed etiā cum generalis sit, Augustino quoq; attestante in prioris classis Patribus obseruandā esse nō dubitamus. Nam ille ipse

Yyy Augusti

Augustinus iam senex scribens etiā libros Retractationū, ne quis ut Aſotus argumentatur, eo ipso quia eos scripſerit, bis alia quæ non retractauit confirmari de ſe ſcribit.

August.de
bono perfe
uer. cap. 2.

Quamuis neminem uelim ſic amplecti omnia mea, ut me ſequatur, niſi in ijs quib. me nō errare perſpexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quib. mea retractanda fuſcepī, ut nec me ipsum in omnib. me ſequutū fuſſe demonſtrē: ſed proficienter me exiſtimo Deo miſerante ſcripſiſſe, non tamen à perfectione cepiſſe: quandoquidem arrogantiuſ loquor q̄ uerius, ſi uel nunc dico me ad perfectionem, ſine ullo errore iam in iſta e-
tate ueniffe.

Epiſt. 19.

Cur quoſo Patrum autoritate teneri non uult Augustinus? Cur Hieronymi interpretationē de ſimulatione Petri, multorū Patrum auctoritate munitā non recipit Augustinus, ſed illis omnib. unum opponit Paulum: Nisi quod deprehendit illos cum homines eſſent, humani quid paſſos. Et libertatem ſuā Eccleſiae filijs relinquendā, ac in infinitū maiorē ſcripturæ authoritatē q̄ Patrum. Nec abbreviata eſt manus Dñi, filius Dei ſedēs ad dextram Patris, adhuc dona dat hominibus, Doctores ſcilicet Eccleſiaz, quos ſpiritu S. iuſtriat, ut edificet corpus iſpicio. Quare ſemper in omnib. omnium hominū ſcriptis inuenio id quod ante latebat, & deprahēſo erore à nobis uel alijs, licet nobis ab illorū auctoritate recedere.

Eph. 4.

Ambr. lib. de Officij.

Et quantumlibet quisq; profecerit, nemo eſt, qui doceri nō egeat, dum uiuit. Hæc fortaffe prolixius q̄ par erat, præſertim cum Aſotus ſua nula pṛſuſ ratione uel auctoritate (ut in principio ſequentis capituli gloriarū) niſi Gelatiſi conſirmari. Sed cum quāl Romanæ Eccleſiae fundaſtum sit hæc theſis, ſacram ſcripturā ſecundū Patres interpretandā, quia in illis ſenſuſ totius Eccleſiae habeat, ex ueris fontib. ſacrae ſcripturæ & Patrī te- ſtimonijs error hīc erat detegendus & refutandus, q̄ ne ipli quidē Patres hoc agnoſcant, aut ſibi tribui uelint, quod Aſotus deblatterat, ſine uilla- ratione & ſuīs nugis chartas illinens, nihiſ meliora ſunt quæ ſequuntur, už maniſteſtē appareat hominem in reprobum ſenſum datum.

ANNOTATA IN CAPVT LXX.

HAEC igitur (inquit Aſotus) quæ de auctoritate Patrum & neceſſitate ratiōne utendi diximus, tam maniſta ſunt, & ex hiſ quæ ſuperius diximus, ita conſirmata, ut pluribus non ſit opus. Imō domine Petre nihil eſſe obſcurius, nihil etiam incertiſ ijs quæ nugatus eſt, nihil deniq; infirmius & magis uarium, cūm ex ſacrae ſcripturæ, tum etiam Patrum au- toritate demonſtrauimus. Quibus teſtimonijs, excepto Gelatio, ea con- ſimaris, ipſe uideris. Plurib. iſiſ opus erat, quib. dubia tua probares. Sed hæc qualia ſint, lector ex hiſ quæ à nobis precedenti capite dicta ſunt, fa- cile iudicabit. Nunc ad alia cum fratre Petro. Producit autē teſtimoniū ex hiſtoria Tripartita de Nectario. Similiter quædā ex Auguſtino, quib. docet, ſequentes Patres ſemper uſos teſtimonijs preceſtentium Patrum, uel ad fidei dogmata coſirmandā, uel ad haereticos qui ſubinde exorium conuincendos. Nectarium enim optimam conuincendi haereticos ra- tionem Theodosio Imperatori hanc proposuifſe, ut teſtimonia veterum adhiberet doctorum Eccleſiaz, qui ante diuisionem floruerunt. Quia ſine partium affectu ſint loquuti: Auguſtinū quoq; aduersus Pelagianos Pa- trum auctoritate uifim.

Hæc nihil contra nos faciunt. Nā & nos teſtimonijs antiquitatis liben- ter, præſertim contra haereticos utimur, AC PLANE SENTIMVS SI- CVT OMNINO VERVM EſT, NVLLVM DOGMA IN ECCLE- SIA DEI NOVVM ET CVM TOTA ANTIQVITATE RVGNANS RE- CIPIEN-

CIPENDVM, cauendas etiam & uitandas profanas uocum nouitates, nec temerè inuisitatum genus sermonis & uetus statu ignotum in Ecclesiam inuehendum, sed tenendā formā verborum sanorum. Quare non impugnamus, id quod Asotus prolixè docet, Patrum auctoritatib. utendū, & ijs antiquiores semper usos esse. Nos enim illos nequaç abhincimus, in ijs quibus cum sacra scriptura cōsentiuunt, eiusç sensum nobis bona fide exponunt, & à scriptura non dissentiunt: id qd Asotus ex ijs, quæ hactenus contra ipsum ex ijsdem à nobis sunt allata, facile iudicabit. Et Deo Patri liberatoris nostri Iesu Christi agimus gratias, quod illorū monumenta conservarit, & ad nos usq; propagari curavit. Sed nō sine discrimine omnia ipsorum recipimus: uerū eo modo & ordine (ipsorum freti auctoritate) quem ipsi nobis præscripsere, uidelicet cū sua ex canonice scripturis, aut rationibus, quæ a uero non abhorreant, probant. Nihil aliud à nobis exigit Augustinus, quod præcedenti capite dictum est, nihil alij saniores. Et illi ipsi Patres, cum contra hæreticos disputauere, probando sua in primis ex sacra scriptura, testimonia & tela petiuerere, & cū uerbis tum factis suis nos idem facere docuerunt.

August. Epist. XLVIII.

Audi, dicit Dominus: nō dicit Donatus aut Rogatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Ambrosius aut Augustinus, sed dicit Dominus, cum legitur, Benedicentur in te omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum, &c. Et tu contradicis diuinis testimonij tanta firmitate robatis, tanta luce manifestatis.

Idem contra Maximinum Arianum lib. III. cap. XIII.

Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminense tanquam prædicaturus proferre conciliū. Nec ego huius auctoritate, nec tu illius detineris, scripturarum auctoritatibus non quorum cunque proprijs, sed uirisq; communibus testibus. Res cum re, causa cum causa, ratio cum ratio ne concertet, &c. utriq; tantí ponderis molibus cedamus.

Idem enarrat. in Psalm. LVII.

Nec tu mihi quos nominas ex Euangeliō legis, nec ego quos nominō ex Euangeliō lego. Auferantur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex Dei. Audi Christum dicentem, Audi ueritatem loquentem.

Chrysost. in Psalm. XCIV.

Et quis est, qui ista promittit? Paulus: neq; enim oportet quicquam discere sine testibus, solaç animi cogitatione. Nam si quid dicitur absq; scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæsitans, & interdum sermonem ut friuolum auersans, interdum ut probabilem recipientis: uerū ubi è scriptura diuinæ uocis prodijt testimonium, & loquentis sermonem & audientis animum confirmat.

Hæc, Asote, firmissima est disputandi cum hæreticis, illosq; cōuincendi ratio: hac si destituamur, semper animus noster & fides uacillat, ut recte Chrysostomus dixit. Verū Asotus longè aliam instituit rationem. Orthodoxi, inquit, Patres sunt, qui in nullo à Romana Ecclesia deuiant. Patres cum in expositione scripturæ sensum aliquem afferunt, non dubitantes de dogmate, maxime nobis sunt auctoritatis, cum duos aut tres dogma aliquod consonē, & ut certum afferentes habemus, satisfactum credimus, ut probetur etiam consensus Ecclesiæ duorum uel trium testimonio, cum alij non contradicunt, siue quia de ea re non loquuntur, siue quia obiter aut obscurius. Quid audio, Asote? ille ne statim erit hereticus

uel schismaticus, qui à duobus Patribus, dissentit: Hæresis' ne est, quicquid
à Patribus dissidet: Omnia' ne totius essent Ecclesiæ quæcunque Patres
scripsere: Duo' ne Patres regula essent, ad quam omnia dogmata dijudi-
canda: Hæc certè omnia soli sacræ scripturæ debētur: quod & ipsi Patres,
ut audimus, sentiunt. Confirmatis igitur dogmatibus ex sacra scriptura,
deinde Patrum quoque consentientia testimonia adhibentur, qui & ipsi
de præcipuis dogmatibus restantur, ne noua videantur dogmata, aut ab
Ecclesia omnium temporum abhorrentia.

Aug. lib. 3. cap. 7. Quod igitur Nectarius dicitur Theodosio consuluisse, ut contra hære-
ticos ueterum adhibeat testimonia: similiter ex Augustino, quod contra
hæreticos Patrum auctoritate utatur: ut nobis non aduersatur, ita nec A-
foto patrocinatur.

Hæreses enim nō tam nouitas, quam ueritas reuincit. & addit: Quod-
cunq; aduersus ueritatem sapit, hæresis est, etiam uetus consuetudo.

Et cum Augustinus (ut refert Asotus) ex Cypriano & alijs, probat pec-
catum originis, ipse addit: se nō ideo Patrum testimonij uti, quod dispu-
tatorum quorumlibet sententijs tanquam canonica auctoritate nitamur:
sed ut appareat, ab initio usq; ad prælens tempus, quo ista nouitas oritur est,
hoc de originali peccato apud Ecclesiæ fidem, tanta constantia custodi-
tum, &c. Non hoc uoluit Augustinus, quod Asotus refert, his uerbis: Vbi
uides manifeste, quod dictum est, consensu Patrum probari sensum Ec-
clesiæ, & eundem necessarium ad scripturam intelligendam. Nihil ho-
rum Augustinus dicit, sed tantum hoc, quod Ecclesia semper constanter
retinuerit doctrinam de peccato originali. Augustinus certè aliud non sa-
cit, quam quod longè sacras scripturas Patribus præfert. Deinde dicit Ec-
clesiam semper constanter retinuisse hanc doctrinam, & sensisse esse pec-
catum originale. Vnde hoc nisi ex sacra scriptura: quemadmodū & ipse
probat contra eosdē hæreticos ex lapsu Adæ, à quo totū genus humanū
descendat, & unā cum origine etiam peccatum in omnes, qui etiam non
peccauerunt ad similitudinem Adæ. Sicut Origenes in capite 6. ad Rom.
Sciebant, inquit, illi quibus secreta diuinorum mysteriorum commenda-
ta fuerant (loquitur autem de Apostolis) quod essent in omnibus genui-
næ sordes peccati, quæ per aquam & sp̄ritum aboliri debent. Id ait Au-
gustinus Patres certum habuisse. Hanc doctrinam Ecclesiam semper co-
stanter retinuisse. Sed quid hęc ad Asoti institutum, Patrum sensum & in-
terpretationem necessariam ad scripturam intelligēdam: Quomodo er-
go iū qui ante Patres fuerint, intellexerunt? Quis ergo apud Iudæos ante
Apostolos in ueteri Testamento, cum Patres nondum essent, nedum il-
lorum interpretatio scripturæ, Prophetas & legem intellexit? Cum qui-
dem omnia illic intellectu sunt difficiliora, & quidem omnia in ueteri Te-
stamento obscuriora? Certè in hac tota Augustini sententia nulla fit men-
tio eius rei, quam Asotus probare intendit, quod Patrum interpretatio
necessaria sit ad scripturæ intellectum. Neque hoc consilio ab Augustino
adducitur.

Secundus Augustini locus à fratre Petro adductus, est contra Pelag.
& Celest. lib. 1. de Gratia Christi, cap. 42.

Cum Pelagius ex sacra scriptura opinionem suam de proprijs uribus
contra gratiam Dei (quod faciunt quoq; Asotici) probare non posset, ad
Patres confugit. Usus autem fuerat Pelagius Ambrosij testimonio, quod
pro se facere iudicabat: & ut plus p̄deris haberet testimonij, magnis lau-
dib. authorē uehebat. Ecce, inquit Augustinus, qualib. & quantis laudib.
quamli-

quamlibet sanctum & doctum virum, nequaquam tamen autoritatis scripturae canonice comparandum. Ideo Augustinus dicit contra Pelagium: Videntis autem quod qui ista sentiunt, ignorantes Dei iusticiam, & suam volunt constituere: & longe ab illa sunt, quae nobis ex Deo est, non ex nobis, quam in scripturis etiam sanctis, maxime canonice aduertere, atque cognoscere debuerunt. Sed quia eas secundum suum sensum legunt, profecto in illis nec aperta continentur. Utinam ergo saltem in catholicorum virorum scriptis, a quibus eas recte intellectas esse non dubitant quid sit de adiutorio gratiae diuinæ sentendum, non negligenter attenderent, nec sua sententiae amore nimio preterirent.

Plus quoq; hic Augustini locus contra Asoticos facit, quam pro ipsis contra nos. Quemadmodum enim Pelagi plurius de suis viribus contra gratiam Dei presumebant, quod possent suis viribus & legem implore, & sine peccato vivere, atq; ita iusticiam stram constituere contra iusticiam, quae nobis a Deo Patre propter filij obedientiam fide acceptam imputatur: deinde a scripturis apertis, & non intellectis quibus conuinebantur, ad Patres prouocabant, quibus sua uolebant confirmare, nec apertas scripturas accipere. Idem plane Papistæ per omnia faciunt, ideo non potuerint aptius contra se testimonium producere.

Quod ad testimonium Augustini, propter quod ab Asoto est adductum, attinet, primū dicit scripturas de adiutorio gratiae Dei esse apertas, quas tamen non uideant, nec intelligant, quia suo sensu cogant. Asotus uero negat, contra Augustinū, quem hic pro se adducit, scripturas esse apertas. Dicit enim obscuras esse & ambiguas. Deinde quia pro suo errore confirmatio Ambrosij auctoritate abutebatur, uicissim ostendit Augustinus, alijs testimonij ex eodem authore adductis, eum non cum Pelagi sentire, sed potius eisdem aduersari, & testimonia eius deprauari ab hostibus gratiae. Quidni ageret testimonij auctoris, quem pro suo errore confirmando corruperant contra ipsos, quandoquidem tanti ipsum fecerant, ut eius fidem & purissimum in scripturis intellectum, ne inimicum quidem ausum esse reprehendere, affirmarent: Nihil hec ad nos, qui non negamus utendum esse testimonij Patrum: sed eo modo & ordine, quo dictum est. Et quoniam pro se Ambrosium in hac materia & disputacione facere dixerant, ex eodem ipsorum impietatem refutat. Quod uero addidit Augustinus, a catholicis viris in suis scriptis recte intellectas scripturas id ex sententia Pelagianorum hoc loco dicit, sicut manifeste ex uerbis ipsius apparent.

Tertium testimonium ex eodem Augustino est lib. 2. contra Julianū Pelagianū, q; dixerat iudicē sine affectu debere iudicare. Patres uero quia sine affectu scripserint, si nō in praesentib. negotijs, tamē quod ad futura, quae sunt cōsecura, sentētias p̄tulerint, sine odio, amicitia, &c. ideo possint adhiberi in iudiciū cōtra hereses exortētes: & quod in ecclesia inuenerint, tenuerint, quod didicerint, docuerint, quod a Patribus acceperint, hoc filijs tradiderint. Hoc testimonium nonnihil Asoti sententiā confirmare uideatur, quod uidelicet ex Patribus de heresis, & profanis uocum nouitatibus sit iudicandum, et quod sensum Ecclesiæ descripserint.

Sed neq; hoc Augustini, si dextre intelligat, nobis aduersat. Diximus enim, & libenter profitemur, uera ecclesiæ dogmata in sacra scriptura quidem fundata, sed etiam Ecclesiæ & antiquitatis accedere testimonia. Est enim Ecclesia testis de dogmatibus, & uult Deus sonare uocem Evangelij, & exaudiri in Ecclesia, atque publicè extare testimonia. Est p̄ Ecclesia custos ueritatis, apud quam Deus depositit sacra sua oracula & dogmata. Testimonia igitur Patrū tantum abest ut rejiciamus, quod

etiam cupidissimè amplectamur. Necq; enim nos nouum, ut Aſotici mentiuntur, doctrinę genus cōminiscimur, quod omnibus retrò seculis fuerit incognitum: nec desunt nobis in confitmandis nostris Dogmatibus testimonia antiquitatis: nec dissentimus ab ecclesia omniū temporum, p̄fser tim uero Patrū, qui ab apostolorū temporib. usq; ad Gregorii Magnum uixere. Postea em paulatim creuere tenebrae, & corruptelę ueræ doctrinę auctę ſunt. Nec tamen ſic aliqui defuere, qui iſtis corruptelis reclamarent. Cum igiſ neq; nobis conſcijs ſimus, neq; à quoquā conuincī poffim⁹ de nouis dogmatibus, nihil offendit nos, q; Aſotus docet, Patrum auctorita te contra profanas uocum nouitates agendum. Et parati ſum⁹ atq; offertimus nos de ſingulis totius doctrinæ capitib. rationē reddere non ex ſacra tantum ſcriptura, ſed etiam ex Patrum ſcriptis.

Alterum quoq; non negamus, Patres ecclesiæ ſenſum cum ſacris literis cōſentanea, & non ſuum ſenſum ſequuti, uel contraria, aut reiſcie da ſcribunt, nobis exhibere. hoc enim omniño, & non aliud ecclesia ſentire debet & ſequi, quod in uerbo Dei nobis p̄ſcribitur.

Lib. i. contra duas Epistolas Petras fundatam fidem defendi. Hæc uera fides est, quæ in ſacris eloquijs eſt fundata, que eloquia antitites illi ſequuti ſunt: quæ quotiescumq; ſequuntur, & ueræ ecclesiæ ſenſum ipſos dɛſcribere dubium non eſt, & nos diſcipulos, & ὥμολοφες habebūt. aliud nō agimus nec petimus, niſi ut uerbū Dei lucerna ſit pedib. noſtris: quam ſequentes, non ambulabimus in tenebris. Utendū eſſe itaq; nō negamus Patrū testimonij contra haereticos, ſed ijs in quib. diuina eloquia ſecutisunt, & cum ijs conſona docent, ſicuti dem Augustinus Epist. ii, ad Paulinam teſtatur, dicens: Quæ ſi approbas, tene mecum sancti uiri Ambrosij ſententiā, iam non eūtis autotitate, ſed ipſa ueritate firmatam. Necq; enim mihi propterea placet, quia per os illius potiſſimum me Dominus ab errore liberavit, & cæt. ſed quia de hac re & ipſe hoc dixit, quod piē cogitati & recte intelligenti, loquitur etiam ille, qui incrementum dat Deus. Cum uero & proprias habeant ſententias & etiā contrarias, imo & reiectione dignas, quod Aſotus prædicatori capite professus eſt, & Petrus Lombardus, uir multe lectionis, & ſtudiosiſſimus Patrum, plurimū in eo laborarit, ut discordantes Patrum ſententias & cōtrarias conciliaret: facile quiuis intelligere potest, ex his non posse controverſias religionis dijudicari, neq; ſummu in iudicio posse obtinere locum, ſed tantum ſuffragari in ijs, quæ ipſi ex ſacra ſcriptura probant. Necq; etiam ſemper uerum ecclesiæ ſenſum dɛſcripſiſſe, quia ſuas ſententias proprias dɛſcripſerint. Necq; etiam ex ipliſ ſacrarum ſcripturarum interpretationem posse p. i. quia contraria habeat. Hæc ex Aſoti ſententia bona consequentia ſequuntur. Accedunt huc & ſupradicta Patrū testimonia ex Auguſtino, & alijs p. ducta, que uolunt Patribus nō plus credendum, quam ex ſacra ſcriptura probarint, & quando eloquia diuina ſint ſequuti: tum enim ueram fidem deſcribunt. Ex his omnibus colligitur, quod ante quoque dictum eſt & iam repetendum, ſummu iudicium de dogmatibus, & haeresibus ſemper penes ſacram ſcripturam permanere: cui cum conſonant Patrum testimonia, non repudianda, ſed magnificienda eſſe.

ANNOTATA IN CAP. LXXI.

Hoc caput Aſotice deſenſionis eiusdē eſt argumēti cum p̄cedenti. Quiemadmodum enim illi probauit Patres testimonij p̄cedentium Patrum uſos eſte: ita hoc, concilia quoque Patrum auctoritate, & testimonijs

Simonij sua esse declarat. Quod nos neq; negamus, neq; improbamus: sed, ut dictū est, libenter idē facimus tunc, cum nō suas proprias sentētias contrarias aut damnandas recitant, sed eloquā diuinā sequunt, ijsq; consona dicunt. De quo hactenus duobus capitib. egimus. Neq; quicquam aliud ex omnib. quae Asotus pro confirmanda Patrum auctoritate afferit, sequitur, q; quod iam auditū est, & ipsi Patres aliud nō uolūt, nec à nobis requirunt. Sed uideamus ordine breuiter ea quae ab Asoto producunt: ut ea à depravatione Sotti uindicemus, & nobis nō aduersari demōstremus. Primum est ex cōcilio Ephesino, cuius acta quædā primæ actioni cōciliij Chalcedonensis sunt inserta, ubi recitantur testimonia ex pluribus Patribus, quibus duæ naturæ in Christo unitæ demonstrantur. Quod quidem uerum est: sed ibidem est uidere, quod illi ipsi Patres suas sententias & testimonia copiosè, & tantum ex sacra scriptura productis locis dixerint & confirmauerint. Ideo non propter illorum auctoritatē creditur, quod ipsi ^{Augustinus} ita senserint: sed ideo ipsorū ualeat testimonia, quia ea ex sacra scriptura ca Epist. 19. nonica probauerunt. Nam hoc nisi facerent, neq; cōciliū ipsum esset secutum, nec nos conciliū factum probare unquam possemus.

Cum igitur conciliū Ephesinum Patres utiliter laborasse contra hæreticos, & sua ex sacra scriptura copiosè probasse, illorumq; deliria refutasse, ex eadē intelligeret, illorum studiū, & doctrinā ex sacra scriptura desumptam, eiq; consonam approbat. ea uti, atq; ita omnium temporum consensum in ecclesia ex scriptura hæreticis, qui nouum dogma cōtra scripturas, & omnium temporū, totiusq; ecclesiæ cōsensum, recte opponit. Tum enim consensus ualet & consuetudo, cūm ex sacra scriptura confirmatur.

Neq; uero silētio prætereundum est, quod immediate illuc sequitur, & in eadem Ephesina synodo actum, atq; Chalcedone relectum est, ubi qui dam presbyter Charasius nomine, qui fuerit & œconomus sancte ecclesiæ Philadelphiae, libellum obtulit eidem Ephesinæ synodo, cuius exordium tale est: Oratio quidem est omnium qui bene sapient, honorē semper & decentem reverentiā spiritualibus maximē Patribus & doctoribus exhibere. Si uero alicubi contigerit eos, qui docere debent, talia subiectos de fide insonare, quæ omnium aures uocent, & corda, necessarium est ordinem cōmutari, & eos qui malē docere conantur, à minorib. redargui. Et approbavit id concilium. Ex hoc apparet, quatenus Patrum & doctorum scripta sint recipienda, & quod non omnia eorum sine discrimine sint approbanda.

Refert deinde Asotus ex actione quinta conciliij Chalcedonensis post definitā fidem, hanc subsecutā Episcoporum acclamationē: Hęc fides Patrum, hęc fides Apostolorū: huic oēs consentimus, & omnes ita sapimus.

Nihil hęc contra nos, qui nunquam Patrum auctoritate utendum esse negauimus. Sequi se profitet synodus fidem apostolorum, quam alias recipieret: cui cum Patres consentiant, cur nō etiam illorum testimonio consentienti uteretur, eiq; se consentire profiteretur? Asote, sequere tu cum tua ecclesia apostolorum fidem, in scriptis ipsorum comprehensam, & deinde adhibe consona Patrum testimonia, nemo est qui phibeat. His addit Epistolam Agathonis Pontificis Romani ad Constantīnū, in sexto concilio Cōstantinopolitano (in quo inter cetera etiā Honorij Papæ Romani scripta hærefoes condemnata, & igni tradita, non ignorat Asotus) oblatam, in qua Apostolicam fidem, & traditionem Apostolicā sedis, ut à præcessoribus Apostolicis Pontificibus instituta sit, se sequi, & enarrare, atque in ea sincerè se Deo uelle seruire & obedire profitetur. Quod per apostolicā fidei sinceritatem Deo se seruire atq; obedire profitetur, recte facit, & nos cum ipso omnibus modis hoc agimus: cum illa firmissimum

mum sit Ecclesiæ fundatum. Ingens autem discriminis, sicut inter Ecclesiam, ita & inter doctrinam Apostolicam & Pontificiam. Hanc certe minimè curamus; illam uero amplectimur, ex osculamur & ueneramur. Quod uero ad traditiones Apostolicæ sedis attinet, cum nullam Apostolicarum, sed tantum Apostolicæ, hoc est Romanæ sedis traditionū mentionem faciat, cum non sint Apostolorum, sed Pontificum Romanorū, qui se apostolicā sedē propter loci successionē occupare gloriant: quo loco sint habendæ, uel illud Christi unicū satis supercū pbat, Frustra me colūt, docentes doctrinas hominum. & supra pluribus de hac re actum est.

Addit autem Asotus ex eadem Agathonis Epistola: Et post nonnulla de Petro inquit, cuius (Petri) auctoritatē, utpote apostolorum omnium principis, semper omnis catholica Christi Ecclesia, & uniuersales synodi fideliter amplectentes, sequutæ sunt, omnesq; uenerabiles Patres apostolicam eius doctrinam amplexi, per quam & probatissima Ecclesiæ Christi luminaria claruerunt.

Quid hęc ad rem, Asote, quā institueras contra nos? Dicit Agatho catholicam Christi Ecclesiam, & uniuersales synodos secutas Petri, utpote omnium apostolorum principis (de quo iam non disputamus) auctoritatem, omnesq; uenerabiles Patres apostolicam eius doctrinam amplexos, per quam & probatissima Ecclesia Christi lumina claruerint. Hęc eadē & nos affirmamus, Ecclesiam Christi, & synodos omnes, Petri auctoritatē fideliter sequi debere, eiusq; doctrinam amplecti. Et hoc caput cause est, quod inter nos controuerit. Nos enim per omnia sacrā scripturam prophetarum & apostolorum, & sic Petri sequi iubemus, & ex hac cōtrouerias & dubia fidei ac religionis dījudicanda. Vos uero ad traditiones, Patres & concilia nos remittitis: hęc firmissima fidei fundamenta uocatis & esse uultis. Cum igit Agatho dicat doctrinā Petri amplectendā, quid hęc ad Pontifices Romanos, qui eius doctrina & uerbo neglecto, traditiones suas, decreta, canones & nugas Ecclesiæ proposuere & obtrusere contra Petri doctrinā? Non enim quia illam sedē occupauere, ideo Petri apostoli autoritate omnia gerī & administrari existimant. Diuersissima sunt sedes Petri, ut uos quidem intelligitis, & doctrina Petri: hęc extat tum in Actis apostolorum, tum in epistolis à se descriptis, tum etiam in Marco, quas & nos amplectimur, & per omnia sequi profitemur. Cum illa uero antichristi sede, quam per tyrannidem rapuit, nihil nobis commune esse scias. Quod si per Petri auctoritatē Agatho intelligit sua, si uerū uel praedecessorum uel successorū decreta, eaq; omnib. amplectenda, nomine Petri persuadere conat: scias Asote nos domesticū testē non agnoscere, neq; testimoniuū eius recipere. Quid emī mirum, q; homines ambitiosi, perpetuò suę sedis auctoritatē quocunq; modo potuerunt, etiam ui, dolo, fraude, mēdacijs & imposturis uolunt amplificare? Vtitur, inquit Asotus, in ea Epistola Agatho auctoritatib. Patrū: deniq; nō est obscurū in hac sexta synodo factū esse à catholicis, & ab hereticis Patrū auctoritatibus, & diligenter inuestigatum ueterum illorum sensum collatione exemplarium, &c.

Hęc omnia, sicut etiam præcedentia, aliud non uolunt, quācum cum Pontificem Romanum, & synodum sextam Patrum auctoritatibus uitidemus, quod Romano Pontifici & synodo liceat exemplo illorum, Patrum testimonij uti in ijs quæ non sint contra scripturam: cum haeretici suorum dogmatum ex Patribus patrociniū peterent, sc̄p illis sua confirmaturos reciperent, atq; ita Patres pro iudicibus agnoscerent (Dicit enim Asotus à catholicis & ab hereticis Patrum auctoritatib. actū est, diligenter inuestigatum illorum sensum) recte à synodo factum est, quod contra illos, qui suum errorem ex Patribus probare conabantur, Patrum testimonij

testimonij sunt usi, & ex illis errorem monstrarint, atq; cōuicerint. Quod si hæretici in disputatione, Patrum authoritatem admittere noluissent, quid tum facturum concilium arbitraris? Hæreticos proclamassent, qui Patrum autoritate teneri nollent? Ita quidem Asotus cum sua cohorte vociferatur. Sed longè aliter Augustinus sensit, & egit cum hæreticis disputans. Remoueri enim uoluit concilia, etiā Nicænum, non obtrudere *Vide cap.* Patrum authoritatem, neq; se petere ab hæreticis ut hæc recipiant, sicut præcedens, neq; ipse illorum, uel conciliorum, uel doctorum authoritate teneatur: & communibus utriusque sacris canoniceis scriptis causam cognosci, & dijudicari. Cuius si uos filii estis, discipuli & successores, exemplum sequimini, & multo erit facilior dijunctio.

Cæterū quod Asotus concludit uane & minus sincerē quam deceat uirum grauem, Brentum reprehendere, quod ad Patres in dubijs de sensu scripturæ, & dogmatibus fidei remittat: id certe nondum est uel testimonij ex Patribus, uel argumentis alijs & rationibus probatum. Criminatio hæc tantum est, non probatio. Hoc enim Asotus tantum exemplis aliquot collectis egit, ut probaret usos esse Patres, similiter & concilia, Patrum præcedentium testimonij: sed quod ex Patribus dubijs scripturæ sensus interpretatio & dogmatum fidei atq; controversiarum dijunctio sit petenda, & non potius scripture per scripturam interpretanda, omnium salutis, uidelicet dogmatum dubiorum, controversiarum, & totius religionis negotium ex eadem sacra scripture petenda, id uero nunquam Asotus omnium Patrum agmine stipatus euincet. Superioris enim cum ex sacra scripture, tum etiam illis ipsis Patrum testimonij euidenter demonstratum est, sacram scripture per se ipsam, collatione locorum interpretandam, nam que alibi obscurius dicantur, alibi habere manifestius. quod si quis de sensu alicuius loci scripture dubitet, qui ambiguus & dubius uideatur, succurriri posse alio certo & perspicuo. Similiter ostensum est controversias religionis ex eadem sacra scripture dijunctadas. Non igitur uane & minus sincerē Asote, Brentius te reprehendit, quod hæc quæ scripture proprie conueniunt, Patribus, contra ipsorum mentem & uoluntatem tribuas: quod uidelicet ex ipsis dubijs scripturæ sensus interpretatio & dogmatum, controversiarumq; religionis dijunctio sit petenda: atq; ita sacram scripture, que Regina & domina, seruis ipsius subiectias.

ANNOTATA IN CAP. LXXII.

Conatur ea quæ à Brentio contra auctoritatem Patrum obiecta uidebantur, uidelicet quod, quia in Patrum scriptis varij errores & interpretationes scripture pugnantes reperiuntur, ideo ex illis neq; scripture interpretatione & sensum certum, neq; etiam controversiarum religionis dijunctio peti posse, Asotus refutare. Id uero facillime & sine negotio facit, dicens: *Quid ad nos, quod unus aut alter in hac autilla disputatione etiam errauerit à ueritate scripture, &c.* Item quod in Patribus sint pugnantes interpretationes scripture, & si forte nonnunquam uerum est, nec id quicquam nobis officit. In Patrum scriptis etiū errores esse non libenter fateatur (quia id suo proposito parum seruiebat) & pugnantes scripture interpretationes: tamen nihilominus ex ijs uerum scripture sensum alias dubijs & controversias atq; dubia fidei debere iudicari, pugnat. Et ita quod leuius & mitius est dicit, eos à ueritate scripture errasse, & aliquid ignorasse. Quod si ipsi contrarias habent atq; pugnantes circa scripture interpretationem sententias, qui quæso te ex illis uerum scripture sensum eliciemus? Si à ueritate scripture aberrarunt Patres, quomodo scripture interpres erunt idonei? Si errat, quomodo dubia fidei & controversias religionis hoc tempore exorientes dijunctabimus?

Et

Et quomodo conscientijs nostris, quæ ex uerbo Dei infallibili, quod omni caret errore, sanari, & contra dubitationes erigi possunt, ut in eo acquiescant, consuletur id scilicet curat Asotus, cum & dubitatum esse doceat, & Ecclesiæ dogma esse sentiat. quod sane de Asotica Ecclesia uerum est. Sed iuxta Asoticam, uel Alsininam potius Dialecticam optima est cōsequentiā: Patres habent errores, Ergo ex illorum scriptis errores, & controvērsia atq; dubia religionis & fidei sunt dījudicanda. Patres habēt interpretationes scripturæ pugnantes, Ergo dubius scripturæ sensus ex illos colligendus. Patres à scripturæ ueritate errant, ergo ipsi sunt pro interpretib; scripturæ agnoscendi.

Cap. 69. Magno autem studio hoc capite laborat, ut Patres ab omni errore & contrarietatis nota liberet: ideoq; uel excusat, uel etiam defendit, contra id quod supra dixerat, Patres proprias suas habere sententias, contrarias, ab Ecclesia damnatas, à communib; Ecclesiæ dogmatibus alienas. Et hīc Patres à ueritate scripturæ errasse.

Ita scilicet falsitas & mendacia sibi constant. Verūm hæc omnia, quia pro Ecclesia Romana pugnat, & ab illius consortio nusquam deflectit, ita ut ne quidem aquam benedictam, aut cereum remitteret, facile condonari possunt: & non tantum condonari, sed etiam ingentibus præmiis ornari. Piæ quidem humanitatis est, imbecillitatem Patrum boni consulere: sed manifestos illorum errores uel excusare, uel defendere, extremae est impudentia, & ne ab ipsis quidem Patribus unquam approbatur.

Magnus ille literarum restaurator Erasmus, antiquitatis, & in primis Patrum studiosissimus lector, quod labores ipsius in restituendis eis sati te stantur, præfatione in Hilarium in hunc modum scribit: An hoc agitur, ne quis putet in veterum libris esse quicquam erroris? Atqui laterē, ut aiunt, lauerit, quisquis istuc conetur. Hanc felicitatem Deus solis diuinis uoluminibus peculiarem esse uoluit. Alioquin nemo quantumvis eruditus & oculatus non labitur, non cæcutit alicubi, uidelicet ut omnes meminerint homines esse, & à nobis cum delectu & iudicio, simūlque cum uenia legantur, ut homines.

Rom. 1. Sed forte ineptus uidebor, qui contra Asotum monachum Erasmi auctoritate utar: cum ab hoc hominum ordine, libri aliqui ipsius sint, ut de haeresi Lutherana suspecti, damnati. Scimus enim neminem istis fucis probari, nisi qui per omnia Romani idoli placita, & lernę illius fordes sapiat. Sed hæc hactenus in genere, uideamus iam etiam ea quæ ab Asoto dicuntur. Cum enim quæsiuisset Brentius, qui nam hi Patres essent, & nominari uoluisset: Respondit ex Gelasij Epistola decretali, illos scilicet esse orthodoxos, qui in nullo à consortio sancte Romanæ Ecclesiæ deviant. Quod si Romanam Ecclesiam sanctam intelligit illam, quæ fuit tempore Apostolorum Petri & Pauli, cum fides illorum prædicaretur in toto mundo: concedimus sane. Sed ubi illos Patres reperies, qui in nullum unquam errorem lapisi sunt? Si uero de ista præsentí Pontificia Ecclesia, eius dogmatibus & statu intelligat, profectò ex uetusioribus illis Patribus, qui ante annos non dicam mille, sed quingentos uixerere, nullus omnino ex illorum omnium numero ferè erit orthodoxus. Nullus enim fere est omnium, qui non in multis ab hac deviarit, quod scripta ipsorū testantur, & eius rei in cap. 69, speciem dedimus.

Ideoq; quod ex Vincentio illo Lirinensi assert, quod ubiq; quod semper, quod ab omnibus creditum est, id tenemus: quod propriè & uerè catholicum est, hoc facimus, sequentes universitatem, antiquitatem, & confessionem, &c. quam uerū sit, quantumq; ualeat, nemo est qui non uideat, & longa adhuc opus habet probatione. Nam quod hodie Pōtificia Ecclesia

Ecclesia sequatur id, quod ubique & semper, atque ab omnibus est credi-
tum, id uero per negamus, & in capite 69 contrarium est probatum, simi-
liter & circa initium huius nostri tractatus cap. 3. Hec quidem ita à Vin-
centio illo Lirinensi, quicunque fuerit, dicunt, Asote referete, & repeten-
te. Verum Asote scias, lege temporibus Vincentij Lirinensis alium fuisse
Ecclesiæ Romanæ statum, quam iam sit. Nihil ergo ad uos Vincentij te-
stimonium. Multo uerius est, quod semper & ubique, & in omnibus nati-
onibus aliqui fuerint, qui tyrannidi Pontificis Romani, eiusque dogmati-
bus reclamauere: imo tota orientalis & Græca Ecclesia semper contra-
dixit in plurimis. Nunquam agnouit primatum Romanu*m* idol*m*, nunquam
purgatorium: semper retinuit coniugium sacerdotum contra Romanam
Ecclesiam. Quamprimum uero sibi haec persuaderi, ut reciperent, passi
sunt, Constantinopolis & tota Græcia à Turcis est occupata, & subiugata:
ne scilicet hoc in pœnam schismatis, & quod Romanu*m* pontificem, eius
primatum, & decreta agnoscere noluerint, accidisse garrire possis. Ut
quid tibi haec placent Asote? Quod si traditiones Apostolicas obijicias,
quarum testis sit Romana Ecclesia ab Apostolis fundata: Quasi uero Ec-
clesiae illæ Græce non sint ab Apostolo Paulo fundatae: Ita scilicet uerum
est, quod Asotus asserit, se id, quod semper, ubique, & ab omnibus est cre-
ditum, tenere, & deinde addit: Quod propriè & uerè catholicum est, hoc
facimus, sequentes uniuersitatem, antiquitatem, & consensionem. Cur
non potius Asote, quod prophetæ & Apostoli, qui nobis doctores au-
diendi proponuntur, docuere, sequeris, quibus nihil antiquius, nihil ue-
rius, & certius? Patres, Patres, perpetuo uociferaris, & ingeminas.
Nos ueros Ecclesiæ Patres, diuinitus nobis commendatos, prophetas
& Apostolos tibi opponimus, à quibus etiamsi, quod tamen impossibile
est, ubique semper & ab omnibus discessum esset: tamen id minime sequi
teneremur. Hoc modo cum à sacrosanctis, certis, firmis, & perspicuis
spiritus sancti oraculis, quæ in propheticis & Apostolicis literis nobis
immensa Dei bonitate ad ædificationem, perfectionem, & salutem sunt
donata, nos ad scriptores Ecclesiasticos, eorumque consensum ablega-
set: ut illorum sensum ex horum interpretatione & consensu disceremus,
addit, Nonquid hoc est à luce ad tenebras ire, & à scripture splendore ad hu-
mani sensus tenebras? Et non potius ab hereticorum, quas offundunt
scripturæ sacræ, & fidei tenebris ad lucem, &c. & à literis, & scripture exte-
na, ad scriptam ab ipso spiritu sancto in cordibus uiuam & certam con-
uerti: quod constat hos omnes Patres egisse. Non reiçimus Eccle-
sie uerae & Patrum consensum. Sed tamennon quilibet consensus appro-
bandus est. Sæpe enim consuetudine sui temporis, cuius magna uis, &
propemodum tyrannis est, Patres uicti, minus commodè de quibusdam
scripsere: & quod amplius est, etiam sui temporis consuetudinem, quam
tamen non probauere, sed aliquid incômodi habere intellexerunt, pro-
pter multitudinis consensum & personas (ut uocat Augustinus) uel san-
ctas uel turbulentas liberius reprehendere ausi non sunt, quod suprà ex
Augustino hoc de se profitente probauimus. Quod uero dicit, cum nos
à scripture ad Patres remittat, hoc non esse à luce ad tenebras, hoc est, à ^{Augustinus}
splendore scripture ad humani sensus tenebras ire, sed ab hereticorum, ^{Epistola} 119.
quas offundunt scripture sacræ, & fidei, tenebris ad lucem: primùm nihil
cum hereticis, eorumque corruptelis commune habemus. Si uero heretici
sunt qui à Patrum scriptis & sententia recedunt, ad scripta prophetica
& Apostolica se conferunt, certè uos Papales millies heretici estis, qui
sana Patrum dogmata respuitis, quod suprà multis exemplis probatum ^{Cap. 63.}
est: & tantum ex auro stercore & feces colligitis, ut absurdos uestros er-

IN CAPVT LXXII.

35
rores aliquo colore, & prætextu antiquitatis & Patrum, pallietis ac male tegatis. Deinde contra ipsorum Patrū sententiam & uoluntatem facis Asote, qui nos à scripturis sacris, ad ipsos remittis. quod copiose & uerè est probatum illorum testimonij. Nihilominus Asotus hoc esse dicit, à literis & scripture externa, ad scriptam ab ipso spiritu sancto in cordibus uiuam & certam conuerti. sacram scripturam, externam uocat, & literas: Patrum uero scripture à spiritu sancto scriptam in cordibus uiuam, & certam. An uero Asine sacra scripture non est à spiritu sancto, non certa, non uiua, cum hoc modo distinguas inter illam, & Patrū scripta? Quo modo uiuus sermo Dei dicitur? Vide, quid ueterator, hostis sacre scripture agat? Ab hac certa, & indubitate, manifesta, & perspicua, à spiritu sancto profecta, nobisq; proposita & commendata, quæ illi externa dicuntur, & supralitera occidens, ad aliā quandā, quæ illi uiua & certa, per spiritū sanctum intus in cordibus scriptā, Patrū scilicet, puocat. An uero illa Patrum scripta nō sunt externa, sed interna spiritualia: Sacrae uero canonicae non spirituales, sed carnales? Aut num Patrū scripta certiora sunt & clariora Propheticis, & Apostolicis? Et Patres maiorib. spiritus sancti donis ornati? An uero Apostoli, aut nō potuerunt, aut nō uoluerunt, ea quæ intelligenter, & docere uellent, manifeste & perspicue proponere?

Eph. 1.
Hebr. 4.

Luc. 16.
Ies. 8.

Cur igitur ad sacram scripturam ubiq; remittimur, Mosem habent, & prophetas, hos audiant. quod si hos nō audierint, neq; si quis ex mortuis resurgat, multo minus Patres, audiet. Ad legē & testimonia eius. Atten-

dectioni. Nostri enim sacras literas ab infantia.

Et tu Asote, vide quam prouinciam assumpseris, quam difficilem, cum quibus Patribus tibi sit congrediendum. Ad interiorem quandam mysticam, & abstrusam nos reuocas theologiam. Quid uero illud sit, quod institutus sit scriptum, nos ignoramus. Certe nō ad interiores illas Enthusiastarum (qui ambulant in mirabilibus super se) contemplationes & illuminationes mittendi sumus. At hi, inquit, scripture & Ecclesiæ sensum de-scripsere, cum scripture sit obscura, dubia & ambigua? Ad hanc in prece- dentibus est responsum: & unde scripture interpretatione petenda, demon- stratum. Nec scripturas obscuras esse nisi excæcatis. In dubium uero non uocari, nisi à blasphemis, desperatis, & diabolis.

Iam cordis sui malitiā prodit Asotus, cur scilicet hoc modo scripturas reprehenderit, obscuras esse. Mortuam literam, externā, dubiam, & ambiguum subinde nominans, & in dubijs atq; controversijs religionis uerè Ecclesiæ cōsensum, & Patrū Dogmata, sequenda existimet. Hoc em̄ si fiat, actum erit nō tantum de capitulo & cuncto Asotī, sed totū regnum Papisticum iā euersum in puluere iaceret. Sed quia ex Patribus uel male intellexis, uel quia alicubi homines se fuisse demonstrarūt, & sui temporis consuetudinem sequuti, deniq; quia pontificij ex traditionibus dubijs, & incertis, quas ppter antiquitatē admirantur, cum scripturarū authoritate premuntur, & splendore illius noctuarum illarum oculi perstringunt, rere latebras, & diuerticula atq; subterfugia inuenire se posse arbitrant, & ut tandem ad scrinium pectoris pontificij, quod & summū, & cœlestē oraculū, à quo, ne si quidē innumeræ animæ cateruatim in tartarū abiace-rent, appellandū sit, perueniat. Cumq; Brentius, ut re ipsa manifestum dijudicationē peti, sed potius ex sacra scripture: insigniores quorundam errores, quib. se homines fuisse p̄bauerunt, enumerasset: ualde ini- quo id fert animo Asotus, q; scilicet singulos Patres suspectos reddere, & autho-

& authoritate priuare sit conatus, quibus deinde addit, nauos quosdam, sive species potius errorum in Patribus querere, sinistre ea interpretari, & ex ijs offendiculum infirmis obijcere, quae candidè accepta etiam ædificare possent: hoc nihil aliud esse quam calumniari, præfertim cum hæc nihil ad rem faciant. Vera sunt hæc Asote. quod si Brentius hoc fecisset, nulla ratione excusari posset, nec ullam mereretur ueniam. Sed manifestos Patrum errores defendere, cuius hoc sit spiritus, uide. Non agnosce re uult Asotus ullos in Patribus errores, sed nauos tantum quosdam, & species errorum, quod sicut dicit unus aut alter in hac aut illa disputatio ne etiam errauerit à ueritate scripturæ: sed illud certò scimus, inquit, catholicos non propterea ab Ecclesiæ sensu recessisse, quanquam interim ignorauerint.

Errasse eos fatetur à scripturæ ueritate. Quod si ab hac errauerunt, quo modo queso te interpretes erunt scripturæ: Sed hoc fortasse uult Asotus, ut etiam in præcedentibus dixit, quod aliquando sensum aliquem in expositione scripturæ afferunt, cum scriptura alium sensum habeat, ita ut (quemadmodum hic sequitur) nō recesserint ab Ecclesiæ sensu, sed interim tantum ignorarūt. hoc quidem uerum est, propter hæc tantum neminem posse damnari: quæ si sola essent in Patribus, facile dissimulari possent. Sed quid hoc rei est Asote, tu' ne Patres errorib. liberabis, à quibus ipsi se nō immunes esse sunt confessi, id quod Augustinus de se fatur, inquiens: Neq; illo modo meas literas ab omni errato liberas audeo uel putare uel dicere. quid em, defendes ne hæc Patrum sequentia dicta:

Cyprian. lib. de Eleemosyna.

Beneficiū Christi in baptismo consumptum esse, postea per eleemosynam remissionem peccatorum petendam. An non enim Christus per Petuum, & solus saluator, nec honor iste eleemosynis tribuendus?

August. de
Bap. contra
Donat. lib.
5. cap. 17.

Basilius Homil. 1. de Ieiunio.

Lazarus per ieiunium in Paradisum ingressus.

Ambrosius libro de Virginib. 1.

Meritis uirginum delicta parentum redimuntur.

Idem libro de Uiduis.

Martyres proprio sanguine, si que haberunt peccata, lauerunt.

Idem libro decimo Epistolarum, 82.

Aut quæ salus nobis esse potest, nisi ieiunio nostra elucerimus peccata?

Idem sermone sexto, de Margarita.

Martyres profusione sui sanguinis salutem nobis pepererunt, qui iam sacrata hostia pro nostra propiciatione Domino sunt oblati.

Idem de Natali Domini, Serm. xv.

Nullum tam graue peccatum est, quod non eleemosynis extinguatur, purgetur abstinentia.

Idem Sermone xxxi.

Eleemosynam indulgentiorem esse quam lauacrum aquæ, quia his semel tantum uenia detur: illis toties quoties eleemosyna detur.

Idem lib. de Parad. cap. xiiii.

Et ideo dixit Adam peccatum suum, & reputatum ei ad ueniam,

Idem in 2 ad Cor. cap. vii.

Patientia est, quæ saluat homines.

Chrysost. in Genes. Homil. xxiiii. de Noach.

Cæterum quia alijs omnibus postea maliciam sectantibus, te solum in-

Zzz 2 ueni

ueni in tanta multitudine, qui primi parentis transgressionem reuocare possit, tecum statuam testamentum meum.

Idem Homil. 20. ex uarijs in Matthaeum locis.

Dicendo enim cum non esset soluendo, nihil aliud dicit, quam quod meritis vacuus erat, & nullum bonum opus habebat, quod imputaretur ei ad remissionem peccatorum. Imputans enim omnino nobis merita ad remissionem peccatorum. Sicut & fides imputatur ad iustitiam. Et quid dico fidem, & bona opera, quando etiam tribulationes imputantur nobis ad peccatorum abolitionem. Exemplo Lazari id probare conatur.

Idem in Marcum Homil. 6.

Lauabis me, & superniuem dealbabor. Quoniam ergo lauisti me per lacrymas meas, lacrymæ meæ, & patientia mea, mihi fuerunt pro baptisme.

Huiusmodi plurima apud Patres hinc inde est inuenire, hi certè non sunt næui tantum, & species errorum, sed grauissimi, & non dissimilandi errores, licet Asotus non multum ab his absit, aut fortassis etiam candida sua interpretatione ad ædificationē facere pronunciabit. Quia hoc modo homines ad bona opera, eleemosynas, ieiunia, pœnitentiam, patientiam, &c. excitari possint, & debeant. Hæc non eo cōsilio à nobis sunt commemorata, quod erratis his Patrum delectemur, eosq; deridendos proponere uoluerimus: parcere eñi eis, & errata eorū tegere malemus. Verum ad hoc impudentia Sotis nos cogit, qui errores in Patribus hoc loco esse negat, sed tantum species errorum, & næuos. Possemus quidem multo plura in medium proferre: sed non libet omnia illorum detegere: quin potius omnia dissimulare uoluissimus, nisi tāta esset in homine isto male feriato stoliditas, mentiendi libido, & uanitas.

Postea Asotus autoritatis Patrum uindex seuerissimus, & patronus errorum acerrimus, quo ipsos omni errore vacuos declareret, ad singulorū Patrum errores, quos Brentius obiecerat, ita respōdet, ut Asotū decebat.

De Origene & Tertulliano dicit, quod ab Ecclesia sint damnati. Cypri anum in causa baptismi hæreticorum errasse fatetur: sed deceptū prædecessoris sui exemplo, quod dum ab eo institutum uidit, putauit traditionē esse maiorum. Quid hic audio Asoter mitto iam, quod tamen errasse Cyprianum fateris, ergo ne uerē sensit Cyprianus, id, quod à suo prædecessore erat statutum, traditionem esse maiorum. Quid ais bone uir? Quod si Cyprianus sensit statutum sui prædecessoris, traditionem esse maiorum, & falsus est tam breui temporis spacio intercedente, ut ueritatem & certitudinem huius rei cognoscere nō potuerit, sed martyri sancto sit impositum: quidni nobis suspecte essent traditiones illæ apostolicæ, & quicquid traditionum nomine nobis obtruditur sine scriptura? Quid enim non factum putabimus annis propemodum mille, quib. Romanis Pontificibus licuit quod libuit?

De Cypriani hoc errore, qui secum in errorem plurimos Episcopos Aphricæ adduxit, & tametsi à Stephano Romano Episcopo moneretur, tamen acquiescere noluit, iam nihil dicam. Certè hoc uerum esse, quod Erasmus dixit, laterem lauare, qui Patres ab erroribus liberare & defendere conetur, apparet. Ideo non est monache, quod Brentium tanq; calumniatorem calumniaris ipse, quasi in Patribus næuos, & potius species errorū quæsierit; aut hunc errorem esse nega, quem fateris. Quæ igitur hæc non nugandi tantū libido, sed decipiendi simplices, & calumniandi bonus uiros studium?

De Hieronymo contra digamiam, uehementiorē eum fuisse in dehortando

tando à secundis nuptijs dicit, sed tamen salua fide. Et si enim aliquando conferat illas scortationi, tamen aperte dicat, se non damnare eas: tamen nec in his, nec in alijs unquam ab Ecclesia eum discessisse, nec ullo modo dogma fidei contrarium asservisse. Quid à patrono turpitudinis posset absurdius, aut quod magis sibi aduersaretur dici, aut singi, hac scurrili & impia falsitatis & erroris defensione? Hieronymus uehementior fuit in dehortando à secundis nuptijs, sed tamen id fecit salua fide. Quid ergo dixit contra illas? consert illas, inquit Asotus, scortationi, tamen non damnat. Quid Asote, an scortatio salua fide fieri potest? An scortatio nō est damnata? Planè hoc Asoticè, imò Papisticè ac canonice ab Asoto dicitur. Hi em̄ dicūt cum suo Euangelista, Crede mihi nō est flagitiū scortari adolescentem, sacrificulum, sed parvulū peccatum, pro quo dicat unum Misere. Cumq; Hieronymus secundas nuptias scortationi pares esse dixerit, & tamen non damnarit, iuxta Asotum, in hoc non discessit ab Ecclesia, nec dogma fidei contrarium asservuit. Ergo ne Asote, Ecclesia nuptias secundas scortationi consert? Quid uero Paulus dicit, Mulierem morte mariti liberari à lege uiri, ut nō sit adultera, si fuerit alteri uiro iuncta. Hieronymus aperte dicit esse prostitutam eiusmodi, his uerbis: Melius est em̄ licet alterum, & tertium, unum uirum nosse, quam plurimos: id est, tolerabilius est uni homini esse prostitutam, quam multis. Postea addit: Non damno digamos, imò nec trigamos, & (si dici potest) octogamos: plus aliquid inferam, etiā scortatorem recipio pœnitentē. hoc modo digamū non damnat, quo nec scortatore, si scilicet ab hoc atroci digamia peccato perinde atque à scortatione pœnitentiam agat. hoc scilicet Asote non est damnare. An uero hoc dogma est Ecclesiae? siccine Ecclesia cum Hieronymo cōtra Paulū sentit, secundas nuptias pares esse scortationi, & prostitutionis? Adhuc cum secundas nuptias scortationi cōferat Hieronymus, nec tamen damnet: sequitur hinc, quod nec scortationem damnet, atq; ita in hoc sentiat cum tota Ecclesia, quæ nec ipsa scortationē damnet, cū dicat Asotus Hieronymū in hoc non discessisse ab Ecclesia, nec dogma fidei contrarium asservuerit: hinc intelligimus de qua Ecclesia Asotus, & de qua fide loquatur, uidelicet de illa quæ iudicat scortationē & prostitutionē, non esse peccatum. huc autem est malignantium Ecclesia, & synagoga Sathanæ, qui Deus est immundicie, scortationis, & turpitudinis, qui delectatur his cardinalib. uirtutibus. Sic scilicet est defendēda Patriū auctoritas, contra istos nouatores hæreticos, qui neuos & species errorū in Patribus quærunt.

Postremus est Augustinus, qui cum Retractionum libros scripserit, inquit Asotus, quæ nō retractauit, bis ab eo confirmata sunt, quare maioris sint auctoritatis. hec est Asotica consequentia, quam certè Augustinus ipse nō agnoscit, quod ea quæ non retractauit, ideo omnia bis confirmata, de Bono certa, firma & rata esse, aut haberi uoluerit. Ita enim ipse de se scribit, cum persecuerat, in illo ipso Retractionū labore uersaretur. Quamvis neminē uelim sic cap. 21. amplecti mea omnia, ut me sequatur, nisi in ijs, quibus me nō errare perspererit. Nam ppter ea nūc facio libros, in quibus opuscula mea retractāda suscepī, ut nec me ipsum in omnib. me sequuntū fuisse demonstrem: sed proficenter me existimo, Deo miserāte, scripsisse, nō tamē à perfectione capisse. Quandoquidē arrogantius loquor, quam uerius, si uel nūc dico me ad perfectionem sine ullo errore iam in ista ætate uenisse.

Idem de anima & eius orig. lib. 4. cap. I.

Nec em̄ negare debeo, sicut in ipsis morib. ita multa esse in tā multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate culpari.

Quod uero excusat & defendit Augustini factum, quod infantes com
Zzz ; municauit,

municauit, eo quod non fuerit eius rei author, id Brentius non dicit. Cō
 Ep istola stat ēm Cypriani temporib. fuisse usitatū, sicut Augustinus ipse ex sermo
 * 4. ne 5. Cypriani de lapsis refert. Verum non queris utrum Augustinus ipse
 primus fuerit author, sed an recte fecerit, infantib. Eucharistiā porrigitē,
 Quod uero Asotus dicit, Apparet nonunquam suo tēpore fuisse actū ita
 in Ecclesijs, & hac cōsuetudine accepisse illū argumētum contra Pelagi
 anos, &c. recte admonet Asotus Patres consuetudinē sui tēporis non sem
 per optimā absq; diligentiori consideratione sequitos. qd & Augusti
 no hac in re accidit. Errasse em ipsum cū tota Africana Ecclesia dubium
 non est: aut certe tota Ecclesia male fecit, & adhuc peccat intermissione
 & abrogatione huius consuetudinis. Alterutram errasse certū est. Vtū
 uolet, eliat Asotus. Item addit Asotus, Augustinū haec uerba, Nisi man
 ducaueritis carnē filij hominis, non habebitis uitam in uobis, ad spiritualē
 manducaitionē magis referre, in illum ipsum locū Ioannis: quod si ita est,
 certe Augustinus sibi ipsi in huius loci interpretatione aduersat. Nam alt
 De uerbis bī ita inquit: Infantes sunt, sed mense eius participes fiunt, ut habeant in se
 Apostoli uitā. Vtram ergo interpretationē recipiemus, cū ipse sibi non constet: Hic
 serm. 8. de sacramētali communione interpretat, illic uero de spirituali. Cumq;
 hoc nobis accidat isto in loco cū Augustino, ut dubia sit eius interpreta
 tio scripture, quid futurū putamus, si omnes Patres diligenter examinandē
 essent, ut ex illis scripture interpretationē acciperemus: Bone Deus, que
 confusio, quā conciliationes, quā contraria, pugnantia, diuersitates, &
 alia innumera impedimenta se nobis oblatura essent, ita ut multo magis
 dubiū inde redderemur q̄ antea frissimus, & in labyrinthos ex quib. nos
 nunq; euoluere possemus, incideremus, & obscuratio magis quam inter
 pretatio post immensos labores exhaustos, futura esset: Sic scilicet Pa
 trum auctoritas defendit, cum illos errasse negamus, sic quomodo con
 ciliū hoc Asotice Ecclesiae, de interpretatione scripturæ ex Patrib. pro
 cessurum sit, obiter specimen uidere licuit. qua de re ultimō Asotus agit
 his uerbis: Quod Brentius assumpsit in Patrib. esse pugnantes interpre
 tationes scripturæ, et si forte nonnunq; uerū est, nec id quicq; nobis offi
 cit, q̄ consensum Patriū seqm, non tamē est pbatum ab eo. Non officit,
 inquit Asotus, nobis, q̄ in Patrib. pugnantes sunt scripturæ interpre
 tationes. quare: Quidam, inquit, cōsensum Patriū seqm, ergo ne ubi cōsen
 tiunt, recte sentire: ubi uero non consentiunt, errasse existimādi sunt: Por
 contrarias eos habuisse sententias. Cui igit fidem habebimus? Quis nos
 certiores reddet uter Ecclesiae sensum sit sequitus, cum utriq; id se fecisse
 arbitren̄: Quod si alterutru errasse necesse est, quis iudicabit de sententiā
 ueritate: Ecclesia, inquires, nouit sensum. haec erit iudex, sed unde nouit
 sensum scripturæ, nisi ex Patriū interpretatione, qui eum descripsere? At
 hi ipsi contrarias habent interpretationes. unde igit cū in multis non con
 sentiant, interpretationē petemus: Et quando hoc iudicium est futurū, ut
 Ecclesia omnes Patriū sententias pugnantes cōciliet: Ad Kalēdas Gr̄
 cas. Vbi uero? in Utopia. Cū uero Sotus ille dicat, Et si forte uerū sit nō
 nunq; in Patrib. pugnantes esse sententias, tamē hoc à Brentio non esse pba
 tum, eludit em Sophista exēplum ab ipso pductum, licet ualde frigidē,
 dicens non potest simul cōtrarios habere sensus. hic locus Christi apud Ioannē nō
 potest simul & de sacramentali, & de spirituali manducaitione tantum,
 intelligi. Ideo ne habeat qd dicat, ppositū esse aliquid, & nō pbatū, ma
 nifestē exēplis adductis pbabimus. Inuitus quidē huc descendō, sicut &
 superius importunitate Soti coacti, errores quosdā Patriū crassissimos p
 duximus. Ne hoc argumenti genere delectamur, sed Asoto id tribuen
 dum

dum est, q̄ sua im̄pbitate nos cogit, ut hæc in mediū p̄feramus. Etsi aut̄ ad eō certū sit, nō solū diuersas, sed etiā pugnantes scripturæ interpretationes in Patrib. esse, ut nemo id nisi uel imperitissimus in eorū lectione, uel impudentissimus negare posset: tamē ueterator hic, ut scenæ seruat, & ne à causa quam agendā & defendendā suscepit, cecidisse uideat, dubitandi uocabulis utitur, Fortè, Videtur: Item, Non est probatū à Brentio. Nos ergo plurib. exemplis probabimus.

Ambr. lib. de Paradiso cap. xiiii.

Et ideo Adam dixit peccatum suum, & reputatum est ei ad ueniam.

Non dico iā, hāc esse nō scripturæ interpretationē, sed depravationē, omnino scripture totius sententię cōtrariam: & qđ ad confessionē peccati Adæ attinet, q̄ translatione culpæ utitur, & q̄ confessio sit ei ad ueniam imputata, qđ ioli fidei tribuit: sed quod Augustinus omnino cōtrariam & pugnantem interpretationem habeat.

Gen. 15.

Psal. 32.

Rom. 4.

August. de Genesi contra Manich. lib. 2. cap. 17.

Deinde iā more superbie, in senō accusat (Adam) quod cōsensit mulier, sed in mulierē refundit culpā suam: & sic subtiliter quasi de astutia, quam miser conceperat, uoluīt ad ipsum Deū pertinere, quod peccauit. Non em̄ ait, Mulier dedit mihi: sed addidit dices, Mulier quam dedisti mihi, post ea, quoniam in maiestate par illi (Deo) esset potuit tā lapsus, & facens in peccato suo, parē sibi facere eum conat, uel potius illum uult ostendere peccasse, se autem esse innocentem.

Quid hic dicitur es Sote, forte uerum est pugnantes has esse interpretationes, sed nondum est probatum.

Porro, quid de simulatione Petri, quæ à Paulo in Epistola ad Galat. 2. cap. describitur, dicā, q̄i pugnantes & cōtrariæ sint interpretationes Augustini, & Hieronymi, plurimis Epistolis ab utroq; nō sine magna animi offenditione, & acerbitate, addo, inuectiuis Hieronymi, tractatæ? Hic ne quoque dubitabis Monache?

De hoc ui-
de Epistol.
August. ab
octaua usq;
ad 19.

August. libro contra Donatistas post collationem cap. 20.

Vestem nuptiale interpretatur de charitate, inquiens: Illi aut̄ non habent vestem nuptialem, hoc est fidelissimam sponsi charitatem.

Ambros. lib. 5. Epistolarum xxii.

De Christo fide apprehenso interpretatur, dicens: Christus indumentum credentium, amictus fidelium.

Sed quid facio exēplo pugnantiū interpretationū ex Patrib. enumera-
ns, cū ne quidē ingens uolumē ijs describendis sufficeret? Vide em̄ totū
librū Sententiarū. Nec uero diuersi Patres, pugnantes inter se solū scri-
pturæ interpretationes habent: sed iđem secū ipū pugnat, & à semetipſis
dissentīt, unū & cundē scripturæ locū diuersimodē interpretantes, pla-
ne cōtrarios de eadē re sententias habent. qđ exēplis manifestū faciemus.

Cypr. lib. 1. Epistolarum. 3.

Affirmat Ecclesiā super Petrum à Domīno ædificatam.

Idem de exhortatione Martyrj.

Dicit Ecclesiā primam, & unam, super petrā, Domini uoce fundatam.

Ambros. Sermone 6.

Martyres sui sanguinis profusione salutem nobis peperisse.

Idem Serm. 66.

(exemplum.

Christi passio nobis sufficit ad salutē: Apostolorum contulit nobis ad

August. Epistola 50.

Quicquid post baptismum humanæ naturæ infirmitate contrahitur,
propter ipsum baptismum remittitur,

Idem Epist. LIV.

Quicquid post eam, quæ in baptismo fit peccatorum ablutionem, pec-
camus, misericordiæ sacrificijs expiatur.

Et ille ipse locus Matth. 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam
meam, quam diuersimodè à Patribus est enarratus, quam pugnantes &
contrarias interpretationes habent & longum esset & hæc, & alia multa
his similia in medium afferre. Puto autem his exemplis satis probatum,
quod Aſotus dubitanter, forte nonnunquam uerum esse, inuitus fatetur,
in Patribus pugnantes esse locorum scripturæ interpretationes.

Quæ cum ita se habeant, manifestum est, nos ex ipsorum scriptis, sacre
scripture interpretationes certas non posse petere in dubijs & contro-
versijs fidei. Neque ita uerecundia ipsis Patribus sumus obligati, ut illo-
rum interpretatio sit nobis per omnia sequenda, ut non liceat nobis ab
illa recedere, cognita ex ipsa scriptura, diligentius inspecta, meliori & cer-
tiore sententia, luxta illud: Si sedenti fuerit reuelatum, taceat prior.

August. Epist. cxi.

Neq; enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum & lau-
datorum hominū, uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis
non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in
eorum scriptis improbare, atq; respuere, si forte inuenierimus quod ali-
ter senserint quam ueritas habet, diuino adiutorio uel ab alijs intellecta,
uel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales uolo esse intellectores
meorum. Concludit autem hunc de Patribus tractatum hisce uerbis Alo-
tus: Nunc satis nobis stabilita est Patrum auctoritas: satis ostensum est,
quæ sit necessitas, quæ utilitas, & usus illius.

Mirum autem est, quod quatuor tantum capitulis absoluenter rem ma-
ximi momenti, cum de traditionibus non scriptis ualde fuerit prolixus,
& iam in sequentibus de uiuorum Patrū auctoritate pluribus agat. Id cer-
te hanc ob causam maximè factum esse iudico, quod minus fiducie in
Patrum scripta collocarit, utpote quos norit sibi aduersari, quod cap.^{69.}
demonstratum est, quam in traditiones nō scriptas, & Patres suos uiuos,
quos teterimos, absurdissimos, & pestilentissimos non solum abusus,
sed etiam errores palpabiles defendere & propugnare secum non igno-
rat. Ideo quod Patrum scripta attinet, uelitatione tantum obiter usus est,
non iusta acie congregandi uoluit. Spero autem, ita ad Soticam opinionem,
cum sacræ scripturæ, tum Patrum testimonijs responsum, eamque refu-
tam, ut Lectori sit satis factum.

QVINTVS LOCVS

DE CONCILIIS.

ANNOTATA IN CAP. LXXIII.

Georg. Na-
zian. Epi-
stola ad
Procopij.



Ts dubium non sit, quin uerissime scribat Nazianzenus
de suorum temporum omnibus concilijs, se ideo omnem
Episcoporum fugere conuentum, propterea quod nullius
concilij finem bonum uiderit, & quod nō magis malorum
accessionem, quam solutionem haberet. Id enim malitia fit
Diaboli, qui odio Dei & hominum, dissidia non modò
excitat in Ecclesia, sed etiā inter viros eruditione prestantes fouet: tamē li-
benter cōcedimus nullum esse nec melius, nec certius remedij, nouis in
religione

religione exortis controversijs finiendis, quām si uerorum Episcoporum conueniat synodus, in qua nouum dogma excutiatur: non quōd propter multitudinem, consensum, uel personarum authoritatem dogmata, & definitiones fidei sint recipienda: uel singulis, qui iudicium de controversijs ex uerbo dicī faciunt, minus sit credendum: sed quōd plus ponderis apud plerosq; habeat eiusmodi dijūdicatio, in quam Doctores & pastores pleriq; Ecclesiæ consenserunt, quām si quisq; domi priuatim conceptam populo traderet, uel pauci quidam eam conficerent. Et hoc modo in unū collecti doctores, Episcopi, pastores, & alijs qui ex singulis ordinibus adhibendi sunt, commodius multo in commune delibes, & conferunt atque communicant consilia, & ex collatione ac conversatione ueritatem eruunt, & communem quandam formam consti- tuunt ex sacra scriptura desumptam, qua communiter in docendo utantur, ne diuersitas apud infirmos offendiculum pariat.

Hanc rationem Paulus ipse prescribit obseruandam singulis Ecclesijs in dijūdicatione dogmatum. Nam cum singulas Ecclesiæ controversias apud se exortas dijūdicare uelit, eo ipso monet, quid in grauioribus, ubi tota turbatur Ecclesia nouo, & inuisito dogmate fieri uelit, uidelicet, ut negotium ad totam deferatur Ecclesiam, & omnes cōmunem eius cognitionem suscipiant, examinent, & diligentij inquisitione habita, ex uerbo Dei prouincient, quo & omnis dubitatio ē medio apud auditores tol- latur, & ora aduersariorum obstruantur. Idq; nos suo exemplo Apo- stoli docuit. Orto enim dissidio inter se & falsos quosdam doctores de circumcisione, ascenderunt Paulus, & Barnabas, & alijs quidam ex alijs ad Apostolos & presbyteros Hierosolymam, ut hæc quæstio definiretur. Haec causa fuit & hoc consilium, quo concilia quatuor generalia sunt in- dicta & conuocata à pījs Imperatoribus.

Non autem potestatem habent concilia ullos nouos fidei articulos aut dogmata condendi, quia doctrina de essentia, & uoluntate Dei, sa- cramentis, alijsq; rebus ad salutem necessarijs, supra & extra conspectum rationis posita, non potuit, nec potest ab ullis angelis uel hominibus acie- mentis creatæ excogitari, aut à seipso deprehendi: Sed filius Dei qui est in sinu Patris, & ideo etiam ἀόγος à Ioanne dicitur, tanquam ex arcana se- de patris prodiens, edito certo uerbo, & illustribus testimonij, eam ge- neri humano patefecit. Hoc uerbum Deus Ecclesiæ commendauit, pro- pagari iussit, & per id uult agnoscī, & inuocari.

Quare concilia non gignunt noua dignata, sed tantum profitentur sententias prius in scriptis propheticis & Apostolicis traditas, & ostendunt ex collatione locorum, quomodo hæc dicta prophetica & Apo- stolica intelligant: atque testantur se amplecti dogma aliquod, quia non sit commenticium, sed uera authoritate in sacra scriptura traditum, cuius collatione se conuinci ostendunt eam sententiam, quam profiten- tur, ueram esse.

Vt cum blasphemō ore Arius uirus suum euomeret, & negaret fili- um Dei esse coæternum patri, eiusdem naturæ, & substantiæ: conuo- cata est studio & diligentia pīssimi Imperatoris Constantini synodus: hic, nec ulli angelo, nec homini, quantumuis magna sapientia, pietate, eruditione aut uirtute prædicto, hæc potestas tribuenda fuit, ut de re tan- ta statueret suo iudicio, sine uerbo Dei & scripturæ sacræ testimonio: sed pī Episcopi & doctores Ecclesiæ, à Constantino iubentur ex Euangeli- cis & Propheticis scriptis, quæ in medio erant, quæstionis huius solu- nem sumere: unde etiam æterna Christi diuinitas est asserta, Ecclesiæ pax restituta, & os sacrilegum obturatum.

Tantum

^{Cor. 14.}

^{A. 15.}

Tantum igitur abest, ut uel negemus, uel fugiamus legitima concilia, ut ea maxime necessaria & salutaria esse affirmemus: & disertè dicimus, Deum uelle iudicia doctrinæ in Ecclesia propter multas grauissimas causas, ut uera doctrina conseruetur, & falsa refutetur: ut collatione dictorum propheticorum & apostolicorum erudiantur, & confirmantur imbecilliores, & errantes in uiam reuocentur. Vult etiam Deus semper in Ecclesia cœtum aliquem esse, communī confessionē testificantem de doctrina. Et ut sciri possit, quæ, & ubi sit Ecclesia, sicut scriptum est, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: Et ut imbecilliora membra Ecclesiæ passim sparsa confirmantur, & cognita doctrinorū confessionē audiant, discant, rectius inuocent Deum, & se ad illum cœtum, qui uerè est Ecclesia, sua confessionē adiungant. Idq[ue] præceptum est Ecclesiæ.

1. Petr. 2.

Vos estis genus electum, populus peculiaris, ut uirtutes enaretis eius, qui uocauit uos ex tenebris in lucem admirandam. Sic communicatio consilio, & deliberatione multorum doctorum virorum, hoc tempore cōscriptæ sunt & editæ confessiones nostræ de doctrina, receptæ, & adprobatæ à multis alijs Ecclesijs passim, quæ se adiunxerunt postea nobis. postremo uult Deus propter posteritatem subinde aliquorum consentientem confessionem edi, ut etiam posteritas erudiatur, & confirmetur. Propter has causas, & alias, in Ecclesia iudicia esse debent, quæ uel Synodi, uel Concilia uocantur. Et sunt uera & legitima concilia, cum iuxta præscriptum uerbi Dei rectè pronunciant, siue Regum & Principum autoritate conuocentur, siue priuatis studijs conueniant sicut apostoli, item uicini Episcopi in causa Samosateni.

Ideo diligenter cuiuscunque Synodi decreta ad amissim & regulam sacroſanctæ scripturæ sunt examinanda, ut semper scriptura superiori loco habeatur, & nihil sit, quod nō illius authoritati subiiciatur. Iuxta illud: Omnis prophetia analogas fidei: Omnia probate. Item, Probate spiritus tuus num ex Deo sint. Sic quatuor generalia concilia, eorumq[ue] de cœta, q[ui] ad fidei dogmata attinet, libenter amplectimur, & ut sacroſancta ueneremur, quia nihil continent quam puram & naturam scripturæ interpretationem, quam sancti Patres, spiritus sancti illuminatione ad contundendos religionis hostes, qui tunc emergerunt, accommodarunt. Sed non semper habemus Athanasios, Paphnutios, Cyrillos, & similes. sunt enim & multi Dioscori, qui u[er]i & tyrannide prauas opiniones defendunt. & ut maximè p[ro]i aliqui intersint, tamen sepe fit, ut sententiae numerentur, & non ponderentur, & hoc modo maior & peior pars uincat meliorem.

Rom. 12.

Quod si igitur Synodus, uel nouam interpretationem & impianignat, uel confirmet prauam opinionem, omnino contradicendum erit Synodo à saniore & meliori parte. Nec enim, ut suprā quoq[ue] dictum est, interpretatio ualeat propter authoritatem loci, personarum, multitudinis, aut alios respectus. Discrepant enim iudicia Ecclesiastica à politicis: in his ualeat regia & prætoria authoritas, & sententiae propter illam ualent: in eisque acquiescendum est, ut sit finis aliquis controversiarum, & mediocris sit tranquillitas, etiamsi quid erroris inest in interpretatione regia, aut præatoria. Et in talibus negotijs minus erratur, quia subiecta sunt humanæ rationi: & minus est periculi, etiam ubi erratur, cum tantum de bonis fortunæ, aut ut plurimum de existimatione agatur. Sed in iudicijs doctrinæ Ecclesiastice, non habent Synodi authoritatem regiæ, aut prætoriæ, ut interpretatio & controversiarū definitiones propter locum, gradum & successionem ordinariam ualeant: sed propter uerbum Dei, quod si secundum illud pronunciauerint, omnino agnoscenda est sententia: cum uero errare illos cōstiterit, necesse est cōtradici.

Iuxta

Iuxta illud: Si te iuxta legem Dei docuerint, sequeris sententiam illorum, Deut. 17.
nec declinabis. Item, Si uos, uel Angelus de cœlo, aliud prædicauerit E. Gal. 1.
uangelium, anathema sit.

Nec obstat quod obijicitur, nullum fore dissensionum finem: Quia in
mundo semper talia fuere dissidia, sunt, & erunt, donec ea Deus dijudi-
cat. Semper enim sunt aliqua Diaboli organa, quæ ueritati aduersantur,
& reclamant: nec ullus in hac confusione generis humani finis talium cla-
morū erit. Nota sunt exempla. Etiam rectissime à Nicæna Synodo, Arij
hæresi damnata, tamen latius multo postea sparsa est, ut totum Orientem
occuparit.

Hæc de conciliorum necessitate, utilitate, & autoritate initio breuiter
præfari uolu: ut cum Asoticæ nugæ refutandæ sint, nostræ sententiæ te-
stimonium extet. Videamus itaque Asotica concilia, & quid eis tribuat:
Ita autem orditur caput: iam igitur ad concilia, hoc est ad Patres uiuos: ad
hos enim, uelit nolit Brentius, remittimus in dubijs scripturæ & fidei.

Ad quos, obsecro te, nos remittis Asote? Ad uiuos, inquit, Patres. Qua-
si uero hi non possint errare. Hi Patres porrò qui sunt: Prælati Ecclesiæ,
hoc est Episcopí, & Abbates, agnoscentes Romanum Antichristum, &
cum illo conspirantes. At cuiusmodi sunt: Eiusmodi, quales & ipsi se
esse profitentur, non meliores Zodomitis. Ita enim Patres Tridentini
de se loquunt, Si pro meritis nos castigaret Deus, iam pridem sicut Zo-
doma & Gomorrah fuissimus: qui nec, ut hic Asotus loquitur, sanctitate,
& puritate uitæ, nec charitate, & spiritu sancto indigent. Ad hos nos
Asotus, præclarus ille professor Theologiæ, remittit, nolimus uelimus, ut
ab eis scripturæ dubia & fidei petamus. Tales ergo magistri fidei, & scri-
pturæ interpres nobis audiendi erunt: Quanto rectius Apostolus ne-
gar eiusmodi sceleratos, spiritu sancto carentes, ea quæ Dei sunt, posse in-
tellicere, inquiens: Nobis reuelauit Deus per spiritum suum. Spiritus
enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim scit hominū, quæ
sunt hominīs, nisi spiritus hominīs qui est in ipso? Ita & quæ Dei sunt, ne-
mo cognouit, nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi ac-
cepimus, sed spiritum qui ex Deo est: ut sciamus quæ à Deo donata sunt
nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in
doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem
homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stulticia enim est illi, & non
potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudi-
cat omnia, &c.

Atqui nihilominus legitimi sunt Ecclesiæ prælati, & pastores. Ideo
audiendi: Manet enim nihilominus uerbum Dei, Præpositis obedien-
dum. Respondeo: tunc ueri erunt Ecclesiæ præpositi, tunc à nobis au-
diuentur, cum sacram scripturam docuerint. Cum uero non ex ore Do-
mini loquuntur, sed uanitatem suam, certè non audienda erunt uerba il-
lorum prophetarum, sicut Dominus ipse grauissime monet per Ieremi-
am: Facti sunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores eius quasi Go-
morra (ecce Asoticos Patres & prelatos) propterea hæc dicit Domi-
nus exercituum ad prophetas, Ecce ego cibabo eos absynthio, & pota-
bo eos felle. A prophetis enim Hierusalem, egressa est pollutio super o-
mnem terram. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire uerba pro-
phetarum, qui prophetant uobis, & decipiunt uos: uanitatem enim ipsi
docent uos. Visionem cordis sui loquuntur, & non de ore Domini. di-
cunt his qui blasphemant me, Loquutus est Dominus, Pax erit uobis:
& omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui, dixerunt, Non ueni-
et super uos malum. An non hic graphicè Asotici prelati describuntur?
Sed eos

IN CAPUT LXXIII.

^{54°} Sed eos audiri uetat Dominus, quia non ex ore suo loquuntur. Afferant nobis & loquantur Patres tui uiui, uerbum Domini, & ex ore Domini loquantur, definiunt nobis fidei dubia ex fontibus sacre scripturae, & audiemus: Si minus, certe tanquam pseudoprophetæ cauendi & fugiendi erunt. Nam si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. Et lupus non uenit nisi ut deuoret. Quae autem Christi uocem pastoris sui nouerunt, audiunt, & sequuntur: alienum uero non audiunt, sed fugiunt ab eo.

<sup>Matth. 7.
13.
Ioh. 10.
Suprà cap.
56.</sup> Sed quales sunt Patres, tale est & concilium ipsorum, ut per omnia similes habeant labra lactucas: huius uero Asotici conciliij causam & necessitatem hanc F. Petrus esse dicit, ut sensum Patrum nobis exponant, quia illinc haeretici sua quoque videantur confirmare, inquiens: Si ergo dubius est sensus scripturae, ex traditione est iudicandus, ex qua maximè certa dogmata fidei habentur: traditio uero ex scripturis Patrum agnoscitur. Cum de Patrum sensu quæstio est, necesse est ut certum iudicium habeatur in Ecclesia. Falsissimæ sunt theses, immo blasphemæ, Asoti, Quod scripturæ sensus sit dubius: Quod sensus ille dubius, ex traditione sit iudicandus: Ex traditione maximè certa fidei dogmata haberis: Traditione ex scripturis Patrum agnoscit. Et refutatæ sunt superius hæc opiniones, & errores pernicioſissimi. Immò in his etiam ipse secum pugnat Asotus. hic enim fatetur, traditionem ex scripturis Patrum agnoscit: superius uero hoc ipsum negavit, dicens: Merito attentè cogitandum est, quæ iuste dicunt possint sufficientia testimonia Apostolicæ traditionis. Nec enim unius alteri scriptori, nec quidem pluribus, etiam magna sanctitate & eruditione pollutibus credendum est.

^{Hebr. 1.} Quod si nulla alia causa est conciliorum, aut necessitas, quam ut Patrum sensus ab eis exponatur: profectò non magnopere nobis laborandum erit, ut concilia cogantur, & celebrentur. Quid enim magnopere adeò ad nos, quid Patres senserint? Non quod abiiciendos existimemus, sed quod in illorum uerba non simus iurati: nec nobis, ut magistri, audiendi propositi sint à Deo. Multifariè quidem multisc̄ modis olim Deus locutus est Patribus, nouissimè uero in filio. Vbi aperte declaratur, Deū posthac non, ut antea, per alios subinde atque alios locuturum, nec prophetias nouas aut reuelationes editurum: sed sic omnes in filio docendi partes compleuisse, ut hoc ultimum, æternumque ab eo habendum sit testimonium. unde & nouissima hora appellatur hoc totum tempus, ab adventu filij primo, usque ad alterum, quod nullum nouum aut aliud doctrinæ genus, nullum etiam alium doctorem in Ecclesia audiri uelit, praeter filium, quem Deus Pater uoce cœlitus delapsa, Doctorem proposuit, & declarauit, toti orbi audiendum, Hunc audite. Firmum igitur esto axioma hoc, non aliud doctrinæ genus in Ecclesia agnoscendum pro uerbo Dei, quam quod in sacris Biblijs, quæ sic recte per excellentem authoritatem dicuntur: nec aliud sequendum docendi modum, nisi eum, qui habetur ex eius uerbi præscripto, & norma. Non enim à sacra scriptura ad Patres, uel concilia: sed cōtrà à Patribus siue mortuis, siue uiuis ad sacram scripturam prouocandum. Quæ & ipsorum Patrum est sententia,

Augustinus de Baptismo, contra Donatistas, libro secundo, capite tertio.

In summo loco canonicanam scripturā collocat, de qua nec dubitari possit, nec iudicari. Episcoporum autem quorumcumque scripta (& sic Patrum) per alios quoslibet peritiiores, & per concilia licere reprehendi.

Idem de unitate Ecclesiæ cap. tertio.

Sed ut dicere coeparam, non audiamus, Hæc dico, hæc dicas: sed audiamus,

mus, Hęc dicit Dominus. Sunt certe libri Dominici, quorum authoritati utriq; consentimus, utriq; credimus, utriq; seruimus: ibi queramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Postea, Auferantur ergo illa de me dio, quae aduersus inuicem non ex diuinis canonicis libris, sed aliunde recitamus. Et paulo post: Quarerat fortasse aliquis, & dicat mihi, Cur ergo ista uis auferri de medio, quando communio tua, etiamsi proferantur, invicta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari.

Cypr. lib. II. Epist. III.

Non curandum, quid illi qui ante nos fuerunt, dixerint, aut fecerint, sed quid qui ante omnes Christus prior fecerit, &c. At nisi, inquit Ałotus, Patrum interpretationē recipimus, quisq; dicet, hunc esse sensum scripturā, quem ipse sequitur. Ita de multis inquit Lutherus, & nos circa eius noua dogmata ē contrario. Quare hinc infert, in Ecclesia unam fidem, & unam confessionē seruari non posse, nisi tale sit iudicium, &c. De scripturā interpretatione quoq; sicut & de alijs, superius est dictum. Scriptura nec est ambigua, quod Ałotus garrit: nec obscura, (nisi Ałoticis) multo uero minus sibi contradicit. Et qua ratione magis ex Patribus interpretatio sumi possit, quam ex ipsa scriptura. Quasi uero Patres uel apertiora, uel certiora nobis præscripserint, quam ipsi Prophetæ & Apostoli, de quib. certissimum quod scribendo nullus eorum errare potuerit. Quasi Patres maiora habuerint Spiritus sancti dona, & illustriora q; illi qui repleti sunt eo, ut id quod Apostoli non potuerint, Patres præstitisse existimandum sit. Deniq; non Patres nobis audiendi, à Christo proponuntur: sed ipse per Spiritum suum nobis se loquitur in Apostolis promisit. Et quomodo Patrum consensus præferendus est scripturā, cum Patres sæpiissime & in pluribus dissentiant & sibi contradictant? Sensus igitur scripturā & interpretatione non aliunde quam ex ipsa scriptura petendus est, de quo superius, qui ex collatione locorum eruitur.

Quod Lutheri dogmata noua uocat, ad hoc respōsum est ab initio. Scimus hęc noua Ałoticis uideri, qui seculorū aliquot uetustatem & consuetudinem in regno antichristi in templo Dei sedentis usurpatā longē uerbi Dei ueritati preferunt: sed hos suis delicijs frui sinamus. Et quod addit, unam fidem sine iudicio Ecclesiastico seruari non posse: quantum ualeat, res ipsa loquitur. Hinc enim sequeref, trecentis totis annis, quibus Ecclesia maxime floruit, & ueris martyribus abundauit, quo toto tempore nulla cogi potuere concilia, nec fidei unitatem ullam fuisse. Est sua utilitas & necessitas conciliorum, & plurimum ad fidei unitatem conseruandam & in confessione concordiam tuendam, faciunt concilia, ut diximus. Sed quod sine concilijs illis generalibus, uel nationalibus (de his enim iam nobis sermo est) fidei unitas seruari non possit, manifeste falsum est. Quod enim in Ecclesia trecentis his proximis annis ueritas & fidei unitas est conseruata, id certe concilijs nequaquam acceptum ferimus. per hęc enim uera illa fidei unitas nō tantum obscurata est, sed etiam oppressa. Ut maxime autem nulla celebrentur concilia: tamen Christus filius Dei sedens ad dextram Patris, caput Ecclesiae perpetuō adest, eam gubernat, & conseruat puritatem doctrinæ, datis doctoribus, & pastoribus, &c. Et quid si antichristus in tantum uiribus cresceret, ut tales conuentus Ecclesiasticos uerorum Ecclesiae membrorum tolleret, & ui prohiberet (uat de enim atrocia de postremis & nouissimis temporibus sunt prædicta) nunquid ideo nulla in fide unitas esset permansura? Vbi cadauer, illic aquila.

Postremo, quod addit, Conciliorum autoritatem à Christi promissis,
AAA & pote-

& potestate Apostolis, eorumq; successoribus data, quos magistros Ecclesiae constituerit, pendere, & non ex meritis hominum: atq; ideo etiam si uite sanctitas & puritas desint, non propterea esse inefficax ministerium.

Vetus hæc Pontificiorum cantilena est, quod cum promissiones præclaras Dominus Ecclesiae de sua præsentia, & perpetua Spiritus sancti gubernatione fecerit: ille uero spiritus non erroris, ignorantiae, mendacij, aut tenebrarū sit: sed ueritatis, rectitudinis, lucis & sapientiae: illas ad se suaq; conciliabula rapiunt Papistici. Cumq; suam turpitudinem, scelera & flagitia iam amplius celare non possint, nec ulla oratione pingere, ut tamen nihilominus, quantumuis ineruditati & impio pleriq; Areopagitæ sint, aliqua remaneat authoritas concilij, à sua indignitate, ad Christi promissio-nes, Ecclesiae factas, configiunt.

Et quidem uerum est, Ecclesiam semper permanere, Ecclesiae promis-siones istas ratas esse, eamq; nunquam à Spiritu sancto deseriri. Semper enim multi sunt singulis temporibus in uera Dei Ecclesia, qui bene de reli-gione & præcipuis doctrinæ articulis sentiant. Sicut tempore Heliæ, & corruptissimo rerum statu, tempore aduentus Christi, Pontifices & sacerdo-tes pleriq; erant cæci, & fascinati supersticiose opinionibus, & tetricis erro-ribus, ignari religionis, & hi erant capita Ecclesiae: interim uera Dei eccl-e-sia erant Simeon, Anna, Zacharias, Elisabeth, Maria, Joseph, pastores & a-lij hinc inde in populo, expectantes redemtionem Israelis.

Quod uero existimant Papales, in Ecclesia non remanere ueritatē, nisi inter Episcopos & doctores ac pastores constet. Nec Ecclesiam ipsam consistere, nisi in concilijs generalib; emineat: plurimum à uero id abest, quod probabimus. In regno Israhelis, post diuisionem, nullum erat legiti-mum sacerdotium, nec uerbi ministerium ordinarium: sed alicubi dominus excitabat Prophetam unum aut alterum. Hi etiam contra Regum au-thoritatem (qui idolomaniam usitatam cum sacerdotibus mordicus reti-nebant & defendebant, contra uero religionem syncerā acerrimè & cru-delissimè persequebantur) instituebant Ecclesias uerbo Dei, ut nihilomi-nus illic Ecclesiam suam Dominus habuerit. Sed quid (excipiet enim for-tasse Sotus, quod in regno Israhelitico, sacerdotium legitimum non fue-rit, ideoq; mirum non fuisse, quod hæc acciderint) de regno Iuda, in quo sacerdotium legitimum semper fuit, dicemus? Certe illos ipsos ordinaria-rios sacerdotes, pastores & doctores, prophetæ egregie exagitant, accu-sant & damnant, ac à Deo abiectos testantur. Et tamē nihilominus utrūq; & Ecclesia & in Ecclesia ueritas permanisit, errantib; illis ordinariis & legi-timis gubernatoribus. Sic enim Isaías de eis scribit: Speculatoris eius, cæ-ciones, nescierunt uniuersi, canes muti, nō ualentes latrare, uidentes ua-na, dormientes & amantes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in uiam suam declinauerunt, unulquisque ad avariciam suam, à summo usque ad nouissimum. Tempore quoque Ieremiæ erat in populo Dei uera Ec-clisia, permanebat & ueritas. sed audi quid de pastoribus dicat: A' Propheta usque ad sacerdotem, quilibet loquitur mendacium. Et dixi, Ah, ah, ah Domine Deus, Prophetæ dicunt eis, Non uidebitis gladium. Et dixit Dominus ad me: Falsa Prophetæ uaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepī eis, neq; loquutus sum ad eos, uisionem men-dacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui proph-e-

Isa. 56.

Ierem. 6.
14.

tant uobis, & cæt. Væ pastoribus qui dispergunt gregem meum & di-lacerant. In Prophetis Hierusalē uidi similitudinem adulterantium, & iter-mendacij, & confortauerunt manus pessimorū, ut non cōuerteretur unus, quisq; à malitia sua. FACTI SVNT MIHI OMNES VT SODOMA. Cum

Cum tamen haberent easdem promissiones de perpetua præsentia, & gubernatione Spiritus sancti: Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent à te, neque ab ore seminis tui usque in æternum.

Sed fortasse hæc inter iudeos tantum fuere: apud nos uero melius res habet, & nos ab istis periculis & malis immunes sumus: Utinam uero res ita haberet. Atqui longè aliter nos apostoli docuere. Manifesta enim sunt Petri uerba, Quemadmodum fuerūt in populo ueteri pseudoprophetæ: sic & inter uos erunt falsi doctores, sectas perditionis insinuantes. Et Paulus, Scio quod post discessum meum intrabunt in uos lupi rapaces, non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis erunt qui loquantur peruersa, ut abducant discipulos post se. Nihil igitur mirum est, quod cum ista statim post Apostolos contigerint, paulatim plerosque degenerasse, donec tandem antichristus regnum in templo Dei, hoc est uera Ecclesia, obtinuit. Et quid de hac mundi sece sperabimus?

Seruat ergo Christus promissionem ecclesiæ suæ, de perpetua conseruatione & gubernatione Spiritus sancti factam, id est mirabiliter, sicut audiimus quod interdum sacerdotes, quia repellunt scientiam, uicissim repellit, & errare sinit gubernatores ecclesiæ. Quare inualidum est argumentum, Ecclesia semper gubernatur Spiritu sancto. Ergo concilia non possunt errare, sed omnia, & semper gubernantur Spiritu sancto, quia ad illos pertinet promissio. Prius enim probandum est, illum Episcoporum congregatorū cœtum, esse ueram Ecclesiam, non tantum æternā & inuisibilem, sed externam, quod ex fructibus cognoscitur, si scilicet secundum uerbum Dei pronunciauerint. Ita enim Christus inquit: Si uos manseritis in sermone meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & cæt. Quæ sit uera suorum discipulorum nota, qua cognoscantur, declarat, quod uidelicet in sermone suo & uerbo permaneant. Ethos in suo uerbo perseverantes non aberrare ostendit. Quandiu enim hanc lucem sequuntur, & se illuminari & regi uerbo duce patiuntur, non aberrabunt. Ex doctrina ergo iudicium faciendum de cœtu, utrum uera Dei sit ecclesia & non ex cœtu de doctrina. Non enim ideo uera est doctrina, quia hi uel illi ita pronunciarunt, & decreuerūt: sed potius contrà, quia decretū cum scriptura sacra consentit, ideo pro uera ecclesia Dei cognoscendus est cœtus. Nam illi ipsi qui Spiritem sanctum habent, non semper aut ab illo se gubernari patiuntur: aut omnia quæ faciunt, ex illo decernunt: sed interdum latet eos aliquid: aut alijs negotijs & occupationibus distracti, minus diligenter cogitant de quæstionibus propositis. Item, Spiritus sanctus illos interdum aliquid humanum pati permittit, ne nimium illis confidamus. Sicut architectus, quatenus ex arte aliquid facit, ut architectus, aedificando non peccat, nec errat: sed quia interdum alijs cogitationibus occupatus, minus obseruat, aut potus, ideo interdum labitur. Petrus Apostolus habuit Spiritum sanctum: sed cum non recte ambularet ad ueritatem Euangelij, ad Galatas secundo, certe aliquid humani passus est.

Similiter, infirmum est illud alterum, quod de potestate Apostolis à Christo, eorumq; successoribus data nūgatur Asotus, quod ideo concilia errare non possint, & hinc illorum auctoritas constet, quia magistri sint Ecclesiæ constituti.

Apostolos enim Ecclesiæ magistros esse constitutos, in sacra scriptura me legere non memini. fortassis fraterculus memoria ualeat, & aliquib[us] legit. Discipulos uocari crebro, notum est, & diserte Christus illis in-

terdicit, inquiens: Vos autem nolite uocari Rabi, unus enim magister uester, Christus. Hunc enim Deus signauit Pater, & toti orbi singulari prærogatiua doctorem declarauit, ipsum præcipiens audiri. Hoc enim perinde est, ac si ab omnibus hominibus eorumq; doctrinis abductos, huic unius nos sistat: ab uno omnem salutis doctrinam petere, ab ipso uno pendere, eiusq; solius uoci auscultare, iuberet.

Luc. 24. Et certum eos mandatum, quid docerent à Christo accepisse, nemo est qui ignoret. Docete, inquiens, quæcunq; mandaui uobis. Apostoli enim cum sint & legati Dei, non licet eis pro suo arbitrio nouum doctrinæ genus comminisci, sed mandatum sibi iniunctum exequi. Testes Christi sunt, nihil ergo aliud doceat, nisi quod uiderunt & audierūt. Sicut Ioānes protestatur, inquiens: Quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt, de uerbo uitæ, & uidimus & testamur, & annunciamus uobis.

2. Ioān. 1. Ideo quicquid authoritatis & potestatis in sacra scriptura Prophetis, Apostolis, eorumq; successoribus tribuitur, id non propriè ipsorum personis, sed uerbo, cuius ministerium ipsis commissum est, aut, si mauis, ipsis propter uerbum, concessum est. Quam ob causam non ex seip sis, sed ex ore Domini (luxta illud, Quicquid ergo tibilo quutus fuero, &c.) loqui iubentur. Hæc loqueris ad eos. Os Domini loquutum est. Hæc dicit Dominus exercituum: Audite uerbum Domini, Item, Paulus apostolus Iesu Christi. Seruus Christi. Pro Christo legatione fungimur, &cæt.

Mal. 2. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. Quia angelus Domini exercituum. Atque ita Spiritus sanctus, quem Christus se missurum promisit, & effudit in Apostolos, atq; adhuc etiamnum hodie donat Ecclesiæ, in omnem ducit ueritatem. Quomodo? Quia suggesteret, inquit, omnia quæ dixi uobis. Hæc enim est uoluntas Dei, hoc inuiolabile Dei & Spiritus sancti decretum, quod indiuiduo nexu cum uerbo Dei coniunctus esse uelit Spiritus sanctus. Nihil ergo plus Christus promittit, nec plus de suo spiritu expectandum denunciat, quam ut per uerbum suum mentes nostras illuminet, uerbum declaret, & in cordibus nostris obsignet.

Chrysostomus Homil. de sancto & adorando Spiritu.

Multi Spiritum sanctum iactant, sed qui propria loquuntur, falso illum prætendunt. Ut Christus non à seipso loqui se testabatur, quia ex lege loquebatur, & Prophetis: ita si quid præter Euangeliū sub titulo spiritus obtrudatur, ne credamus. Quia Christus legis & Prophetarum impletio est, ita Spiritus Euangeliū.

Pessimè igitur Asotici faciunt, quod non solum uerbo Dei neglecto, sed etiam contra illud decreta faciunt, eaq; Ecclesiæ prætextu Spiritus sancti, quasi ab illo profecta, proponant. Doceant prius, Asote, Prælati tui, dogmata sua sacræ scripturæ conformia esse, ex eadem sua confirment, & eos non errare credemus, summamq; illis auctoritatē tribuemus. Quid tibi uis amplius? De impuritate uitæ Prælatorum Asoticorum, quam cum ipsis, sicut Sodomitæ, sclera sua prædicent, & negare non possint: nūc illa aliquid de doctrinæ, & decretorum auctoritate detrahatur, mox capite sequenti respondebimus.

ANNOTATA IN CAP. LXXIII.

Multa simul inuoluit Asotus & pro confessis sumit, quæ nunquam sunt concessa. Nam ut omittamus quod dicit, nos concedere uitæ impu-

te impuritate, & moribus Epicureis non inefficax reddi ministerium: tunc locum habet, cum ea quæ sunt propria ministerij, exequitur Sadducei & Epicurei sacerdotes: hoc est, cum institutionem sacramentorum retinent, cum uerbum Dei non adulterant, aut corruptunt, sed pure docent. Hæc agnoscimus ubique inueniamus, non propter locum, gradum & ordinem sacerdotum: sed propter authorem, cuius sunt sacramenta & uerbum. Ipse est qui baptisat & docet. Licet aliud sit sacramenta administrare, aliud controversias & dubia fidei dijudicare. illud possunt etiam impi, hoc uero non nisi Spiritu sancto donati & illuminati. Quia animalis homo non intelligit ea quæ sunt spiritus: stulticia est enim illi. Et ^{1. Cor. 2.}

ne quidem potest intelligere. Similiter, ut parenthesin istam prætereamus, Ecclesiam sine legitimis Prælatis esse non posse: cum certum sit, & demonstratum, illos sæpenumero turpissime errasse, & in idolomaniam horribilem incidisse, ac antichristū in templo Dei, hoc est Ecclesia regnare: certè Ecclesia, quæ nihilominus manet & mirabiliter diuinitus gubernatur, non modo ad ipsos non est alligata, sed etiam fugere ipsos & caue-re iubetur. Interim tamen, quia Deus conseruat Ecclesiam, & retinet etiam qualecumque ministerium, manet pars aliqua uerbi & sacramento-rum, licet contaminata, depravata & mutilata apud istos impios sacrificulos. hac p̄ij utuntur, & tamen interim fugient supersticiose opinio-nes, & errores suorum doctorum. Sicut in populo Dei, temporibus ad-ventus Christi, & antea sub Prophetis Isaia & Ieremia, quibus legitimis il-lis sacerdotes errabant, aut omnes, aut plerique, qui nec Ecclesia erant, nec Ecclesia membra: circumcisio nem recte accipiebat populus ab eis, & in-tererat sacrificijs à Deo institutis, item audiebat legem & doctrinam Mo-sis & Prophetarum: nec tamen cum sacerdotibus lentebat. Ita quidem Ecclesia ministerio nunquam caret, quod tamen uno tempore purius est, alio impurius: & tamen non est ad tales sacerdotes alligata, immo fugit eos, sed ad ministerium: idq; ut dictum est, propter authorem Deum & uer-bum eius. Ut fateamur quidem Ecclesiæ habere suos ministros, non tam tales, quales habet Papistica impietas, quos uocant Prælatos, qui tantum abest, ut sint ueri Ecclesiæ ministri, ut sint persequatores, & ho-stes summi: sed quales Christus ipse instituit, doctores uerbi Dei, & ad-ministratores sacramentorum. Sed hæc, inquam, iam prætereamus. Ad id quod est principale accedamus.

Ita autem Asotus ait, Id tantum in concilijs considerandum est, an legitimi Prælati, legitima etiam auctoritate, eius scilicet qui omnibus supe-rior est, hoc est Papæ conueniant. Hoc satis nobis esse debet, ut nullus priuatus, nullus minoris auctoritatis, possit de eorum sententia aut du-bitare, aut censere. Deo necesse est illam relinqui, quem non dubitamus uel ita affuturum Prælati, ut per eos fidem, ueram Ecclesiæ doceat; uel si occulto suo iudicio permiserit eos, dum non quantum debent ad inqui-rendam ueritatem agunt, errare, non permittet hoc diu latere Ecclesiæ: sed ager ut per sequens concilium corrigatur, ante quam receptum sit in Ecclesia. Ethic est sanus sensus illius, quod à pluribus afferitur concilia errare non posse. Intelligunt enim legitimè congregata & legitimè abs-que fraude & dolo agentia. Talia sunt quibus Christus promittit, Vbi cun-que duo uel tres congregati sunt in nomine meo, in medio illorum sum. Etsi igitur eorum culpa hoc eis negauerit, Ecclesiæ suæ non est negaturus quod promisit. Et sic congregatio legitima probat præsentiam Christi, & ostendit promissionem eius non defutaram.

Summa autem commenti Asotici est, legitima concilia errare non pos-se, propter promissionem à Christo Ecclesiæ cōgregationi factam. Vocat

autem legitima concilia, in qua sint legitimi Prælati, Papæ supremi, legitima auctoritate conuocati, sed hac ratione sequitur, quatuor prima generalia concilia & alia subsequentia, non fuisse legitima. Quia nullum ilorum à Papis Romanis est conuocatum, uerum omnia per Imperatores Romanos: quod nemo, ne Asotus quidem, negabit.

Leo ad Theodosi. Epist. 23.

Generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, petenti Leonii Pontifici, ut Imperator intra Italiam iuberet conuenire synodum, est denegatum. Deinde cum idem Pontifex peteret, ut commodiori tempore celebraretur, itidem Imperator denegauit. Idem Leo ad Maurianum Imp. Epist. 42. Quid igitur est, quod perpetuo clamans, Concilia, concilia, concilia, cum illa, quæ ab omnibus agnoscuntur, tuo iudicio, Asote, non fuerint legitima? Sed neque si hodie Papisticum Episcoporum concilium celebraretur, legitimum foret, quia altera proprietas, quam Asotus requirit, deesset. Nemo enim Episcopos, qui sic hodie appellantur, esse legitimos. Taceo iam roties heresibus & schismatis interruptam successionis seriem, taceo dismissionem à sede Romana, quæ aliquoties facta est, cum diuortium mandato Papæ presbyteri in Germania ab uxoribus facere cogerentur. cum Gregorius septimus Henrico Imperatori infestus, Germanos excommunicando uellet ab ipso direllere, similiter & horribili schismate in tota ecclesia per tres antipapas, qui mirabiliter suis factionibus ecclesiam distraxerunt, inter quos nullus fuit, qui non aliquot crearit Episcopos, qui omnes & singuli à schismaticis ordinati sunt, ideoque illegitimi. Vbi manebit Ioanna Papissa in illa continua successione? Taceo quod cum omnes a Eugenio ducant originem, ille uero concilij Basiliensis decreto schismatis & hereseos sit condemnatus cum uniuersa sua secta, & Basiliense fuerit legitimum concilium, legitimè indictum & celebratum, nec ulla desiderari possit conditio; sequitur omnes iam in toto Papatu clericos, a summo usque ad infimum esse schismaticos & hereticos: & sic nullum esse amplius in ecclesia Romana legitimum Prælatum. Taceo etiam canonicas electiones, ad quas si reuocentur Prælati, quotusquisque erit legitimus?

Leo Papa inquit, Qui omnibus præesse debet, ab omnibus eligatur. Sed ut dicere coeparam, ut haec omnia taceam: Cum constet Prælatos istos Asoticos infensissimos esse hostes eius doctrinæ, quam Apostoli docuere, & suo sanguine obsignarunt, idolatriam multiplicem defendere, & uerè piam, ac salutarem uerbi Dei doctrinam crudelissime persequi, cum ecclesia Dei bellum irreconciliabile gerere, quod superius ostendimus, quis iam illam colluuiem Pontificiam pro legitimis Prælatis ecclesiae agnoscat? Et ut maximè legitimos se Prælatos Ecclesiae probent, quid tum postea? Hos enim ipsos errare posse, & turpissime errasse, demonstrauimus. Et ad hos Asoticos, promissiones Christianihil pertinere affirmaremus. Promissiones enim ecclesiae sunt factæ. Prælati alieni sunt à uera Ecclesia, hostes eius & persecutores. Sed in nomine Christi congregatos esse Asotus uociferatur? Hoc non tam facile probatur, quam dicitur. Congregatos quidem nouimus, sed non omnis congregatio præsentem habet Christum, nec quævis congregatio promissionem. Collegerunt enim Pontifices & Pharisei concilium. Et quidem quod ad congregationis concilij formam, fuit legitimum iuxta Asotum, quia a summo Pontifice, legitimo & ordinario Aharonis successore collectum: aderant & legitimi Prælati synagogæ. Quid ergo deest?

Quia non in nomine Christi congregati sunt. Hoc igitur in primis querendum, conuenerint ne in nomine Christi, de quorum doctrina, fide & affectu ambigatur: & quid sit in nomine Christi conuenire & congregari. Asotum

Asotus hoc inuoluit astutè, dum inquit, in concilijs id tantum considerandum an legitiimi Prælati, legitima Pontificis autoritate conueniantur. Respondeo, Hoc stante certè negari non poterit legitimū fuisse Pontificum & Pharisaorum concilium. Et quia tam habuerunt promissiones præsentiae Spiritus sancti quam nos, sequitur illos non errasse. Recte ergo & iuste Christum ut seditionem & blasphemum condemnauere. Eò nos Asotica regula, iuxta quam de concilijs iudicandum est, deducit.

Vt igitur congregatio in nomine Christi fiat, non sufficit, ut legitimi legitime conueniant, hoc est, Episcopi à Pontifice uocati, licet in his nihil sit legitimū, sed omnia illegitima: sed si conueniant hi qui uera fide Christum amplectuntur, & inuocato solo uero Deo, inter se de doctrina religionis in timore Domini, & sacra scriptura conferunt, & se uerbo Dei doceri & regi, ac Spiritu sancto gubernari patiuntur. Vtrum autem hoc modo fuerint congregati, antealiciri non potest, quam decreta ipsorum ad amissim scripture & regulam uerbi Dei examinent & expendatur. Nam si cum ea conuenerint, dubitandum non est talem cœtum in nomine Domini conuenisse, id enim ex fructibus apparet.

Tamdiu igitur illis adeat Christus suo Spiritu, quamdiu uerbo Dei prælucente te regi permittunt. Hæc est uis & efficacia promissionis Spiritus sancti à Christo Ecclesiae factæ: atque ita certa est promissio, ut annexa sit uerbo Dei, & ab illo separari aut diuelli non queat. iuxta illud Christi, Si manseritis in sermone meo. Audis Sote, In sermone meo, iterum dico, Audis, in sermone meo? Quo? Num dubiæ & incertæ traditionis? Nihil minus: sed in sermone certissimæ illius traditionis quæ est propheticæ scripture: Verè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos.

Sed callidè Asotus proponit concilia legitimè congregata, & legitimè sine dolo & fraude agentia promissionem habere præsentie spiritus Sancti ne errant: hoc scilicet consilio, ut quoties à nobis uerè obiectetur, Hæc aut illa concilia errasse, ideoq; non posse tutò ab eis queri ueritatem, rimam habeat, qua elaboratur, & dicat, uel non legitimè fuisse congregatum, uel non legitimate egisse, sed dolo & fraude, ut nobis ita impunè illudere pro arbitrio posset, & nalo suspēsos ducere quò uelit. Sed hic questio est, quæ concilia non dolo aut fraude agant uel egerint.

Quod igitur ad questionem attinet, Vtrum concilia errare possint, nobis iam ex præmissis facilis est responsio: Tamdiu illa non errare, quamdiu uerbi Dei regulā in decretis sequantur, & iuxta illius præscriptū pronuncient. Quamprimum uero ab illo recedunt, promissio finē habet, & defteruntur à spiritu Sancti errant. Hinc factum est, ut plurima concilia errasse non dubitemus affirmare. Nō dicam iam de concilio Ahab: in quo si personas & numerū respicias, aderant quadrängenti Prophetæ, sed ad unum omnes spiritu mendacij excæcati. Contra hos, excipiet scio Asotus, fuisse Baalitas, bene habet. Audiamus igitur quid Dominus de ordinibus Prophetarum, in regno Iuda & sacerdotum, qui summi fuerunt in populo Dei, denuncieret. Lex peribit à sacerdotib; & consilium à senioribus. Item, Nox uobis pro uisione erit, & tenebrae pro diuinatione. Item, Et occumbet sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Quod si hi omnes & singuli in unū fuissent à summo Pontifice collecti, quis quæso te, illis spiritus præfuerit? Haud dubiè bonus, respondebit Asotus, et si enim sic congregatis, eorū culpa Deus negauerit eis: tamen nō dubitamus à Christo impleri quod promisit, nec Ecclesiae suæ negaturū. Stulticia insignis est, nec tam derisiōe quam cōmiseratione digna, affirmare, cum singuli Spiritu sancto careant, in cōmuni congregatis aduolare & tantisper

adsidere Spiritum sanctū, donec ita congregati maneant: dissoluto uero
conuentu, iterum auolare.

Non igit̄ est, Asote, quod tergiuersemur, sicut nos accusas, quod nun-
quam hæc duo integre confiteri uelimus, quod Deo facile sit etiam per-
malos, & à Spiritu sancto alienos homines prophetare, & Spiritum san-
ctum ministerio peccatorum perfidere id ad quod sunt ordinati. Item
concilia non errare. Affirmamus enim Deum non solum per Bileam pro-
phetare posse, sed etiam per Iudam baptisare, prædicare, miracula facere.
& si uis, etiam per asinam, nedum Asotum, per Caipham quoque & Pon-
tificem Romanum loqui posse. Sed non tam quid posset Deus attenden-
dum, quam quid uelit: & quæ sit ordinaria uia, qua se usurum præscriptit.
Tunc autem per impios loquitur, & loquutus est & baptisauit, ac alia fe-
cit, non cum ipsis impij ex se loquuti sunt, sed cum ex ore Dei & reuelatio-
ne sibi facta, ut Bileam, prophetarunt. Ita cum impij regulam uerbi Dei
in suis decretis sequuntur, & iuxta illam pronunciant, non adeò scrupu-
losè in uitam illorum inquiremus: sicut cum Iudas iuxta Christi institu-
tionem baptisauit, cum uerbum Dei siue Euangelium Christi prædicant,
in nomine ipsius dæmonia mali ejciunt, &c. rata ista omnia habemus.
Sed tamen, ut diximus, aliud est religionis cōtrouersias dijudicare, quod
Deum non nisi per regeneratos & spiritu suo illuminatos ordinariē face-
re ex Paulo probauimus.

Quantum iam ad alterum attinet, Num concilia errare possint, quod
Asotus dicit, nos nunquam integre fateri uelle: Ecce Asote integræ fate-
mūr, concilia non posse tantum errare, sed sæpiissimè errasse monstrabi-
mus. An satis integra est cōfessio: uel apertiorē aut integroriē adhuc
requiris, & dabimus? Cur enim si non errant plenaria etiam cōcilia priora
posterioribus emendantur? teste Aug. de Baptis. cont. Donat. lib. 2. cap. 3.

Quid enim, an nō Ariminense turpiter errauit? Et quid de Ariminensi
loquor: an non tota Nicena synodus, cuius decreta Euangelio à nonnullis
conferuntur, contra Dei ordinationem, sacerdotum coniugium pro-
hibuit? Reuocata autem est sententia decreti per unicum virum. Item, an
non eadem synodus, impiè militiam ihs qui penitentiam egerant, prohi-
buīt & damnauit? de quo plenius mox capite 77. ne tibi sit mora longa,
Asote.

Ephesina secunda synodus, Eutychianam hæresim confirmauit, & sub-
scripsere plurimi Episcopicatholici, metu & terrore adducti, ut postea fa-
tentur, sed maior illos decebat constantia.

Concilium Byzantij celebratum à 330 Episcopis, sub Imperatore Leo-
ne, statuit idola è templis tollenda, imagines cōburendas. At inuito Pon-
tifice Romano est celebratum: Quasi uero magnoperè hoc ad concilia
pertinuerit. Nam & Leone Pontifice inuito & dep̄ ecante Chalcedonen-
sis synodus est celebrata, displicebat enim & locus, & tempus commo-
dius expetebat ab Imperatore, sed neutrum impetrare poterat, & tamen
nihilominus decreta eius Euangelio æquiparantur.

Postea in Nicaea urbe Irene cum filio Constantino synodum 350 Episco-
porum celebrant, in qua imagines non solum templis restituuntur, sed e-
tiam adorandæ & sanctorum suffragia expetenda, decernitur. Quæ cum
sint contraria, alterutrū errasse necessariò sequiſ. Nec dubito Asotū prius
illud errasse, tanq̄ illegitimum asseueraturū, quia inuito Papa indicū, sed
quantum hoc ualeat, dictū est. Quid aut̄ si posterius quis errasse affirma-
ret: Scimus quidē hoc vulgo obtinuisse, quod in templis etiā locū imagi-
nib. dedit, & horrendę ac abominādæ idolomanę, cōcursui ad statuas, &
innumeris superstitionib, nō tantū occasionē præbuit, sed etiā causa fuit.

Epiph-

Epiphanius certè nefas & abominationem esse tradit, aspici in templo Christianorum imagines.

Et quid opus est prolixè uetera recitare exempla, quibus concilia eratē comprobetur, poterit forte Asotus, ut est acutus & ingeniosus, exceptare aliquid, quo ab errore illa excusat. Ut igitur omittamus ea quae in sacra historia continentur, ut Caiphæ, &c. certè Constantiensis concilij error manifestior est, q̄ ut à quoquam fano aut pio homine excusari possit, in quo manifestè institutionem integræ eucharistiæ, & eundem usum in Ecclesia primitiu longo tempore retentum fatentur: & tamen contra illa, mutilationem eius cōfirmant. Insuper sacerdotibus sub poena excommunicationis interdicunt, ne populum sub utracq̄ specie, ut loquuntur, communicent: perseverantes uero, ut hæreticos damnant, & contra illos brachium seculare inuocant. Error ne hic sit palpabilis, totus orbis Christianus iudicabit. Similiter & errores multiplices in concilio Tridentino sunt admissi & confirmati, negant concupiscentiam reliquam in renatū esse peccatum, contra Paulum qui diserte peccatum uocat, & peccatum naturam habere scribit. Liberi arbitrii uires cum Pelagianis extollunt. Fidem inchoare tantum iusticiam docent. Dubitationem fidei confirmant. Legem homini iustificato obseruatu possibilē statuunt. Septem sacramenta sic propriè dicta, confessionē auricularē necessariā, satisfactio-nes à Christo instituta, & quid nō errorū Tridentini Patres stabilierunt?

Habes iam Asote quod uolebas. Quod si iam ex te uicissim quæram, Num concilia errare possint, nec ne, quid respondeas, nihil certi habes: iam enim affiras, iam negas. Hæc enim tua sunt uerba, quod Deus occulto suo iudicio permittat legitimos Prælatos errare: sed non permittat diu hoc latere Ecclesiā: uerum priusquam error recipiatur in Ecclesia, persequens aliud corrigi. Vtinam sicut prius, ita & posterius uerum esset. At enim bone vir, non nunc queritur, quam diu errant, sed num possint errare. Ac fatemur quidem Ecclesiam non perpetuò in errore perdurare. Sed in præsentia hoc agitur, num homines in errores labi queant. Ecclesia populi Iudaici in quantis erroribus hæsit erecto cultu excelsorum, q̄ diu coluit serpentem æneum: Postquam redierūt ex Babylone, oppressi ab Antiocho, quanto tempore seducti fuere impia doctrina Phariseorū & Sadducaeorum: Addit deinde sobrium & sanum sensum illius, quod à pluribus aspergatur, concilia errare non posse, hunc esse: quod intelligatur de legitimè congregatis, & legitimè absq̄ fraude & dolo agentibus. An non hæc pugnant, & sibi ipsi contradicit conciliaris iste homo? Deus permettit errare aliquando legitimos Prælatos: & legitimè congregata non errant: Sed soluere sibi hanc pugnantiam uidetur, cum ait, Tum non errant legitimè congregata, legitimè absq̄ fraude & dolo agentia. Verum callide homo uerurus lectorem in dubio relinquit. Quis enim miseris homines, concilij determinationem expectantes audiessimè, cui totum fidei negotium, imò animæ salutem committunt, certiores reddet, num fides sit habenda decretis concilij, an errauerint, nec ne? Audit enim ab Asoto, tum non errant legitimè isti Prælati, cum legitimè absq̄ fraude & dolo agunt. At quis iam de illorum candore testabitur? Dolone & fraude, an bona fide, piè & sincere egerint? Hac de re Asote, quis anxias & dubias conscientias certiores reddet? Vbi interim fidei certitudo manebit, ubi cōscientię relinquent, que in rebus maximis nunquam in hac tua responsione tutò & certò cōquiescere poterunt? Id curat Asotus scilicet. Quod si ex ipsis Patrib. conciliarib. queras, num legitimè an uero dolo & fraude egerint, nunq̄ eō uesanie progradient, ut se dolo & fraude egisse testentur:

550
testentur: conuincere porro eos quis poterit; immo ne quidem tentare auderet. Sicut Asotus ipse asserit. Tametsi autem hec quavis glacie frigidior, & magis lubrica sit responsio: tamen tantum robur esse talium decretorum, tantam auctoritatē affirmat, ut nullus priuatus, nullus minoris auctoratis possit de tali sententia dubitare aut censere. An non te pudet horum manifestorum mendaciorum, que aperte cum Paulo pugnant, qui manifeste priuatis etiam iudicium tribuit, cum inquit, Ceteri dijudicent. Item, Si sedenti fuerit reuelatum, taceat prior. Quanto Abbas Panormitanus, rectius & melius hoc impio & subdolo fraterculo, qui etiam laico & priuato plus credendum esse affirmat, quam uel Papae, uel toti concilio, si melioribus rationibus moueat. Et tu sordide, cucullate cucule, tantam auctoritatem tribueres tuis Prelatis, de quibus nondum constat, an sincere, pie & fideliter, an uero dolosè & fraudulenter egerint, ut de talium hominum sententia non liceret dubitare uel censere. Quod si hoc probare nobis posset & obtinere, iam omnia sua falsa dogmata & cultus idololatricos, impieatem & blasphemias Romanæ sedis confirmasset, & stabilita esset uetus tyrannis, ut nemo illi dicere auderet, Quid facis?

Apoge sis cum hac tua ista intemperie. Hic enim honos solis debetur canoniciis scripturis, ut nullum eorum authorem scribendo errasse firmissime sit credendum. Ceterorum uero omnium hominum scripta, & etiam conciliorum decreta, huic Paulina regulæ subiecta sit: Omnia probate, & quod bonum est, retinete. Quia dicit, Omnia, non excludit ab hac universalis concilia: alias enim dixisset, Praeter concilia. Hanc ne tu nobis libertatem adimeres, ut tui Asotici Prelati dominarentur fidei nostræ? Absit, hoc Deus clementer prohibeat.

Quod pro confirmatione suæ dubiæ sententiae, quod cœcilia non possint errare, locum ex Matthæo adducit, Portæ inferi non præualebunt aduersus eam: loquitur Christus non de concilijs Prælaticis, sed de Ecclesia sua uera, cui non præalent portæ inferi, etiam cum concilia errant, quibus portæ inferorum saepè præualuerunt. Hæc enim non semper sunt Ecclesia: & ut maximè p[ro]ij illis intersint, tamen non sunt tota ecclesia. Quare etiamsi illi p[ro]ij errare permittantur: tamen nondum tota Ecclesia erravit. Nihil ergo ad rem hæc Christi promissio, quam Lyra interpretans addit, ex eo patere, quod Ecclesia non consistat in hominibus ratione potestatis uel dignitatis Ecclesiastice uel secularis, quia multi Principes & summi Pontifices & alij inferiores inuenti sunt apostataffe à fide: propter quod consistat Ecclesia in illis personis, in quibus est noticia, & uera confessio fidei & ueritatis.

Quæ uerba Asotus noster, tanquam insignis interpres, ut scripturæ, ita & Patrum, qualiter dexteritate eum utrumque hactenus præstisile uidimus, intelligit de hæreticis, quod illos solos ab Ecclesia rejicit Lyra. Et tamen antea a Brentio admonitus, ne quereret expositionem & diuerticula, prominat se nullum quæsitorum. Quasi uero Lyra tanquam singulariter nondos: quis est enim qui hoc ignoret?

Loquitur autem Lyra, quod ex uerbis ipsius patet, de ipsis statibus, & uitæ generibus, quæ præcipue dignitate & potestate in Ecclesia precllunt, siue de ordine Ecclesiastico: in hoc ordine, dignitate & prærogatiua, negat Lyra consistere Ecclesiam. hoc est, ut intelligas, non ideo quis est uerum Ecclesiæ membrum, non ideo errare non potest, quia est Prelatus Ecclesiæ aut Princeps: Quia, ut uerba eius habent, multi eiusmodi omnino à fide defecerunt. Quid manifestius Lyre uerbis? Sed

Sed quia non nihil dignitati Prælatorum derogare uidentur, ideo glossa
sunt excogitanda.

Sed Asotus ipse uidet parum fiduciae in hoc suo commento esse, ideo
dicit, Hoc nos de illo (Lyra) credimus. quod si aliter Brentius putet eum
sensisse, nihil nos moratur. Nec enim ex illis primæ authoritatis Patri-
bus Lyra est, quos magistros suscipit Ecclesia, &c. Sicut ille de sententijs
quæ in Senatu dicebantur, affirmauit, quod numerentur, & non ponde-
rentur: ita Asoticis ualent sententiae de dogmatibus non propter ipsius
rei certitudinem & ueritatem, sed propter uetusatem & consuetudinem.
Si Lyra, qui non inutilem nauauit operam in expositione textus Biblio-
rum, tempore Cypriani uiuisset, in hoc suo genere haud dubie omnibus
preferretur Patribus. iam quia posterior illis est, minoris est authoritatis,
qua Patribus, ut uidemus, cum ætate crescit. Nec nos quidem tantum
Lyrae tribuimus, ut propter ipsum credamus: uerum quia hæc sententia
alijs scripturæ testimonijs & argumentis probari potest. Hoc autem in
insumma uult Lyra, loco dicto: Non ideo Ecclesiæ portas inscrorum pre-
valere, etiam si Pontifices & Prælati errent, sicut nonnulli prorsus à fide
defecerunt, quia in illis personis iam consistat Ecclesia: sed in illis consi-
stere Ecclesiam, qui habent ueram Dei noticiam ex uerbo Dei conce-
ptam, quod & nos affirmamus, contra Asoticam pompticam Ecclesiam,
quam & errare posse & errasse se penitus demonstrauimus. Quod &
superius quoq; ex Hilario audiuimus.

Postremò, ut ostendat quanta sit non modo ueritas, sed etiam auctori-
tas, non tantum quatuor illorum primorum conciliorum, uerum & reli-
quorum sequentium, dicit: Confiteri catholicos omnes, eorum auctorita-
te nobis fidem catholicam constare.

Nos uero ut libenter uerorum conciliorum ueras definitiones ample-
ctimur, ueritatem uerbi Dei & scripturæ ijs nobis declaratam agnoscim-
us, eorum auctoritatem ut sacrosanctam ueneramur: ita pessimè con-
sultum esse diceremus Ecclesiæ, si conciliorum auctoritate fides nostra
constaret. Neq; enim cōcilijs, neq; angelis, nec ulli alijs creaturæ licet fidei
articulos cōdere. Neq; enim ulla humana auctoritate fides nostra ntititur
aut constare potest. Fides, inquit Paulus, ex auditu, auditus per uerbum Rom. 10.
Dei. Item, Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Pau-
lus inquit, Euangelium Dei, non concilia, est potentia Dei, &c.

Neque enim quod hæc uerba, filium Dei, Patri esse consubstantiale:
Item, duas naturas esse in una Christi persona, inconfusas, inseparabiles,
&c. in sacra scriptura his literis & apicibus, atq; syllabis non habentur, exi-
stendum est, nos articulos hos fidei, synodis acceptos ferre debere, &
non in sacra scriptura haberi.

In hoc enim grauem profecto iniuriam Patribus faceremus, quod uel
ipſi nouos fidei articulos, qui in sacra scriptura non haberentur, confin-
xissent: uel quod temere Arium, quia in ipsorum uerba iurare noluerint,
condemnarint.

Non extant, fatemur, hæc uocabula, Consustantialis est filius Patri in
scriptura; sed cum toties illuc dicatur, unum esse Deum: & rursum, Filius
uerus & aeternus Deus uocetur, unus cum Patre, &c. quid aliud faciunt
patres Nicæni, cum declarant, Filium unius & eiusdem esse essentia cum
Patre, quam quod nativum & genuinum scripturæ sensum enarrant. Nec
Constantinum, qui Patres illos conuocauerat, aliud in præfatione, qua
concilium alloquebatur, petiſſe ab eis legimus, nisi ut ex Prophetarum
oraculis, Euangelicis & Apostolicis libris, qui sensum numinis ostende-
rent, quæſtionum explicationes & solutiones ſumerent.

Quod

IN CAPVT LXXXV.

³⁵² Quod si quis tunc dixisset Aſotico more, illorū auctoritate fidem niti, & conſtare, haud dubie ſummae ignominiae & blaſphemiae loco acce- piffent.

1.Tim.3.

Eph.2.

Hoc quidem uerum eſt, in Ecclesia ſeruari ſemper ueritatem, unde & columna & firmamentum ueritatis dicitur, quod ſua diligentia, ſtudio & opera conſeruet & retineat uerbum Dei, ſuper quod ædificata eſt, tanque ſuper fundamentū. Quod igitur in mundo nō extinguitur ueritas, ſed ſalua permaneat, id fit, quod fidam habet custodem Eccleſiam, apud quam deponita eſt tanquam monile & margarita preſiosa. Atqui hinc non ſequitur, conciliorum auctoritate nobis fidem catholicam conſtare, cum neque Eccleſiae, quae longe ſupra concilia eſt, ea nobis conſter, ſed ſoli uerbo Dei hic honos debetur. Cum enim hæc ueritatis cuſtodia & conſeruatio in uerbo & doctrina Prophetica & Apoſtolica conſiſtat: ſequitur, totam inde pendere, ſi uerbum Domini fideliter & diligenter conſeruer, ſuamque puritatem retineat.

Explodenda igitur ſunt hæc falſa encomia de auctoritate concilio- rum, qua Aſotus homo uertigine cum ſuis Praelatis laborans, per mortuū (ut ſunt multa ægrotantium ſomnia) ſomniat & imaginatur phantasticè, nobis fidem catholicam conſtare. Quod ſi dixiſſet illos Patres diligen- tem nauaffe operam in defendenda & conſeruanda fide catholicā contra hæreticorum furores, habuiſſet nos conſentientes: cum uero nīmum, & quod illis nec debetur, nec ipli agnoscūt, tribuat, aduersari neceſſe eſt, ne fides noſtra hominū opinioṇib⁹ niti uideatur.

ANNOTATA IN CAPVT LX X V.

Hoc capite Aſotus exemplum ex Auguſtino de non rebaptiſandis, ab hæreticis baptiſatis producit: quod idem aut or non ſcripturæ, in qua certum exemplum non habeatur, ſed conciliij auctoritati hanc defi- nitionem acceptam ferat. Hinc fraterculus auctoritatem conciliorū con- ſirmare nititur, quod concilia auctoritatem & potestatem habeant defi- niendi & ſtauendi ea quæ in ſacra ſcriptura aliás non habeantur.

Notum eſt autem omnibus, hanc quæſtionem, utrum ab hæreticis ba- ptiſati, redeuntes ad Eccleſiam, abnegata hæreſi ſint rebaptiſandi; an uero tantum cum manuum impoſitione uel ſimiſi ceremonia recipiendi, mul- ta certamina & diſſidia in Eccleſia peperiffe.

Cap.46.

Inter canones Apoſtolorū extat canon eiusmodi: Epifcopus aut pres- byter, ſi eum qui uerum baptiſma habeat, iterum baptiſauerit, aut pollu- tum ab impijs, non baptiſauerit, deponitor: ut qui crucem & mortem Do- mini derideat, neque diſcernat ueros ſacerdotes, à ſacerdotibus im- poſtoribus.

Hic canon Apoſtolorum non modò ab hæreticis, ſed etiam ab impijs & impostaſoribus baptiſatos, uult rebaptiſari: niſi forte per iimpios & im- poſtores, hæreticos tantum intelligat.

Cyprianus in ſuo concilio, decreuit cum Epifcopis Africæ, rebaptiſan- dos ab hæreticis baptiſatos, quod hæretici baptiſtum & uera ſacramen- ta non habeant, ideo nec dare poſſint.

Hift. Eccl.lib. xii. cap. vi.

Dionyſius Alexadrinus Epifcopus lib.3. de baptiſmo ad Philemonem urbis Romæ presbyterum ſcribit, non tunc primū in Africa de hæreti- cis rebaptiſandis ab Epifcopis eſte decretum, ſed & anteā iam in nonnul- lis Eccleſijs & concilijs Epifcoporum, uelut in Iconio, atque alijs locis de hoc fuiffe traſtatum.

Similiter & in concilio Nicæno decretum eſt, ut Paulianistæ, qui ſunt Photiniiani, rebaptiſentur, *Hift. Eccl.lib. x. cap. 6.*

Vnde

Vnde Augustinus libro de Hæresibus ad Quod uult deum dicit, credendū, quod regulam baptismatis non teneant. Hoc dicitur quidem, sed non probatur ab Augustino.

Hæc si uera sunt, quæ ex canonibus Apostolorum, Dionysio Alexandrino, & concilio Niceno protulimus, quomodo hæc, quæ ab Augustino dicuntur, & iam ab Ecclesia tota obseruantur, conciliabimus? Certè canones Apostolorum Episcopum & presbyterum, qui non rebaptisaue rit ab impijs baptisatum siue pollutum potius, deponi iubet. Concilium in Iconiō celebratum decreuit: similiter & Nicænum.

Aut igitur Apostolorum canones, quorum sacrosancta apud uos est auctoritas, nothos esse, & concilium Nicænum errasse dicendum erit: aut totam Ecclesiam ab Augustini tempore, quo diuersum hucusq; obseruauit, in hoc erroris damnare, necesse erit: aut tu nobis expositione excogitata, cuius rei artifex es Asote, hanc contrarietatem conciliabis. Sed quanta difficultas tibi conciliaris auctoritatis defensori sit subortitura, experieris Asote. Facile quidem dicitur, magnâ esse conciliorum auctoritatem. Sacrosancta esse decreta conciliorum, nusquam ab eis recedendum. Quod si uobis Pontificijs obseruandi essent conciliorum canones, ad mendicatatem redigeremini. Et idem uobis Romanistis accideret, quod Carneades de Romanis, cum rerum potirentur, totiç orbi dominarentur, dixit, quod uidelicet, si iusti esse uelint, hoc est, aliena restituere, ad casas esse redeundum, & in necessitate ac miserijs iacendum.

Quod ad nos attinet, libenter cum tota Ecclesia obseruamus hoc, ne uidelicet ab hæreticis baptisati redundentes ad Ecclesiam, rebaptisentur. Verum id non propter concilia, quia ipsa ita statuerunt: absit enim hoc, absit inquam, ut ipsa in tantis rebus quicquam proprio suo arbitrio statuant, de quo præcedenti capite.

Quod autem querit Asotus, Nunquid sententiam Ecclesiæ, quam in re prius ambigua, & quæ certum non habebat in scriptura exemplum, oporteat rursus exigere, ut Brentius inquit, ad scripturā? O' te ad depravandam scripturam sacram & Patrum scripta natum, factum, fictum & sculptum. Ita recitat Asotus ex Augustino quædam, quasi negaret quicquam in sacra scriptura definitum de baptisatis ab hæreticis, num sint rebaptisandi, uel quomodo recipiendi: Augustinus cum Donatistis urgentibus, ut exemplum proferret e scripturis, quo doceret non denuo baptisandum, Petri attulisset, ad quem Christus dixerat, Qui lotus est semel, non opus habet iterum lauari: illi uero exciperent, Petrum non apud hæreticos baptisatum: & hic opponeret, nec ipsos ex scripturis canonis probare posse, ab hæreticis uenientem, baptisatum: tandem dat illis, quod ad exempla ex scripturis canoniciis, parem esse utrisq; causam. Interm uero non dicit, nullius sacræ scripturæ autoritatē, sed tantum Ecclesiæ definitione, rem hanc constare, quod non essent rebaptisandi. Nam Donatisti, cum quibus Augustino negotiū erat, nec Ecclesiam, nec concilij auctoritatem aut definitionem agnoscebant, uel curabant. Quare si ad solam Ecclesiæ autoritatem configisset Augustinus, nihil contra adversarios obtinuisse. Ideo ex communibus scripturis canoniciis, quas Donatistæ recipiebant, hoc illi probandum fuit: & hanc Ecclesiæ communem sententiam, scripture autoritate nisi, comprobandum.

Prolixè ergo & multis cùm hoc loco, tum alibi, probat ex scripturis hanc Ecclesiæ sententiam, de non rebaptisandis ab hæreticis baptisatis: Vnum esse baptisma ubique sit siue in Ecclesia, siue extra: sicut unus Deus est, qui siue extra Ecclesiam ignoranter colatur, siue in Ecclesia uita, non ideo desinit esse Deus: ita nec baptismus apud hæreticos datus

August. contra Cresco. Gram. lib. 1. cap. 31. 32.

33

Eodem lib: cap. 29.

Eph. 4:

uel acceptus desinit esse, sed unus & idem ac uerus est baptismus, licet si ne fructu & utilitate. Nunquid in nomine Pauli baptisati estis? & licet schismata essent inter illos, tamen baptisati erant baptismo Christi.

Deinde exemplo à circumcisione sumpto, cui baptismus successerit, probat, inquiens: Nunquid apud Samaritanos circumcisus, si fieri tunc uellet Iudeus, possit iterum circumcidiri? Nonne illius hominis error corrigeretur, signaculum autem fidei agnatum probaretur? Et nunc sunt quidam hæretici, qui se Nazarenos uocant, à nonnullis autem Symmachiani appellantur, & circumcisionem habent Iudeorum, & baptismum Christianorum: ac per hoc quemadmodum si quis eorum ad Iudeos uenerit, non potest iterum circumcidiri: sic cum ad nos uenerit, non debet iterum baptisari. Adhuc dicturi estis, aliud est circumcisione Iudeorum, aliud baptismus Christianorum? Sed cum illa umbra fuerint huius ueritatis, cur illa circumcisione & apud hæreticos Iudeorum esse potuit, iste autem baptismus apud hæreticos Christianorum non potest esse?

August. de Baptism. contra Donat. lib. IIII. cap. XI.

Catholica uero propterea non debet iterare baptismum, quia apud hæreticos datus est, ne iudicare videatur ipsorum esse quod Christi est: aut eos non habere quod intus cum acciperent, amittere utique foras ex eundo, non possent.

Idem ibidem lib. IIII. cap. XI.

Non itaq; patrocinatur hæreticis, qui non eis tribuit, quod et si apud eos, non tamen ipsorum esse cognoscit. Non nos concedimus hæretico baptismum: sed illius baptismum, de quo dictum est, Hic est qui baptisat, ubi cunq; inuenierimus, agnoscimus.

Idem lib. IIII. de baptismo cap. XV.

Quamobrem si Euangelicis uerbis, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Marcion baptismum cōsecrabat, integrum erat sacramentum, quamvis eius fides sub eisdem uerbis aliud opinantis, quam catholica ueritas docet, nō esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Nam sub eisdem uerbis, id est, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nō solum Marcion, aut Valentinus, aut Arius, aut Eunomius: sed ipsi carnales parvuli Ecclesiæ, quibus dicebat Apostolus, Nō potui loqui uobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Nunquid tamen ideo non integrum sacramentum accipiunt? Aut nunquid ideo si proficerint, & opinionum carnalium uanitatem emendauerint, denuò, quod acceperant, repetendum est?

Idem lib. IIII. de baptismo cap. XII.

Ita ergo nec foris, sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest, uel in se, uel in quoq; maculare sacramentum, quod Christi est. Non itaq; dat remissam peccatorum sermo, qui, ut cancer serpit ad aures auditantium. Sed cum baptisma uerbis Euangelicis datur, qualibet ea peruerseitate intelligat ille, per quem datur, uel ille cui datur, ipsum per se sanctum est, propter illum cuius est.

Sed quid attinet plura ex Augustino testimonia in hanc sententiā producere, cum libri quos de baptismo cōtra Donatistas scripsit, referti sint? Hæc eam ob causam in medium uolui afferre, quia Asotus mendacissime & impudentissime nugatur Augustinū affirmare, Ecclesiam sine certiorum, ut omnes sani intelligent, Augustinū non hanc ob causam ranti facere

facere hanc Ecclesiæ sententiam, quia ipsa ita statuit: sed quia sacræ scripturæ testimonij nititur. Et si enim hæ syllabæ & uerba, Baptisati ab hæreticis, sunt in Ecclesia rebaptisandi, non hoc ordine sint in sacris literis positæ: tamen rem ipsam in eis contineri, Augustinus diserte testatur. Videlicet cum iuxta Christi institutionem, & in nomine eius sint baptisati, & ipse sit qui baptiset: nec hominum, sed Dei nomen sit super eos inuocatum, ac unus sit baptismus ubi cuncti sit: non posse repeti baptismum, sicut nec circumcisionem, quod cuncti siue qui baptisaverit, siue qui baptisatus fuerit, senserit. Ideo ergo sententiam hanc Ecclesiæ amplectendam, quia in sacra scriptura comprehensa sit. Quod si concilium uel Ecclesia sine sacra scripturæ autoritate hoc definiuisset, scias Sote, nos hoc decretum de non rebaptisatione non amplexuros. Sed quia scimus dona & uocationē Dei esse sine poenitentia, & satis, ut ostensum est, scripturæ autoritate comprobatum, ideo nos quoque consentimus.

Iam igitur respondeo tibi Asote, Brentij nomine, cum queraris, Num sententiam Ecclesiæ ad sacram scripturam exigere oporteat? respondeo, inquam, non meis uerbis, sed ex te ipsa, & modo quo Augustinus totam hanc causam contra Donatistas egit & obtinuit, non nitens Ecclesiæ autoritate, sed institutione sacramenti à Christo facta, & in sacra scriptura recitata & fundata: item, authore sacramenti & efficacia eam confirmans: & confidenter affirmo, & hanc & alias sententias, siue Ecclesiæ, siue conciliorum, ad normam & regulam sacræ scripturæ exigendam, iuxta illud Pauli, OMNIA PROBATE.

Recipimus itaque hanc sententiam, & ueram esse credimus, non tam quia Ecclesia ita sentit, quam quia hanc suam sententiam ex sacra scriptura nobis probare potest, sicut præcedentí capite de Concilijs, eorumque decretrum dictum est.

Sed magnam Ecclesiæ esse autoritatem Asotus asserit, eamque nobis in scriptura ipsa commendari. Quare eius sententia non ad scripturam sacram exigendam? Fateor, non parua est totius Ecclesiæ autoritas, sed quid haec ad uos Asoticos, qui iam Ecclesia uera non estis, sed ueræ Ecclesie hostes & persequutores? Sed nunquid uel maior, quam ipsius scripturæ, aut par illi, nunquam hoc affirmare audebis. Ecclesia nobis audienda est: sed hoc nihil aliud probat, quam uerum Ecclesiæ consensum non esse spernendum: uerus autem Ecclesiæ consensus in scriptura sacra consistit. Nunquam enim uera Ecclesia nisi in ueritatem uerbi Dei consentit. Nam cum ipsa sponsa sit Christi, uocem sponsi audit, & secundum illam pronunciat. Quod si amplius quid postulant, quicunque tandem sint, qui Ecclesiæ autoritatem urgent, sciant nihil sibi uerba Christi suffragari. Discipula est Ecclesia, Oues meæ uocem meam audiunt. Ideo non potest pronunciare, nisi secundum uerbum sponsi. In his igitur eius autoritatem agnoscamus.

Et Christus ipse Apostolis non dat aliam autoritatem, nisi testium, LUC. 24. ritis mihi testes. Testis autem nihil de suo addit, sed tantum audita & uisa refert bona fide. Non igitur noua dogmata eos uult comminisci, sed testes esse de doctrina à se tradita. Sic igitur & Ecclesia testis est de certo uerbo & dogmate diuinitus patefacto, per Prophetas & Apostolos. Neque uero omnia concilia semper sunt Dei Ecclesia, nec semper omnia in nomine Christi sunt congregata. Nec semper ille coetus qui nomen habet Ecclesiæ, populus Dei, nec in omnibus regulam uerbi Dei sequitur. Quare non est, quod Asotus nobis quævis suorum decreta pro Ecclesiæ placitis obtrudat, sine examine recipienda: sed exigemus ad scripturas, & ex fru-

c̄tibus cognoscemus, num uerū prophetæ, an uerò lupi rapaces ediderint oracula cœlestia, aut suum ululatum.

Vide autem qua astutia, fraude, fallacia & dolo fraterculus dolosus uatur. Proponit de cōciliorum auctoritate, & deinde probat de Ecclesia. Quasi uerò idem sit concilium, quod Ecclesia, & pars utriusq; authoritas: cum concilia errasse constet, nec quisquam nisi ignarus omnis antequitatis aut impudentissimus hoc negare possit: contra Ecclesiam uerò ne portæ quidem inferorum præualeant: nec omnia concilia, uera sint Ecclesia.

Ne uerò Brentius Asoto de electorum uera Ecclesia litem moueat, φ metuit, & ait Brentium dicere quòd sit prædestinorum congregatio, & inuisibilis ac incerta: illam uerò baptisatorum & profitentium fidem non esse ueram Ecclesiam quæ errare non possit. Contra hoc, ait Asotus, loquitur Augustinus, imo per eum ueritas ipsa ostendit, illam Ecclesiam stabilem & firmam, certam esse & manifestam, quæ scilicet in communione catholica Patrum permanet.

Neq; Brentius Asote Ecclesiam incertam affirmat, & in hoc luculentā ipsi facis iniuriam. Semper enim monstrat uisibilem uocatorum & baptisatorum cōcētum, qui habet uerbum Dei purum & sincerū, ac legitimū sacramentorum usum, in hoc cōcētu quærendum: & esse affirmat ueram Dei Ecclesiam.

Num uerò, aut ubi Augustinus Ecclesiam definiat & describat catholica, quæ in communione Patrum permaneat, ignoro, neq; etiam Asotus locum annotauit. Sed hoc certum est, longè alias notas ab eodem describi, quibus quærenda sit & agnoscenda uera Ecclesia. Nec enim minima hæc fuit controuersia inter Donatistas & ueram Ecclesiam catholicam. Fieri quidem potest, quòd Patres alicubi recenseat, qui in catholica Ecclesia permanserint, & certa temporum serie perpetuò sibi successerint, nec quenquam ex illis omnib; cum Donatistis sensisse, &c. sed longè alias ponit notas, quibus uera Ecclesia agnoscenda & quærenda sit, uidelicet ex uerbo Dei & scriptura, oues audire uocem pastoris.

August. de unitat. Ecclesia cap. x.

Habeo manifestissimam uocem pastoris mei, commendantis mihi & sine ullis ambagibus exprimitis Ecclesiā. mihi imputabo, si ab eius grege, quod est ipsa Ecclesia, per uerba hominum seduci atq; aberrare uoluerō, cum me præsertim admonuerit dicens: Quæ sunt oues meæ, uocem meam audiunt, & sequuntur me. Ecce uox eius clara & aperta ac audita. Qui eum non sequitur, quomodo se ouem eius dicere audebit?

Ibidem cap. XVI.

Remotis ergo omnibus talibus Ecclesiam suam demonstrent, non in sermonibus & rumoribus Aphrorum, non in concilijs Episcoporum suo rum, non in literis quorumlibet disputatorum, non in signis & prodigijs fallacibus, quia etiam contra ista uerbo Domini præparati & cauti redditi sumus. Sed in præscriptio Legis, in Prophetarum prædictis, in Psalmorum cantibus, in ipsius pastoris uocibus, in Euangelistarum prædicationibus & laboribus: hoc est, in omnibus canonīcīs sacrorum librorū authoritatibus. Paulo pōst: Et sic ostendant, ut nō dicant, Verum est, quia hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collegæ mei, aut illi Episcopi uel clericū uel laicū nostrū: aut ideo uerum est, quia illa & illa mirabilia fecit Donatus, uel Pontius, uel quilibet alius: aut quia homines ad memorias mortuorum nostrorū orant & exaudiuntur: aut quia illa & illa sibi con-

ibi contingunt: aut quia ille frater noster, aut illa soror nostra, tale uisum vigilans uidit, uel tale uisum dormiens somniauit. Remoueantur ista, uel figura mendacium hominum, uel portenta fallacium spirituum. aut enim non sunt uera, quae dicuntur: aut si haereticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus.

An' non Asote haec eadem ferè sunt, quibus uestram Romanam Ecclesiam, ueram esse demonstrare uultis, quae Donatistæ pro sua parte afferebant? Et qua ratione Augustinus ea quæ in Donatistis repræhendit, pro sua sententia confirmatione adduxisset?

Lege, Asote, totum hunc librum de Ecclesiæ unitate, & uidebis nihil minus D. Augustini agere, q̄ ut talem notā Ecclesiæ proponat, uidelicet Patres. Imò ex professo hoc impugnat Cap. 2. Inter nos & Donatistas quæstio est, ubi sit ecclesia, quid ergo facturi sumus? In uerbis nostris eam quæsituri, an in uerbis capitis sui Domini nostri Iesu Christi? Puto quod in illius potius uerbis eam querere debemus, qui est ueritas, & optimè nouit corpus suum. Cap. 3. Auferantur ergo illa de medio, quæ aduersus nos inuicem non ex diuinis canonicis librīs, sed aliunde recitamus. Quærat fortasse aliquis & dicat mihi, Cur ergo ista uis auferri de medio, quando communio tua, etiamsi proferantur, inuicta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrati. Haec Augustinus.

Atqui haec non diuina oracula, sed humana erunt documenta, si dicat & monstret hanc esse Ecclesiam stabilem, firmam, certam & manifestam, quæ in communione Patrum permanet. Quod si maximè haec sunt Augustini, quæ Asotus sibi uisus est afferre ex eo, oppono haec iam plurima, certissima & firmissima, quibus ex professo hanc sententiam toto libro impugnat: & quo iudicio sua scripta legi uelit, quantumq; eis tribui, superius auditum est.

Postremò recitat quædam ex Augustino de quæstione, Vtrum ab haereticis baptisati sint denuò baptisandi, ubi Augustinus scribit: Quam consuetudinem credo ex Apostolica traditione uenientem, sicut multa non inueniuntur in eorum literis, nec in concilijs posteriorum: & tamen quia per uniuersam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & cōmenda traduntur, &c. Hic uero Asotus insurgit, Vide inquit, quām intrepide, quām manifeste traditionem præter scripturas agnoscit Augustinus, & uniuersalit Ecclesiæ consuetudinem testimonium esse certissimum eius docet. Vides deniq; Ecclesiæ & conciliorum auctoritatem & rationem definiendi ex traditionibus. Haec omnia lucidissima sunt, re ipsa ostensa ab Augustino. Quæ sinegentur, necesse est non tantum Donatista cum haeresim, sed in uniuersum omnes simul exuscitari, cum auctoritas Ecclesiæ & conciliorum, aut certitudo eorum in dubium uocatur. Hoc dicit esse catholicum, non Asoticum aut Thalmudicum, ut Brentius dixerat. Quid igitur nos ad accusationem hanc grauissimam? Copiosè à nobis ad has omnes Asoti criminationes hactenus est responsum, & ex saepe scripturæ atque Patrum ipsorum testimonij uerè citatis, dictum est, quid de traditionibus sit sentiendum, quatenus recipienda, & quomodo cognoscendum, num & quæ ab Apostolis sint profectæ, & quem locum obtinere in Ecclesia atque iudicijs & interpretatione scripturaræ atq; controversiarum religionis debeant. Quæ item sit Ecclesiæ & conciliorum auctoritas & ratio definiendi in eis, unde petenda testimonia, quibus ambigua definiantur,

IN CAPVT LXXVI.

⁵⁵⁸ Agnoscimus autem, & non negamus Augustini hanc sententiam: in qua nequaquam hoc uult, ut traditiones quæ cum sacra scriptura pugnant recipiantur. Alias enim sibi aduersaretur, quæ nihil nisi scripturæ canonicae consonum uult recipi. Et quæ de Ecclesia eiusq; authoritate loquitur, nihil ad uos, uestramq; Ecclesiam: quæ tantum à uera & illa, quæ Augustini temporibus fuit, distat, quantum tenebræ à luce, terra à cœlo, diabolus à Christo, &c.

Neque si ea, quæ iniuste postulat Asotus, negentur eis, omnes statim hæreses excitabuntur. Notæ sunt nobis, Asote, amplificationes & hyperbolæ: ideo nihil eis mouemur. Sed si omnino hæreses excitabuntur, nulla erit commodior ratio, qua id fiat, quod hactenus etiam in Papatu strenue factitatum esse uidemus, quam si omnia quæ sunt in Ecclesia Romana, nomine traditionum Apostolicarum uenditabuntur. Hæc est compendiaria ratio infinitorum errorum, quibus Romana Ecclesia satet. Quos ut confirment, consuetudinem Ecclesia suæ allegant, quæ traditiones istæ Apostolicæ esse probantur. Accedunt deinde conciliabula ipsorum, quæ ex istis incertorum authorum traditionibus definiunt omnia. Porro concilia errare non possunt, quia sunt Ecclesia, quæ habet promissionem præsentia Spiritus sancti. Ergo omnia quæ sunt in Romana Ecclesia, pura sunt, omni errore carent: ergo uirgo est sine omni labe & macula, sancta, casta: inuiolata uirgo ante & post partum, imò etiam in ipso partu: quia nō purum hominem, sed magnum terrestrem nobis genuit Antichristum: sponsa Christi, magistra fidei, domina cœli, terræ, inferni, & quid non? Procidamus ergo ad genua, confessentes peccata nostra: redeamus ad gremium Ecclesiæ, & nos in gratiam recipi supplices petamus: adoremus bestiam, cum quæ scortati sunt Reges, Principes & populi, &c.

Ridere me dicet Asotus: Quid enim aliud agerem aut responderem ad nugas Asoticas, quas subinde repetit, cum certis, perspicuis, & firmissimis testimonijis, argumentis & rationibus omnia sint refutata: & nihil aliud satan moliatur per suum organon, quod à Soto extituit, nisi totius boni destructionem, perniciem & pestem præsentissimam, Scripturæ sacræ contemptum extremum, & omnis fallitatis & idolomaniae confirmationem.

Falsissimum autem est, quod Asotus garrit, Augustinum traditiones præter scripturas agnosceré. Dicit quidem se credere hanc consuetudinem ex traditione Apostolica uenire. Sed confirmat eam ex sacra scriptura: quod nisi posset, nunquam crediturus erat. Et pro nobis contra uos hoc facit, nam & nos eas Apostolicas esse dicimus, quæ cum scriptura consentiunt. Sic & de alijs, quæ quod ad literam, eti non ita inueniuntur, tamen quia ex scriptura probari possunt, ab Apostolis tradita creduntur. Hæc nunquam negauimus. Quid autem, num & illa Augustinus pro traditionibus Apostolicis agnouit, quæ nullum habent in eorum literis testimonium? Num ex his iudicare & definire uoluit? Absit hoc à tanto uiro. Ita non abiiciuntur quæ uerè sunt Apostolicæ traditiones: & tamen iudicium summum semper à sacra scriptura dependet.

ANNOTATA IN CAPVT LXXVI.

^{Supradicta.} **S**píritu uertiginis fraterculum istum misellum rapi, uel ex hoc capl. in hoc de concilijs tractatu proposuisset, tantam esse conciliorum necessitatem

cessitatem, ut fidei unitas in Ecclesia constare & conseruari nequeat, nisi certum & summū habeamus tribunal, ad quod in dubijs confugiēdum, & illud quidem unum, cui scilicet omnes parere debeat: & repeit, Vnum inquam iudicium, &c. Et cap. 73. Constat igitur in Ecclesia unam fidem & unam confessionem seruari non posse, nisi iudicium unum sit & præsens, in quo certa feratur sententia, cui omnes sint subditi. Iam hoc capite ex Augustino dicit, ad confutandas hæreses, & finienda dubia fidei, non semper opus esse plenario concilio, sed uel per literas, uel per Episcopos loci id fieri posse. Cum rarissimæ hæreses synodi congregatione sint condemnatae, multoq; & sine cōparatione plures sint: quæ ubi extiterunt, illic improbari damnariq; meruerunt. Et concludit dicens: Consensus igitur Episcoporum perpetuus, & mortuorum & uiuentium iste est, quo confutantur hæreses; nec concilijs, teste Augustino, opus fuit, nisi quam rarissime.

An' non haec duo pugnant ex diametro, fidei unitatē seruari nō posse, nisi unum habeamus tribunal, ad quod in dubijs fidei cōfugiamus, & cui omnes parere necesse sit: Et ad fidei dubia finienda, non opus esse concilio, sed per unum id fieri posse, cui tamen non omnes sunt subditi?

Neq; uero hanc solum Asotus de conciliorum necessitate suam sententiam hoc modo impugnat: sed etiam cum afferit per Episcopum loci posse dubia fidei definiri & hæreses damnari, nobis suffragatur: & illam alteram suam sententiam, qua negauerat ad unum quemuis hominem, qui esset ecclesiæ membrum, pertinere, de doctrina religionis iudicare, & ^{Suprà cap:} 24. ueram à falsa internoscere damnat, cum antea miris modis hanc Brentij sententiam exagitauerit, qua dixerat non solū ad eum cōtum, qui in nomine Christi, publica auctoritate conueniat, sed etiam ad singulos pertinere iudicium de doctrina religionis, & uerā à falsa internoscere. Quid enim interest inter Brentij sententiam, quam toto illo capite deridet, & Asoti: nisi quod ille omnibus Ecclesiæ membris, hic uero tantum Episcopis, in quibus num uera membra Ecclesiæ sint, non considerandum esse monet Asotus, sufficere, quod sint legitimi Prælati, tribuit. At, utrum tutius est, Ecclesiæ membro, an uero illi, de quo incertus sis, num ad Ecclesiam Dei ueram pertineat, quia Epicureus, imò hanc ipsam ob causam certus, quod minime sit Ecclesiæ ciuis, iudicium de religione committere?

Atq; hoc modo Asoto idem accidit, quod cani Aesopico, qui cum nimia auditate umbræ inhiaret, & plus habere cuperet, id etiā quod habebat, amisit. Ita Asotus dum omnia sua Perlati solis vult uendicare, & omnia Brentij calumniari, etiam ea, quæ habere uidebantur, male causam ipsorum agendo, perdit. Sed talis decebat eos patronus, quales sunt ipsi, & qualem habent causam, atq; ita dignum patella operculum.

Miraris fortasse, quid sibi Asotus, acerrimus conciliorum defensor, hac uelit sententia, cum antea tam necessaria esse concilia dixerit, ut nec fidei dubia definiri, nec unitatem conseruari, sine legitimis concilijs posse affirmarit. Nunc instituti sui oblitus, non opus esse concilijs ad hæreses damnandas, & fidei dubia definienda, sed id per loci Episcopos fieri posse, afferat.

Non adeò hebeti sumus ingenio, ut non intelligamus quid sibi uelit alius. Duæ sunt potissimum causæ: quarum alteram non dissimulat, alteram uero tacet. Concilia uera & legitima, quæ perpetuò Pontificij in ore habent, si quisquam alius, ipsi oderunt, metuunt, fugiunt, detestantur & execrantur,

xecrantur, nec ulla ratione ferre possunt. Sciunt enim, non solum si cleri reformatio instituenda esset, uerum etiam dogmata dijudicanda, & feren da sententia secundum sacram scripturam, se pessimam fouere causam, doctrinam coelestem a se corruptam, cultus profanos, & multiplicem idiomam in Ecclesiam inuectam, nihil sanum relictum, eo ipso nomine in libero & Christiano concilio se accusando, conuincendos & damnando esse. Ideo iam per quadraginta annos nunquam adduci potuerunt, ut liberum celebrarent concilium. Non est quod sibi a ui metuant, cum multo plures sint numero: sed mens sibi male conscientia, etiam nemine persequeente, fugit.

Deinde & hoc sciunt, nos nullius erroris conuinci posse in legitimo concilio: facilius autem ab Episcopis loci, in proprijs suis sedibus & angulis, nostra dogmata condemnari, quam in coetu piorum, ubi audiri, exanimari & probari causam nostram petimus. Hoc ipsum hic non dissimulat: inquit enim, se hoc de Episcoporum potestate, propter Lutheranos admonere, ut appareat quam superbe Lutherus, & sui ab initio huius disensionis ortae, generale concilium petierint, iudicans eos acquiescere debuisse Episcoporum in suis locis residentium iudicio. Et profecto mirum est, quod solum superbiae hanc ob causam Lutheranos accuset, & non etiam temeritatem esse afferat, publicis legibus cohercendam, prouocare in causa, qua de tota religione agitur ab uno aut altero Episcopo, uel etiam aliquot iudicio, praesertim cum omnia omnium Patrum scripta & in illis scripturae interpretatio & sensus, eis sint notissima. Et addit, Merito id nobis illud Augustini dici posse, quod contra Pelagianos ille dixit, Istorum, inquit, superbia hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis synodus congregetur: & quoniam Dominu prohibente orbem peruertere nequeunt, saltem commouere conantur: & nos, inquit Aloysius, dicamus omnium Ecclesiarum catholica rum synodum eos uoluisse congregari.

Sed heus Aloysie, neque tu Augustinus es, neque nos Pelagiani, ut in nos merito illud Augustini torqueri possit. Et utri propius ad Pelagianorum haeresin accedant, gratiae detrahentes, peccatum originis extenuantes, & vires liberi arbitrij amplificantes, legis ipso impletionem factantes, res ipsa loquitur. Quare etsi hoc nobis Aloysius dicat, quod Augustinus contra Pelagianos, non est quod moueamur: immo potius eum gladio, quem contra nos euaginavit, conficiamus.

Postremum, quod dicit, iam apparere quid appellatione concilij uorum Prælatorum, nec cuiusquam alterius hominis iudicio fore subiectos: sup. ca. 6. sed illa omnia a quoconque ferantur, ad regulam sacræ scripturæ examinatos, ea potestate & libertate ad quam nos Christus uocauit. Quod si ab hac dissentiant, nec multitudine mouemur, nec conspiratione, nec ordinaria successione summorum, sed illos anathemata cum suis anathematis iudicabimus, & intrepidè summi & iustissimi iudicis omnium sententiam expectabimus.

ANNOTATA IN CAP. LXXVII.

Vehementissime hoc cap. Dominus Petrus in Brentium inuehitur, presumptuosum & in proprio sensu pertinacē uocans, quod concilia errare posse affirmarit. Nam fructus, qui hinc consequantur ostēsurus, non contentum fuisse hoc asserere dicit, sed etiam cōcilio illi sanctissimo Niceno, quod

no, quod à tota ecclesia, ut unū ex quatuor Euangelijs suscepto, imponat, quod errauerit cōtra Euangelicam & fidei doctrinam & ueritatem, quia dixerit, Patres in eo concilio recte quidem filium Dei aequalem esse Patri essentia & maiestate definiuisse: & cum hoc definierint, Christum in medio eorum fuisse: cum uero iudicarent eos qui Christum professi, ad militiam redirent, damnatione dignos, humani aliquid passos esse. Ibi exurgit frater Petrus, & dicit: Absit hoc, quia necesse esset fieri, ut omnis conciliorum auctoritas pereat. Quare falsissimē omnino tribuit hoc Brenius Nicæno concilio: & aut ex malitia facit, ut uolēs simplices deciperet: aut ex ignorantia historiæ antiquitatis, & disciplinæ Ecclesiasticae, & seipsum irrisione exponeret, &c.

A uiro illaudato uituperari, est laudari, inquit ille. Quare cū hęc ab A-
soto proficiscantur, qui proprio suo iudicio nō est bonus uir, non sunt cu-
randa. Omis̄is ergo & dissimulatis cōuic̄is, ad rē ipsam respondebimus.
& quidem quod initio dicit Nicenū concilium à tota ecclesia, ut unum ex
quatuor Euangelijs esse susceptum, recte est intelligendū. Non enim de
quibusvis eius decretis accipiendum est: sed de principali, ubi pronūcia-
uit Filium Dei esse Patri consubstantiale, coeternū, eiusdem maiestatis
& omnipotencie. Idq̄ non propter ipsum cōcilium creditur, quia ita sen-
sit & statuit: sed propter uerbum Dei, ex quo articulum hunc probauit &
declarauit. Eadem igitur est ueritas in concilij Nicæni articulo hoc, quæ
& in Euangelijs. Licer autem eadem sit ueritas: tamen non eadem est u-
triusq; auctoritas. Longe enim excellētior est eiusdem ueritatis auctoritas,
quæ in sacris Euangelicis libris continentur, conciliorum auctoritate. De
illo enim omnino ne dubitate quidem licet: hęc uero tanta est, ut nobis
eam ad illius regulam examinare liceat: & tantam habeat fidem & aucto-
ritatem, quantam ex scriptura habere inuenitur & meretur. Nec tibimō-
lestū sit Asote hęc audire, quasi uel auctorati conciliorum derogent, uel
fidem nostrā dubiam faciant. Hęc enim non concilij auctoritate nititur.
Et Augustini sunt, non nostra, quæ diximus.

August. contra Faust. Manich. lib. xi. cap. v.

Distincta est à posteriorū libris excellentia canonice auctoritatis, uete-
ris & noui Testamenti, quę apostolorū confirmata est tēporibus, &c. tan-
quā in sede quadā sublimiter est cōstituta, cui seruiat omnis fidelis, & pius
intellectus. Ibi si quid uelut absurdū mouerit, nō licet dicere. Autor huius
libri non tenuit ueritatem, sed aut codex mendosus est, aut interpres erra-
vit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum, quæ libris in-
numerabilibus continentur, sed nullo modo illi sacrissimæ canonica-
rum scripturarum excellentiae coequatur, ETIAM IN QVIBVS CVN-
QUE BORVM INVENITVR EADEM VERITAS, LONGE TA-
MEN EST IMPAR AVTHORITAS. Itaq; in eis, si qua forte dissona-
re propterea putantur à uero, quia non ut dicta sunt, intelliguntur: tamen
liberū ibi habet lector auditōrue iudiciū, quo uel approbet quæ placue-
rint, uel improbet quod offenderit: & ideo cuncta eiusmodi nisi uel certa
ratione, uel ex illa canonica auctoritate defendantur, ut demonstrē siue
omnino ita esse, siue fieri potuisse, quod uel disputatū ibi est, uel narratū:
si cui displicuerit, aut credere uoluerit, non reprehendit. In illa uero cano-
nica, eminentia sacrarū literarū etiamsi unus Propheta, seu Apostolus, aut
Euangelista aliquid in suis literis posuisse, ipsa canonis confirmatione de-
claratur: non licet dubitare, qd uerū sit. Alioquin nulla erit pagina qua hu-
manæ imperitiæ regatur infirmitas, si librorū saluberrima auctoritas, aut
contempta penitus aboletur, aut interminata confunditur.

Quod

Quod si Asotus, ut ualeat ingenij acumine, excipiat hæc de Patrum scriptis, non uero conciliorum decretis Augustinum scribere: certum est, Augustinum hic distinguere auctoritatē sacræ canonicae scripturæ, à quibus cunctis aliorum, siue paucorum, siue multorum scriptis, decretis, interpretationib. & statutis. Non enim respicit ad numerū congregatorū, sed ad auctoritatem, quam soli sacræ scripturæ uult uendicare, & longè superiori gradu collocare, supra omnia omnium hominum decreta & interpretationes.

Præterea, quod uociferatur, necesse esse ut pereat omniū conciliorū auctoritas, si dicatur Nicænum errasse, ideoq; falsissimè hoc à Brentio dici: uerba Asoti sunt, & Asoticae regulæ, & consequentia. Nec enim ideo sequitur, aut uerum est, quod cum Petrus Apostolus turpiter & horribiliter Christum abnegans lapsus sit, & postea etiam accepto Spiritu sancto in faciem Paulus ei restiterit, eo quod reprehensibilis esset, non recte ambulans ad ueritatem Euangeli: mox omnis, uel Petri, uel reliquorum Apostolorum auctoritas perierit. Ita nec ideo omnium conciliorum omnis auctoritas perijt, si maximè dicatur in hoc Nicænum errasse.

Aut nunquid meliores, sanctiores, & maiores fuere Petro: aut maiorem illis auctoritatem tribuemus? Quis fit igitur quod Frater Petrus non adeò desudet in defensione Apostoli Petri, ne circa ueritatem & doctrinam Euangeli & fidei errasse videatur, aut conuincatur, quo & ipsi & alijs apostolis salua maneat, & non pereat, auctoritas. alias enim de scripturæ auctoritate, & nostra salute actum erit? Nisi forte, quod plus fiduciae in concilijs & Patribus, quam scriptura sacra & apostolis, collocet. Aut fortasse mallet Petri & Pauli etiam, imò totius sacræ scripturam, utpote qua omnino non est necessaria, perire, quo traditionibus omnibus & concilijs sua permaneret salua & integra auctoritas. Dubium autem non est, quin Deus, sicut apostolos labi, ita etiam concilia erasse permiserit, non tantum propter ipsos, sed etiā propter totam Ecclesiam: ut significaret, nobis non esse fiduciam collocandam in cōcilij: sed ut omnia illorum decreta ad sacram scripturam examinaremus.

Postea recitatis uerbis decreti, de repetētibus militiam, quos ait Brentius à concilio damnatione dignos iudicatos, dicit Asotus, id uel ex malitia, ut simplices deciperet, uel ex ignorantia historiæ factum. Nolo autem hæc refutare meis uerbis, cum res ipsa loquatur, indigna esse ad quæ respondeatur. Cum igitur iudicaret fraterculus ignorari historiam, prodit in scenam personatus iste asinus, & assumpta magistrali auctoritate, clamat: Discant igitur & aduertant omnes, quid Nicænum concilium in hoc statuerit. Libet hic mihi cum Horatio dicere, Quid dignum tanto proferer promissor hiatu? Audiamus ergo omnes a rectis auribus, & discamus ab homine, totius antiquitatis peritissimo, noua & omnibus sculis inaudita. Ita autem inquit: Primo, non Christianos qui militaverint, subiicit pœnitentiæ: sed qui deposita militia ad primum, inquit, uomiti sunt relapsi. Iam aliud est militare, uel retinere quam prius habueras, uel quam nunquam habueras acquirere (de quibus nihil concilium loquitur) aliud est, quam reliqueras, quam propter Christum & religionem contempseris militiam, rursum assumere, & pecunijs atque beneficijs querere. Hoc damnauit concilium, & uocauit redditum ad uomitum. Qua phrasí in scriptura redditus ad peccata significatur. O' hominem peritissimum, & interpretem certissimum decretorum, & canonū & conciliorum. O' acumen ingenij, & subtilissimam ac planè magistralē distinctionē. Quod si hæc est sententia huius statuti, certè cōciliij Patres sibi ipsiis fuere contrarij. Si enim licet militare Christiano, in militia accepta gratia

gratia Christi perseverare: aut si hactenus miles non fueris, in militiam proficisci: cur non eadem ratione, militiam quam deserueras repetere? Quae ratio est diversitatis? Militia enim una est & eadem. Homines sunt h̄dem, hoc est Christiani, siue nunquam militiam deseruerint, siue in militiam, in qua antea nunquam fuere, proficiscantur: siue eam quam depo-
suerant, repetant. res una est & eadem. Cur igitur Asote tu cum uideas uomitus uocabulo, militiam appellari, qua phras, ut recte interpretaris, scriptura peccata significat, defendere audes hunc concilij canonem? Cum antea concesseris licitam esse militiam & ante & post Nicænum concilium: sanctissimos martyres, & probatissimos Christianos, etiam sub Iuliano Apostata, militasse? Militia ergo uomitus est, hoc est peccatum. Et redire ad militiam, idem erit quod ad peccatum, hoc est rem damnata m-
redire? Petrus loquitur de ihs qui post agnitionem ueritatis, eam abi-
ciunt. H̄i uero non abiiciunt ueritatem: sed eam retinentes, militiam repe-
tunt. Sed Asotus, ut ipse fatetur, querit coniecturas, quibus moti Patres in
concilio hunc canonem statuerint, ut h̄i qui abiecerant militiam, ad eam
redeentes, tredecim annis pœnitentiam agerent, inquiens: Compertum
est tyrannos frequenter fidem persequentes iussisse, ut Christiani cingu-
lum militiae deponerent. Quòd si abiicere cingulum, erat confiteri fidem,
resumere erat negare. Iḡitur concilium Nicænum non militiam, sed fidei
abnegationem damnauit. Et addit deniqz, ut hanc absoluamus causam,
nec coniecturis agamus: Nonne manifeste Ecclesiastica historia de Lici-
nio scribit, quòd Christianos de suo Palatio exire iusserit, & de omni mi-
litia? Respondeo, Quid omnino nouo canone opus fuit, contra fidei ab-
negatores, si quidē militiam repetere, fidem est abnegare? An quisquam
est, qui fidem abnegare, peccatum esse horribile & pœnitentia dignum,
uel neget, vel ignoret? Sed qui nobis fidem facies Asote, Patres ad eos
tantum respexisse, qui antea sub Licinio propter edictum hoc, ut fidem
suam factio confiterentur, cingulum abiecerant: & h̄dem sub eodem, du-
rante hac lege impia, militiam repetierint? Respondet Asotus, Credimus
merito, propter hoc, edictum Nicæni concilij emanasse. Hæc, in-
quit, sunt certissima & tam aperta, ut nunquam aliter ea uerba concilij intellexerim.

Quis ergo dubitandi locus est reliquus? An' non satis est Asotum affir-
mare, se ita credere, nec unquam aliter ea uerba intellexisse? Ei deinde ad-
dere, esse haec certissima. Quis dubitat de illo? Præsertim cum à tantæ au-
thoritatis viro, ut fidei articuli, credenda hæc proponantur. Iurisconsulti
dicunt, Vbilex non distinguit, nec nos debemus distinguere. Canon hic
generaliter loquitur de redeuntibus ad militiam, siue p̄ij sunt Imperato-
res sub quibus militant, siue impij: ut locum non habeat, quod dicit Aso-
tus, resumptionem cinguli fuisse abnegationem fidei. Quia pauci Impe-
ratores impij & persecutores religionis, e militia Christianos eiecerunt,
aut cingulum ademerunt. plurimi enim Christiani etiam ante concilium
hoc, sub Imperatoribus militauerunt. quod Asotus ab initio huius capititis
fatetur. Cum igitur nulla fiat mentio abnegationis in hoc canone, sed in
præcedenti, pœna sit statuta contra negantes: quid ociosè unum & idem
denuò repetere opus erat? Deinde cum non distinguatur de Imperato-
ribus sub quibus militatum est, p̄ij ne sint, an uero impij: sed tantum mi-
litiae in genere, quæ repetita tam atrociter puniri debeat, certè credat si-
ue intelligat Asotus quicquid uoluerit, parum refert: nos aliter intellige-
re non possumus, quam uerba sonant, quòd simpliciter ad pœnitentiam
tredecim annorum sint condemnati, qui cingulum militiae, quod depo-
suerant, repetant, sub quocunqz tandem Imperatore,

Sed

⁹⁶⁴ Sed reclamat Asotus, hoc modo futurum, ut omnium conciliorum autoritas pereat, si concilium Nicænum militiam prohibuisse, & sic errasse, afferamus.

Quasi uero ijdem Patres, qui duce Spiritu sancto per uerbum Dei in concilio Nicæno recte, de æterna & diuina natura filij Dei cōtra Arrium pronunciarunt, se carnales esse non demonstrauerint. Cum enim inter illos contentiones fuerint, nonne carnales erant, & secundum hominem ambulabant? Nonne odiosis suis mutuis accusationibus & criminacionibus, quarum etiam ipsum Imperatorem propter ipsos pudebat, satis, quo tum spiritu agitarentur, declarabant? Quid uero canonem illum, quo sacerdotum coniugium tolli uidebatur, cui unus Paphnutius restituisse scribitur, cuius spiritus afflatus, proditum esse existimabis? Et nescio, num tertius sit numero, inter illos, qui adhuc extant, in quo conuersatio sacerdotum cum extraneis mulieribus, præterquam cum matre, uel sorore, uel, si quæ huiusmodi sint personæ, prohibetur. Si enim legitima tum concedebantur sacerdotibus matrimonia, quod Paphnutius contendebat, & obtinuisse describitur, quis usus tum in ædibus sacerdotaliib. mulierum extranearum? Nihil erat opus illis interdicere. Videtur igitur tum, frustare clamante Paphnutio, multitudinem imperitorum, & carnalium superiorem euasisse.

Idem de hoc canone, quem Brætius in Prolegomenis allegauit, in quo humani aliquid passos esse Patres dicit, damnando legitimam militiam, sentio, id scilicet per maiores numerum statutum, frustra reliquis pīs & bonis ac doctis reclamantibus, quod absurdum non est dicere, cum exemplum eius rei habeamus in illo canone, quo coniugium sacerdotum prohibebatur.

Ne uero Asotus me cōiecturas aut meas cogitationes sequi obganniat, certissima afferam, quib. hæc quæ diximus, de multitudine imperitorum sæpius in cōcilijs uincente, & præsertim in his materijs, de militia, & prohibitione cōiugij sacerdotalis, in concilio Nicæno accidisse, p̄bari possit.

Synodus fuit Romæ celebrata, ut in Tomis conciliorum habetur: sub Sylvestro Papa, circa tempora concilij Nicæni, multorum Episcoporum & presbyterorum, numero 483. in qua hoc decretum extat: Nullus subdiaconorum ad nuptias transire, ne aliqua præuaricatione præsumperit, præcipimus. Ita enim ad uerbum illi legitur. Et in eodem cap. 19.

Nemo etiam presbyter à die oneris presbyterij, sumat coniugium. Quod si quis negligenter egerit, duodecim annis eum dicimus priuari honore. Aut si quis contra hunc præsentem chirographum, ac publicè dictum egerit, condemnetur in perpetuum.

Vix ouum ouo tam est simile, quam hoc capitulum illi canonii, qui in concilio Nicæno uidebatur prohibere coniugia sacerdotum. Sed audi & alia, que propius accedunt ad prohibitionem militiæ. In eadem synodo Romana extat caput, numero 16. quod ita habet:

Nemo etiam clericus, uel subdiaconus, uel diaconus, aut presbyter, aut Episcopus, propter causam suam quamlibet intret in curiam. Quoniam omnis curia à cruro dicitur, & immolatio simulacrorum est. Quod si quis clericus in curiam introferit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem Ecclesiam. Communione autem non priuetur, propter tempus turbidum. Quid tibi de hoc capite uidetur Asote, excogitare ne hic quoq; distinctionem aliquam poteris, qua eludas hoc caput, ne errasse uideatur Sylvester Papa cum toto suo tanquam numeroso concilio? Et quidem in promptu esset expositio, uel interpretatio aliqua, de modo intrandi in curiā, uel quod dicitur, in causa sua, ut scilicet immunitas & privilegia

uilegia quæ Constantinus illis concessit, non uiolentur, si ad profanos & non competentes iudices, causas suas deuoluerent.

Nisi obstante illa, quæ rationis loco adduntur de curia, quod à cruce dicatur, quamuis hoc quoq; aliquo glossemate posset exponi, uel tegi, quia scilicet illic sententiæ de sanguine & cruore ferantur. Illud uero quod additur, omnem curiam esse simulacrorum immolationē, quomodo eludere poterit uersatilis ille Asotus? Optimè, quæsita distinctione, de curia ethniconum idololatrarū. Sicut antea fecit Asotus de Licinio, sub quo repentes militiā, fidem facto illi abnegare dicebant: ideo meritò, inquit, credimus, propter hoc, Nicenī cōciliū edictū esse ppositum. Verū iam Licinius deiectus erat de regni fastigio per Constantinū. Sed mittamus iocos. Cum hoc concilium Romanū sub Sylvestro, tempore Nicenī cōciliū sit celebratum, in quo disertē cōiugium sacerdotū prohibetur, quod Nicæa non esse factum scribitur, obstante Paphnutio: Et in eodem dicitur omnem curiam à cruore dici, & simulacrorum immolationē: cum tamen ad magistratū, qui diuinitus est ordinatus, pertineat, idq; à tot Episcopis & presbyteris eodem tempore sit decretum, certissimum est tunc fuisse falsissimam & impiissimā persuasionem, uulgō receptam, & per tales Episcopos sparsam, quod magistratus politicus sit status crudelis, profanus, & periculosus, in quo Deo seruirī non possit, quod Asotus noster dicit, seruire eum principi huīus mundi. Sup. ca. 13.

Hinc est quod Eliberinum concilium eodem tempore celebratum capite quinquagesimo sexto decreuit, Magistratum anno, quo agit duuumratum, prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohibeat.

En tibi duorum conciliorum eodem tempore celebratorum decreta, quibus magistratus cum suo officio diffamatur, & ex ecclesia ejicitur. Quod si magistratus officiū impium est & profanū, ut neq; sacerdotes curias tanquam pollutas, & idolorum simulacris similes adire possint, aut debeant: neq; magistratus eo anno quo fungitur officio, templa ingredi audet, ne ea sua præsentia contaminent & profanent: quid de militia, eiusmodi episcopos statuisse, sensisse & docuisse arbitramur? Militia em cū plerunq; in poenā & vindictam suscipiatur, maiorē exercet crudelitatem. Ideo nō im meritò iuxta illos damnatur. Hinc igit̄ euidenter apparet, cōmentum & distinctionē Asoti de repetita militia, nullum habere locum: & aut canōnem hunc esse suppositionē & notum: aut hāc esse sententiā synodi quam Brētius dixit, atq; ita errasse Patres in hoc articulo Nicæa, quod propter eiusdem temporis conciliorum similia decreta omnib. sit manifestū & certò colligi potest. Et quid multis opus est? Nōne canon Leonis, qui in iure uestro canonico extat, manifestē id docet, quod nos dicimus? Ita enim de pœnit. d. s. c. contrarium, Contrariū omnino est ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionē, redire ad militiā secularē, cum Apostolus dicat, Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotijs. Vnde nō est liber à diaboli laqueis, qui se militiē mūdanę obtulerit implicare. Hec Leo.

ANNOTATA IN CAPVT LXXVIII.

Dixerat Brentius in Prolegomenis, doctrinam de uera & æterna diuinitate Christi illustratā esse à concilio Niceno: sed tamen Ecclesiam huius necessarię rei cognitionem nō amissuram fuisse, etiam si nouū illud Homousij uocabulum non fuisset excogitatum, & fortasse omnia fuissent tranquilliora, si maiores, ut ueterem scripturæ doctrinam, ita etiam ueterum rerum uocabula retinuissent. Hæc sunt uerba Brentij, recitante Soto: quæ certè nihil habent impij, nihil contumeliosi, nihil falsi, nihil schismati cum, nihil deniq; haereticū. Sed hæc omnia, pro morbo sui animi, his Brentij uerbis miras stolidus monachus, ut rhetor scilicet habeatur, mouēs tra-

gœdias & uirulentas calumnias suas aspergens tribuit, dicens: Vides quām aperte tantæ Patrum antiquitati detrahantur in dubium reuocat concilium tantorum Patrum. Audes tu Brenti cogitare, Patres illos non curasse tranquillitatem ecclesiarum, & propter uocabulum non necessarium causas dedisse tātē dissensionis ecclesiarum? Non solum uana est hæc eius suspicio, sed aperte falsa. Qui huic uocabulo detrahit, qui sibi permittit, uel dubitate saltem, an melius fuisset ecclesiæ illud omitti, conuincitur uelle quæstio nem hanc de diuinitate filij, non esse explicatam in ecclesia, sed obscuram relinqui. Item, impia esse detractionem contra Patres Nicæni concilij, item esse cōtradicere consilio Spiritus sancti. Hactenus Asotus. & addit: Hæc se in defensione concilij Nicæni dixisse, contra quod nullus unquam sine manifesta nota schismatis & heresios loquitus sit, hac ratione: quoniam si huic auferatur auctoritas, omnibus ablata erit cōcilijs auctoritas. Ideo Deum non permissum, ut fidelium aures patiantur summæ ecclesiæ auctoritati ab aliquo, maxime priuato, contradici, uel de eius definitione iudicari. Hæc sunt quæ Asotus hoc cap. uirulenter euomit, tot premodū calumnijs, quot uerbis: quas si auferas, nihil penè erit reliquum. Neq; enim hæc iam quæ Stentorea uoce detonuit, ex Brentij uerbis consequi probauit, nisi forte calumniari idem sit quod cōfirmare. quod si est, tum certè diabolus, qui inde nomine fortius est, omnia sua recte probabit. Nam quid toto hoc cap. habetur, nisi planè diabolicum calumniandi & uerba ac sensum alterius peruerendi studium?

Nec quicquam ad rem faciunt amplificationes istæ rhetorculi Asotici: nec impugnant Brentij sententiam, neq; enim hanc explicationem concilij de articulo fidei, æterna scilicet filij Dei diuinitate, reiçit, aut improbat: sed agnoscit eam illustratam, quod Asotus ipse ab initio statim capit scribit: Hoc tantum dicit Brentius, Ecclesiam hunc articulum non suisse amissuram, etiamsi hoc uocabulum non fuisset excogitatū, sed sacra scriptura uocabula uetera, retenta essent. Hoc, hoc Asote, hoc inquam sophista & calumniator, tibi impugnandum erat, quod uidelicet, retentis uocabulis & testimonij sacrae scripturae, de æterna diuinitate filij, & non excogitato hoc ipso Homousij uocabulo, actū etiam statim esset de fidei articulo, & æterna diuinitate, & natura filij Dei. Quasi uero hic summus fidei articulus, in quo salus nostra consistit, non satis sit fundatus in sacra scriptura: & nisi accedat concilij authoritas, Christus Deus esse desinatur. Quid hoc, non tantum dico stultius & magis ridiculum, sed etiam magis impium & blasphemum? Illustratum quidem hunc articulum à concilio Nicæno hac explicatione fatemur: sed tamen illa ipsa explicatio, & illustratio unde facta est & desumpta, nisi ex sacra scriptura? Nisi enim hinc eam Patres concilij Nicæni confirmassent & probassent, nunquam propter ipsos recipieremus, aut crederemus. Non enim humana, sed tantum diuina autoritate fides nostra nütitur. Et ministerium illud Trinitatis, acie humani ingenij comprehendendi non potest: sed Deum, ut se reuelauit & patefecit in uerbo, ex eodem agnoscimus, credimus & ueneremur. Firmius igitur multo est id quod in scriptura ipsa continet de Deo, quām illud quod deinde ex eadem, siue à multis, siue à paucis explicationis loco statuitur: quia propter illam, interpretationem quoq; recipimus. Quamdiu igitur scriptura manet, tamdiu & articulus fidei in Ecclesia manebit. Quare etsi concilij Nicæni expositionem probemus, & pro illa Deo agamus gratias: tamen illi non acceptum ferimus hunc articulum, nec propter illud, eum credimus. Sed Deo in primis, qui se, suamq; essentiam patefecit nobis in uerbo reuelato: deinde scripturæ sacrae, in qua copiose est enarratus, libris tam ueteris, quām noui Testamenti: hinc etiam

etiam ipsi concilij Patres hauserunt, & sumperunt interpretationem. Deum enim nemo uidit unquam. filius qui est in sinu Patris, ipse, ipse, Asote, nobis enarravit. Hæc, si uit bonus haberi uolebas, impugnanda tibi erant Asote. Sed uera facilius te calumniari posse uidisti, quam refutare: ideo hoc omisso, ad illud alterum te conuertisti.

Similis est calumnia, cum insigni mendacio cōiuncta, cum scribit, Qui huic uocabulo detrahit, qui sibi permittit uel dubitare faltem, an melius fuisset Ecclesiæ illud omitti, conuincitur uelle quæstionem hanc de diuinitate filij non esse explicatam in Ecclesia, sed obscuram relinqui.

Bona uerba quo. Nol calcitrare Aselle. Non statim quia in hunc modum rudit Asotus, sequitur uerum esse, quod, qui saltem dubitet, an melius fuisset Ecclesiæ omitti uocabulum nouum, conuincatur hanc quæstionem uelle non explicatam, sed obscuram relinqui in Ecclesia. Quasi uero uel non sufficient scripturæ sacræ testimonia & uerba, quibus explicatus est: uel si omnino alijs uocabulis non scriptis uti usum sit, non alio modo & uerbis alijs, uerus sensus eius explicari potuerit.

Explicatio mysterij Trinitatis, quod tres sint personæ in una diuina essentia, ualde commoda est: nec permittendum, ut quis eam conuelat. Sed quid tu Asote existimas, nunquid si hæc uocabula non essent excogitata, etiam re ipsa & cognitione huius summi articuli nobis carendum esset? Quid si hoc uerum est, pessime cum omnibus totius Orientis Ecclesijs actum fuisset, quæ non tres personas, hoc est, *τρισύντας*, sed Hypostaseis, dixerunt, quod uocabulum proprius ad rei, de qua tractatur, naturam accedit, magisque propriè eam explicat, quam personæ uocabulum.

Certè Augustinus modestissime & p̄jssimè (non sicut Asotus ille rūdens uociferatur) hac de re, in hunc modum scribit: Cum nostra consuetudo obtinuerit, ut id sit Essentia, quod Substantia: non audemus dicere, Vnam essentiam, tres substantias, sicut Græci μίαν θεόν, τρεῖς θεοί εἰσι: sed unam essentiam, uel substantiam, tres uero personas, cum alium modum aptiorem Latini non inuenirent, quo enunciarent uerbis, quod sine uerbis intelligebant. Tamen cum queritur, Quid tres? Magna prorsus inopia, hominum laborat eloquium. Dictum est tamē, Tres personæ, non ut illud diceretur, sed ne taceretur.

Illud uero pessime fraterculum habet, quod Brentius dixit, Fortassis omnia fuisse tranquilliora, si maiores ut ueterem scripturæ doctrinam, ita etiam uetera rerum uocabula retinuissent. Quæro itaque ex te, Major' ne sit scripturæ authoritas, an uero conciliorum? Etsi autem magni facias conciliorum auctoritatem, tamen nunquam sacræ scripturæ, ut maxime sis impudens, apertis uerbis (licet alias re ipsa hoc facias) æquare audebis. De huius enim autoritate dubitare nemini prorsus, ne hereticis quidem, licet: de illa uera non ita inter omnes conuenit: imo nisi cum scriptura concilia consentiant, prorsus abiicienda, & damnanda erunt.

Et ex historijs notum est, plurima exorta esse certamina in Ecclesia, & dissidia propter hoc ipsum uocabulum Homousij. Nec iam dispueto, utrum propter uocabulum nudum quod in scriptura non habeatur, an uero magis propter rem ipsam, uocabulo inclusam. Certè nihilominus permanetur fuisse hunc, de filij Dei æterna diuinitate, articulum in Ecclesia diuus Augustinus locupletissimus est testis, qui cum Arrianis disputans, quod conciliū Nicænū non agnoscerent, nō, eius autoritate destitutus, rem & articulum ideo amittit: sed ex sacra scriptura confirmat, pro-

*De Trinit.
lib. 5. ca. 9.*

bat, & scripturæ authoritate fretus, superior in pugna euadit, sic autem de
toto hoc negocio scribit.

August. cont. Maximinum Arianorum Episc. lib. 3. cap. xiii.

Quid est enim Homousion, nisi unius eiusdemq; substantie? Quid est
inquam Homousion, nisi Ego & Pater unum sumus? Sed nunc nec ego
Nicænum, nec tu debes Ariminense tanquā* prædicaturus proferre con-
cilium. Nec ego huius autoritate, nec tu illius detineris: scripturarum au-
thoritatibus, non quorūq; proprijs, sed utrisq; communib; testibus, res
cum re, causa cum causa, ratio cum ratione, concertet. Vtrīq; legimus: Ut
sumus in uero filio eius Iesu Christo: Ipse est uerus Deus & uita æterna. V-
trīq; ranti ponderis molibus cedamus.

Fortē, pra-
indicatu-
rus.

Ecce Asote, Augustinus dimissa concilij Nicæni autoritate, cum Aria-
nis in certamen descendit, & ex sola sacra scriptura hūc articulū defendit:
nec tamen uel impiè detrahit concilio, nec turbat ecclesiam, nec questio-
nem hanc inexplicatā & obscuram in Ecclesia cupit relinquere: quod tu
uane, uanissime Brentio idem dicenti & agenti tribuis. Quare Augustini
iudicio & facto, nec falso, ut garris, Brentius inquit, Fortē omnia tranqui-
liora futura. Nec uana est eius suspicio, nec aperte falsa: cum tamen
modestissimē Brentius hac de re loquatur, nihil affirmans, sed dubitan di-
uocula utatur, Fortassis: qua Asotus arrepta, occasionem se nauctum arbis-
tratur, ut animum suum exatiet miser.

Quid igitur est, quod Asotus scripturæ sacræ testimonij non conten-
tus, ihs solis articulum hunc in Ecclesia conseruari non potuisse arbitre-
tur, nisi determinatio concilij accederet: cuius explicationem ipsi scriptu-
ræ propemodum præfert: cum Augustinus luculenter contra Arianos
potuerit ex ea, omissa concilij autoritate, eum defendere? Hoc est, quod
quoquomodo, quaque iniuria scripturam conatur impuro suo ore con-
spurcare, obscuram & ambiguam esse asserens: Concilia uero miris ad
ad cœlum usque laudibus extollere, idq; propter uiuorum suorum Pa-
trum conciliabula, quibus summam conatur conciliare autoritatem, ut
penes illos scilicet, sacrarum rerum peritissimos, stet & cadat religio. Et,
quod si iuxta scripturā sacrā presentes religionis controverſie fint dijudi-
candę, de Papistica, quam ipsi catholicam uocant, doctrina actū esse, non
ignoret, quod etiam sui palam affirmare non erubescunt.

Sed heus tu zelose Pater, & auctoritatis concilij Nicæni defensor &
uindex acerrime, cum autoritatem decretorum eis uehementer adeo
urgeas, ut si rem aliquam non necessariam quis tradidisse dicat, uel de-
liquo huius decreto dubitet, impius à te, schismaticus & hereticus iudi-
cetur, & omnem statim omnibus concilij ablatam auctoritatem affir-
mes, cum nullum unquam habítum sit magis sacrosanctum: Cur tu se-
stucam in oculo fratris uidens, hypocrita, trabem uero ingentem in tuo
tuorumque omnium non consideras? Non enim ignorare potes, in re-
ligione Patrum & conciliorum enutritus, quod orta in eodem Nicæno
concilio dissensione ambitiosa, cum iam tum temporis Episcopi Roma-
ni ad primatum aspirarent, eiusmodi decretum esse editum. Et, ut a-
pud Alexandriam & in urbe Roma, uetus consuetudo seruetur, ut uel si
Ecclesiast: hiſt. lib. 10. cap. 6.

le Aegypti, uel hic suburbicariarum Ecclesiarum solitudinem gerat.
Vnde igitur nobis primatus ille Pontificis Romani emersit, qui seu-
niuersalis Ecclesiae caput in terris gloriatur: Idq; iure diuino sibi con-
firmatum dicit, ac pro sua libidine dominium, præcipiendo, interdi-
cendo, &c. exercet in ecclesiā filij Dei: cum huius cōciliij decreto, nō domi-
nari, sed solitudinem tantum gerere permittatur: non uniuersalis Ec-
clesia,

Ecclesiae, sed suburbicariarum: id est non auctoritate diuina, sed tantum consuetudine uictuſta?

An' non igitur uos Papistae, huius concilij, quod ab alijs sacrosanctum haberi uultis, auctoritatem pedibus conculcatis; contra id non scriptis tantum imp̄iſſum, confictum primatum idolí uestri, sed etiam re ipsa defenditis & propugnatist?

Hic uirum te praesta Asote, & aut recte haec omnia à tuis contra concilij auctoritatem & decretum fieri proba, & te impium, contumeliosum in tantos Patres Nicæni concilij, schismaticum & haereticum, qui reueras, cum non unam, sed multiplices haereses defendas, declarabis: aut Pontificem Romanum tanquam impium, schismaticum & haereticum pronuncia, qui totis uirib. se huius sacrosancti concilij canonii, quod nullus unquam sine manifesta nota (utar enim tuis uerbis) schismatis & haeresos ausus est, opponit: & re ipsa, non uerbis tantum damnat. quod facere nō audes contra summum caput tuæ Ecclesiae, cui nemo dicat, Quid facis: etiamsi innumeras animas secum in barathrum inferni abducat, sive fraternalē salutis oblitus. Haec, haec, Asote tibi, si serio auctoritatē huius & aliorum omnium conciliorum saluam esse cupiebas, agenda erāt: & nō calumnianda illa quæ recte dicta sunt & p̄iē à Brentio, quod non ideo amissa esset cognitio huius articuli, etiamsi uocabulū Homousiū nunquam excoxitatum esset: sed maiores, ut ueterem scripturæ doctrinā, ita etiam vetera rerum uocabula retinuissent. quod Augustini exemplo & auctoritate probatum est.

Postremo, quod dicit Deum non permisurum, aditum aperiri ad priorum aures & fidelium, ut patiantur summæ Ecclesiae auctoritati, hoc est, conciliorum, ab aliquo maximè priuato, contradici, uel iudicari de eius definitione: ad id superius est responsum. Paulus, qui uult Omnia probari, certe nec concilia excludit.

Et Paphnutius unus se toti concilio Nicæno opposuit, & ut scribitur, obtinuit, ne sacerdotibus & Episcopis usu coniugij interdiceretur. Audiamus & aliud testimonium.

Gerson parte 1. de examinatione doctrinarum.

Talis eruditus (in sacris literis, non auctorisatus) deberet in casu, si & dum celebraretur concilium, cui & ipse præsens esset, se illi opponere, si sentiret maiorem partem ad oppositum Euangelij, malicia, uel ignoratio declinare.

Pessimè certe cum tota Dei Ecclesia ageretur, si absq; discriminē quævis conciliorū decreta, etiam non examinata, recipere cogeretur: & quicquid obtruderetur, à quibuscunq; tandem pro fidei articulis acceptare. Quæ haec plus quam tyrannica uis, quam intolerabilis seruitus. Apagesis Asote, cum his tuis Papisticis cōciliabulis. huic iugo seruitutis nunquam nos, propicio Deo, subiici patiemur. Adores tu etiam Papæ decreta, per nos sane licet.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXIX.

NEuilla ex parte uel errasse concilia concedere cogatur fraterculus, uel quicquam de eorum auctoritate derogari patiatur, quin sacra sit & inuiolabilis: sathanico contradicendi studio, Epistolam Gregorij Nazianzeni, quam ille de conciliis fugiendis ad Procopium scripsit, inuertit, corrumpit & deprauat. Quod si tanto studio Sote sacræ scripturæ auctoritatem tuendam susciperes, & non potius impugnandam & euertendam, facilius multo inter nos conueniret. Operè precium est autem, initio Epistolam bona fide recitare: deinde corruptelam CCC; Asotū

Asotis subiectiemus. Postremo, ueram & genuinam eius sententiam ex alijs Nazianzeni scriptis addemus.

Gregor. Nazianz ad Procopium, Epist. XLII.

Ita quidem animatus sum (si quod uerū est scribere oportet) ut quodcunq; Episcoporū conciliū fugiam, propterea q; hactenus nullius omnino synodi finem, aliqua utilitate præditum, & unde res malè habentes, non magis exacerbatae, quām curatæ sint, uidere licuit. Ea est enim illis libido contendendi & ambitio dominandi (at ne putes ista me odiose ad hunc modum, & importunè scribere) suntq; ita disputando insuperabiles, ut si iudicio quisquam cum illis uelit agere, citius alterius cuiusdam maliciæ reus agatur, quām quæ illorum est euincat ac diluat, &c.

Hanc epistolam Sotus callide dissimulatis, quæ maximè suo instituto obstante uidebantur, mutilam & truncatam posuit: & ideo à Brentio citari afferit, ut unico uerbo omnibus concilijs omnem auctoritatem aferat: & suam interpretationem seu depravationē addit, inquiens: Cui breuiter hoc respondemus, prauorum, & ambitiosorum & quidem hæreticorum etiam Episcoporum, Gregorium declinasce cōcilia: non legitima, & canonica: talia em̄ eius temporib. sub Iuliani Apostatæ imperio, quem scimus primò hæreticis omnib. potestatem fecisse redeundi in suas Ecclesiæ, & Episcoporum schismaticorum relaxasse exilia. Vnde patet quanta conuenticula & concilia episcoporū iniquissimè celebrata sunt, sicut etiam sub Valentis tyrannide similiter constat factum esse.

O' sycophantam eximum & legum ac iuris peruersorem & detortorem potius, quām interpretem. Intelligit enim Nazianzenum tantum de hæreticorum & schismaticorum cōcilijs loqui & affirmare, quòd illa sint fugienda. Quis uero est qui hoc ignoret? quis finem utilem ab his expectaret? Aut ut plurimum etiam de ambitiosorum & prauorum Episcoporum concilijs loqui Nazianzenum interpretatur. Quod si Asote ambitiosorum & prauorum Episcoporum concilia fugienda sunt, hac ratione praecipq; nobis Episcoporum, etiam qui catholicorū nomine appellantur, nō solum suspecta, sed etiam fugienda erūt. Quis enim nos certiores reddet, illos ambitione & prauitate carere? Imo quis non potius hoc ipso nomine, quia Episcopi uel sunt, uel dicuntur, eorum concilia tanquam ambitiosorum & prauorum fugiet? Non enim ignoramus quæ cædes ab Episcopis merā ambitione sunt patratæ, qui sanguis Romæ & Constantinopolis ab illis ipsis Episcopis, ut rerum potirentur, & regni æmulos tollerent, etiam in templis ipsis, in facrorum & tremendorum mysteriorum celebrazione, adeò etiam ut sanctissimus Christi sanguis (teste Chrysostomo) sit talibus Episcoporum bellis intestinis effusus, ac ciuitates aliquot funditus eversæ, &c.

Chrysost. Epist. ad Innocent. Episcop. Rom. Idem de sa. cerdot. l. 3. Ridiculum autem est, quod Asotus homo facetus, ut suorū legitimorū conciliorum, hoc est, ut ipse interpretatur, quæ legitime à Papa indicunt, & in quibus legitimi sunt Prælati, auctoritatem conseruet, nec illa lædis hac Nazianzeni Epistola, aut imminui uideatur, de hæreticorum concilijs quæ sub Iuliano celebrata sint, interpretatur: cum is uno tantum anno & septem mensibus rerum sit potitus. Quasi uero omnia aut saltem pluri- ma tam exiguo temporis spacio celebrari potuerint?

Stultius uero multo est, quod cum Nazianzenus dicat, Q V O D C V N Q V E E P I S C O P O R U M C O N C I L I V M, se fugiturum statuisse: Item, Hactenus N V L L I V S O M N I N O S Y N O D I finem utilitate aliqua prædictum uidere licuit, &cæt. Has uniuersales tantum ad hæreticorum aut prauorum Episcoporum concilia, referat: nisi dicere ue- lis, Omnes quo sunque Episcopos hæreticos & prauos atque ambitio- sos esse

tos esse : aut omnia concilia constitisse ex hæreticis tantum , prauis & ambitiosis hominibus, affirmare uelis. Vtrum uelis, elige Asote , aut Nazianzenum de omnibus concilijs in genere & uniuersaliter loqui : aut omnes Episcopos, hæreticos, prauos & ambitiosos esse, & fuisse. Alterum uerum esse, si, ut Asotus uult, tantum de hæreticorum & prauorum Episcoporum concilijs Gregorius loquitur, necessario ex hac Epistola sequitur. Non loquitur autem de hæreticorum concilijs. quid enim cum his sibi negotijs fuisset : sed ut uerba sonant , sine exceptione, de qui buscunq; & quorumcunq; Episcoporum concilijs. Ita , inquit, animatus sum, ut Q. V. O. C. V. N. Q. V. E. Episcoporum concilium fugiam. Et addit rationem similiter generalem & uniuersalem de omnium cōciliorum fine, dicens : Propterea quod haec tenus N. V. L. I. V. S. O. M. N. I. N. O. S. Y. N. O. D. I. finem aliqua utilitate praeditum , uidere licuerit. Non satis est optimo & doctissimo uiro, simpliciter dicere, se nullius synodi utilem finem uidisse, nisi addat Omnitno: Nullius omnino, &c.

Et quid sibi uolunt parentheses duas, Si quod uerū est, scribere oportet: Et, Ne putas me ista odiose ad hūc modum & importune scribere. Quid enim hac excusatione, si de hæreticis, eorumq; concilijs loquitur hæc, & scribit, opus erat? Quis enim dubitat, nihil boni ab eis decerni?

Loquitur itaq; quantumcunq; tergiuerseris & calcitres aselle de catholicon Episcoporum concilijs, qui sua ambitione, clamoribus & malitia omnia perturbabāt. Manifesta sunt uerba authoris, ut mirer, qua fronte & ratione Asotus tantum ad quādam hæreticorum Episcoporum, aut etiam aliās manifestē tantum prauorum concilia detorquere instituat. Quare ut intelligat Asotus sophista, calumniator & depravator scripturæ & Patrum se luculentam facere Nazianzeno iniuriam, ex alijs eiusdem epistolis, de rebus ijsdem tractantis manifestum faciemus.

Gregor. Nazianz. ad Posthumium, Epist. LXVIII.

Vt illud te admoneam, patere, uidelicet, ut nihil ita Principatum tuum decere putes, atq; quandoquidem iterum instituitur synodus Episcoporum (qui quamobrem & quomodo congregentur, haud noui) ut sub te ac per te, pacificantur Ecclesiae: & si opus fuerit, acriter reprehendantur seditiones. Hic certe de synodo loquitur uerorum Episcoporum in Ecclesia, per quorum importunitatem turbari eam metuebat: ideo tumultantes & seditiones in Ecclesia Episcopos, acriter reprehendi uult à pio Praefide. Qui extra Ecclesiam sunt, nec Episcopi, nec seditionis, sed heretici dicuntur. sed quid ad nos, hi qui foris sunt?

Idem ad Saturninum Epist. LXIX.

Omnia nobis Dei beneficio salua sunt, uno dempto , quod de Ecclesijs ita turbatis solliciti sumus. His si cōcordiam publicam afferre poteris, ne conteris illam cū uerbo, tum opere constituere. Nam iterum synodus est Episcoporum: & timendum denuo, ne etiamnum pudore afficiatur, si eundem & ista sortiatur finem, quem habuerunt præteritæ.

Cur, Asote, Gregorius Nazianzenus pudore afficeretur, si hæreticorum synodus malum sortiretur finem, & non potius gaudio & læticia, quod Dominus illorum turbaret, cōfunderet & dissiparet consilia? Cum igitur instantे episcoporum synodo se denuo timere significat, ne etiamnum pudore afficiatur, si eundem & ista sortiatur finem, quem habuerunt præteritæ: certe de uerorum Episcoporum, qui in catholica erant Ecclesia, synodo loquitur optimus & doctissimus uir Nazianzenus. Significat itaq; reliquas etiam catholicorum episcoporum synodos, non bonos habuisse , aut utiles fines , nec cū aliqua utilitate præditos.

Atq;

Atqe hec ita confirmant ea, quae ad Procopium scripsit, & omnia consonant: Gregorium neqe de hæreticis, neqe de hæreticorum concilijs loqui, aut illorum tantum concilia fugienda: sed de Ecclesiæ ueræ & catholicæ temporis sui Episcopis, eorumqe concilijs. Quod ut manifestius fiat, quales illi scilicet fuerint, non aliunde quām ex ipso Gregorio audiamus.

Gregor. Nazianz. ad Eudoxium Rhetorem, Epist. LIX.

Defatigati autem sumus certando contra inuidentiam, sacrosqe Episcopos, qui publicam concordiam rumpunt, & fidei causam cōtentionibus suis priuatis postponunt, atque obiter & perfunctoriē tractant. Quapropter intelleximus puppim doctrinæ ueritatis miserè pulsari, atqe ob eam causam nos ipsos cohibemus (quemadmodum & professem nautilum factitare dicunt, si quando tempestatē senserit) uidemusqe procul, quo procto quidam prosterant, quidam uero prosterant. Ipsi uero interea, ad futuram uitam ac portum transitū paramus. Hactenus uerba Gregorij.

Concordiam publicā Ecclesiæ non à schismaticis, aut hæreticis miserè dilacerari, sed à sacrī Episcopis: hos fidei & religiōis causas publicas negligere, obiter & perfunctoriē tantum tractare, adeoqe cōtentionibus suis priuatis postponere, conquerif. Hos causam esse affirmat, propter quam ueritas doctrinæ periclitetur. Hec illorum sunt concilia, hi conuentus, hi tractatus, hec studia sacrorū Episcoporum, teste Gregorio Nazianzeno. Hec expertus scribit Gregorius. inuidia enim Episcoporū catholicorum in synodo collectorū electus est de Episcopatu Constantinopolitano, in quem collocatus erat ab ipso Imperatore Theodosio, sicut turbulentam illam synodum non hæreticorū, non, ut videbatur, prauorū, sed uera Ecclesiæ Episcoporū, Gregorius presbyter in uita Nazianzeni describit, inquietus: Rursus igitc contentio de sede est suborta, inter seqe discrepant Episcopi, & quidem comitia iusta fuisse iudicabant, ac ideo etiam uolebant, ut firma permanerent: alij aut̄ his, que bene decreta fuerant, contradicebant. Hec cum ita se haberent, uenerunt Byzantium Episcopi, qui ex Aegypto & Macedonia uocati erant, cum synodus adhuc publica duraret: hec quoniam beatus Gregorius sine ipsorum consensu confirmatus fuerat, humana animi deuicti passione, electionis contradicebant decreto: non quod Gregorium ita odio haberent, ut ipsum occultis peterent insidijs, sed ut illos ulciscerentur, qui sine eorum consensu Gregorium confirmauerant, & thronum ei tradiderant.

Egregiam uero causam, propter quam Ecclesiæ optimē & uix magno labore, a tanto uiro cōstitutam, turbarent: Gregorius uero hortatur illos ad concordiam: inuidię cedit, eisqe ualedicit, & nihilominus sacros pastores uocat. Deinde ad Imperatorem in aulam pergit, similiter ei ualedicēs, & inter cetera hec quoqe ei loquitus est: Tu quidem Imperator Ecclesiæ multis affectissi beneficijs, refundat tibi Christus in die retributionis. Verum Cesar potentissime, pro quibus nunc rogo, tu noli mihi indignari. non pecunias peto, non uersicoloria altarium desidero uelamina, non cognitorum Principatus: sed laborum remissionem precor. Cesset inuidia, pacem faciant Episcopi, potissimum te authore. Tu barbarorum audaciam compescuisti, sacerdotum etiam pugnas sedato, trophya potentiae tuae maxima unica Episcoporum concordia, ornato. Hoc ego donum peto, posse apud spirituales istos homines. Quid non posset apud carnales Episcopos?

Vides & intelligis iā tandem, Asote, que concilia omnia fugienda esse iudicer Nazianzenus, de quibus synodis loquatur, quarū nullum usilem finem uiderit: suorum scilicet sacerdotum & sacrorum Episcoporum, qui suis

suis affectibus omnia perturbabant, ut ne quidem ipse ab eis tutus esse, quamvis innocentissimus & minimè ambitiosus, potuerit. Qui suis contentionib. odiosis, concordiam Ecclesiae rumpabant, & fidei atq; religio- nis causas negligebant. Vetus hic est mos Episcoporum, iam inde à Nicē no concilio illo omnium primo, quo inter se mutuò pugnabant, Ario in- terim parcentes. Quid igitur iam nobis de praesentibus Asoticis Prēlatiis, Episcopis & sacerdotibus, qui uix feces sunt aut dici merentur, si cum il- lius seculi Episcopis conferas, siue eruditionem, siue uitæ honestatem spe- cies, polliceri, quam utilitatem ex horum conciliis sperare possumus?

Hæc pluribus ex ipso Nazianzeno dicere uolui, & ut intelligatur de quorum & cuiusmodi synodis, epistola hæc ad Procopium scripta, acci- pi debeat, ipso interprete: & ut quanta sit in Asoto S. Patrum scripta de- prauandi & mentiendi libido, appareat. Atque ita re ipsa comprobat A- sotus noster quod antea dixerat, Scripta Patrum idem pati posse, quod sa- cram scripturam, ut scilicet ab hæreticis deprauentur, & in alienū lēnsū detorqueantur, hoc modo probans se esse hæreticum, & non solum scri- pturæ, quod sæpe hactenus audiuimus, sed etiam Patrum corruptorem. Sicut hoc loco depræhensus est & conuictus.

Sed obijcit Asotus: Gregorius Nazianzenus agnouit concilij Nicæni decretum de æterna filij diuinitate, illudq; dogma Constantinopoli eius expositionibus resurrexit, antea uelut mortuum: ideo non reiecit omnia concilia, sed tantum manifeste impia & illegitima.

Ad hoc non aliunde respondebo, quām ex illa ipsa Nazianzeni Epis- tola, ex qua est controversia orta, in qua iudicat se ita affectum esse, ut quodcunq; Episcoporum concilium fugiendum sibi existimet. & addit rationem, Quia non suum consequantur finem: hoc est, ut ipse addit, quia res malè habentes non per concilia currentur, sed magis exacerbētur: idq; uitio Episcoporum, qui contendendi libidine & dominandi ambitione omnia perturbent. Quod igitur ad concilium Nicænum attinet, quod non uidit Nazianzenus, et si decretum de æterna & diuina natura, ac consub- stancialitate cum Patre amplectatur, quia ex sacra scriptura desumptum: tamen de hoc quoq; uerum est, quod dicit, res malè habentes non modò non curatas, sed magis exacerbatas. Tantum enim abest, ut error Arij, qui Alexandriae tantum serperat, extinctus sit & sublatus in cōcilio, ut e- tam eodem scintilla ista, quasi exuflata, flammarum conceperit, & to- tum Orientem corripuerit & depauerit, adeoq; Occidentis etiam par- tes inuaserit.

Verum est de hoc quoq; concilio Nicæno, id alterum, quod Nazian- zenus de synodis scribit in eadem Epistola de contendendi libidine, do- minandi ambitione & malitia Episcoporum in cōcilijs. Nisi enim Impe- rator piissimus & prudentissimus obstatisset, in se mutuò sœuissent: & A- rio hæretico, ad quem condemnandum conuocati erant, pepercissent: ac id quod publicum erat totius Ecclesiae negocium, fidei scilicet & religio- nis, priuatis suis contentionibus postposuissent, illudq; obiter ac perfun- datoriæ tantum tractassent. Hæc inuitus de Patribus Nicæni concilij, et si uera sint, protuli. maluissem enim silentio præterire & tegere: sed cogit nos Asoti impudentia & malicia, qui optimis neglectis in Patribus, næ- uos, quos dissimulari oportebat, in lucem producit, & ostentat. Interim nihil neq; de ipsorum pietate, neque sanctitate, multo uero minus de au- thoritate decreti, & dogmati de æterna diuinitate filij Dei, detractum esse uolumus. Quare non est Asote, ut dicas eum tantum, uel de hæreti- corum, uel manifeste iniquorum, & illegitimis conciliis hęc scripsisse, nisi

omnia etiam catholicorum (de his enim agit) illegitima, iniqua & hærica dicere uelis.

Concludit autem totum hunc de concilijs tractatum paucissimis uerbis, quod satis ostenderit quæ legitima sint concilia, uidelicet, ut audiutoritate conuocati: ad hæc pertinere dubia fidei definire, & ambiguos scripturæ sensus interpretari. Tum scilicet reip. Christianæ rectè consultum foret, si margaritas porci isti suis impuris rostris tractarent. Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi clementer prohibeat, pro sua ineffabili erga Ecclesiam suam misericordia, ne huic hominum (imperitissimorum sacræ scripturæ) generi, negocia religionis cōmittantur: & dissipet consilia Achitophelum, ne hoc modo turpissimè syncera doctrina Christiana hostibus & persequitoribus uerbi Dei prodatur.

ANNOTATA IN CAPVT LXXX.

Peuultimo hoc capite, Sotus ille, ne quid intactum relinquit, quod non suis nugis & impia sua depravatione polluat, sententiam Brentij de scripturæ sacræ interpretatione conuellendam suscipit. quod cum supra prolixè egerit, nunc summatim tanquam in Epilogo repetit. Ne sibi sapere uideatur, respondebimus, ut par est.

Hæc est autem Brentij, sicut & nostra & omnium piorum sententia, quod scriptura sacra ex collatione locorum per Spiritum sanctum docentem, & illustrantem, sit interpretanda, & ex apertioribus obscuriora illustranda. Asotum uero non ad Spiritum sanctum, sed ad impios & immundos corde Episcopos, quos iudices cōstituat: nec ad scripturam, sed hominum commenta, traditiones, Patres & concilia in dubijs fidei & pro scripturæ intellectu remittere.

Quantus uero in Asoto stupor sit, hinc apparet, quod in toto capite hoc sibi perpetuò cōtradicit. Primum enim negat se reūcere modū hunc scripturam interpretandi per seipsum, facta collatione per Spiritus sancti illuminationem: Absit, inquiens, ut unquam reūciatur a nobis. Postea statim addit, hunc modum esse hæreticorum, quibus non desint rationes diuersæ, in hac scripturæ collatione, quibus uel apparenter sua defendant: Spiritus sancti uero illustrationem esse interiorem & occultam.

Deinde & hæc pugnant: Certissime scimus, inquit, nullum rectè & subriter scripturæ sensum tenere, nisi qui Spiritum sanctum habeat: in sequentibus uero hoc eodem capite dicit, Episcoporum uero & uiuetium Patrum concilia legitima suscipimus, nec infirmitate eorum deterremur: ualde moderatè infirmitatem uocans peccata, cum conscientia pugnatio, & uitam Epicuream, quam ducunt, cum quibus Spiritus sanctus perseverare non potest, sed expellitur. Item dicit, Non audemus nobis promittere nos certò illum habere. Ergo cum interpretatio scripturæ non fiat, nisi per Spiritum sanctum: de hoc uero semper dubitandum, num nos ipsi eum habeamus: multo igitur magis de alijs dubitandum erit. Quare semper de conciliorum etiam decretis erit dubitandum, num ex Spiritu sancto sint profecta. Hoc quoq; sibi uolunt nouissima uerba Asoti in hoc capite: Si impuro corde, & uita minus Christiana fuerint (Praelati) sibi nocebunt, nec ad salutem suam scripturam intelligent: interim tamen cum in ministerio permanent, cum ab unitate nō discedunt, speramus Deum per illos non defuturum nobis. Quid hæc sibi uolunt, domine Petre: Agnoscis certè & negare nō potes Praelatos tuos, uenerabiles illos Patres, impuros esse homines, in quibus Spiritus sanctus non habitet. Quæ igitur oscitantia, quod cum antea negaris, scripturam sine Spiritu sancto intelligi

telligi posse: iam spes Deum per eos (sine Spiritu sancto) scripturæ intellectum nobis patefactum.

Ita sibi consonant Sotí deliria, & cohærent non secus ac Irenæus de hæreticorum argumentis dixit, quemadmodum si quis ex arena funiculum nectat. Nec quid dicat animaduertens, nequid sentiat, alij intelligent, imò ne ipse quidem certi quicquā statuere potest: sed uel dubitat, aut incerta sperat. Iacent itaq; omnia Sotí dissoluta: nec opus erat alia refutatio-ne, cum ipse satis omnia sua, hac cōtradictione euerterit. Sed tamen quædam addenda sunt pro explicatione & refutatione eorum quæ hic tractantur.

Initio calumniosè à sophista Soto dicitur, Non sufficere ad scripturæ interpretationem, Scripturæ collationem, hæreticis & proprio sensu adhærentibus: id propter nos dicit, quos oblique hac nota aspergit ueterator, cum ad scripturas sacras perpetuò prouocemus: iuxta quasi pronunciandum sit de tota causa, quæ inter nos controuertitur, non obscurus est, ipsos casuros esse: quod non dissimulant Aſotici Prælati. Tam bonam scilicet causam fouent sanctissimi iſti catholici, ut scripturā iudicem ferre non possint: & ad scripturam prouocare, hæreticorum esse affirmant. De uobis uerissime affirmari potest, quod scriptura uobis non sufficiat, quia ex illa uestra dogmata nullo modo probare potestis, quod fatemini: nec interpretationes locorum scripture, quam miserè dilaceratis, detortas, inde probare. Ideo ad traditiones confictas, & incertorum authorum, atq; obscurorum uirorum confugitis: in his spem uictoriar habetis, has certissimum fidei fundamentum asseritis. Similiter & Patres qui alicubi homines fuere, & humana passi, uestrorū errorum patronos facitis, ea tantum excerpentes, quæ dissimulanda erant, & uenia digna. Omnes uero illos qui scripturæ firmissimis testimonijs, errores uestros terribilos, & impia dogmata atq; decreta inflatorum Prælatorum impugnant, hæreticorum titulo grauatis, & eos proprio sensu adhærere nugamini.

Deinde nos ad Patres, eorumq; scripta à sacra scripture, quam dubiam facis, obscurā & ambiguum, ablegas: quasi horum scripta sint planiora, & ampliora Spiritus sancti dona, ipsis Apostolis, habuerint. Nos uero, Aſote, ut scias, non iubemur fiduciam doctrinæ salutis nostræ in Patribus collocare: sed iubemur audire filium Dei, qui toti orbi Doctor audiēdus voce Patris proponitur & commendatur. Hunc audite. Hic nobis Apostolos commendauit, qui ea quæ ab ipso audierant, nobis scriptis suis reliquere.

Aſotus uero alios nobis Doctores proponit, Patres scilicet, de quibus supra diximus, eorumq; authoritate, quanta sit: ideo denuo non sunt repetenda. Hoc tatum ex te quero Aſote, Vnde ipsi Patres scripturam sint interpretari? Superius dixerat, ex traditione maiorū, quod Apostoli uirū voce scripture interpretationem auditoribus tradiderint: & ita uerus scripture sensus, quasi per manus sit propagatus de corde in cor, quod commentum Aſoticum refutauimus. Hic diuersum dicit, & recte quidem, ex diligentissima scripture collatione, & quia uera fuerint Spiritus sancti templa. Hoc ergo plane & per omnia uult Aſotus, quod Brentius, & iam consentit, cum antea sententiam hanc impugnandam suscepisset. Quæ ergo uertigo hominis?

Hæc uerissima igitur est scripture interpretatione ratio, quam Patres se quuti sunt in dogmatibus contra hæreticos defendendis: & hanc etiam nos sequi voluere. Augustinus certe in libris de doctrina Christiana, aliud serè nō agit, nisi ut regulas nobis prescribat, quas sequit, ad uerum sacræ scripture intellectum perueniamus, & inter reliquas hanc quoq; ponit.

August. de doctr. Christian. lib. III. cap. xxviii.

Per scripturas enim diuinās, multo tutius ambulatur, quas uerbis trālatiſ occupatas cum scrutari uolumus, aut hoc inde exeat, quod non habet controuersiam: aut si habet, ex eadem scriptura ubi cuncti inuentis, atque adhibitis eius testibus, terminetur.

Basil. lib. II. de Baptism. quæst. IIII.

Si præceptum nobis dātum fuerit, quomodo autem non additum fuerit, assumamus Dominum dicentem, Perscrutamini scripturas, & imitemur Apostolos, qui ipsum Dominum interrogauerunt de interpretatione eorum quæ ab ipso dicta fuerunt. Et eorum quæ ab ipso dicta sunt, ex his quæ in alio loco dicta sunt, ueritatem ac salutare discamus.

August. de utilit. credendi, cap. VI.

Modum quærendi ueritatem, ab aliqua diuina autoritate sumendum esse.

Quod si Patres ex scripturæ collatione scripturas intelligere & interpretari potuerunt adiutiū Spiritu sancto, quidni & alij pñ? Neq; enim his negatus est Spiritus sanctus. Quod si scripturæ intelligi sine Patrum scriptis non possunt, aut illorū tantum interpretatio recipienda, quis quæsto te eam, antequam illi scribere inciperent, totis trecentis annis intellexit? Ergo tot seculorum Ecclesia, scriptura intellectu est destituta?

Neq; uero ita occulta & interior est Spiritus sancti illustratio, ut percipi aut iudicari non possit. Cur enim aliás D. Ioannes probando esse Spiritus, num ex Deo sint, præcepisset? Et Paulus prophetias, hoc est, scripturæ interpretationes ad fidei analogiam examinandas esse docet. Non igitur ex Patrum scriptis, sacra scripture interpretanda, sed potius ad hanc illa examinanda: & quæ in illis cum hac consonant, recipienda: quæ uero minus, rejcienda & damnanda, tanquam non à Spiritu sancto profecta.

Chrysost. homil. de sancto & adorando spiritu.

Venit Montanus dicens, Spiritum sanctum habeo: uenit Manichæus, dicens, Spiritum sanctum habeo. Non fuit autem manifestum. Ut igitur non plures nomine seducerentur, quoniam inuisibiliter uenturus erat, dicit: Quando uenerit Paracletus spiritus ueritatis, qui à Patre procedit, ILLE VOS MEMORES FACIET VERBORVM MEORVM, & inducet uos in omnem ueritatem: non enim à semetipso loquetur. Nam si quem uideritis dicentem, Spiritum sanctum habeo, & non loquentem Euangelica, sed propria, is à seipso loquitur, & non est Spiritus sanctus in ipso. Sicut enim Christus dicit de seipso, Ego à me ipso non loquor, ut soluat suspicionem deceptionis, immo errorem à ueritate separat: ita ut ostendat quinam Spiritum sanctum habeant, & qui non habeant, sed simulent se habere. A' me audistis, inquit, quid tradidi. Quando ueniet inuisibilis Spiritus, mea loquetur. Si uideritis aliquem euangelica repetentem, profectò Spiritum sanctum habet. Veniet enim Spiritus sanctus, ut recordari uos faciat eorum quæ docui. Si quis igitur eorum quæ dicuntur habere Spiritum sanctū dicat, aliquid à seipso, & non ex Euangelijs, non credite. Meam doctrinam sequimini.

Ibidem postea.

Venit Manes, uerè μανῆς, & dicit, Ego sum Paracletus, quem promisit Saluator Apostolis, Ego sum filius Dei. Vbi audisti in Euāglio Christi, q; sol & luna opifices sunt? (hoc enim sensit Manes) ubi dixit Christus, quod hæc hausrant animas, & reducant eas? Ex quo non legit hæc scripta, sed à seipso loquitur, manifestum est, quod non habet Spiritum sanctum, qui à seipso non loquetur, sed quæcunq; audierit, annunciat uobis: hoc est, quæ

quæ dixi confirmabit. Et uide miraculum. Quemadmodū saluator uenit, & factus est impletio legis & Prophetarū, ita impletio Euangeli est Spirītus sanctus. Christus uenit & impleuit quæ à Patre in lege & Prophetis sunt dicta. ppter quod dicit Paulus, Impletio legis Christus: Spiritus S. uenit & impleuit Euāgelica. Quęcūq; sunt in lege, Christus implet. Quęcūq; sunt in doctrina Christi, spiritus implet: non quod imperfectus sit Pater, sed apparuit Christus, confirmingans quæ sunt Patris: sic apparuit Spiritus sanctus, confirmingans quæ sunt Filij. Ioan. 16. Cum uenerit Spiritus sanctus, &c. Hinc apparet, neq; ita occultā esse Spiritus sancti illustrationē, ut percipi & iudicari non possit, sicut Sotus cauillatur: neq; hereticorum, aut pertinacium esse, hoc modo omnem interpretationē ad scripturā sacram, tanquam Lydium lapidem, reuocare, examinare & probare. Quod fraterculus iste miser neq; Patribus, eorumq; interpretationib. contentus, sed ubi in eis non inuenit, ad Ecclesiæ iudicium nos alegat, eiq; nos subiicit, quæ nobis audienda in ipsa scriptura cōmendetur: agnoscimus uerbanon tam Augustini, quam ipsiusmet Christi, eum qui Ecclesiam audire recusauerit, pro ethnico habendum monentis. Sed quid hæc ad uos Pontificios? Non enim ad Romanam colluuiem, sed ad Christi Ecclesiam remittimur. Prius est, ut probetis uos ueram Dei Ecclesiam esse: deinde, ut secundum uerbū Dei pronuncietis & doceatis. Neq; enim, quemadmodū Sotus male Christi uerba adducit, Quęcūq; Scribe & Pharisæi dixerint, facienda erunt: sed cum supra cathedram Mosis fuderint, hoc est, doctrinam uerbi Dei nobis dixerint, de quo superius plura. Atq; ita res eodem redit, ut scilicet ex scriptura interpretatio fiat.

Præterea fatetur hic, nullū recte & salubriter scripturæ sensum tenere, nisi Spirītum sanctum habeat. Superius uero omnino hoc negauit, dicēs: *Sup.c. 74.*
 Sufficere, si legitimī Prælati conueniant, nec referre quibus moribus aut uita sint prædicti, ut non possit de sententia illorū dubitari. addens: Aperte dicimus per malos & alienos à Spiritu sancto homines, facile esse Deo etiam prophetare (hoc est, sacram scripturā interpretari, & dubia fidei dīju dicare) & hanc esse conciliorum auctoritatē & certitudinem. Hæc quomodo conueniant, Sotus ipse uiderit, quam uelit excogitare glossam aut concordantia, qua contraria hæc conciliet. Hoc autem superius dixit, necessario congregatiōni Prælatorum adesse Spirītum S. etiamsi singuli eo careant, & moribus ac uita sint Epicurei. Hæc scilicet erit concordantia discordantium, atq; hoc modo euasit bonus Asotus. Ad hæc dicit, inuocandum quidē esse Spirītum S. cum in sacræ scripture lectione uersamur, & dubia fidei tractanda sunt: sed tamen non audemus nobis promittere, nos certò illum habere, nec præsumere nobis illum adesse, ideo Patres audiendos & Ecclesiam. O' uos non miseros solum, sed infelices, imò impios. Qui enim Spirītum sanctum non habet, is non est Dei, ergo etiam *Rom. 8.* dubitandum erit, num filij Dei sumus? Quidnī uero, imò etiam, num remissionem peccatorum habeamus, & cur Spirītus S. pignus dicitur? Qui autem confirmat nos (inquit Paulus) uobiscum in Christo, & qui unxit nos, Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus Spirītus in cordib. nostris. Item, Credentes Euāgeliu salutis uelstræ, signati estis Spirītu pmissionis *Eph. 1.* sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, &c. Paulus non de se solo loquit̄, quod certus sit de Spirītus S. præsentia in se, sed etiam de omnib. credentibus, quod Spirītum S. habeant in cordibus suis, eo confirmenſ & signati sint tanq; pignore de hæreditate uitæ æternæ. Aut fortè etiam de hoc dubitandum erit, num credamus & fidem habeamus? Quod si uerum esset, cur illud electum Dei organon diceret, *Vos ipsos tentate, num sitis in fide, Vos ipsos probate, an nō cognoscitis 2. Cor. 13.*

578
uosmetipos, quod Iesus Christus in uobis est?

Quid igitur tu monache, cum maledicta tua & blasphema dubitatio-
nis doctrina, qua dubius ipse dubios & desperatos facis homines, negas
manifestissima scripturæ sacræ testimonia, & firmissimam consolationem
mentibus fidelium auferens?

Addit autem, tum scripturam salubriter intelligi, cum secundum eam
& consilia & actiones nostras instituimus. Ergone & de hoc dubitan-
dum erit Asoite, num actiones nostræ scripturæ sint conformes? Quod
si uerum est quod profiteris, scripturam sine Spiritu sancto intelligi non
posse: &, nisi secundum scripturam consilia & actiones nostras insti-
tuamus, de his uero semper dubitandum, & non præsumendum de eis:
certe & ipsa scripturæ interpretatio, perpetuò dubia erit. Huc nos A-
sotus cum mirabili suo scripturas interpretandi modo & dubitatio-
nis doctrina deducit, ut postremò Pyrrhonij & Academicici siamus: nec
quid credendum aut sequendum sit in causa religionis, tandem statue-
re possimus. Quidam sententiam etiam his uerbis sequentibus confir-
mat, dicens: Nos agnoscimus nostram infirmitatem, & inuocantes Spi-
ritum sanctum legimus diligenter scripturam, legimus Patres: & cum
eorum consensum habemus, sequimur: quanquam post hæc omnia,
nondum iustificatos nos credamus. Quanta miseria & cæcitas istorum
Pontificiorum doctorum. neque ex sacra scriptura, neque inuocatio-
ne Spiritus sancti, neque etiam ex Patrum consensu, tantum consequi-
se posse profitentur, ut sciant, quānam ratione coram Deo iustificen-
tur. Quid igitur reliquum illis est? unde ergo discent? id immediate
sequentibus uerbis ostendit: Episcoporum uero & uiuentium Patrum
legitima concilia suscipimus, nec infirmitate eorum deterremur, scien-
tes quod scriptum est, Quæ dixerint uobis, facite: Etiam si impuro cor-
de & uita minus Christiana fuerint, speramus dum in ministerio per-
manent, Deum perillos non defuturum nobis. Hi ergo impuri ho-
mines, & ut legati ipsi Romanenses affirmant, Sodomitis similes, dum
modo Prælati sint, etiam si Spiritu sancto careant, sine quo tamen scri-
ptura, præsertim in summo salutis nostræ articulo de iustificatione, per
filium Dei intelligi non potest, melius nos iustificationis doctrinam
docebunt, quam uel ipsa sacra scriptura, uel Patrum consensus. Inte-
rim tamen memineris Lector, neque hoc quod dixit, axioma esse: sed
tantum Asoticam spem, dubiam, incertam, uanam & fallacem. Habes
ergo modum interpretandi scripturam sacram, per Spiritum sanctum
quidem, sed de quo nemo præsumere debet. Nec etiam ex scripturæ le-
ctione, aut Patrum consensu doctrinam iustificationis peti posse: sed ex
Episcoporum & uiuentium Patrum, impurorum corde & uita minus
Christianæ, concilijs quibus adesse Spiritum sanctū, uelit nolit, cum pen-
nis suis & omnibus quæ habet, & est, nemo est catholicus, qui dubitet, li-
cet ne ipse quidem Sotus, author huius persuasionis & opinionis, certus
sit de hoc modo, sed tantum cum formidine de opposito speret. Sunt au-
tem, ut plurimum, spes humanæ fallaces, quæ miseris homines sounent &
stultos faciunt. Mirum igitur non est, si Asoitus cum tota sua sonica Eccle-
sia fallatur, deliret, desperet, & miserè tandem pereat.

ANNOTATA IN CAPVT LXXXI.

POstremo hoc capite nimis arrogates nos esse asserit, quod cum Bren-
tius dixerit, Patres & concilia tanquam homines errare potuisse, &
etiam Petrum humani aliquid passum, ideoque nihil in Patribus & con-
ciliorum decretis, nisi prius ad scripturæ certam & infallibilem regulam
exactum

exactum recipiendum: se quoque hominem esse non meminerit, ideoque etiam fieri posse, ut ipse erret, quod si errauerit, non posse à seipso corrigi. Cur igitur non uel dubitet, ne & ipse in scripturæ interpretatione erret, in qua lapsos esse Patres & concilia tam intrepide affirmet? Cur non putat melius esse sibi, aut sententiam suspendere, aut tanquam hominem aliorum cedere sententijs? Præsumptionem igitur & pertinaciam esse, quod ita in sua sententia persistat. Et alia multa similia, ne prorsus garulus monachus taceat, deblatterat.

Ad quæ omnia paucis respondemus Dialecticorum regula, A' posse ad inesse, non esse bonam consequentiam. Posse Brentium errare, concedendum est, quia homo. Quod in his articulis, in quibus est nostra hac controuersia, errauerit, Asote probandum incumbit, ut eum de manifesto aliquo errore ex sacra scriptura conuincat, quod cum fecerit Asotus, non erit Brentius in defendendo errore pertinax. Cum uero hactenus nihil aliud egerit Sotus, quam ut sacram scripturam obscuritatis & ambiguitatis arguerit, ideoque ex ea religionis controuersias & fidei dubia dijudicari non posse, affirmarit: sed ex traditionibus Patrum scriptis & conciliarū decretis, quæ omnia & singula ipsa sacra scriptura sint plainera: non est uerisimile, Asotum de erroribus ex sacra scriptura conuictum esse Brentium. Quid igitur est, quod pertinacem Brentium in propria sententia dicit? Num pertinax est, num in propria sententia persistit, qui ducem sequitur sacram scripturam? Nos uero non pertinaciam, sed constantiam potius & fortitudinem magis esse iudicamus, in agnita ueritate uerbi Dei permanere.

D. Augustinus de se scribit & fatetur, quod errare possit, sed hereticus esse non uelit, quia scilicet de errore conuictus scripturæ testimonijs eum defendere nolit. Idem de Brentio tibi confirmare possumus Asote. quid tibi uis amplius? Sed ut tuorum laruatorum Episcoporum & Perlatorum deliris decretis, & anilibus fabulis atque ueterinis opinionibus & longi temporis consuetudinibus cedamus, id uero nunquam nos Deo propicio facturos, persuasum habeas. Cum uero propter uestrorum hominum potentiam, imò tyrannidem potius, quam in Ecclesiam exercent, obtinere nequeamus, ut uerum & legitimum iudicium atque cognitio instituatur, recte Brentius dicit, se soli Christo summo & iustissimo iudici uelle submittere.

De Academica & Sophistica dubitatione & sententiae suspensione, antea semel ac iterum respondimus. Dubitare tibi Asote, si ita placuerit, cum tuis licebit in æternum, & ultrà. Nos quod scimus loquimur, non hominum sectantes figmenta, sed Dei oracula, quæ uobis cæcis ænigmata uidentur, quibus perinde ac Iudæis, uelum ob oculos positum est, ne illucescat uobis lux ueritatis, & palpitatis sicut cæcus in meridie: hæc poena est perseguitionis & odij uirulenti & hypocritici, quod aduersus uerbum Dei conceperitis.

Quod addit hypocrita, ab omnibus aliud non agi, quam ut scriptura intelligatur, manifestè de Asoticis falsum est. Multa enim in scriptura sole meridianæ clariora sunt, quæ nec ipsi negare possunt: & tamen tanta est in illo hominum genere, tamque obstinata & diabolica malicia, ut decreta hominum à satana agitatorum & temporis aliquius consuetudinem ueritati agnitiæ præferant. Nullus enim omnium est, non dico hominum, sed nec diabolorum, qui inficiari ausit integrum coenæ Dominicæ institutionem, similiter & sacerdotum coniugium. Item, Coenam Domini non esse sacrificium, sed sacramentum, quæ toto genere diversæ sunt actiones: & tamen hæc agnita, aperta &

manifesta in scripturis, recipere nolunt. Quid asine, hic ne suspendenda erat sententia, hic ne dubitandum erat, aut aliorum sententijs cedendum? Agitur ne à uobis, ut scriptura his locis intelligatur? Imò quos cunque queritis prætextus, ut obscuretur & inuolatur tenebris, hoc uestrum est studium, in quod toti incumbitis. Vobis ne talia, tanquam sacrilega audentibus, iudicium de dogmatibus religionis committemus? Quis hic furor, quæ dementia esset, sic hostibus religionem prodere? Deus Pater liberatoris nostri Iesu Christi clementer caueat, ne hoc unquam à nobis permittatur uobis, mori nos millies satius erat, quam in hanc impietatem consentire.

Vltimò, male habet fraterculum, quod Brentius dixerat, ideo Monachos Episcopis tribuere auctoritatem definiendi, quia nouerint eos alijs rebus intentos, & scripturæ sacræ minus uacare, ideoç ad monachos omnia in concilijs reijcere, ut hoc modo religio omnis ad caputum & cingulum ducatur, & omnia ad ipsorum arbitrium fiant: afferens hoc esse Brentij de occultis cordium ipsorum intentionibus iudicium. Ad quod non opus est nostra responsione. Sufficit nobis ipsius monachi confessio, in qua fatetur suos Episcopos minus esse rerum sacrarum studiosos, nec facere officium Episcopale, & sibi suiç similibus eos nimium credere: unde sequitur necessariò omnia per monachos in concilijs agi, ne prorsus sint muta, cum Episcopí κώφαι sint ωρόσωπα, nec aliud quam Placet sonare possint, sicut psittacus, χαράξ inquiens. De me dicere possum, & fide dignis testimonijs astruere, quod & desiderauerim, & pro uirili egerim apud quoscunq; potui Episcopos, ut doctrinæ scripturæ, & Patrum uacent, ut non mihi & mei similibus, aut maioris quantumuis eruditiovis credant: sed ut ex officio tenentur, ipsi scripturas confutent, Patres atque concilia legant, & secundum eos iudicent. Respondit itaq; Sotus ipse sibi, nec habet quod de Brentio conqueratur, quod de occultis intentionib. iudicium faciat, cum manifesta sint, & omnibus nota atq; confessa.

Retorquere etiam hoc telum conatur monachus in Brentium, qui suis operibus hoc uelle, aperte conuincatur, ut scilicet ad suum sensum & iudicium omnis summa religionis deuoluatur. Bona uerba quæso cuculate, quæ ista sunt opera Brentij, ex quibus hoc uelle conuincitur? Quia, inquit, aperte solius Christi iudicio se uelle parere affirmat. Hoc unum est; alterum, quia adulatur suis Principibus, ad quos magis iudicium de causis religionis pertinere, quam ad Episcopos, confirmat, atq; ita ad illos desert, quos à suo ore dependere nouit, & quorum se magistrum putat. Nam si illustrissimus Dux Virtenbergensis, inquit, aliud sentiat, quam ipse, parebit' ne illi, cū dicat soli Christo se uelle submittere. Habes Brenti quid queras. En monachum, qui de internis tuis intentionibus, quas perspectas habet, iudicium facere, latēscq; uirus detegere possit. Ad que, ut tandem certamen finiamus, breuiter respondeo, Brentium, quantum quidem nobis ingenium eius notum est, non subterfugere iudicium piorum uirorum, qui ex scriptura sacra & secundum eam pronunciant: imò facile pati, ut tales sincerè iudicet de sua sententia: sed opponit hęc uerba cū profitetur se soli Christo uelle subiçere, iniuriosimis & impijs uestris sententijs, & iudicijs, quæ in concilijs uestris tyrannice fertis contra nos, in auditos & non conuictos condemnantes. Cum igitur superiorē in hoc seculo ad quem prouocemus, non habeamus, quorū, nisi ad uerum iustumq; iudicem Christum configiemus aut prouocabimus? Si enim ad scripturas à uobis prouocemus, ex ijs pronunciare tanquam obscuris & ambiguis recusatis.

A' uestris itaq; iniustis sententijs, quibus nos nunquam, Deo uolente, subiçie-

subiijciemus, ad Christum confugimus, & huic soli nos submittimus, atq[ue] p[ro]p[ter]is qui recte secundum ipsius uerbum iudicant. Quod si tales iudices inuenire in terris non possumus, nihil reliquum nobis est, quam ut sententiam summi huius iudicis patienter expectemus, & interea ea quae nobis aduersa inferuntur, feramus. An igitur, Sote, qui Christi iudicio se uelle parere affirmat, hoc agit, ut ad suum sensum & iudicium omnis summa religionis deuoluatur? An ille qui à Deo Patre constitutus est iudex uiuorum & mortuorum, tibi nō idoneus uidetur iudex qui iustum sit latus sententiam. Hoc ne agi tibi uidetur, ut iudicium ipsius à nobis eludatur? Hoc uero quid stultius, quid furiosius cogitari posset?

Alterum quod Asotus, Brentium suis Princibus, garrit, adulari, quia eorum magis, quam Episcoporum iudicio causas religionis agendas dicat; et si absurdum uideatur Asoto, tamen non est quod miretur, cum iam primum confessus sit suos, hoc est, Asoticos Episcopos scripturæ & Patrum lectioni non uacare: nec facere officium, consulendo scripturas, sed Asoto & sui similibus credere. Contrà, hoc quoque, quod Leo primus Pontifex Romanus de sui temporis Princibus scribit, de nostris non nullis uerissimè dici possit, sacerdotalem illis inesse doctrinam. Et quinta synodus Constantinopolitana, de Iustiniano Imperatore, quod nihil eorum quae in sanctissima Ecclesia mouentur, præter opinionem & iussum Imperatoris fieri conuentat, rectissimè de multis Princibus nostri temporis, Dei beneficio, affirmare possimus. Talibus cur non potius iudicium de causis religionis tribueremus, quam sacræ scripturæ ignarîs, & ueræ ecclesiæ, ac piorum omnium persequitoribus, titulotenus Episcopis? Sus'ne Mineruam? Aut asinus ad lyram.

Neque uerum est, quod Asotus hic nugatur, ita à nobis Principes nostros p[ro]p[ter]os dependere, ut quæcunq[ue] nostra sine iudicio recipiant, aut approbent, quemadmodum episcopi illi, qui annuunt auribus, & ad omnia respondere aliud, quam placent, non possunt. Verecundia & Asoti sinstro iudicio prohibemur, ne amplius quid de multis nostris Princibus, studio & sacrarum literarum lectione, scribere uelimus.

Quod etiam interrogando negat, Brentium illustrissimo Duci suo Vvitenbergeni pariturum, si aliud sentiat quam ipse & aperte dictum se esse doctorem, & à se descendam esse ueritatem. Hic certe tibi confirmare possum Asote, quod si illustrissimus Princeps diuersum ab illo sentiat, & meliora, firmiora & certiora ex sacra scriptura afferat, Brentium haud grauatim de sua cessurum sententia, & in Principis concessurum, nec puderet eum à seculari Principe discere. Non enim cuiusquam ualeat sententia propter loci, aut personæ authoritatem: sed ueritas ipsa quaeritur & consideratur, non adhibitis in iudicium illis uestris laruis & personis, quae ueritas ubi cunq[ue] & à quo cunq[ue] inueniatur, propter se amplectenda erit.

Porrò, quod in fine addit & concludit, manifeste in religionis causa Brentium uelle sua sententia omnia agi, & ad se omnia deuolui, ideo que optat illi saniora, aut saltem humaniora consilia à Domino inspirari: uel suis oculos dari ad cauendos tam manifestos laqueos, & uitanda præcipitia tam grandia: suo more id facit Asotus, & eodem artificio utitur, quo hactenus toto loco usus est, hoc est calumnijs, & mendacijs. Nequaquam enim Brentius sua sententia omnia uult agi, sed secundum scripturam sacram, quam supremum in Ecclesia mult obtainere locum, & secundum hanc omnia agi, omnes controversias religionis & fidei dubia dijudicari. Hoc sanum est consilium, et si forte non

tē non humanum, tamen plane diuinum. Hoc enim Deus suo uerbo, hoc est Prophetica & Apostolica concessit scripturæ, quod hactenus probatum est: Hanc normam si in dijudicatione ambiguorum sequamur, nec à uero aberrabimus, nec in tenebris ambulabimus. Quare non est, quod conflictis periculis ab hac uia & ratione nos deterreas, aut alios oculos nobis dari petas, quib. ingentia præcipitia & laqueos nescio quos uitare queamus. Habemus enim Dei beneficio oculos mentis sacra scriptura, & Spiritu sancto illuminatos, quibus cernere & uitare possimus Pontificiæ Ecclesiæ errores, Labyrinthos inextricabiles, laqueos, quos postulatis & præcipitia maxima, in quib. omnibus, qui uestra deliria & somnia sectantur, perpetuò pereundum erit. Quod etiā alibi sæpius & copiosius à nostris multis modis manifeste sit ostensum: tamen non p̄gebit iam in fine illud ipsum uel ex hoc saltem secundo loco Asoti, in quo uranissimas suas nugas & apertas scripturæ sacræ depravationes, atq; mendacia Papistica defendere, non sine magno labore conatus est, manifestum facere. Ita enim hoc loco omnia inuoluit & obscurat, ut nemo etiam suorum, quid uelit, aut sentiat, aſſe qui possit, cum nusquam sibi constet. Iam enim negat, iam illud ipsum affirmat, ut nihil certi in toto sit opere. Initio enim dum iudices eligit & constituit, qui fidei dubia dijudicare debeant, Principes seculares & laicos ab hoc iudicio uult excludere, & nihil minus ad eos pertinere asserit. Nec tamen hoc facere potest, sed admittit, non tantum ut doceant subditos & populos, quod neminem unquam prohibuisse affirmat: sed etiā ut Imperatores, Reges & populi diuident summam controvërsiam, quæ hactenus inter nos est agitata, quí sint catholici, quí uero hæretici: hoc est, utra pars recte sentiat, & uera sit Dei Ecclesia. Quia hoc ad totam Ecclesiam pertineat, & omnium sit, ad quos fides pertinet. Atqui hoc ipsum est, quod nos agimus. Hic status est controvërsiae, hoc caput causæ, in quo Asotus sibi constat, sicut diximus.

Deinde pari dexteritate, cum disputat, unde controvërsiae religionis sint dijudicandæ, summum quidem sacrae scripturæ locum, autoritatem & dignitatem tribuit, quod sit oraculum Spiritus sancti, &cet. Sed hæc ideo facit, ne prorsus ab eo, profanus, Lucianicus, aut ab Ecclesia alienus uideatur: & ut deinde facilius eam calumniari, sed quid dico calumniari: imò blasphemare & ipsam, & Spiritum sanctum eius authorem, possit. Vocat enim obscuram, dubiam, ambigui sensus, mortuam, quæ non respondeat, literam occidentem, ex qua dubia fidei, ambigua & religionis controvërsiae non possint dijudicari: non propriè dici perfectam, quod omnia dogmata fidei ad salutem necessaria contineat, quia non omnia contineat in se: uerū ideo tantum perfectam dici, quod iubeat audire Prelatoꝝ, quia ea quæ scripture desunt & in speciali (ut loquitur) in ea non habentur, definiant, & ecclesiæ obseruanda proponant: imò scriptura prorsus non opus esse ad fidem.

Et quia sit dubij & ambigui sensus scriptura, ideo consulendas esse traditiones, quæ sint pleniores, planiores, apertiores ac antiquiores ipsa sacra scriptura, auctoritate uero non inferiores. Ideo non ex scriptura, sed ex traditionibus non scriptis dubia & ambigua fidei dijudicanda, & religionis controvërsias componendas: nec traditiones ad scripturam exigendas, aut examinandas: multo minus scripturas ex scripturis interpreandas, sed potius ex traditionibus, quæ sint certissimum fidei fundatum, ex quibus ecclesia habeat sacramentum totum confirmationis, ordinis, matrimonij & extremæ unctionis, eorum & elementa & uerba atq; effectus.

effectus. Et omnia quæ ad integratatem eorum certa fide necessaria teneat Ecclesia, cum in scriptura non sint, necesse sit Apostolicæ esse traditionis.

Et tamen idem Sotus, qui has traditiones certissimum esse fidei fundamentum affirmarat, iuxta quas etiam scripturæ ipsæ sint interpretandæ, affirmat esse quasdam incertas & dubias. Plurimas uero, imo omnes, de quarum authore & origine non constet, ad Apostolos authores esse rei- cendas. Quasdam uero minores, quæ scilicet non usq; adeò magni sint momenti, diuersimodè alias ab alijs obseruratas. Sed hæc se, suosq; catholicos non morari. Hæc Aſoticæ Ecclesiæ & fidei certissimū fundamen- tum, de quibus tamen dubitant ipſi, & earū authores ignorātur. Cuiusmo- di hæc certitudo, cuiusmodi fides, qualis Ecclesia, quale fundamentum?

De Patribus, quos ita uocant, nec meliora, nec certiora, quod ad Pon- tificiam Ecclesiam afferit. Hos Ecclesiæ sensum circa scripture interpre- tationem, describere afferit. Quare cum unus faltem Pater in expositione Cap. 69. scripture, sensum aliquem afferat, non dubitas de dogmate, quamvis scri- ptura illa alium sensum nonnunquam habeat, maxime sit authoritatis, & quidem tantæ, ut sine hæreſeos & schismatis nota contemni non possit. Ut cum Hieronymus dubitandum esse docet de remissione peccatorum, ostendit totius Ecclesiæ hoc dogma esse: & fidem Lutheri, quod remissa sint peccata, nouellam. Hæc Sotus.

Quibus tamen facetus homo addit: Quid ad nos, quod unus aut alter in hac, aut illa disputatione etiam errauerit à scripture ueritate. Non nos moratur, quod Origenes & Tertullianus errauerint. De Cypriano omnibus notum est, in causa baptismi hæreticorū eum errasse & deceptū, &c. Hieronymus uehementior fuit, &c. Augustinus scripsit libros Retracta- tionum. Hæc Sotus.

Cum igitur & Patres ipſi errauerint, & contrarias planè interpre- Cap. 72. tationes habuerint, quod exemplis propositis demonstratum est: quo- modo Sote ipſi soli, scripture obscuræ & dubiæ, atque sensus ambiguū interpres erunt?

Sed egregiè sibi, suęq; ecclesię, cauit Sotus. Habet enim uiuos Patres, hoc est Prælatos sive Ecclesiæ, qui ambiguū sensum, non ſolūm scri- pturæ, ſed etiam Patrum ex scriptis eorundem eruent, & ex eis dubia fi- dei dijudicabunt. Hic erit ſummus gradus in ecclesia, Prælatorum ſcilicet, qui longè ſupra scripture ſunt, & multo certiores iudices uiui, quam mor- tua illa ſcriptura, quæ consulta & interrogata non respōdet, iuxta Sotum: aut ſi maximè repondeat, dubium eſt & ambiguū responſum. Prælati uero Aſoticī multo certiores erunt iudices, qui errare nō poſſunt, etiamsi Cap. 74. malisint, Spiritum sanctum non habeant, nec charitatem: ueram tamen Deo facile eſt etiam per illos prophetare, dummodo legitime ſint con- congregati. Hoc erit ultimū iudicium circa fidei dubia, nec ab hoc cuiquam prouocare licebit.

Vide autem quomodo ludat Sotus in re ſeria. Tunc enim eos non er- rare dicit, dum non fraude, aut dolo agunt, ſed recte ſe gerant, & qua o- pus ſit humilitate & diligentia, queratur ab eis ueritas: quæ cum ſint in- certissima, de his enim nō immerito perpetuò dubitaf, num fraude & do- lo, an uero bona tide egerint, num recte, an uero perpera ſe gafferint: item num ea qua opus erat humilitate & diligentia ueritatē quæſierint. An uero faſtu & superbia de ſua dignitate cōtenderint, omiſſa diligētori ueritatis inquisitione, eaque monachis ſolis, aut ſcrinio pectoris Pōtificialis de- mandata, unico uerbo Placet indifferenter illa omnia approbarint. Hæc inquam cum ſint incertissima, quid, bone uir, de ſententia iudicij huius

huius ultima circa religionis controversias, magis erit incertum, dubium & ambiguum.

Ex quibus omnibus iam bona fide ex hoc secundo Sotiloco enumera tis euidenter apparet, nihil esse incertius, uanius, magis impium, intricatum, ambiguum, dubium, obscurum, profanum, sacrilegum, blasphemum, periculosius, perniciosius, ecclesiæ Papisticæ dogmatibus, etiā in ijs quæ ipsi pro certissimis uenditât. Hoc em iudicio, & certo, ut Sotus profitetur in titulo huius loci, nihil esse incertius, iam est demonstratum. Mirum igitur est, si non & illi, qui haec tenus Pontificiam impiam doctrinam sectati sunt, & Soto doctore, eiusq; similibus præceptorib; usi, intellecta hic incertitudine, qua sua religio fundata est, & nititur, & de ipsa dubitare, eaq; abiiscienda cogitabunt. Ego certe ingenuè fateor, & Deum testor, me ita affectum esse, cognita hac incertitudine, pugnantia & cōtrarietate, quam in hoc solo secundo loco deprehendi: quod si haec tenus à partibus Pontificis stetissem, me iam omnino discessurum, eo quod conscientia mea in istis dubitationibus & incertitudine fluctuans & aestuans, nō modò non acquiescere, sed nec ulla ratione perseverare posset. Et quid dico perseue rare: imò nihil certius est, quam si Papisticæ religioni addictus essem, me ad insaniam, desperationem, & mortem ipsam temporalem ac æternam redigendum. Tantum igitur abest, ut Asotus sua nugaci uanitate, incerta, dubia, sacrilega & blasphema doctrina Pontificia, nos ad suræ ecclesiæ gremium sit perducturus, ut nulla alia ratione magis in nostra fide & religione nos confirmare posset.

Agimus itaque tibi æterne Deus, Pater liberatoris nostri Iesu Christi, cum Spíritu tuo sancto coæterno gratias quas possumus maximas, pro dono hoc inenarrabili, & luce uerbi tui admiranda, quā discussis & depulis tenebris, & sophistica dogmatum Pōtificiorum accendisti hac postrema & delira ac misera mundi senecta, per quam oculos mentis nostræ illuminasti, ut & laqueos diaboli, præstigias & præcipitia fragitia uideremus, & cauere queamus: ac uiam ad uitam æternam monstrasti, oblatis & exhibitis beneficijs filij tui dilecti, unicū nostri mediatoris, in scriptura sacra tua promissis:

Te filium Dei crucifixum pro nobis & resuscitatum, sedentem ad dextram Patris, oramus & obsecramus, ut nos in luce & ueritate hac conserues. sermo autem tuus est ueritas: eoque sermone uiuifico & saluifico nos clementer gubernes & regas, atque ad posteritatem nostram, syncretam & incorruptam doctrinam hanc, quam immensa bonitate patefeci, propages. Disperdas tua omnipotenti manu omnia labia dolosa, & magniloqua eorum, qui dicunt, Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac impiâ in æternum: ut & in hac uita ex uerbo tuo te uerè agnoscamus, inuocemus, tibiq; obediamus, & in illa beata æternitate perpetuo cum omnibus sanctis Prophetis, Apostolis, Angelis & electis tuis celebremus. Amen, Amen, Amen.

F I N I S.

REFUTATIO TER tiæ partis Sotici scripti, cui au-

TOR TITVLVM FECIT, DE UTILITY

ET NECESSITATE ALIORVM IUDICIO,

SINE SVO PROPRIO

CREDENDL

AVTORE IOANNÉ ISENMANNO

Abbate in Anhausen.



Anno 1561.

Ioannes Brentius pio

LECTORI S. D.



N deliberatione, qua consilium de refutanda Sotica defensione, confe- rebatur, quatuor Theologi Tubin- gensis Scholæ operas suas ita parti- sunt, ut D. Iacobus Beurlinus sume- ret sibi refellendam Primam par- tem. D. Iacobus Heerbrandus, Se- cundam. D. Ioannes Ilenmannus, qui tunc agebat pastorem Ecclesie

Tubingensis, nunc autem agit Abbatem in Breitenthalhausen, Ter- tiam. D. Theodorus Snepffius, Postremam. Etsi enim non nulli iudicabant indignum esse, bonas horas, in tam loquaci ua- nitate refellenda collo care, & si omnino aliquid contra esset scri- bendum, id rectius fieri posse, his nodis discindendis potius, quam dissoluendis, uidelicet, ut paucis ostenderetur, nec no- men uerae Ecclesie, nec iudicium Ecclesiasticum, nec fidem, nec quæ sunt fidei, (His enim ferè partibus constat recens scriptum Afoti) ad Antichristum, & satellites eius, inter quos Afotus pri- mas ambit, pertinere, tamen, quia uisum est Afoto, aut alteri hy- peraspistæ, nomine Afoti, φλυαριας suas iterum orbi obtrudere, non plegeat nos stulto, iuxta stulticiam suam respondere, ne sibi sapiens uideatur. Cùm igitur D. Ilenmannus, cui tertia Sotici scripti pars obtigerat, uniuersum illud scriptum, pro singulari sua diligentia & studio, percurrisset, & breuibus quidem, sed e- ruditis & perspicuis Scholijs notasset, alij uero Doctores, suas partes copiose refutassent, volui D. Ilenmanni, hoc tempore, in alijs ecclesiasticis negocij, sic satis occupati, Scholia in tertiam partem paulò pluribus explicare, ut copia reliquis tribus scri- ptis nonnihil responderent. Quod idcirco profiteor, ut si quid uehementius & acerbius in hac parte dictum fuerit, non D. Ab- batii, sed mihi imputetur. Qua enim ille est æquanimitate, & mansuetudine, scripsit sua scholia placido animo, quippe quod & tale scripti genus non ferè concitatum spiritum admittere so- leat. Ego uero, in aduersarium, ut copiosior, ita paulò commo- tior, & iratior inuenetus sum. Tantum autem abest, ut culpam huius acerbitatis deprecer, ut potius existimem me hac in re plurimum

plurimum officij præstisſe. Regnum enim Papisticum, quod
est Antichristianismus, non nūgis tantū & mendacijs Sophisti-
cis, uerum etiam tam horrendis blasphemis & impietibus
constat, ut si cui, qui ea uel legerit uel audierit, & penitus intro-
pexerit, non moueat bilem, ne ille frigido admodum spiritu
aduersus Antichristianismum affectus uideatur. Dictum est
quondam à Propheta, ad deuastatores Moabitarum, Maledic-
tus, qui facit opus Domini fraudulenter, & qui prohibet gla-
dium suum à sanguine. Nunc autem, cùm de blasphemis Pa-
patus agitur, dicendum esset: Maledictus qui prohibet gla-
dium animi & linguæ suæ à Papatus execratione. Et tamen
interea sui quilibet officij meminerit, ne dum aliorum
impietatem execratur, ab execrandis suis scele-
ribus non resipiscat. Benèac feli-
citer uale, optime mi
Lector.

EEe 2

Caput Primum.



OTVS vociferatur Brentium contra uenerandam antivitatem Patrum loqui, Brentius negat, affirmat autem se execrandam ueræ antiquitatis uastationem ex animo detestari, cuius criminis manifestè rei sunt Papistæ, qui commenti sunt ea sacra, quæ nō solum uera antiquitas ignorauit, uerè etiam cum Prophetica & Apostolica doctrina haud quaq; obscurè pugnant.

Nec Lutherus nec Brentius docent sub specie pietatis & sacræ scripturæ impietatem, & superbissimam, ut Sotus criminatur, libertatem, sed ostendunt testimonio & collatione sacræ scripturæ, cū doctrina & moribus Pontificiæ sentiè, tyrannidē, Magiam, Idolomaniam & Antichristianismū Papistarum, & cohortantur omnes homines, ut quotquot ueram & aeternam salutem esuriunt & sitiunt, istorum impietatem deserant. Hæc non est superbissima, sed maximè necessaria libertas, quam nisi assecutus fueris, necesse habebis perpetuum esse mancipium Satanæ.

CAPVT II.

Bella est concio de humana cupiditate libertatis, qua cōcione Sotus parat sibi uiam ad docendum, quod debeamus, abnegata hac carnis cupiditate, intellectum nostrum in obsequium Papisticarū traditionum, & scrinij pectoris Pontificij captiuare, uidelicet, ut nos quidem simus bestiæ, asini ad lyram, trunci & stipites: quod autem Papa in scrinio pectoris sui finxerit, & Prælati eius somniauerint, hoc pro oraculo spiritus sancti agnoscamus. Et quod amplius est, adeo stupidī & hebetes simus, ut cūm Papa duxerit nos secum in gehennam, Satanæ in aeternū mancipados, non aliud accinatus, quam Agè, rectè, bellè, Macte uirtute. Sic itur ad astra. Quod si instituisse copiosius scribere, non difficile mihi esset exponere, & quasi digito demonstrare, qui species pietatis & sacræ scripturæ, ac humana cupiditate usurparint sibi superbissimam, ut Sotus loquitur, libertatem. An non enim hi illi ipsi sunt, qui se in his terris extulerunt super omnes Reges & Principes, immo super omnem quod dicitur numen aut Deus, qui tribuerunt sibi potestatē in cœlum & in infernum, & qui sumpererunt sibi autoritatem omnes homines iudicandi, cūm ipsi interea à nullo hominum se se iudicari patiantur? Hæc facile possent explicari, sed hoc ab alijs copiosè factum est, & ego scribo tantum adnotaciones.

CAPVT III.

Concio huius capitū habet uenustam, adeoq; cœlestem speciem, sed pedes sunt satanici. Rectè loquitur, quod debeamus intellectū & rationē nostram Deo subiçere, atq; in seruitutem redigere, ut credamus, quæ uel promittuntur, uel mandantur, aut solum reuelantur à Deo, absq; ulla ratione, absque ulla inquisitione maiori, certa, optima, uerissima esse. Hæc, & alia huius generis in hoc capite, sunt honesta species, & cœlestis facies. Sed inspiciamus pedes, & deprehendemus eos ex omni parte diabolicos & satanicos. Tandem enim eò euadit, eò spectat, & captiuitatē intellectus nostri sic exigit, ut quæcunq; uel promittuntur, uel mandantur à Papa, qui se Vicarium Christi gloriat, ea tanq; à Deo nobis promissa, mandata, & reuelata, accipiamus. Et quomodo cunq; Papa

Papa & Prælati eius sacram scripturam interpretantur, hoc sit absq; ulla ratione, absq; ulla inquisitione maiori certum, optimum & uerissimum, ut si dixerint sacram scripturam esse oraculum spiritus sancti, applaudamus. Si rursus dixerint sacram scripturam esse dubiam, ambiguum, obscuram, flexiloquam, quid pluribus fabulas Aesopi, annuamus. Item, Si promiserint nobis regnum cœleste, cum data pecunia redimim⁹ indulgentias Pontificias, credamus, & pecuniam numeremus. Si minati tuerint nobis ignes infernales, cum malum honesto coniugio uti, q̄ scortationem sectari, metuamus & exhorrescamus. Item, Si adoraueris crucem ligneam aut lapideam à Prælatis consecratam, facis cultum cœlo dignum. Rursus, si abominatus eam fueris tanq; idolum, facis opus gehenna dignum. Et infinita alia. Huc tendit hic noster cōcionator, quem, admodum institutum & progressus totius huius scripti eius palam testificatur. Et hi sunt diabolici pedes, quibus sese turpitudo totius corporis prodit.

CAPVT. IIII.

EIusdem notæ concio, qua & priores illæ. Ac siquidem Sotus bonus vir esset, posset & hæc concio bona haberi. Nunc autem quia impius est, & impio instituto, ac prauo cōsilio, in præsentia nihil aliud ei respondendum esse uidetur, quam quod Christus, dæmonia confititia ipsum esse Christum, hoc est, Verum dicentia iussit obmutescere & exire. Fatemur enim & nos, non esse excidendum à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Et Philosophos multas hæreses inuexisse in Ecclesiæ Christi, adeoq; Philosophos esse Patriarchas, ut Tertullianus loquitur, hæreticorum. Sed quo minus est recedendum à Christiana simplicitate, eò magis fugiendæ sunt strophæ Papisticæ, & quo maiores iacturam uerè piaæ doctrinæ fecerunt Philosophi uaniloqui, eò plus nobis caudum est ab Aristotelica religione, quam hactenus Scholastici & Sophistæ in ecclesiam inuexerunt.

CAPVT. V.

Recè diuinauimus. Accedit tandem utiligator ad suum institutum. Exegit hactenus à nobis captiuitatē intellectus nostri in obsequiū fidei, exegit simplicitatem fidei, auocauit nos à scholis Philosophorum, & à uana curiositate. Sed quorsum? ut reddat nos stupidos & stipites, ac subficiat nos iudicio Prælatorum, & scrinio pectoris Pontificij. Videamus ergo mendacia & calumnias, quæ in hoc capite à Sycophanta producuntur. Dicit nos sensum proprium, contemptis Patribus, & rebus omnibus, quæ ad uerum scripturæ sensum agnoscendum nos adiuuāt, ingerere. Hæc sunt tria, paucissimis uerbis, pura puta mendacia. Neq; enim ingerimus scripturæ sensum propriū, sed eum, quem spiritus sanctus ipse in scriptura tradit. Neq; contemnimus Patres, sed quam reuerenter de ipsis sentiamus, testantur non aliorum tantum nostrorum, uerum etiam ipsius Brentij scripta, cum in alijs operibus, tum in his suis Prolegomenis & Pericopis. Neq; contemnimus omnes illas res, quæ ad uerum scripturæ sensum agnoscendum nos adiuuant. Sed quicquid potest nos hac in re iuuare, nostri summo, eóq; tanto studio conquirunt, ut tu Sycophanta eam diligentiam, cum aliás, tum præcipue in quarta huius scripti tui parte, De Ignorantia, reprehendendam putes. Et quoties nobis illud Tertulliani obijcitur: Non exercitatio scripturarum, sed fides saluum facit. Itaque miror quæ sit huius hominis

nisi impudentia, quod audeat contra suam ipsius conscientiam tam manifesta mendacia de nostris effutire. Certè nostri hac in parte sunt studiosores, quam uos Papistæ uelletis, & uestris rationibus utile sit. Nisi forte per eas res, quibus sensus scripturæ cognoscatur, intelligas uestras traditiones, & uestri Pontificij pectoris scrinium, tunc non negamus nos ea contemnere, quod illas uideamus esse commenticias, hoc autem re ipsa comperiamus, esse impiatum, blasphemiarum, magiarum & idiomaniarum sentinam. Sed audiamus insignem calumniam, qua Sotus uerba Brentij peruertere conatur. Papistæ uolunt in cognoscenda doctrina religionis non vulgarem tantum populum, uerum etiam summos in Repub. viros & Principes, esse, (ut meis uerbis, quod illi suis intelligent, exprimam) cæcos, stupidos & stipites. Quod si uero hoc negotium faciendum suscepint, repellendos esse à tribunali, tanquam Satanam, & dicendum eis: Vade post me Satana. Contra autem Brentius scribit, Principes à cognitione & iudicio de doctrina religionis intantū non reñciendos, ut etiam ad unumquemuis priuatum hominem, qui est ecclesiæ membrum, (hæc enim sunt uerba Brentij) pertineat de doctrina religionis iudicare, & ueram à falsa internoscere. Ac paulò post, addit & illud, quod Sotus ipse recitat, nullo modo licitum esse, in causa æternæ salutis, alienæ sententie ita inhærere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur, &c. Hæc sua dicta Brentius circumstantijs ita expressit & muniuit, ut nemo, nisi ad sycophantias natus, posset ansam calumnandi habere. Non enim illud vult, ut siue Princeps siue priuatus, cognoscat & iudicet de religione, iuxta humanam rationem, sed iuxta sacram scripturam. Audiamus uerba ipsa Brentij. Ostendemus (inquit) diuina clementia adiutum, quod non ad Prælatos illos tantum, immo, ne quidem ulla ex parte ad ipsos, quippe qui iam non sint ecclesiæ membra, sed præcipue ad pios Principes, & ad eos, qui tam ex ministrorum ecclesiæ numero, quam ex reliquo hominum, qui doctrinæ Christi agnoscent, cœtu, in consilium adhibentur, pertineat de doctrina religionis cognoscere & iudicare, idq; NON IVXTA ARBITRIVM HUMANÆ PRUDENTIAE, sed iuxta oracula spiritus sancti, quæ quantum ad æternam nostram salutem satis est, in libris, quos ita uocant, Canonis sacræ scripturæ continentur. Hactenus Brentius. Ex his uerbis clarum est, quod non permittatur ulli hominum sententiam de doctrina religionis ferre, ex humana ratione, sed tantum ex diuina scriptura, seu ex uerbo Dei, quod in hac scriptura continetur. Et cum aliâs sepetum præcipue de Autoritate sacræ scripturæ docet Brentius. Sacram scripturam idcirco per Prophetas & Apostolos literis mandatam, ut uera Ecclesia Domini haberet certissimam regulam, ad quam Omnia Philosophica, Cabalistica, & Asotica delyría exigeret, ac sciret NVLLAM ALIAM VOCEM, ne angelicam quidem, quæ SCRIPTURÆ, maximis omnium miraculis confirmatae, non esset consentanea. pro cœlesti uoce agnoscendam esse, &c. Et aliâs: Sciamus, inquit, quod nullam aliam debeamus Iudicij regulam, præterquam scripta Prophetica & Apostolica agnoscere. Nec sit hac regula ulla alia uel rectior, uel certior, uel firmior, uel etiam magis perspicua, &c.

Deinde, cum Brentius scribit, non esse licitum, in causa æternæ salutis, alienæ sententie ita inhærere, ut eam sine nostro ipsorum iudicio amplectamur, non illud vult, ut nullum uel hominem, uel angelum, uel Deum,

Deum, de religione docentem audiamus, aut sequamur, sed tantum sentiamus & teneam⁹, quæ nos ipsi finximus, & excogitauimus. Hanc nō esse sententiam Brentij, ipse se explicat. Quæ de veteribus, in quiens, Patribus & Ecclesiasticis scriptoribus recenti⁹, nō hoc animo feci, quod sentiam eos ab iſcendos. Sunt enim de ecclesia optimè meriti, & Consulendi sunt atq; AVDIENDI, non tamen sacrae scripturæ æquandi. Si quidem enim interpretantur scripturam per scripturam, & obscuros locos scripturæ per manifestos & claros, interpretatio eorum amplectenda est. Si autem interpretantur scripturam contra scripturam, & redditū obscuros scripturæ locos, obscuriores, refutanda est eorum interpretatio. Et iterum: Non detrectamus cum quibusuis modestis & eruditis uiris de doctrina pietatis conferre, ac de ea, quæ in nobis est fide, rationem reddere. A cursus: Nos & si non sumus iurati in uerba Patrum, nec tribuimus eis summam in ecclesia autoritatem, tamen beneficia, quæ Deus per scripta eorum nobis confert, grati agnoscimus, &c. Et iterū: Si sermo est de uetustissimis illis Patribus, Prophetis uidelicet, & Apostolis, quorum scripta publicè confirmata extant, quis nostrū negat eos audiendos? An non quoquo modo possumus, urgemos, & instamus, ut hos audiamus, & sequamur? Si autem sermo est de Patribus his posterioribus, fatemur, quod & hi audiendi sunt, sed illa conditione, si hi istos nostros maiores Patres, Prophetas & Apostolos, ac in eis spiritum sanctum, adeoq; filium ipsum Dei, quem maximè omnium audiendum cœlestis Pater commendauit, audierint, &c. Sententia igitur Brentij est, non quod unusquisque debeat cognitionem Religionis ex seipso petere, & aliorum omnium sententiam temere condemnare, nec quod debeat in audienda uel legenda aliena doctrina, truncus, stipes, & asinus ad lyrā esse, & quouis doctrinæ uento circumferri, sed quod postquam spiritu Dei, per uerbum Dei uiui, & permanentis in aeternū, sicut Esaias & Petrus loquuntur, renati sumus, debeamus singuli summa cura & diligentia alienam doctrinam, & dogmata expendere, num sint ex Deo, & num cum uera & certa illa doctrina, quæ in scriptis Prophetis & Apostolicis continetur, conueniat. Ac siquidem conuenerit, obedienter eam amplecti, Si autem non conuenerit, repudiare. Etsi enim non omnes homines nōrunt literas, tamen qui sunt in Christo renati, & in schola Christianorum educati, didieerunt Catechismum, qui est compendium totius scripturæ, & possunt ac debent pro suo modo & dono diuinitus ipsis concessso, de aliorum doctrina & dogmate iudicare. Hoc probant Prophetæ, Christus ipse, & Apostoli eius.

Ioel. 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophe tabunt filii uestrī, & filiæ uestræ, &c.

Esai. 11. Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientis.

Esaiæ 54. Ioan. 6. Dabo omnes filios tuos doctos à Domino.

Hiere. 31. Non decebit unusquisque fratrem suum, & unusquisque proximum suum, dicens, cognosce Dominū, Omnes enim scient me à minimo usque ad maximum.

Ioan. 17. Non pro eis tantum rogo, sed & pro illis, qui credituri sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ut ipsi in nobis unum sint, &c.

Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.

1. Corint. 2. Spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.

1.Ioan.2. Vos unctionem habetis à sancto & nostis omnia.

Expende iam sententiam Brentij. Primò enim, quia loquitur de rebus hatis in Christo, docet, quod in audiendo aliorum dogmate, non debeant esse stipites, & indiscriminatim quidquis arripere credendum, sed iudicare, num dogma illud sit ex Deo. Postea docet, quod debeant iudicare non secundum humanam sapientiam, sed secundum sacram scripturam, quae est diuina sapientia. Ad extreum, quod debeant iudicare, non ex arbitrio carnis, sed ex dono spiritus sancti, quo sunt praediti. Qui enim non habet spiritum Christi, non est eius. Et, iustus ex fide SV A uiuit. Fides autem est ex auditu, Auditus autem per uerbum Dei. Hac & huius generis multa, cum Brentius sentiat, dicat & scribat, tamen non potuit esse à Sycophantæ morsu tutus. Etsi enim non potest Soto ignorantem esse ex multis argumentis, quae sit sententia Brentij, cum exigit proprium cuiusque iudicium in causa fidei, tamen tanto calumniandi studio tenetur sceleratus Sycophanta, ut peruerat ac deprauet eam, quasi Brentius sentiret, quod unusquisque debeat à seipso, contemptis omnibus alijs, cognitionem religionis petere. Imponit (inquit) & sub dispensatione salutis omnibus necessarium asserit (Brentius) non solum iudicare, sed iudicare ex suo proprio iudicio, nec sequi alterius sententiam. Et mox: Quae (inquit) immodestia maior, quam de ipsa scriptura, de ipsa fide, iudicium tam integrum cuilibet permittere, imò imponere, ut nulli sit licitum alterius iudicium sequi & renunciare proprio? Atque despiciata sic sententia Brentij, ac uerbis eius in alienissimum sensum detortis, addit: Verbum, inquiens, certè nouum, uerbi inauditum & mirabile. Quin potius exclamat: Occlum, ô terra, ô Maria Neptuni: aut disrupta ueste uociferetur, Blasphemauit. Nouum certe, inauditum, & mirabile uerbum esset, si quis doceret, cognitionem uerae religionis, non esse petendam à uerbo Dei, à doctrina Prophetica & Apostolica, sed à seipso, & à suo humano arbitrio. Nouum certe & inauditum ac mirabile uerbum esset, si quis doceret, nullum hominem, docentem de religione, esse audiendum, nullius alterius hominis, quantumcumque pīj, & eruditii, sententiam de religione sequendā, sed suis tantum ipsius somnijs applaudendum. Quod, cum à sententia Brentij sit alienissimum, quanta, rogo, est huius Sycophantæ prauitas, quod impudenter audiat, contra suam ipsius conscientiam tale quid de Brentio confingeret? Quod si instituisse inepias & impietates Soti pluribus refellere, pataret mihi in hoc loco magnus campus explicandi uerè noua, inaudita & mirabilia uerba, quae Papistæ de summi sui Pontificis potestate, aut potius tyrannide, de necessitate obediendi scrinio pectoris eius, & sequendi eum usque in gehennam ignis, dēq; infinitis alijs rebus, excogitarunt, Quae omnia mirabilia sunt in oculis uerae Ecclesiæ Dei, & quae ignorauit uetus, quaeque ignorauerunt tam Prophetæ quam Apostoli, nisi quatenus spiritu sancto praeuiderunt, uenturum esse filium perditionis, qui se efferat aduersus omnem, qui dicitur Deus, aut numen, adeo ut ipse in templo Dei, ceu Deus sedeat, ostentans seipsum esse Deum. Sed in præsentia sufficit malum, gnūm calumniatoris ingenium notasse, ut pīus Lector intelligat, quid sibi in alijs à Soto sit expectandum.

AFFINGIT uerbis Brentij, de proprio cuiusq; iudicio in causa fidei sententiam, nescio quam, puerilem, & quæ non opus erat à Brentio doceri, uidelicet, nihil ab homine, qua homo est, sine proprio iudicio & sensu fieri. Ac uerum quidem est, quod Brentius in præsentia de hoc humano iudicio non loquatur. Nouit enim nullum hominem, seu pium, seu impium, amplecti suam sententiam de Religione absq; aliquo suo iudicio, uoluntate & sensu. Interea autem, nec de eo loquitur Brentius, quod Sycophanta uerbis eius calumniose intrudit, quæ si Brentius sentiat, quod in causa æternæ salutis non debeamus nostrum iudicium relinquare superiori sententiae, seu Deo. Hæc niera est calumnia, & Sycophantica, imò Satanica sententiae Brentij deprauatio. Quid enim aliud nostri expetunt, quid aliud urgens, quam ut in causa æternæ Salutis cedamus superiori, hoc est, diuinæ Sententiae? Atq; hoc illud est, quod coegerit nos uelstram, Sote, colluiseum deserere. Vos enim exigitis, ut cedamus Sententiae uestrorum Prælatorum, & scrinio pectoris Pontificij, sine ullo respectu superioris seu Diuinæ sententiae, quæ nobis in Scriptis Propheticis & Apostolicis est proposita. Exigitis, ut Principes & Laici sint stipites, & agnoscant nullo delectu, nulla tergiuersatione pro oraculis Spiritus sancti, quæcunq; Prælati in suis Concilijs definierint, aut Papa e scrinio pectoris sui eructauerit, usq; adeo, ut si Papa duceret eos ad perpetuum gehennæ incendium, non coarguant eum impietatis. Cùm enim non liceat iudicare fratrem, quod Sotus hoc loco com memorat, quomodo liceret iudicare Patrem, eumque tripli corona ornatum, & Sanctissimum? Nos autem cum exigimus proprium cuiusq; iudicium in causa Religionis, non instituimus Polit. an Cyclopicam, in quâ nullus alterum audit, & suam quisq; sententiam temere, præfraude & tyrannice sequitur ac tuetur. Sed exigimus ut primum omnium cedat quisq; superiori, hoc est, Dei Sententie, quæ in scriptis Propheticis & Apostolicis continetur, ut amplectatur toto corde Sacram scripturam, ut audiat & discat ex ea Voluntatem Dei, & ueram cognitionem Domini nostri Iesu Christi, unici nostri Saluatoris. Deinde docemus, ut postquam scripta Prophetica & Apostolica, pro certissima fidei regula, diuinæ dignitate prestatis, dogmati ita adscribat, ut non curet ipse, quid dicatur aut definiatur, nec consideret, num conueniat cum analogia fidei, cum scriptis Propheticis & Apostolicis, aut cum Symbolis seu Catechismo, quæ sunt horum scriptorum epitomæ, ac respiciat tantum personas, & si uiderit dictum aut decretum Papæ & Prælati eius placere, continuo approbatur illi, sine ulla contradictione. Sed potius, ut iuxta ea scripturæ testimonia, quæ Brentius commemoravit, & Sotus in hoc capite repetit, unusquisque dogmata hominum, ad Sacram scripturā, & ad huius scripturæ compendia, quæ sunt Symbola & Catechismus, pro dono sibi duiuitus collato, exigat, & siquidem ea fuerint his consentanea, amplecta tur. Si autem dissentanea, respuat.

Hanc esse Brentij & collegarum eius sententiam sæpen numero expositum, repetitum, iteratum & inculcatum est. Ettamen tanta est Sycophantæ malignitas, ut non desinat calumniari, quali Brentius sentiat non esse in causa æternæ salutis sententiam superioris aut Dei audienc-

dam. Sed an non uides, optime Lector, quò euadat Sotus. Sic enim redit suam calumniam, quasi Brentius doceat, In causa æternæ salutis, ne Dei quidem, qui solus in ea causa noster est superior, sententiam esse audiendam. Interea autem ipse pedetentim eò delabitur, ut nobis Icrinum pectoris Pontificij, & dogmata suorum Prælatorum pro superiori, & Dei Sententia obtrudat. Itaque uanissimus homo iudicat nos esse stupidos & truncos, qui strophas illas suas Papisticas non intelligamus. Nam huc eum euadere, ut subiçiat omnes homines sententijs suorum Prælatorum, haud obscure significat, cùm aliás, tum etiam in hoc capite, cùm scribit: Simili ratione, inquiens, quæram à Brentio, an licebit mihi dicere simplici mulierculæ uel idiotæ rustico, denique cuiuscunque alteri, cui uel non conuenit ex officio, quo in Ecclesia fungitur, uel non uacat lectioni & studio rerum difficultium intendere: Noli iudicare de his, quæ controuersa sunt circa fidem: Noli audire rationes Nouatorum; quia non satis exercitatos habes sensus ad discretionem boni & mali. Noli ergo aliter iudicare, sed hoc iudica tantum, ut offendicula & scandala, quibus eorū uerba plena sunt, caueas: sequaris uero Catholicorum iudicium, hoc est, eorum qui in antiqua religione sine ulla innouatione permanent. Hactenus Asotus. Ac respondet quidem sibi Sotus ipse, de sententia Brentij. Sed & mihi libet nomine Brentij Asoto respondere. Cùm enim mihi tanta sit noticia cum Brentio, ut plusquam quadraginta annos, partim in studio bonarum literarum, partim in administratione Ecclesiæ una familiariter uersati simus, probabile est sententiam eius hac in re mihi non esse ignotam. Ut igitur respondeam, non dubito, quin Brentius anilem illam & ueteratoriam suasionem Asoti, tam uultus seueritate, quam uerborum grauitate reiçeret. Quod enim aliud consilium uel Pharisæus quispiam, concionante adhuc Christo in terris, uel Sacrificulus quispiam Ethnicus, in diuulgatione Euangeliū in orbem terrarum, uel Mahumetista quispiam, Alcorano iam tot annis uisitato, suis auditoribus, familiaribus, aut amicis dedisset? uidelicet, ut non iudicent de his, quæ controuersa sunt circa fidem. Non audiantrationes Nouatoris illius Iesu Nazareni. Quæ nam est, inquit, doctrina hæc noua? Non audiant rationes pescatorum, publicanorum & textorum illorum, qui sunt nouorum dæmoniorum adnuntiatores. Non audiант rationes Christianorum illorum, qui ueterem Mahumeti doctrinam condemnant, sed sequantur Pharisæorum, Sacrificulorum, & enthuſiastarum suorum, hoc est, eorum qui in antiqua religione maiorum suorum, sine ulla innouatione permanent. Hoc igitur Asoti consilium eò ualeat, ut idiotæ, rustici, mulierculæ, denique quisque, cui uel non conuenit ex officio Ecclesiastico, uel non uacat lectioni & studio rerum difficultium intendere, non current, quid in religione sua uerum, quid falsum, quid bonum, quid malum sit, cognoscere, sed reiçant omnem hanc curam in suos Pharisæos, sacrificulos, & enthuſiastas, ac permaneant ipsis in antiqua sua uel Pharisæica, uel Ethnica, uel Mahumetistica majorum suorum religione. Hac enim scilicet simplicitate, & obedientia itur ductore Asoto in cœlum. Dicet Asotus, se in hac sua cohortatione loquì non de Pharisæismo, non de Ethnicismo, non de Mahumetismo, sed de Christianismo, in quo sequendum sit Catholicorum iudicium. Nos uero eos catholicos, quos nobis Sotus obtrudit, non agnoscimus sectatores Christianissimi, sed defensores Antichristianismi. Quare, consilium

consilium Soti, quod recitauit, nihilo rectius est, quam si tale quid Pharisæus aut Sacrificulus Ethnicus, aut Mahumetista suis discipulis dedit set. Deinde, quid nobis, Sote, de simplicibus mulierculis, aut idiotis & rusticis, alijsue Laicis narras? Num horum non interest professionem fidei sua, pro sua uirili cognoscere? Siquidem sermo est de ihs; qui conditione sua sunt stulti aut fatui, hos collocamus in catalogo infantium, & commendamus eos clementi iudicio Dei: si autem sermo est de hominibus non admodum insigni carnis prudentia præditis, hi si fuerint in Christo renati, certe habent etiam Spiritum Christi. Qui enim non habet Spiritum Christi, non est eius. Vbi autem est Spiritus Christi, ibi fieri non potest, quin etiam sua sit mysteriorum fidei cognitione. Ad quam excitandam, quis, quantumuis simplex, non est cohortandus? Certe, si hoc negocium recte expendas, homines simplices sunt aptiores ad capiendam cognitionem ueræ fidei in Christum, quam qui sunt carne sapientissimi. Confiteor tibi, inquit Christus, Pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti ea à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et Paulus. Videte, inquit, uocationem uestram, fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat Sapientes. Quid, quod & Psalmus dicit, Deum perficere laudem ex ore infantium & lactentium. Itaque Christus, iuxta sententiam Soti, non debuisse Apostolos suos, qui erant homines simplices, idiotæ, pescatores & publicani, quibus non uacabat intendere lectioni & studio rerum difficultum, docere & cohortari, ut Euangelion summum studio disserent, & mysteria cœlestis regni cognoscerent. Sed tale quid dixisse, Noli Petre, qui es pescator, noli Matthæe, qui es publicanus, iudicare de his, quæ controuersa sunt circa fidem. Noli audire rationes nouatorum, quia non sat exercitatos habes sensus ad discretionem boni & mali, Cateas tantum scandala, & sequaris iudicium tuorum Catholicorum Hannæ & Caiaphæ ac reliquorum Pontificum, qui in antiqua religione sine ulla innouatione permanent. Quod cum sit absurdissimum, non est dubitandum, quin Brentius Asotum, cum hac sua doctrina, tanquam rapacissimum lupum, ab ouili & grege Domini, quoquo modo liceret, abigeret. Nam quæ scripturæ testimonia; quæ ad exigendam à quoquis, pro domino sibi diuinitus collato, cognitionem in causa fidei, Brentius recitat, & Sotus in fine huius capituli repetit, apertiora, & fortiora sunt, quam quæ Sotus & omnes Papistæ refutare queant, etiamsi ad eludenda ea miras & uarias strophas excogitent.

CAPVT SEPTIMVM.

ITERVM calumniæ, iterum mendacia, iterum depravationes; quibus Asotus bene dicta Brætij, male peruertit. Et interea arguit, si Deo placet, Brentiuni, uel deceptionis à Satana, uel imposturæ fraudulenta, hoc est, arguit Sotus se ipse extremæ impudentiæ, & incredibilis ad omne calumniarum genus excogitandum audaciæ. Nam quid Brentius intelligat per proprium Iudicium, cum exigit, ut nemo agnoscat decreta Papistarum pro oraculis Spiritus sancti, absque collatione cum sententia sacræ scripturæ, paulò ante est expositum. Et os illud impudens

audet perfic̄ta fronte in peruerendis uerbis Brentij pergere, & eo detor̄
 quere, quasi Brentius sentiret, quod in causa suae quisq; salutis, nullum a-
 lium quāuis recte & piē doctrinam religionis iuxta Prophetica & Apo-
 stolica scripta explicantem audire, sed suam tantum ipsius sententiam, a-
 se excogitamat, reiectis & damnatis omnium aliorum sententijs, temere
 sequi debeat. Deinde, homo uanus uerba Brentij ita peruerit, quasi exi-
 geret indiscriminatim ab OMNIBVS, paruulis, idiotis, & simplici-
 bus, apertam & perfectam OMNEM OMNIVM mysteriorum fidei
 cognitionem. Vnde affirmat, quod sententia Brentij reddat salutem im-
 possibilē simplicibus, idiotis, deniq; maxime parti Christianorum. Quis
 (exclamans) poterit saluus fieri? Respondeo. Nullus hominum poterit
 saluus fieri, siquidem de humana potentia sermo est. Quod autem apud
 homines im possibile est, hoc apud Deū est possibile. Pergo amplius re-
 spondere. Nullus certe Papistarum poterit saluus fieri, Siquidem ab im-
 pietate sua non resipuerint. Et iterum pergo. Ne Sotus quidem tam sce-
 leratus sycophanta, & tam impius hypocrita saluus fieri poterit, nisi uel
 tandem uirulentum suum ingenium exuat, & abiecta impietate, ueram
 pietatem in Christo filio Dei agnoscat. Sed ad institutum. Quid sibi Brē-
 tius uelit, cūm exigit in causa fidei proprium cuiuscq; iudiciū, aperte decla-
 rauit in Prolegomenis, & nūc etiam in postrema pericopa, cap. De sacra
 scriptura. Et cap. De Concilijs. Nam, cūm docet, necessarium esse, ut u-
 nusquisq; debeat de proposita sibi religionis doctrina iudicare, Primo,
 non loquitur de non renatis, & de impijs, quales sunt Papistæ, sed loqui-
 tur de Renatis, qui habent spiritum Christi. Nam qui non habent spiri-
 tum Christi, nō sunt eius, ut Paulus dicit, ideoq; iudicium eorum, qui ca-
 rent spiritu Christi, prorsus nihil ad Ecclesiam Christi. Secundo, non lo-
 quitur de infantibus, simplicioribus corde, aut captis mente. Hī enim re-
 linquendi sunt clementi iudicio Dei. Necq; enim abbreviata est manus
 Domini, ut aut nō uelit, aut non possit hos saluare, etiamsi non sciant
 sermone rationem suæ fidei reddere: Sed loquitur de hominibus sanā
 mente præditis, qui renati, & spiritu Christi donati, possunt ex uerbo Do-
 mini impios aduersarios manifeste conuincere, aut si id ipsiis præ balbitu-
 tie ipsorum non licet, possunt tamen tentationē Satanæ in conscientia
 superare. Diuisiones enim gratiarum sunt, inquit Paulus, idem autem
 spiritus. Mirandum uero est, tantum esse stuporem Asoti, quod nō pos-
 sit in Brentio ferre, ut exigat iudicium de doctrina religionis ab OMNI-
 BVS, & tamen in hoc ipso capite, quo hanc locutionem in Brentio cala-
 niatur, eadē phrasī utitur. Illud, inquiens, certum est, fidem OMNIBVS
 esse necessariam ad salutem. Et paulo pōst. Ad confitendam fidem, ad ea-
 uendos falsos prophetas sanè constat OMNES OMNI tempore tene-
 ri, & ad id paratos esse debere. Licebit ergo & mihi, in modum Asoti ex-
 clamare. Quis poterit saluus fieri? & an non simplicioribus & idiotis redi-
 tutur salus impossibilis, quod præ simplicitate nesciant, quid credant, tā-
 tuum abest, ut possint falsos Prophetas cauere? nisi forte putat Sotus suffi-
 cere eis, quod habeant fidem carbonariam, & pendeant ē scrinio pecto-
 ris Pontificij. Sed quid tum dicēdum esse iudicas ad illud Christi: Sinite
 illos, Cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si caco ducatum præ-
 stet, ambo in foueam cadunt. Tertiō, Brentius non loquitur de cogniti-
 one OMNIVM mysteriorum in causa religionis. Nunc enim ex parte,
 ut Paulus ait, cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sed loquitur de

quarum cognitio nobis ad extinguenda ignita iacula Satanae, coram tribunali Dei necessaria est. Quarto, non loquitur de sophisticis Sententiorum quæstionibus, quas utilius est, præsertim uulgo, ignorare, quod cognoscere. Sed de his, quæ in scriptura sunt diuinitus patefacta, & quorum cognitionem Deus a nobis exigit. Postremo, non loquitur de grammatica universæ scripturæ cognitione, Sed de noticia præcipua sententiæ scripturæ, quæ sententia collata est in catechismum, hoc est, in Decalogum, Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, & Institutionem Sacramentorum. Nam quid Brentius de obscuritate & perspicuitate scripturæ sentiat, pluribus tam in Prolegomenis, quam in Pericopis exposuit. Non dicimus, inquit Brentius, omnia scripturæ loca esse perspicua, Sed ea, quæ ad æternam nostram salutem cognitu necessaria sunt, habere tam clara, tam certa, tam perspicua testimonia in scriptura, ut ex horum certitudine homines audeant etiam cum Satana ipso congregi, &c. Et mox: Qui in Christo renati sunt, & habent spiritum Christi, hi etiam sententiam scripturæ, quæ ipsis per prædicationem fidei ex scriptura tradita est, intelligunt, etiam si fuerint alioqui indocti, ac ne literas quidem legere sciant &c. Et aliás. Simili modo (inquit) loquendi & nos utimur, cum exigimus proprium de doctrina religionis iudicium ab omnibus hominibus. Infantes enim, & stultos natura, & simpliciores mente, & delyros ætate, & id genus alios, relinquimus suo iudici domino Deo nostro. De illis autem, iuxta solennem sermonis phrasim loquimur, quibus diuino beneficio data est facultas iudicandi. Datur autem ea facultas non Papisticis tantum Prælatis, immo quia deus huius seculi excecauit sensus eorum, ne illucescat ipsis lumen Euangelij gloriae Dei, ablata est ab eis, datur autem omnibus Ecclesiæ siue ministris, siue auditoribus, aut quos ita vocant Laicis, qui diuino beneficio ualent ingenio, industria, eruditione, studio, diligentia & pietate. Imo ut sciamus, Deum non esse personarum respectorem, nec esse humilium contemptorem, & ut non glorietur in conspectu eius omnis caro, solet maiorem iudicandi facultatem conferre in simplices & abiectos, quod nec Sotus ipse neget, quam in sapientes & illustres &c. His ita sape ac multum explicatis, non aliud restat, quam ut pius quisque abominetur & detestetur uanitatem Soti, & doleat, quod Sotus propter insigne calumniandi studium, habeat patrem Diabolum, qui hoc nomen, non aliunde, quam ex calumniandi ingenio reportauit. Sed nec illud dissimulandum est, quod Sotus metuat, ne si haec ratio credendi, ut ipse loquitur, serueretur, impleatur illud, quod est scriptum in libro Iudicum: Non erat rex in Israel, sed unusquisque quod sibi uidebatur rectum hoc faciebat. Scilicet peiora tunc erant tempora, quam sub rege Saule, & sub regibus Israel seu Samariæ. Non nego, quin status populi Iudaici sua habuerit incommoda sub Iudicibus, & multi in Israel dediti fuerint Idolatriæ, ac securi sint figura suorum cordium. Non tamen sentiendum est, quod tunc fuerit in Israel politæ Cyclopica. Habuerunt scripta Mosaica, ex quibus singulæ tribus, ac singulæ urbes suam constituerunt gubernationem. Ac si quid periculi ab hostibus, aut etiam socijs incidisset, communis consilio & auxilio depulerunt, ut uides in exemplo, quo Israëlitæ unanimi consensu suscepserunt bellum aduersus Benjamitas, propter atrocissimum scelus, quod in uxorem Leuitæ designatum erat. Quin & Deus ipse excitauit inter eos difficilibus temporibus Iudices, seu Heroas, qui

se hostibus fortiter opponerent, ac Israelitas defenderent, ut talis status populi Israelitici merito dicebatur regnum non Regis, non Principis, Sed Domini Dei nostri. Vnde cum Israelitae deferrent Gideoni imperium, recusauit. Non dominabor, inquiens, ueltri, nec dominabitur in uos filius meus, sed dominabitur uobis Dominus. Et cum Israelitae pererent a Samuele Regem, dixit Dominus ad Samuelem: Non te abiecerunt, sed ME, ne regnem super eos. His dictis manifestum est, quod status populi Israelitici longe felicior fuerit sub Iudicibus, quam sub multis Regibus, quippe quod sub Iudicibus Dominus ipse dominari dicebatur, cum gubernatores non eligebantur humano arbitrio, nec nascebantur propagatione, sed excitabantur diuinitus & cœlestibus miraculis.

Quare si Sotus existimat sub Iudicibus in Israel fuisse politiam Cyclopam, & licuisse priuato homini quemque scelera pro sua cuiusque libidine designare, contumeliosus est non in Israelitas tantum, sed etiam in Deum ipsum Dominum nostrum. Quod si regna mundana conferre licet cum regno Christi, quod est Ecclesia in his terris, certe, sicut felicior fuit status populi Israelitici temporibus Iudicum, quam multorum Regum, præsertim Samariae, inter decem tribus Israel, ita felicior fuit status Ecclesiae, cum adhuc temporibus Apostolorum, & Episcoporum, qui mox Apostolos sunt secuti, gubernaretur non ab uno aliquo summo Pontifice, sed a Domino ipso, qui ubique opus erat, excitabat pios & eruditos viros, quorum ministerio, fide & diligentia Ecclesia in officio contineretur. Nunc autem, postquam abiecto Domino, unius Pontifex seu monarcha occupauit tyrannidem in Ecclesia, omnia genera impietatis & Idolomaniae in ea obtinuerunt. Executiamus igitur Romanii Antichristi monarchiam, & reuertamur ad eam aristocratian, quæ fuit quondam priusquam homo peccati tyrannidem arriperet in Ecclesia, sub Apostolis, & pijs eorum successoribus, quorum temporibus status Ecclesiae fuit longe omnium felicissimus,

C A P V T VII.i

SCELERATUS homo non potest (si modo nostrorum scripta legit) ignorare, nihil nobis commune esse cum impietate Manichæorum. Ettamen tam perfictæ frontis est, ut audeat publicè uociferari, nostram sententiam de cognitione sacræ Scripturæ, quam proxime accedere ad Manichæi errorem. Nihil iam dicam de alijs impijs Manichæorum dogmatis, illa tantum attingam, quæ ad præsens negotium pertinent. Augustinus scribit Manichæos discerpere & dilaniare scripturam Veteris Testamenti. Noui autem Testamenti scripturas tanquam infalsatas ita legere, ut quod uoluerint, inde accipient, quod noui lunt, reiçiant, eisque tanquam non totum uerum habentibus nonnullas apocryphas anteponunt. Deinde scribit eos gloriari, quod nullum premant (Sic enim loquitur Augustinus) ad fidem, nisi prius discussa & enodata ueritate. In quo ergo istorum accedimus ad errorem Manichæorum. Num tam uilem habemus scripturam ueteris & noui Testamenti, ut ea discerpamus, ut ex ea seligamus que libet, reliquis omnibus abiectis, ut anteponamus ei scripturas apocryphas? Hoc non nostrum, sed uestrum, Sote, Papistarum scelus est, qui soletis Sacram scripturam invarios

varios sensus discerpere, & eam ad tempora, pro uestra libidine, infletere, ac ei tam apocryphas scripturas immiscere, quam traditiones non scriptas anteferre. Haud igitur stulte scilicet sapis, quod cuius criminis nos maximè omnium rei estis, in nos reijsias.

Deinde, quem, quæso, nos premissus, ut non credat, nisi prius discussa & enodata ueritate, more Manichæorum: Manichæi abducebant suos auditores, à Sacra scripture, ad sua somnia: Nos uocamus auditores nostros à Papistarum somnijs, & impietatisbus, ad Sacram scripture, & eam, quam Sacra scripture docet, pietatem. Manichæi non prius exigeabant à suis fidem, quam humana ratione suam doctrinam comprehendenderent. Nos docemus humanam rationem esse compescendam, & obsequium fidei, per uerbum Dei, præstandum, adeoque eum descendæ & consequendæ ueræ fidei auditoribus nostris ordinem præscribimus, quem nobis Spiritus sanctus per Paulum præscripsit: Omnis, inquit, qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non credunt? Quomodo credent ei, de quo non audiunt? Quomodo audient sine prædicante? Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et mox. Ergo fides ex auditu est. Auditus autem per uerbum Dei. Per quod? Num per uerbum non scriptum, hoc est, per traditiones Pontificias, & nugamenta Fraterculorum? Nil minus. Sed per Verbum Dei, quod scriptis Propheticis & Apostolicis continetur. Hic est Apostolicus descendæ & assequendæ ueræ fidei in Christum, ordo, quem non solum probamus, uerum etiam pro uiri li nostra sequimur. Quæ est igitur illa effrenis impiudentia, quod Sotus audeat nos cum Manichæorum impietatisbus coniungere? Sed uoluit Sycophanta hoc abominabili nomine suis applaudere, & nostram piam doctrinam de horribili hæresi suspectam & inuisam reddere.

Quid uero illud, quod dicit Brentium allegasse exemplū Thessalonicensium, qui quotidie scrutabantur scripturas, num haec quæ dicebantur à Paulo, ita se haberent? Quid? Num & Thessalonicenses sunt Manichei, quod scrutentur scripturas? Certe, nisi Sotus etiam Thessalonicenses faceret Manichæos, non exprobraret Brentio huius exempli recitationem. Sed sic est. Haec uiperarum progenies non potest ferre lucem Sacrae scripture. Videt enim futurum, ut quamprimum haec lux splendet, tenebræ omnium impietatum, & Idolomaniarum suarum disiijciantur. Sollicitus autem est Sotus pro idiotis & simplicibus, & metuit ne exigamus aliquid supra captum, supra uires, supra facultatem, supra oculum & tempus eorum. Sed bono sit hac in parte animo. Nos hortamur nostros auditores, iuxta Apostolicum præceptum, ut non sint pueri mentibus, sed sint paruuli malicia, mentibus autem perfecti. Cum enim exigimus iudicium cuiusque priuatum de aliena doctrina iuxta sacram scripture, non loquimur de impijs & adhuc alienis à Christo, hoc est, de Thalmudistis, de Mahumetistis, & de Papistis, qui aut nondum credunt scripta Prophetica & Apostolica esse oraculum Spiritus sancti, aut habent haec scripta pro aluta, que propter ambiguitatem eorum quouis trahi queat, nec quicquam certi & firmi nobis tradant: Quid, n. hi ex his scriptis iudicare possent? Sed loquimur de pijs, in Christo renatis, quem admodum supra explicatum est. Hi, si fuerint simpliciores, quam ut de Religionis doctrina è Scriptura, aut è Catechismo, qui est scripture comprehendens, iudicare possunt, collocamus eos in catalogo infantium, & cōmen-

damus Deo. Si autem sunt aliquo iudicio praediti, non emus eos, ut, postquam renati sunt in Christo, & tenent fundamentum piae doctrinae, non sinant se uel traditionibus Papisticis, uel scrinio pectoris Pontificij a fundamento abduci, sed exigant, iuxta donum diuinitus ipsis concessum, Fratervorum doctrinam, ad Sacram scripturam, si sunt literati, aut ad Catechismum, Scripturæ epitomen, si nesciunt literas. Hoc fuit in institutu Brentij in suis Prolegomenis. Ab hoc instituto conatur Aloysius, uanis suis concionibus Lectores abducere, aut saltem suos retinere, ne suscipiant impietatem Papisticam cognoscendam, sed ut sint trunci & stipites, ac reiecta Sacrae scripturæ lectione, Scrinium Pontificij pectoris exosculentur & adorent. His ita explicatis audiamus nunc relativa manifesta Soti mendacia, quæ in hoc capite impudenter dicit.

1. Affirmat, quod prohibeamus alienæ sententiæ inhærere, præcipiamus autem suo quemque proprio iudicio inhærere. Hæc est calunia, & mendacium. Sic enim dicimus, quemadmodum supra exposuimus, quod primum omnium debeamus audire uerbum Dei, quod scriptis Propheticis & Apostolicis continetur, & ei fidem adhibere, ut ueram cognitionem filij Dei, autore Spiritu sancto, consequamur. Deinde, ut cognito Christo per fidem, non circumferamur quouis uento doctrinæ, nec simus saxa & stipites ad dogmata Papistica. Sed exigamus ea ad normam sacrae scripturæ, & probemus, num sint ex Deo. Ominia, inquit Paulus, probate, quod bonum est, tenete. Sotus autem nostra sic recitat, perinde ac si sentiremus, quod inter nos debeat esse Cyclopica politæ, in qua alter alterum minime audiat, sed unusquisque pro suo arbitrio statuat, pronunciet, & faciat, quod ipsi uidetur. Nostram non esse hanc sententiam, sceleratus homo non ignorat, & tamen eam nusquam non inculcat.
2. Affirmat nos iubere, ut omnes, priusquam credunt, scripturam scriptentur. Nos enim, cum iubemus Papistica aut alia dogmata exigere ad sacram scripturam, loquimur de ijs, qui iam ex prædicatione uerbi Prophetici & Apostolici, credunt in Christum, ac sunt donati spiritu Christi. Hos cohortamur, ut ad Papisticas conciones non sint trunci, nec eas pro oraculis Spiritus sancti habeant, donec cognoverint eas esse scripturæ Propheticæ & Apostolicæ consentaneas, quarum seu prædicatione seu lectione agnouerunt antea Christum per spiritum sanctum. Nam Thessalonicenses in Actis Apostolorum, quorum exemplo Brentius utitur, fuerunt Iudei, qui antequam audierunt Paulum & Silam, crediderunt uenturum Messiam, iuxta scripturam. Postq; autem audierunt ex Paulo & Sila nouam cōcionem, videlicet, Iesum Nazarenum esse Messiam illum per Prophetas promissum, ibi tum contulerunt eam cōcionem cum oraculis prophetarum, num quæ de Melsia prædicta sunt, in hunc Iesum competant. Fuerunt igitur credentes, priusq; scripturam de hac Apostolorum concione sunt scrutati. Et cum hoc factum sit de concione Apostolorum a Thessalonicensibus, recte Brentius reprehendit Alostum, & Papistas eius impudentiæ, q; prohibeant spiritum Conciliorum ad normam sacrae scripturæ exigi. Nam quis sit ordo diuinitus institutus, quo & fidem & salutem cōsequimur, supra ex Paulo recitauimus. Cum enim omnes homines natura sint cæci, & ignorent ueritatem, ac uiam salutis, Deus non sinit omnes perire, sed mittit primū prædicatores Euāgeliū filij sui Dñi nostri Iesu Christi. Deinde, q; missi sunt, predicat euāgelion. Postea,

Postea, homines audiunt hanc prædicationem; Deinde, qui audiunt, & excitantur a spiritu sancto, hi credunt Evangelio. Postremo qui credunt, intuocant nomen Domini. Omnis autem, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Postquam igitur auditores donati sunt fide & Spiritu sancto, ibi tum necesse habet deinceps, non cuiuis spiritui credere, sed probare spiritus, num ex Deo sint. Hoc Papistæ odiunt peius angue & cane, quippe quorum dogmata tam tetræ & horribiles sunt tenebræ, ut non dubium sit, quin non queant consistere, si ad lucem sacræ scripturæ expendantur. Quare simpliciter exigunt, ut auditores ipsorum sint asini ad lyram, & agnoscant sine ullo suo iudicio, aut consideratione ex uerbo Dei, quævis ipsorum dogmata, pro oraculis Spiritus sancti, sed potius si a Papa abducuntur in barathrum æternæ damnationis, nullus eorum dicat, Quid facis? Hoc illud est, quod impostores illi querunt.

Affirmat nos ab omnibus populis & turbis indiscriminatim exiger, ut teneant perspectas & agnitas phrases scripturæ, & possint diuersa eius loca, & in faciem pugnantia conferre. Est & hoc mendacium, cum pueros ac simpliciores homines clementi iudicio Dei relinquamus, & illiteratos ad catechismum remittamus: Sed illud exigimus, ut qui sunt donati Spiritu Christi, (quales sunt omnes, qui sunt Christi) siue literati, siue illiterati, & habent diuino beneficio, gratiam Iudicandi, non debent Papistica Sacra absque ulla consideratione sectari, sed conferre cum scriptura, aut cum catechismo, qui est Scripturæ compendium, num sint cum ea consentanea. Et hoc est, quod Brentius aperte commemorat, cum in Prolegomenis, in cap. De autoritate Sacrae scripturæ catechismum in quatuor capita dividit, uidelicet, in Decalogū, Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, & doctrinam de Sacramentis, ac docet, quod in ijs omnia, quæ ad æternam nostram salutem cognitu necessaria sunt, continentur. Nec est dubitandum, quin qui est spiritu Christi donatus, possit ex his catechismi capitibus rectissime iudicare, Papistarum religionem esse ipsissimum antichristianismum.

Dicit nos imponere omnibus importabile iugum. Ac siquidem loquitur de impijs, & non uerè in Christo renatis, quales sunt uirulenti & homicidæ Papistæ, fateor. Sacra scriptura est ipsis iugum importabile, & si quis ab ipsis exegerit ueram scripturæ cognitionem, perinde est, ac si quis ex pumice aquam postularet. Si autem loquitur de uere in Christo renatis, non solum non est ipsis impossibile, ueram sententiam & uerum scopum Scripturæ cognoscere, uerum etiam facile, Propterea quod sunt spiritu Christi donati, & possint, uel è suo catechismo, de impia Papistarum doctrina iudicare.

Dicit nos Scripturas docere ex nostro sensu. Non nego, quin sint, qui interpretentur scripturam pro suo arbitrio. Quo uicio maximè omnium laborant Papistæ. Si autem affirmat his uerbis, nos docere, quod Scriptura sit interpretanda iuxta humanum sensum, & non potius iuxta sensum Spiritus sancti, in scriptura ipsa traditum, luculentum est mendacium, & manifesta calumnia.

Dicit nos docere, quod Hieronymus & alij errauerint, & in scripturis exponendis sibi inuicem contradicant. Si Sotus illud dicere uult, nos docere, Hieronymum & alios ecclesiasticos scriptores, ubiqz in omnibus errorasse, execrandum est mendacium. Si autem sentit nos dicere, quod alicubi sint hallucinati, Quid? Num, Sote, tu id negas? Num

3.

4.

5.

6.

audes tam perficta esse fronte , ut affirmes eos nunquam à uero declinasse? Sed quid sentiamus de Ecclesiasticis scriptoribus , & quam reverenter eos habeamus , testantur monumenta nostrorum . Et extat in postrema Pericopa Brentij cap . De Ecclesiasticis scriptoribus , in quo capite sic commendantur , ut existimem ne ipsos quidem ampliorem laudem & autoritatem à nobis exigere .

7. Scribit nos docere Patrum sensum rei scere . Si affirmat nos eum Patrum sensum rei scere , qui est consentaneus sacræ Scripturæ manifestum mendacium dicit . Si autem loquitur de sensu Patrum , qui cum sacra scriptura pugnat , ne ipsi quidem Patres exigunt , ut eum approbemus & se quamur . Vides igitur , mi Lector , quot mendacijs & calumnijs hoc unū caput sit refertum .

CAPVT NONVM:

NON negamus , quin multi sint , qui καπηλεύοντες οὐδοῦντες uerbum Dei , quiduis ex quo quis scripturæ dicto necat . Quia in re Papistæ sunt insignes artifices . Quid enim ex his dictis , Tu es Per trus &c . Et Quorum remiseritis peccata , &c . de suo Pontifice & sacrificiis non colligunt ? Sed nos ex illo Pauli dicto : Cur conuertimini ad eguna & infirma elementa &c . falsa aduersus impietatem Papisticam colligere , & pia ac uera sacra in Ecclesia abrogare , pertinet ad catalogum aliorum mendaciorum , quorum scriptum Asoti plenum est . Paulus , cùm ad Galatas concionatur de infirmis & egenis elementis huius mundi , uersatur in loco Iustificationis , & uocat Legem ipsam diuinitus latam , infirmum & egenum huius mundi elementum , quippe quod nō possit cultores suos , coram Deo iustificare , ac impetrare eis condonatio nem peccatorum , sed ualeat tantum uel ad agnoscenda peccata , uel ad conseruandam disciplinam . Et siquidem sermo fuerit de parte illa Legis diuinae , quæ est de ceremonijs & ritibus Leuiticis , ea , quia est in Christo , quem adumbrabat , impleta , per Euangelion filij Dei prorsus abrogata est . De qua re extat Synodus Hierosolymitana Act . 15 . Si ergo Paulus uocat legem ipsam à Deo latam , infirmum & egenum elementum mundi , quanto magis Leges , ritus , & sacra , non à Deo instituta , sed à Pontificibus & Monachis excogitata , infirma & eguna mundi elementa dicí possunt . Imò , ut tu , Sote , hoc scias , Pontificia uestra Sacra nullo uerbi Dei testimonio usurpata , ne quidem nominé elemētorum dignamur . Sed aut sunt si multum , superiacanei cultus Dei . Iuxta illud : Frustra me colunt docentes doctrinas & mandata hominum ; aut sunt Magica & L dolatrifica , si quidem partim magicis consecrationibus instituuntur , partim tanq; cultus ad salutem necessarij , & ad expiationem peccatorum coram Deo , exiguntur . Deinde , si uulgus abutitur piā doctrinā ad licentia , non est p̄ijs doctoribus imputandum . Notum est . Multi uocati , pauci electi . Et Regnum cœlorum simile est sagena missæ in mare & ex omni genere piscium , bonorum & malorum , congreganti &c . Quare paucis perstringam capita , quæ Sotus hic commemorat & dolet ea uel à nobis , uel à nostris discipulis conuelli .

De diebus festis in ecclesia , docemus eos , qui antiquitū ad edificatiōnē & utilem ordinationē , nō ad impietatē & ad inuocationē mortuorum instituti sunt , obediēter esse obseruādos , non quidē Iudaica seruitute , sed Christiana

Christiana libertate, sicut Paulus de ea libertate docet. Quare, si quis nostrorum auditorum ijs abutitur ad licentiam, aut temere contemnit, non probatur a nobis, sed reprehenditur.

De Christmate uestro, Sote, nihil dissimulamus, Docemus esse uatum & Magicum, propterea quod uos exemplo Legis Leuiticæ, quæ per Euangelion est abrogata, reuocaueritis in uestrum usum, nulla uerbis Dei autoritate, sed solo uestro arbitrio, & humana sapientia, ac præterea suscipiatis ipsum Magicis execrationibus consecrandum. De qua re, si libet, potes priorem partem Secundæ pericopes Brentij inspicere. Quare, nisi nostri auditores uestrum magicum Christma abominentur, iudicamus eos nondum habere ueram cognitionem Euangelij de Domo nostro Iesu Christo.

Ieiunia, quæ & qualia sint uel probanda uel improbanda, alias copiose expositum est.

Contemnunt (inquit) Sotus de nostris auditoribus, omnem antiquitatem Ecclesiæ, & certissimos sensus Patrum. Siquidem loqueris Sote de ijs, qui non sunt uerè nostri, sed Epicurei, contemnentes tam nostram quam uestram Religionem, & qui maxima ex parte sunt ex uestris reliquie, nihil ad nos. Si autem loqueris de ijs, qui uerè sunt nostri, hoc est, recte intelligunt piam nostram doctrinam, & habent Spiritum Christi, purum putum est mendacium, quod contemnunt omnem antiquitatē, & certissimos sensus Patrum.

De uestra quidem peccatorum Confessione, contritione & poenitentia, sic sentimus, ut existimemus eam esse barathrum internacionis. De uera autem confessione, contritione & poenitentia, quam exigunt scripta Prophetica & Apostolica, tam honorifice sentimus, ut arbitres mur nullum hominem sine ea posse ueram & æternam salutē consequi.

De sola fide Iustificante dicimus, quod tantum absit, ut per doctrinam eius crassissimæ tenebræ in cordibus nostrorum auditorū, quemadmodum uociferatur Sotus, generentur, ut potius crassissimæ tenebre à cordibus eorum disspellātur, & uera æternæ iusticiæ Lux in eis oriatur.

Mendacium est, nullā apud nos agnoscī Ecclesiam firmam & stabilem, nisi fortè ideo haec blaterat Sotus, quod non agnoscamus sentinam Papistarum esse ueram Ecclesiam.

Mendacium est insigne, quod non deferatur apud nos illa laus, uel locus detur Deo. Virginitati autem, ccelibatu aut continentia suis deferuntur honos, qui eis iuxta scripta Prophetica & Apostolica debetur. Sed in terea non adimimus quoq; suum coniugio honorem.

Quæ imitatio paupertatis Christi, quæ temporalium diuitiarum abiectio Deo sit grata, è scriptis Propheticis & Apostolicis explicamus. Veram autem Sote, monasticam paupertatem, docemus, ut ingenuè fatear, superstitionem & sacrilegam esse, quod non sit uera imitatio paupertatis Christi, sed commentum & figmentum antichristi. Hoc si sentiunt nostri auditores, recte sentiunt, & in eo sequuntur, non suam propriam, hoc est, carnalem, sed Spiritus sancti sententiam, quam, quia ueram agnoscunt, sibi quoq; eam propriam faciunt.

Mendacium est luculentum, quod dilaniemus & discerpamus scripturā, unā cum doctrina Patrum. Habes iterū in hoc paruo admodum capitulo Soti, calumniarum & mendaciorum aceruum. An nondum uides Satanam esse patrem eius?

IN CAPVT X
CAPVT DECIMVM:

AD HVC perstat Alotus in amplificanda proprij iudicij calumnia, & quo eam reddat illustriorem, instituit cum discipulis nostris dialogum, ac inducit eos ipsi, pro sua sententia, respondentes. Sed quos ipse in colloquium euocauit, uidentur adhuc esse catechumeni, & heri primum, aut nudiustertius ex Papisticis tenebris in nostrum auditorium transisse. Ego igitur uocabo ex turba unum duntaxat, qui & si est illiteratus, tamen diligenter audiuit explicationem piae doctrinæ. Et quia Sotus alias exprobrat nostris, quod ex cordonibus & coriarijs faciant Pastores Ecclesiarum, age, uocemus huc coriarium quendam ex hac proxima uicinia, qui cum Soto de hac re conferat. Ecce cum aut obuium nobis prodeunt Nicolaum, adhuc cordonicō suo corio succinctum. Et heus tu, in quam, Nicolaē, huc ad nos, quæso, paulisper secede. Hic enim vir cupit te conuenire. Ne deterreas amictu eius, Vides enim uestitum instar picæ, una parte album, & altera nigrum, quia nec ipse, ut spero, deterrebitur insigni, quod præte fers, tui opificij. Sed Audi. SO T V S. Paulus (inquit) scribit, Cur conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Dies obseruatis & menses & tempora, & annos. Et aliás. Volo adolescētores uiduas nubere. Horum locorū tui noui Doctores, alterz sic interpretant, qd prohibuit ab Apostolo, dies festos in Ecclesia obseruare; alterum sic exponunt, quod prohibeat Paulus uiduas in cœlibatu uiuere. Tu aut noli hæc loca sic intelligere, qa Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, & alij aliter ea intelligunt. Hos igitur potius lege, hos sequaris, quibus tui doctores nulla ratione comparari possunt. NICOLA V S. Bone (inquit) vir, quisquis sis, habeo quidem, quod agam. Sed quia & delector de rebus sacris loqui, & ita uisum est huic meo pastori, qui me huc ad te uocauit, non detrectabo tecum colloqui, & si homo sum illiteratus, & meus hic pastor eruditius tibi responderet. Primum, miror te instituisse hoc colloquium de diebus potius festis, & de nuptijs uiduarum, quam de summo statu pia doctrinæ, de Iustificatione, quam habemus in filio Dei per fidem, non propter merita nostræ iusticiæ, quæ est impura, sed tantum propter meritum Domini nostri Iesu Christi. Existimo igitur, quod cū os soleat ex abundantia cordis loqui, magis delecteris ocio dierum festorum, & uisitatione uiduarum, quam studio cognoscendæ uerè pia doctrinæ. Deinde, nunquam audiui meum Pastorem, hæc Pauli loca, quæ commemorasti, sic interpretari, quemadmodum tu dicas. Sed cū nobis recitat illud Pauli, de quo iam dictum est, aut illud Decalogi, Sabbathi sanctifices, aut illud Euangeli, Dominus est filius hominis, etiam Sabbati, ita explicat, ut doceat, Sabbathum quidem Iudaicum, unicum alijs Iudaicis, & quo uerbo ipse uti solet, Leuiticis ritibus ac ceremonijs, per diuulgationem Euangeli inter gentes, esse abrogatum, in terea autem institutos esse suos in Ecclesia dies festos, non ut eos ignauo ocio & fabulis transigamus, nec ut helluēmur, sed ut intermissis nostrorum officiorum laboribus audiendo uerbo Dei uacemus, & ueram fidem in Christum, atque caritatem erga proximum discamus. Quod si senserit nos ad uisitandas conciones uerbī Dei, & ad sumendam Cœnā Dominicā, & ad publicas preces, (Hæc enim sunt Sacra nostra Ecclesiastica) languidores, quam pios Christianos decet, grauiter nos reprehendit,

hendit, & minatur seuerissimam iram Dei, non quia non ocamur, sed quia negligimus prædicationem uerbi Dei, & disciplinam earum rerum, quæ nobis ad æternam nostram Salutem necessariæ sunt. Quid ergo alij doctores, quos tu nouos uocas, doceant, nescio, certè iniuriam facis meo huic Pastori, quod doceat nos contemnere dies festos Ecclesiæ.

SOTVS. Sed Augustinus (inquit) Hieronymus, Chrysostomus alter hunc locum interpretantur. Hos lege, hos sequere, quibus Pastor tuus comparari non potest. **NICOLAVS** Quem mihi (inquit) Augustinum, quem Hieronymum, quem Chrysostomum narras? Ego ex Euangelicis scriptis audiui, Patrem cœlestem e cœlo, non de Augustino & alijs Patribus, sed de Christo filio suo clamasse: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, **HVNCAVDITE.** Si ergo Augustinus, Chrysostomus, & alij Patres cum uoce & sententia Christi conueniunt, qui dicit, filium hominis etiam Sabbati Dominum esse, recte, & laudo pietatem eorum: Si autem non conueniunt, nihil ad me. Ego sequor uocem Christi, quem Pater cœlestis in e audire iussit. **SOTVS.** Sed in hac (inquit) uoce interpretanda, tu sequeris sententiam tuorum nouorum doctorum, & tuum ipsius iudicium. Abnegandum autem tibi est tuum iudicium, & sequenda est potius sententia uestrorum, eorumque probatissimorum doctorum, quorum labor & assidua lectio, continua oratio, & puritas, (quibus scriptura sacra intelligitur) manifestissima sunt in Ecclesia, & quorum omnis doctrina ad cognoscendam causam necessaria est. **NICOLAVS.** Miror, inquit, tuam, (pacie tua dixerim) inconstantiam, & uertiginem. Paulò antè, cum adhuc in mea essem officina, & uiderem te rixari cum meo hoc pastore, audiui, (sepositis interim pellibus, quas expurgabam,) te uociferari aduersus Brentium, nescio quem, quod cum exigeret a nobis Laicis & idiotis illiteratis lectionem Sacrae scripturæ, quæ certè mole sua non est admodum ingens uolumen, imponeret nobis iugum importabile. Nunc autem tu exigas a nobis lectionem Augustini, Chrysostomi, Hieronymi & aliorum Patrum, quorum scriptorū uolumina tot & tam grādia sunt, ut uix multis plaustris uehi queant. Quomodo hæc sibi conueniunt? Dicis enim: Illos potius legite, Illos sequimini. An nō hoc est nobis iugum importabile imponere? Et quid illud, Omnem doctrinam Patrum ad cognoscendam causam esse necessariam? Quid? An non fuit Ecclesia, antequam hi Patres sua uolumina scripsérunt? An uera Ecclesia non habuit cognitionem rerum spiritualium, priusquam horum Patrum scripta extiterunt? **SOTVS.** Non illud (inquit) dico, Vobis idiotis hostes scriptores omnes legendos, sed quod debeatis iudicium uestrum abjice, & nobis, **NOBIS,** inquam, doctoribus, qui agnoscimus Romanum Pontificem, uicarium Christi, fidem habere, & si dixerimus hanc aut illam esse sententiam Augustini uel Hieronymi, continuo applaudere, & credere. **NICOLAVS.** Ergo illud (inquit) exigis, ut simius asini ad lyram, & non inquiramus in uestra uerba, sed quæcumque dixeritis, excipiamus tanquam oracula Spiritus sancti? Cupio autem, siquidem ita fert, paulò liberius, quod æquo animo feras, tecum loqui. Postulas, ut nos Laici & Idiotæ uobis Papisticis doctoribus in omnibus credamus, & siquidem dixeritis, Ecclesiam sic sentire, Concilium sic sentire, Augustinum sic sentire, Hieronymum sic sentire, nihil prorsus contradicimus, sed statim abhiciamus omnem nostrum sensum, & uestram tantum

fententiam approbemus. Amabo te, putas ne te à nobis à qua postulare? Primum enim agitur de re pertinente ad æternam nostram Salutem, in qua cognoscenda, si aberrauerimus, & in errore persistemus, nihil certius nobis quam sempiternum exitium expectandum erit. Audiui autem ex Hieremia recitare: Maledictus, qui confidit in hominem, & ponit carnem brachium suum. Et primum preceptum in Decalogo prohibet, ne habeam alienos Deos, & ne in causa æternæ salutis collocemus fiduciam in hominibus, hoc enim est facere sibi alienos deos.

Cum igitur non sit dubium, quin uos Papistici doctores sitis homines, & nec Apostoli, nec Angelii, nec Deus ipse, quomodo æquum & piuum esset, ut uerbis uestris fidem simpliciter, sine ulla probatione, & diligentiori inuestigatione adhiberemus? SOTVS. Et uestris pastores, (inquit) sunt homines, Et Spiritus sanctus stat tantum à parte nostra, quippe qui promisit se Ecclesiæ nunquam defuturum. NICOLAVS. Mane, inquit, ego huc ibam. Scio meū hunc Pastorem, qd pace eius dixerim, esse hominem, nec Apostolum, nec Angelum, nec Deum. Idcirco etiam nunquam ab eo audiui, quod exegerit à me & reliquis suis auditoriis, ut simpliciter uerbis eius credamus. Sed inculcat nobis Catechismum nostrum, quem ab ineunte ætate à Parentibus & maioribus nostris domi didicimus, & quem intelligimus esse compendium totius sacrae Scripturæ, & uerè ueterem fidem ac religionem. Iubet nos non sibi, sed Verbo Dei fidem habere, & quoties nobis prelegit ac exponit libros sacrae Scripturæ, confert locum cum loco, scripturam cum scriptura, & seueriter petit, ut uel ipsi domi inspiciamus sacra Biblia, uel si nescierimus literas, interrogemus uicinum, literarum peritum. Ita fit, ut si quis uero pietatis studio obsequitur monitis eius, perspicue ex Catechismo ipso, & scripturæ explicatione cognoscat, in quantis tenebris haçenus sub Papisticis Doctoribus uersatus sit, & quam lôgè à ueteri & uera religione per sacrificulos sit seductus. Spero enim uos non tam iniquos esse nobis Laicos & Idiotis, ut si concesseritis nobis Baptismum in nomine Christi, & renascentiam in Christo, non concedatis etiam nobis, pro suo modo, Spiritum Christi, ex quo, per nostrum Catechismum, & talenti scripturæ collationem, agnoscamus ueritatem, quam sequamur. Qui enim non habet Spiritum Christi, non est eius. Et Pastor noster saepe ac multum nobis illud Pauli inculcat, Ne sitis pueri sensibus, sed malicia pueri sitis, sensibus uero perfecti. Inter eos, qui in die Pentecostes acceperunt miranda dona Spiritus sancti, multi fuerunt Laici, adeoque etiam mulieres. In concione, quam Petrus habuit Cæsareæ in domo Cornelij Centurionis, fuerunt Laici, iisque Ethnici, adeoque milites. Et tamen orati sunt mirandis donis Spiritus sancti. An non hæc ita se habent, domine Pastor? Hac enim hebdomada audiui te hæc publicè ex libro Actorum Apostolicorum recitare. PASTOR. Sic se res habet, sed perge tu. Ego enim meo quodam consilio caueo ne uestrum colloquium interrumpam. Si quid opus fuerit, mea sponte admonebo. Tu perge. NICOLAVS. Similiter Paulus nifallor, ad Corinthios: Ne erretis, inquit, Neque scortatores, &c. Et mox: Atq; hæc eratis quidam, Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri. Et ad Galatas: Vtrum ex operibus Legis Spiritu accepistis, an ex prædicatione fidei? Et hi tam apud Corinthios, quam apud Galatas fuerunt magna ex parte Laici, Quod si Deus digna-

dus est hos Laicos, qui tamen erant & ipsi Ethnici, & Ethnicis parentibus prognati, admirandis donis Spiritus sancti ornare, non video, quia ratione nobis, qui ab ineunte etate in Christiano Catechismo eruditissimus, & singulis, si non diebus, certe hebdomadis audimus recitationem Sacrae scripturae, negare possitis, generale illud Spiritus Christi donum, quod nobis ad aeternam nostram salutem necessarium est, & quo de spiritibus, an ex Deo sint, iudicari potest. SOTVS. Vade, (inquit,) post me Satana, Apage ad coria tua. Arrogas ne tibi, Laico & Idiotae, donum spiritus sancti? An nescis, possessionem Spiritus sancti esse propriam Praelatis? Ecce, hoc illud est, quod dico. Discipulos Lutherorum inflati cognitione scripturae, quam sibi tribunt, ideoque excercari, & quotidie cæcitate ipsa magis superbire. NICOLAVS. Bona, inquit, uerba, quæso, Irascimini & nolite peccare. Ego nec Satani sum, nec quicquam mihi temere arrogo. Quod dixi de generali dono Spiritus Christi, ad salutem necessario, omnino fatendum est, nisi uelim me in Christo baptisatum, & renatum, & Christianum factum abnegare. Quoties accedo ad meum Pastorem, sumptuus coenam Domini, & interrogor ab eo, Num credam in Christum filium Dei, quod is passus sit pro peccatis meis, & reconciliauerit me cum Deo Patre, ac distribuat mihi in Sacramento coenæ corpus & sanguinem suum, ut fidem meam hoc pignore confirmem, ego uero respondeam, Me credere, num tu existimas me uelle scienter, & contra meam conscientiam Pastorem fallere? aut me non debere fiduci meam ingenuè confiteri? Credidi, propter quod locutus sum. Nemo autem potest dicere Dominum Iesum, nisi per Spiritum sanctum, sicut meus hic pastor me ex Paulo docuit. Quare, nisi tu a demeris mihi & baptismum, & catechismum, & nomen ipsum Christiani, non potes mihi admiteme Spiritum Christi, qui omnibus prijs ad salutem necessarius est.

De spiritu autem Praelatorum tuorum, in præsentia nihil dicam, at terne an albus sit. Optaram, ut esset bonus & sanctus. Sed non ingrediar nunc hoc mare. Pergam autem absoluere, quod de sententia Ecclesiæ, Conciliorum, & Patrum, paulò ante cœptum est. Exigis enim, ut cum iudeis Papistici doctores dixeritis, Sic sentit Ecclesia, sic sentit Concilium, sic sentit Chrysostomius & Augustinus, ut nos Laici continuo, sine ulla tergiuersatione credamus. Quaro igitur uicissim, An non fieri potest, ut nonnulli impostores iacent, Ecclesiam, Concilium, Chrysostomum & alios Patres sic sentire, quod tamen à sententia eorum alienissimum est? SOTVS. Etsi (inquit) iamdudum miratus sum tuam impudentiam, quod Laicus cum sis, tot uerba coram doctis uiris profundas, & non es dignus, ut tecum de tantis rebus conferam, tamen quia nostra uoluntate suscepisti hoc colloquium, respondeo tibi, me non negare, quin quod dixisti, aliquando fieri queat. De nobis autem Catholicis doctoribus, quos uos Lutherani vocatis Papisticos, nihil tale metuendum est. NICOLAVS. Sed quis (inquit) discernet mihi impostorem à Catholicis, hoc est, ut tu quidem sentis, à non impostore? Omnes enim uestrorum partium gloriantur nomine Catholicæ: Deprehensum autem est sæpen numero, quod uestri retulerint aliquam sententiam, in Ecclesiam, in Concilia, in Patres, à qua tamen hi omnes abhorreant, sicut sæpen numero ab honestis & doctis uiris audiui, & non dubito, quin si locus & tempus esset, hic meus pastor copiose tibi exponeret. Hæc res, quoties

audiō iactari nomina Ecclesiæ, Conciliorum, & Patrum, efficit, ut pende
 am animi, ac reuerenter quidem sentio, ut debo, de Ecclesia, de Conciliis,
 & de Patribus, mallē tamen audire aperta testimonia Sacræ scripturæ,
 ac semper uenit mihi in mentem uulgati dicti: Qui semel malus, sem
 per præsumitur malus. Et uanos homines mendacijs suis efficere, ut ne
 uera quidem dicentibus credatur. Sed singamus eam sententiam, quæ
 recitatur, esse manifestè sententiam Ecclesiæ, Conciliorum & Patrum,
 an non licebit querere, num sit sententia uera Ecclesiæ? Est enim eti
 am ecclesia malignantium. Et an Concilia & Patres habeant huius suæ
 sententiæ testimonia sacrosanctæ scripturæ? Et an haec sententia con
 ueniat cum nostro catechismo, hoc est, cùm præcipuo statu piae doctri
 nae? SOTVS. Non certè (inquit) querendum est uobis Laicis, sed
 simpliciter credendum. Dicis tuum pastorem multa tibi è scriptura, que
 est ambigua, dubia, flexiloqua, & mortua litera, recitasse. Cur non eti
 am recitauit tibi illud perspicuum, & manifestum, Penes nos est autoriz
 das mandandi, penes alios autem, hoc est, uos Laicos, necessitas obedien
 dis? NICOLAVS. Si ergo mi uir, (inquit) non habes aliud, quod
 respondeas, & quo me ducas, finamus nunc ista, & reiçiamus in aliam
 occasionem. Accedam autem ad aliud dictum Pauli, (siquidem libet
 audire) quod recitasti. Volo uiduas adolescentiores nubere. Non enim
 omnino de nihilo est, cur hic locus Pauli mihi Laico non sit ignotus.
 SOTVS. Age, inquit, dícito, & si iam dudum tædet me tuæ loquaci
 tatis. Sed tamen dícito. NICOLAVS. Ego (inquit) cùm ante tres
 annos amissim charissimam meam coniugem morte, idque magno
 meo luctu, & incommodo, quippe quod reliquerat mihi sex liberos,
 qui adhuc indigebant pia & diligentia matrefamilias, duxi hoc anno al
 teram uxorem (Sic enim & mea & meæ familiæ conditio ferebat,) in
 Domino. Postquam igitur iam aliquot hebdomadis cum hac con
 moratus essem, & mores inter nos, diuino beneficio, conuenirent,
 profectus sum, negotijs gratia, peregrè, & prætereo fortè monast
 rium Nonnarum. Ibi cùm audirem uocem hominis in templo, accedo
 proprius, uideo turbam hominum, & Fraterculum concionantem. Ade
 rant & uirgines quædam corollis insignitæ, ut existimarem initio esse
 uiri cuiusdam, & mulieris nuptias. Sed mox tum ex concione fraterculi
 tum ex reliquo apparatu, intelligebam solennem esse Monialis cœsecra
 tionem. Asto concioni arrestis auribus. Audio mirificam Virginitatis
 commendationem, Virginitatem replere cœlum, nuptias terram: De
 um, cùm omnia possit, suscitare uirginem non posse post ruinam. Vir
 ginitatem esse satisfactionem peccatorum maximam: Virginem non
 egere poenitentia. Et nescio quot corollas repositas esse Virginibus in
 cœlo, Ac multa id genus alia. Expecto, quò tandem euasura sit oratio. In
 stituit ergo concionator collationem. Virginitatis cum cōiugio. Et pre
 ter reliqua, Quamdiu (inquit) impletis officiis mariti, non impletis Chris
 tiani. Et. Non expedit homini ad regna cœlorum tendenti nubere. Ad
 perfectionem enim tendentibus, maximè uitandum esse vinculum con
 iugale, &c. Etsi autem intelligebam hæc dici in contumeliam coniugij,
 & non nihil me, qui maritus eram, commouebant, tamen expecto reli
 quam partem concionis. Ibi, cùm Fraterculus satis infamasset coniugij
 um, tandem erumpit in execrationem digamiæ, hoc est, eius coniugij,
 quo quis alteram uxorem, post mortem prioris, ducit. Ac, ut maior fia
 des

des uerbis eius habeatur, recitat magno clamore, dicta Hieronymi, è schedula, qd tamen alioqui non est solenne apud id genus concionatores. Hieronymus (inquit) uir sanctissimus, & singulare castitatis exemplum, scribit ad Furiam, de seruanda uiduitate. Et profert schedam, ac ita legit. Non tam laudanda es, si uidua perseueres, quām EX " ECRANDA, si id Christiana non serues, quod per tanta secula gen tiles foeminae custodierunt. Quæ postquām legit, addit exclamatio nem, Auditis, inquietis, boni Christiani, quid tantus uir sentiat de secundis nuptijs. Dicit uiduam non solum non esse laudandam, uerum etiam Execrandam, si secundò nupserit. Atque adeo affirms eas esse pe sores Ethnicis mulieribus, quarum multæ custodierunt uiduitatem. Sed audite, quæso, (inquit) quæ apud Hieronymum sequuntur. Et pro lata scheda, iterum legit. Quid angustiarum habeant nuptiæ, didici sti in ipsis nuptijs, & quasi coturnicum carnibus, usque ad naufragium sa turata es. Amarissimam cholera m tuæ sensere fauces. Egessisti aescenes & morbos cibos, releuasti astuantem stomachum. Quid uis rur sum ingenerere, quod tibi noxiū fuit? Canis reuertens ad uomitum, & sus lota ad uolutabrum lutum, Bruta quoque animalia & uagæ aues, in eis aldem pedicas retia que non incidunt. Hactenus Hieronymus. En (inquit Fraterculus,) Hieronymus ille insignis Ecclesiæ Doctor, uocat primas nuptias, cholera m amarissimam, aescentes, morbos, & noxiū cibos. Deinde progrediens ad detestationem secundarum nuptiarum, uocat eas Reuersionem ad uomitum, & ad uolutabrum lutum. Et pē dicas & retia, ut colligat, quod secundo nubentes sint insipientiores & insaniores brutis animalibus. Quis ergo non detestaretur tale coniugium? Et pergit ulterius ex scheda. Quid obtendis patrimonium? Quid superbiam seruolorum? Confitere turpitudinem. Nulla idcirco maritum ducit, ut cum marito non dormiat. Aut si certe libido non stimulat, quæ tanta insanía est, in morem SCORTORVM prosti tuere castitatem, ut augeantur diuinitæ, & propter rem uilem atque perturbam, pudicitia, quæ & preciosa & æterna est, polluatur? Et alias, De Monogamia. Quod barbaræ castitati, non potuit inferre captititas, hoc matrona nobilis faciet & experietur alterum uirum, quæ priorem aut bonum perdidit, aut malum experta est, ut rursus contra IUDICIVM DEI facere nitatur? Quid si statim secundum perdiderit, sortietur & tertium? & si ille dormierit, in quartum, quintumque procedet, ut nihil sit, quo AMERETRICIBVS differat. Hactenus Hieronymus. Hæc, postquām Fraterculus in uernaculam linguam tralata prælegat, addit exhortationem magis mirificam, de qua in præsentia nihil dicam. Illud tantum addo, me ad talem lectionem uehementer obstupuisse. Eram enim & ipse digamus, & quāquam eram Fraterculo ignotus, tamen uidebantur omnia penè in me dici. Nomen Hieronymi non erat mihi ignotum, quippe quod sèpe audieram eum à sanctitate & eruditio ne commendari. Et tamen audiebam meum coniugium, tanq; impudicum, fordicum, & meretricium genus uitæ, horribiliter damna ri. Quid igitur facerem? quo me uerterem? Amo, (quod citra iactantiam dictum esse uolo,) honestatem, amo, diuino beneficio, pietatem. Et si talis essem coram Deo, quales digami sunt Hieronymo & Fraterculis, ac in hoc uitæ genere è uita, nondum agnito hoc digamiæ pectato, nec acta de eo poenitentia, excederem, quid mihi reliquum esset,

Verba
Hiero
nymi.

præter æternam damnationem. Trepidus igitur, & quanqu cogito, Frater
 culum recitasse fortè fabellā alicuius somniatoris, & tribuisse eam nomi-
 ni Hieronymiano, quod saepe accidisse audio, tñ iudico rem nō esse sper-
 nendā. Quare domum reuersus, mox confero me ad hunc meum pasto-
 rem, expono ei, quæ audierim, & quomodo affectus sim, atque interrogo,
 num hæc ita, ut recitata audiui, in scriptis Hieronymi cōtineantur. Affit
 imat & locos ipse quoque mihi, sed uernacula mihi nota lingua exponens,
 ostendit. Audio eandem sententiam, quam antea ē schedula legerat Fra-
 terculus. An non meministi domine Pastor? PASTOR. Memini (in-
 quirat) sed nolui cursum sermonis tui mea interpellatione remorari. SO-
 TVS. Hieronymus (inquit) uidetur locutus uel artificiole, uel obscurè,
 uel dispensatiue. Obseruandæ enim sunt regulæ, quas in mea assertione
 posui. Sic autem scribo: (memini enim uerba) In testimonij Pa-
 trum, si aliqua, quæ in faciem huic fidei uideantur aduersa, inuenian-
 tur, nouit eadem non inde scandalizari, nec alijs offendiculum po-
 nere, sed uel prudenter exponere, iuxta intentionem loquentium, &
 certam hanc regulam fidei: uel agnoscit, non esse efficacia, sed uel rei-
 cienda, uel referenda ad speciales Leges dispensationis Prælatorum,
 NICOLAVS. Ergo interea temporis, dum uos Papistici Docto-
 res conueneritis, num uerba Hieronymi sint uel prudenter exponen-
 da, uel non esse efficacia agnoscenda, sed rei cienda, uel ad speciales
 Leges dispensationis Prælatorum referenda, obsequar uoluntati Pauli,
 inmo Spiritus sancti, qui per Paulum dixit: Volo adolescentiores (uidu-
 as) nubere. Quem locum tu, quisquis sis, paulo antè mihi obijciebas, &
 tu, domine Pastor, tum mihi ad consolationem perturbatae mæ con-
 scientiæ recitabas. Et item alium: Vnusquisque suum donum habet, a/
 lius quidem sic, alius uero sic. Acid genus alios, quos superuacaneum
 est in præsentia repetere. Cum enim uideam uos tothabere modos aut
 regulas exponendi Patres, si quando cum uestris receptis opinionibus
 pugnauerint, habeam autem ego catechismum, & audiam Pasto-
 rem meum prælegentem nihil libros sacrorum Bibliorum, quorum ca-
 techismus est compendium, operæ premium facturus sum, ut relicitis
 expositionib[us] uestris partim incertis, partim adhuc in scrinio Pontis
 sicut pectoris latentibus, teneam certa, firma, & diuinitùs patefacta.
 Nam, ut tu hoc scias, bone uir, uideor mihi, (idque non mea indu-
 stria, quæ aptior est ad tractandas alutas, quam sancta mysteria, sed diuin-
 a gratia.) in uerè pia doctrina eò promouisse, ut uel ex meo Catechismo
 possim de magna parte Papisticarum impietatum iudicare, & eas refu-
 tare. Vos docetis, homines mereri remissionem peccatorum, propter
 sua bona opera. Ego ex Symbolo Apostolico intelligo Christum pas-
 sum esse pro peccatis nostris, & nos habere peccatorum remissionem
 tantum propter Christum, nō propter nostrorum operum merita. Vos
 docetis, opera iusticiæ hominum habere in conspectu Dei tantam perfe-
 ctionem, ut non solum impleant Legem Dei, uerum etiam aliquid Le-
 gi supererogent. Ego uero ex Oratione Dominica, in qua dicitur: Re-
 mitte nobis debita nostra, &c. intelligo, nostra opera, quamuis iustissi-
 ma, non esse perfecta, & intantum nihil supererogare legi, ut ne quidem
 legi sufficiant, sed indigeant peccatorum remissione. Vos docetis San-
 ctos in Christo dormientes esse adorādos & inuocandos, Ego ex primo
 præcepto Decalogi, & ex Oratione Dominica intelligo, Nullos homi-
 nes,

nes, quātumuis sanctos, sed solum Dominum Deum nostrum esse adorandum & inuocandum. Sexēta sunt huius generis, de quibus uel ē Soto catechismo iudicari potest. Scias igitur, & meum Pastorē non esse nō uæ, sed ueteris Prophetice & Apostolicæ religionis doctorem, & me nō sequi nouam doctrinam, sed illum ueterem catechismum, qui mihi domini à Parentibus & maioribus meis traditus est, & quem uideo Prophetice & Apostolicis scriptis, quæ mihi præleguntur, cōfirmatum esse. Sed hactenus satis, aut fortassis tibi Fratercule, nūmīum, Mea me officina reuocat. Quare abeo, Vos boni meam prolixitatē consulite, & ualete. PASTOR. Quid tibi, Sote, (inquit) uideatur? Et hic est unus ē meis auditoribus casu tantum euocatus. Quid si ego ex ea turba seligerem hoc eruditiorē? quid si mulierculas, aut etiā puellas? Ibi, spero, audires fortassis, quæ magis essent admiranda. Sed abeo & ego. Vale igitur. SOTVS scū. Etsi hic coriarius (inquit) sua mihi loquacitate molestus fuit, & si hæc dixisset in Hispania, non ferret impunē, tamen, ut ingenuè fatear, quod sentio, non nihil dixit. Nolui autem hoc loco contentiose contra uociferari. Non. n. sum Petrus ille à Soto, quem me simulo, & qui scripsit Assertionem & scholia aduersus Confessionem Vuirtēbergensem. Sed quia ille A. sotus uisus est magis infans, & rudior, & ineptior, q̄ qui huic tantæ causæ sufficiat, cōductus ego sum promissis magnorum p̄emiorum, ut suscipiam hoc negociū, si non ueris, & pijs, at saltem uerisimilibus, ac Sycophanticis argumentis tractādum. Vnde & pro more forensium rabularum, aut uersor in locis cōmunib⁹, de quibus nullum est dubium, copiose explicandis, aut affingo uerbis Brentij alienissimam, & absurdissimam sententiam, cōtra quam, deinceps, tanq̄ probatam & conuictam, fortissimè, pro mea uirili, declamo, ut quo plures chartas impleā, eo maiora p̄emia, ab episcopis meis (qui certè non intelligūt hanc causam, sed putant ipsam eo meliorem, quo grādiora contra aduersarios uolumina scribuntur) accipiam. Ego profectò extra aleam sum. Tātum accommodo eis meas cogitationes, & meum calamus. Infamia aut̄ est nominis Soti, periculum est episcoporum, meus uerò est Pluto, Hem, dicere uolebā, Plutus, quē me, iuxta promissa eorum, certò acceptūrum spero, reliqua ipsi uiderint.

C A P V T XI.

AGE ergo, audiamus catechismum, quem Sotus suis auditoribus proponit, & quo eos ad pietatem erudit. Non enim placet ei, ut à Laicis exigatur diligens cognitio doctrinæ pietatis, ē Sacra scriptura, metuit, credo, ne sui Prælati necesse habeant se se exemplo Laicorum, à studio suarum deliciarum ad studiū sacrarum literarum conuertere. Longè certè aliter, inquit, catholicæ fidei modestia docet. Et quid, obsecro, docet? Audiamus. Admonet (inquit) omnes, quod ad cognitionem attinet, quēcq̄ sua sorte, suo gradu atq̄ dono (libet. n. integrum Soti catechismū recitare) contētum esse, nec quicq̄ querere, qđ captū suū excedat, sed simplicissima fide contentū, ex manifestissimis morum p̄ceptis, ad puritatē cordis, ad Dei & proximi charitatē magis, magistri indies accedere, atq̄ ita diuinę charitatis & beneficiorū eius asidua meditatione, & humillima cōsideratione familiariorē Deo fieri, & his impetrare earum rer. quæ ad salutē suam pertinēt, iudicium & cognitionē, quantū satis sibi esse possit. Hactenus Soticus catechismus. Primum igit̄ agnoscas hīc, sceleratissimā Soti mente. Hūc. n. suū catechismū opponit nostro, & sic

recitat, perinde ac si nos longè alia , adeoque illis contraria doceremus . Qua ueteratoria arte quid potest dici sceleratus ? Deinde , & si quæ recitat hic , non sunt per se , si piè interpretatus fueris , falsa , tamen , in expectatione eius doctrinæ , quæ propria est Christianæ fidei , & qua Catechumeni quique , siue minores , siue maiores natu erudiri debent , tam generalia sunt , ut ea etiam Ethnici Poetæ , & Thalmudici ac Mahometici catechistæ tradere possint . An non poëta Ethnicus docet unum quemque debere sua sorte contentum esse ? An non aliud docet , Deum pura mente colendum ? An non Iudæus quoque à suis exigit charitatem Dei & proximi ? An non Philosophus gentilis docet nos deberemus alsidua meditatione familiariores Deo fieri ? Et tamen , cùm Sotus in medium prodeat , docturus nos ierum Catholicae fidei catechismum contra nouatores illos Lutheranos , non alia recitat , quam quæ & Ethnici & Thalmudici , & Mahometici suos auditores docent . Quid hac cæcitate in Christiano , quem profitetur , doctore , magis cæcum ? Quid eo partim impudentius , quod tam cæcus audeat se ducem rudium profiteri , partim imperitius , quod nondum intelligat , quæ sit propria Christianæ fidei doctrina ? Suscipit erudiendos simplices Christianos , quos nos ad doctrinam Sacrae scripturæ ablegare solemus , & tamen usque adeo nullam facit mentionem eorum articulorum fidei , quos de Domino nostro Iesu Christo uno nostro liberatore & Seruatore universa tradit scripture , & quos unusquisque pius paterfamilias suis liberis ex Apostolico Symbolo discendas proponit , ut etiam si tot annis uersatus sit in schola Christianorum , uideatur tamen , aut Christum ex animo odisse , aut prorsus ignorare . Nec possum in animum inducere ut credam hunc Sotum , esse eum Theologum , qui antea scripsit Assertionem catholicae fidei , alioqui nosset in Catechismo recitandos esse præcipuos , ac primarios articulos Christianæ fidei , sed esse alium quendam conducticium Rabulari , qui tantam habeat uerae & propriae Christianissimæ doctrinæ cognitionem , quantum anseres temporis meridie . Ad hunc igitur doctorem properate , quotquot uolueritis in cognoscenda uera & propria pietatis doctrinæ esse cæci , stipites & trunci . Præterea , uide execrandam Soti maliciam in extrema parte sui Catechismi . Quod hactenus in Brentio impugnauit , quod quantis potuit uiribus oppugnauit , hoc nunc affirmat ipse . Et his impetrare (inquit) earum rerum , quæ ad salutem suam pertinent , IV DICI V M & COGNITIONEM , quantum satis sibi esse possit . Ecquid , obsecro , Brentius aliud docuit aut uoluit , cùm diceret , nullo modo licitum esse , in causa æternæ salutis alienæ sententiæ ita inhærere , ut eam sine nostro ipso , rum iudicio amplectamur ? Non enim illud agit Brentius , ut pius quisque necesse habeat cognoscere & iudicare eas res , quæ ad salutem suam pertinent , PL VSQ V A M sibi satis . Sed QVANTVM sibi satis esse possit , quemadmodum supra est expositum . Et tamen nefarius homo audet perficit fronte in Brentio reprehendere , quod in suo ipse catechismo probat . Cæterum , qualis est catechismus Soti , talis etiam est argumentatio , quæ catechismum in hoc capite sequitur . Suscepit enim Sotus refutandum , quod Brentius dixerat , nō esse licitum , in causa æternæ salutis , alienæ sententiæ ita inhærere , ut eam sine nostro ipso iudicio amplectamur . Quod dictū , quomodo Brentius intelligat , supra expositum est , uidelicet , quod loquatur de Renatis , qui uel in Sacra scriptura , uel in cate-

In Catechismo, qui est Sacrae scripturæ compendium, eruditæ sunt, quæles sunt omnes, qui adulti compotes sunt rationis, & donati sunt spiritu Christi, ut in Christum uerè credant. Ab his exigit Brætius, sicut & Christus ipse ac Apostoli eius, quemadmodum irrefutabilibus argumentis à Brentio probatum est, ut non quævis dicta & decreta Pontificum, sacrificiorum & Fratricolorum, pro oraculo Spiritus sancti habeant, sed ut spiritus eorum, num ex Deo sint, probent, & pseudoprophetas caueant. Probent autem, non ex humano arbitrio, sed iuxta Canōnem Sacrae scripturæ, aut iuxta catechismum, scripturæ epitomen. His ergo opponit Sotus illud Christi; Abscondisti hæc à Sapientibus & Prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et illud Pauli. Infirma mundi elegit Deus & ignobilia &c. Nos quidem hæc dicta Christi & Pauli obedienter agnoscimus. Sed interea detestamur furiosam Soti insulsitatem. Christus dicit, Abscondisti hæc à Sapientibus & reuelasti ea paruulis. Paulus dicit, Infirma mundi elegit Deus. Ergo paruuli (argumentatore Soto) & infirmi debent sine ullo suo iudicio, aut cognitione sapientibus & fortibus, hoc est, Pontificibus & Prælatis credere, quiduis hi statuerint, & exegerint. An hæc non est memorabilis argumentatio? Hic profectò homo, aut prodigio, se insanit, aut suos ipse Episcopos, quorū impietatem tuendam suscepit, effusè in corde suo ridet. Nam hæc dicta Christi & Pauli prorsus pugnat cum instituto Soti, tantum abest, ut sententiam eius confirmet. Si enim Christus abscondit mysteria Euangeli, coram Sapientibus & prudentibus, ac reuelat ea paruulis, & si Christus eligit infirma huius seculi, certè manifestè sequitur, quod abscondat ea à Pontificibus, & Prælatis, qui cù dicant sacram scripturam esse ambiguam, dubiam, literam mortuam, & sese non explicant, uidentur sibi esse sapientissimi, & sunt in hoc seculo potentes, nobiles & illustres, reuelet autem ea paruulis & ignobilibus, quos ipsi uocat Cerdones & Coriarios. Et quid? Num illud uult Sotus, quod cum Deus patefaciat paruulis & ignobilibus mysteria cœlestis regni, eo ipso uult ut hi sint trunci, nec laborent quicquam cognoscere, sed expectent tantum cœlestes enthusiasmos, aut maneant semper stipites. Quid autem hoc sensu insulsius? Credo igitur, Sotum, cum uidisset hæc dicta Christi & Pauli posse ihs, quæ suprà de hominibus simplioribus dixit, opponi, uoluisse commemoratione eorum, obiectiō nem præoccupare, & suis quidem facum facere, perinde ac si ea ab ipsorum parte starent, ipsos autem in corde suo, tanquam homines stupitos, & ignauos ridere, quippe qui ista non sint uel lecturi, uel intellecturi, sed contenti sint granditate uoluminis, quod ad tuendam causam ipsorum publicè extet, ac interea liberaliter, quod sunt polliciti, numerent. Allegatur & illud Salomonis: Ne innitaris prudenter tuæ, & ne sis sapiens apud temetipsum. Quid ergo? Num idcirco quævis decreta Pontificum & Sacrificiorum sunt pro oraculis Spiritus sancti, absque ulla reliqua cognitione agnoscenda? Scilicet, quia nemo debet suæ humanæ prudentiæ inniti, num ideo debet inniti Prælatorum potius prudentiæ, quam diuinæ? Ut hæc sit huius dicti sententia: Ne innitaris tuæ prudentiæ, nec sis apud temetipsum sapiens, hoc est, Innitaris tantum prudentiæ & decretis Prælatorum, & sis tantum Sapiens in scrinio pectoris Pontificij. Hoc certè illud est, quod scelerati isti homines querunt. Salomon autem non hoc agit, ut in audiēda aliorū doctrinā simus stupidi, & asini ad lyram; nec hoc agit, ut quævis Ponti-

Hecum decreta, tanquam sancto sancta exosculemur, sed illud agit, ut in cœlesti doctrina, sequamur, abnegata nostra humana sapientia, diuinam, quæ nobis uerbo Dei, seu Sacra scriptura traditur. Vnde paulò antè dixerat: Fili, ne obliuiscaris Legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiant. Et mox: Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. Ac iterum: Time Deum, & recede à malo. Hæc dicta, cùm partim prædunt, partim sequuntur illud, (Ne innitaris tua prudentiæ) manifestè iubent, sic non esse innitendum suæ prudentiæ, ut soli diuinæ prudentiæ, quæ uerbo Dei, seu sacra scriptura exponitur, innitamus. In sacra enim scriptura docetur fiducia in Dominum, & timor Dei, ut recedamus à malo. Quare hæc Christi, Pauli & Salomonis dicta, cum instituto Sotita pugnant, ut cùm Sotus ea in præsentia, ad probandam causam suam recitat, aut insigniter delyret, aut scurriliter ludat.

Sed hic iterum accusatur Brentius temeritatis & inconsiderationis, quod id dixerit necessarium omnibus, quod ne alicui quidem, immo nec doctissimis est necessarium. Nec unquam (inquit Sotus) sanitas catholice fidei permittit credere necessariam esse scripturæ sententiani omnibus, ideoque nec omnes teneri ad exigendam fidem suam ad scripturæ regulam, quam nec legere, nec scire tenentur, manifestè dicit. Habes uerba Sotii. Vanissimus homo, aut tam stupidus est, ut non intelligat quid Brentio nomen scripturæ in hoc dicendi argumento significet, aut tam sceleratus est, ut quo maiorem calumniandi occasionem habeat, singat se non intelligere. Hic enim, cùm de scriptura loquimur, non sit sermo de literis & syllabis, sed de sententia scripturæ, ac de præcipuo eius statu, quem pñ qui que in Christo per Spiritum sanctum renati tenent, & ne cessè habent tenere. Huic Christo, inquit Petrus, testimonium fertur OMNES Prophetæ, quod remissionem peccatorum accipiat per nomen eius, quisquis crediderit in eum. Hæc enim præcipua est sententia scripturæ, hic præcipuus status eius, ut ducat nos in agnitionem unigeniti filii Dei Domini nostri Iesu Christi, idque huius crucifixi. Quare quis cunque illustratus est spiritu fidei in Christum, is etiam si nec legere scripturam sciat, tamen habet ueram scientiam scripturæ. Accedit & illud, quod Sententia scripturæ, quam ad salutem cognitum necessariam dicimus, collata est in catechismum, quo uera Ecclesia publicè & priuatim utitur, & qui ne pueris quidem in uera Ecclesia ignotus est. Non dubitamus igitur, quin hi pueri, qui sunt in Christo retiati, & sciunt nostrum catechismum, maiorem habeant cognitionem scripturæ, quam uniuersi Papistici doctores, & sophisticae Theologiae professores. Hoc, si Soto, dictu temerarium & inconsideratum uidetur, abstineat, quæso, ab hoc scribendi genere, & occupe in recitandis suis horis Canonicis, quod stupidor sit, q̄ ut quæ sit ueræ ecclesiæ & doctrinæ eius ratio, intelligat.

CAPVT DVODECIMVM.

QVAM sententiam Sotus uerbis Brētij affingat, ut populum suūm in ignorantia ueritatis, & sub obedientia Papæ retineat, suprà dictum est. Brentius hortatur homines, etiam Laios, ut iuxta dictum Christi, caueat pseudoprophetas, & cæcos duces, & iuxta Ioannem, nō credant cuius spūi, sed probet, num spūs sint ex Deo. Ad hanc rem, cū necessaria sit regula sacre scripturæ, aut catechismi, cōpendij scripturæ, ad quam regulam

regulā Spiritus exigātur, docet Brentius, officium pīj hominis esse, non, ut alienæ, hoc est, Papistarum sententiæ absque iudicio adhæreat, sed ex, pendat eam, iuxta regulam scripturæ, num cum ea conueniat. Hanc do,ctrinam oppugnat Sotus in hoc libro, & postulat, ut homines, præser, tim Laici, sententiam suorum Prælatorum simpliciter absque ulla in, quisitione & tergiuersatione amplectantur. Videamus ergo quibus id argumentis probet. Et hactenus quidem multa non tam contra Bren, tium, quām contra ea testimonia scripturæ, quibus Brentius ad confir, mandum suum propositum utitur, uociferatus est. Sed suam magis in, scitiam prodidit, quām ueritatem expugnauit. Audiamus igitur Papi, sticum Rhetorē. In Ecclesia, inquit, alij sunt alijs aptiores & capaciores ad intelligenda altiora, &c. Et recitat ex epistola ad Hebræos, Perfecto, rum esse solidum cibum, qui pro consuetudine exercitatos habeant sen, sus ad discretionem boni ac mali. Et iterum, ex Corinthijs Pauli : Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus &c. Quid hoc argumentatore lepidius & acutius ? Suscepit probandum, Laicos non debere iudicare de doctrina aut decretis Prælatorum, sed ea simpliciter absque aliqua sua dijudicatione amplecti. Ecce autem cūm arrectis au,ribus astamus audituri probationes, recitat nobis, multos in ecclesia esse carnales, parvulos, egentes lactis, imperfectos, imbecilles, qui non habe,ant exercitatos sensus ad discretionem boni & mali. Quid conuenienti, us dici posset? Brentius docet, quod sit officium hominis pīj, uidelicet, pi, os homines, quamuis Laicos, non debere clamores Papistarum, statim absque dijudicatione, pro oraculis Spiritus sancti amplecti, sed prius iu, xta dictum Ioannis, expendere, num sint ex Deo. Ad hoc refutandum Sotus recitat multos esse in Ecclesia non uerèpios, sed carnales, & imbe, cilles. Quis, obsecro, hoc ignorat? aut quo cum Sotus pugnat? Num, quia multi homines in Ecclesia sunt carnales, imperfecti, egentes lactis, non habentes exercitatos sensus ad discretionem boni & mali, idcirco non sunt cohortandi, ut flant spirituales, & perfecti, quo possint ali soli, do cibo, & habeant sensus exercitatos? Impie igitur fecit Paulus, quod cūm dixisset Corinthios esse carnales, & pueros egentes lactis, postea co,hortatus sit, ut non efficiantur pueri sensibus, sed perfecti? Certe i, dem ipsum Sotus hoc loco testificatur, quod Paulus non idcirco ducat homines alienos esse à salute aut Ecclesia, quod sint imperfecti, sed po,tius suscipiat eos educandos. Cur ergo pugnat cum Brentio, & non ma,gis unā cum Brentio docet & hortatur Laicos, ut in cognitione piæ do,ctrinæ ita promoueant, quo & ipsi possint de aliena doctrina iudicare? Sed uanissimus homo, non uidet se hoc argumētandi modo, tollere ex Ecclesia uniuersum genus cohortatoriū, ac suos quoque Prelatos à diju, dicatione doctrinarum reiçere. Lex Dei est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex toto animo, ex tota fortitudine, & proxim, um sicut te ipsum. Hoc est officium, quod Deus à singulis exigit. Obsi, stat ergo quispiam Asoticus, & dicat: Quid? qua fronte audes ab homi, nibus exigere, ut diligent Deum ex toto corde, & proximum sicut seip, sos, cūm omnes homines sint peccatores, sint mēdaces, nec sit, qui faciat bonū, ne unus quidē? At, n. bone uir, non iam agitur quid homines faci, ant, sed quid facere debent. Non disputamus, quales sint homines, sed quales esse debeat. Et tamen Sotus tanta cœcitate percussus est, ut eodē argumētandi genere, in dijudicatione doctrinæ in Brentium inuehat. Et

quid? Num Laici ideo à iudicanda doctrinare repellendi sunt, quod multi
 sint inter ipsos, carnales, imperfecti, egentes lactis, non habentes sensus
 exercitatos? Quid ergo fiet de uestris Prælatis? Scilicet hi omnes sunt tie
 rē spirituales, Perfecti, solido cibo pasti, & doctissimi, ut habeant sensus
 exercitatiſſimos. Vides ergo uanitatem & ſtulticiam Sotis. Sed audia-
 mus aliam scripturam, qua Sotus reiſcit Laicos à diſputatione doctri-
 nae. Christus ipſe Dominus Apostolis inquit, Multa habeo uobis dice-
 re, sed non potestis portare modo. Vide, obſcro, quantum ſoleat cæci-
 tas ſemel uifcepta proficere. Paulò antè reiecit Sotus Laicos, à diſputatione doctri-
 nae, quod multi ſint inter ipsos carnales & imperfecti. Quo ar-
 gumento reiſciuntur etiam ab hoc officio Prælati. Quis enim carnalior
 eſt, quam maxima pars Papifticorum Prælatorum? Nunc autem reiſcit
 etiam ab hoc officio Apostolos, propterea quod Christus dixerit, ſe in
 præſentia non poſſe eos omnia docere, quia non poſſint portare. Quid
 igitur? Num quia Apostoli non potuerunt eo tempore omnia portare,
 idcirco non debuerunt ſui officij admoneri? non debuerunt ad altiora
 prouehi? non debuerunt Spiritum sanctū accipere, ut poſſint de doctri-
 na recte iudicare? Non hoc uolo, (inquiet Sotus) ſed illud, cauendum eſt
 ſe doctori, ne ſupra captū quęq; doceat. At quiſ in præſentia hoc à Soto
 requiſiuit? Quis nescit, cauendum eſſe medico, ne inſirmo ſtomacho du-
 riorem cibum ingerat, aut nutrici, ne infantī edentulo duriffimos cibos
 prebeat? Illud, Sote, agitur, Quod ſit pñ hominiſ, quamuis Laici, officiū.
 Num uidelicet debeat operā, quam poſteſt, ſummam dare, ut ueram do-
 ctrinam à falſa internoscat, an debeat ſemper manere aſinus ad lyram,
 & quicquid Papiftici Prælati ſomnauerint, pro oraculo Spiritus sancti
 amplexi? Scimus multos eſſe imbecilles ſenſibus, ſeu intellectu. Sci-
 mus multos eſſe languidos, ſcimus multos eſſe edentulos, Sed num pro-
 pterea non ſunt excitandi ad intellectus perfectionem? Num non ſunt
 à languore curandi? Num non ſunt enutriendi, donec dentes excreue-
 rint? Certè hoc agit Sotus, uidelicet, ut Laici ſemper maneant impe-
 rit, languidi & edentuli, immo aſini, ne unquam impietatem, Magiam, &
 Idolatriam, immo ne externa quidem & crassiffima ſcelera Papifticorum
 Prælatorum cognofcant. Sed etiamſi ducantur ad Gehennæ incendiu-
 m, obmutescant, & una cum Papiftis in foueam aeternæ perditionis cadat.
 Huc respicit quoq; Sotus, cum recenset ex Paulo in Ecclesia diuersos eſt
 ſe gradus, diuersa Spiritus dona, diuersa ministeria. Eò enim tendit, ut
 Laici abſtineant à cognitione piæ doctriñae, & colant ſuos agros, atque
 exerceant ſua opificia, ſinant autem Prælatos Papifticos in religione,
 pro ſua libidine, deſtruere, ædificare, & quadrata rotundis mutare, hoc
 eſt, Laici nullam prorsus dent operam, ut iuxta Christi dictum caueant
 cæcos duces, & Pſeudoprophetas, nec unquam probent Spiritus, iuxta
 Ioannis dictum, num ſint ex Deo. Niſi enim hoc ageret Sotus, ac Satan,
 certè hac in parte cum Brentio minimè belligeraretur. Nam Paulus,
 cum de diuersitate donorum Spiritus & ministeriorum in Ecclesia con-
 cionatur, primū, non loquitur de Ecclesia Papiftica, quæ non eſt Ec-
 clesia Christi, ſed Antichristi. Deinde non loquitur tantum de ministris,
 ſed etiam de Laicis ueræ Ecclesiæ Christi, qui non minus his donis Spi-
 ritus, quam ministri ornati fuerant. Postremo, non adimit Laicis co-
 gnitionem piæ doctriñae, Sed potius docet, quod Christus idcirco in
 Eccleſiam ſuam tam diuersa Spiritus dona confeſat, & ministeria
 instituat,

instituat, ut Ecclesia ipsa, hoc est, tam Laici, quam Ministri eorum, discant ueram doctrinam, concipient ueram fidem, & Spiritu sancto illuminantur, quo possint falsos doctores fugere, & æternam salutem conservare. Num enim posuit in ecclesia Apostolos, num Prophetas, num doctores, num potestates, num dona sanationum, num stabilitas, num gubernationes, num dona linguarum, ut ecclesia sit asinus ad lyram, & aures tantum moueat? Nihil certè minus. Sed ut Paulus alias explicat, dedit hæc dona ad instaurationem Sanctorum, (quorum numero continentur, iuxta phrasim Pauli, etiam Laici) ad docendum uerbum, in ædificationem corporis Christi, donec perueniamus OMNES in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uerum perfectum, in mensuram aetatis plenè adultæ Christi, ut non AMPLIVS SIMVS PVERI, qui fluctuemus & circumferamur quovis uento doctrinæ, per uersuum hominum (Papistarum) per astutiam, quæ nos adoruntur (Papistæ) ut imponant nobis, sed VERITATEM sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus, (& non Papa, &c. Hic uides aperte, quod diuersitas donorum & ministeriorum in Ecclesia instantium non arceat Laicos à cognitione piaæ doctrinæ & dijudicatione uariorum dogmatum, ut potius propter illam causam in Ecclesiam conferatur, quo & Laici discant ueram doctrinam, & eam ita certò cognoscant, ut non amplius circumferantur quovis uento doctrinarum Papisticarum, adeoque omnium earum, quæ cum scriptis Propheticis & Apostolicis pugnant. Idem etiam vult similitudo membrorum corporis humani. Singulis enim membris singula dona conferuntur, non ut unum membrum suo tantum dono fruatur, Sed ut singula membra adeoque totum corpus utegetur, conseruetur, & uiuat. Sic etiam dicendum est de corpore Ecclesiæ, cuius caput est Christus. In praesentia enim non loquimur de ea ecclesia, cuius caput est Papa, sed cuius caput est Christus. Huius corporis uita est uera cognitio Domini nostri Iesu Christi. Hæc est (inquit) uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ad hanc uitam dandam & conseruandam uaria dona conferuntur diuinitus in Ecclesiam, non ut unus & alter illo aut isto dono ornati, sibi tantum ipsis sint exculti, sed ut uniuersa Ecclesia excolatur, & cognitionem Christi, ac mysteriorum eius, quæ ad salutem cognitu necessaria sunt, consequatur. Habes ergo iterum palpabilem Sotii cætitatem, quod quæ testimonia scripturæ cum instituto ipsis pugnant, ijs suam impietatem stabilire conetur.

CAPVT DECIMVM TER TIVM.

COGERE ferè per singula Capita Lectorem status huius controversiae, quam Sotus in hoc libro aduersus Brentium tractat admovere. Cum enim Christus dicat: Cauete à Pseudoprophetis, Et: Cauete à fermento Pharisæorum. Et Ioannes: Nolite credere cuiuis spiritui, sed probate spiritus nunc ex Deo sint. Et Paulus: Nolite esse pueri sensibus, docet Brentius, pīj hominis officium esse, ut in audienda aliorum doctrina, non sit asinus ad lyram, sed expendat iuxta regulam sacræ scripturæ, aut Catechismi eius, quid dicatur, ut caueat falsam doctrinam. & amplectatur eum tantum spiritum, qui est ex Deo. Nam, quod Christus & Apostoli de cauendis Pseudoprophetis, & probandis spiritibus,

ac ab ijs ciendis puerilibus sensibus dixerūt, nō sunt personalia, q̄ cantūm ad Apostolos aut doctores ecclesię pertineant. Nec sunt temporalia quę ad tēpora tantūm Apostolorę restringant, Sed sunt generalia & perpetua, & pertinēt etiam ad Laicos ecclesię, idq̄ oībus temporibus usq; ad consummationē seculi. Quæ uobis dico, inquit Christus, omnibus dico. Et Ioānes: Scribo, inquit, uobis, filiolı, scribo uobis patres, scribo uobis adolescentes, scribo uobis infantes, scribo uobis iuuenes. Contrā autem Sotus contendit, ut Laici in ecclesia nō probent sp̄ritus, num ex Deo sint, sed relinquant sp̄irituum probationē Prælati, ipsi autem sint asini ad lyram, & quicquid Prælati decreuerint, hoc tanq; cœleste oraculum excipiant, ac illud tantūm iudicent, quod ip̄sis nō sit iudicandum. Itaq; boni illi, scilicet, fraterculi illud uolunt, ut Laici sint Prælatorum iumenta, ac quicquid est uel spiritualiū, uel temporalium bonorum, à Prælati, tanq; ueris & legitimis eorum possessoribus accipiant. Prælati enim nō sunt contenti possessione spiritualium bonorum, quæ pro sua libidine Laicis, nō quidem iure, sed tantūm precario, distribuant, uerum etiam arrogant sibi ius omnium terrenaꝝ facultatū, quas Laici possident, ut quicquid Laicis reliquum sit, hoc habeant tantum ex gratia & clementia Prælatorum, quemadmodum Papistici doctores ex 16. q. 1. statuimus. Et De deci. Tua. Et de Ele, uenerabilē & multis alijs ueterum dictis atq; canonicis, deducere conantur. Laici ergo agant gratias Deo & Papæ, quod relinquaret eis uel tantillum, quod adhuc possident, &c. Sed his in praesentia omīssis, reuertamur ad propositum. Sotus exigit, ut Laici in audienda doctrina religionis, sint stipites, & ea tantum credant, quę ip̄sis à Papisticis Prælati credenda proponuntur. Et cūm hactenus ad uerisimilem quandam suę uanitatis probationem uarias strophas conquiserit, nunc in hoc capite conatur eam probare primū exemplo Niceni Cōcilij, & Imperatoris Constantini. Quid enim (inquit) putas ne, quæ de æterna uerbi Dei generatione, de æqualitate eius ad Patrem, & origine dicunt in scriptura, ex quibus Arius difficultimas quæstiones mouebat, ut est illud Ioannis: Nō potest filius facere quicq; nisi quod uiderit Patrē facientē, & quicquid Pater facit, hoc filius similiter facit, & similia multa, possunt ab omnibus satis intelligi: Hactenus Sotus. Respōdeo, Ea, quæ in scriptura de æterna uerbi Dei generatione, & æqualitate Patris, Filij & Spiritus sancti, in una diuina essentia continentur, non possunt necq; ab omnibus Laicis, neq; à paucis Prælati, immo ne quidem ab ullo hominū intelligi, sed possunt credi ab ijs, uidelicet, siue Laicis, siue Ministris Ecclesiæ, qui spiritu Christi sunt illustrati. Hæc mysteria de unitate deitatis, & distinctione trium personarum in una Deitate, proponuntur nobis in sacris literis, non humana ratione intelligenda, sed diuino spiritu credenda. Ne hic agitur, quid humanæ sapientiæ uideatur durum, quid sensui communi sit contrarium, sed quid Spiritus sanctus credendum exigat. Non est autem obscurum, quod doctrina de unitate diuina naturæ, & de tribus in una illa diuinitate personis, primū in Propheticis scriptis ita continetur, ut Spiritus sanctus sufficiens organon habuerit ad eam creditum mentibus, quantum ad salutem fuit, patefaciendam. Etsi enim non tam perspicue in ijs scriptis traditur, q; in scriptis Apostolicis, tamen sparsa sunt in eis non obscura semina, quæ, autore spiritu sancto, suos in cordibus piorum fructus cognitio nis & salutis protulerunt. Deinde, hæc doctrina continetur in scriptis

Aposto-

Apostolicis, tam clare, tam aperte, ut qui per Euangelion renati sunt, non habeant, quod de obscuritate querantur. Quid igitur dicemus? Num quia Concilium Nicænum damnauit impietatem Arij, idcirco constituit nouum dogma, sacræ Scripturæ & veteri ac priori Ecclesiæ ignotum? Num hic articulus de consubstantialitate Filij cum Patre & Spíritu sancto, tum primum in Concilio Nicæno & alijs excogitatus est, & Ecclesiæ traditus? Non fuit fortassis uocabulum ~~διαστάσις~~ ueteribus usitatum, sed profectò res ipsa, (nisi de industria uolueris tam scripturam sacram, quam Ecclesiam, adeoç Spíritum ipsum sanctum infamare) fuit eis notissima, & quo quis iuxta hunc mundum fuit simplicior, eo ad fidem huius articuli aptior fuit. An non Ecclesia iam inde ab ini-
tiò patet facti Euangelij, & sparsi in uniuersum orbem, publicè audiuit homines baptisari in nomine Patris & Filij & Spíritus sancti? ex quo, qui renascebantur, aut renati erant in Christo, tantum cognitionis per spíritum sanctum acceperunt, quantum ad salutem satis erat. Nam illas uestras Scholasticas, Sophisticas & Papisticas subtilitates, ac etiam uanities tam de hoc quam de alijs articulis, ecclesia multò utilius ignorat, q̄ cognoscit. Et quid? Num Concilium Nicænum definiuit æqualitatem filij Dei cum Patre, absque autoritate & testimoniois sacræ scripturæ? Hoc nemo, nisi qui Papistica impudentia inebriatus fuerit, affirmare audebit. Quare, qui recte & piè agnouerunt definitionem Concilij Ni-
cæni, de hoc articulo, non agnouerunt eam, quod Concilium ita statue-
rit, sed quod eam autoritate cœlestium testimoniorum, quæ sunt scri-
pta Prophetica & Apostolica, explicuerit & confirmauerit. Hic certè proprio iudicio opus erat, non quidem carnali seu humano, de quo in
hac disputatione non loquimur, sed spirituali & diuino, siquidem, qui non habuerit spíritum Christi, non est eius. Recitatur ex historia Socra-
tis, quod in disputatione doctissimorum Episcoporum cum Philoso-
phis, de Arianismo, simplex quispiam Confessor, & illiteratus plus ope-
ræ, simpliç sua recitatione sententiæ sacræ scripturæ de hoc articulo,
quam omnes Episcopi, sua eruditione, ad compescendum insolentem
Philosophum contulerit. Superuacaneus igitur est metus Soti, ne qui
sunt in Christo uerè renati, & tamen simplices, non sint huius sublimis
doctrinæ capaces. Ut enim maximè fieri possit, quod homines simpli-
ces, sed uerè pīj, non intelligent uestras, Sote, Sophisticas & Papisticas
phrases, tamen res ipsas salutares tantum intelligunt, autore spíitu san-
cto, & credunt, per uerbum Dei, quantum ad salutem necessarium est.

Sed accedam nunc ad exemplum Constantini, quem & ipsum facit Sotus asinum ad lyram. Exegit ne (inquit) Constantinus Imperator re-
cens ad fidem conuerlus, & quod magis probabile est, nondum bapti-
satus, definitionem Concilij (Nicaei) ad sacram scripturam? Et mox:
Ideo tanquam brachium, temporalis pœna seueritate, sententiam ocu-
lorum tutatus est, & sicut ab ipso suscepta fuerat, idç ab alijs suscipi uo-
luit, idç sine proprio iudicio. Haec tenus Sotus. Constantinus igitur tan-
to fuit, iuxta Sotum, ingenij stupore, ut sicut adscriptis se sine proprio iu-
dicio, sententiæ Cœcilij Nicæni, ita seueritate legum suarum uoluist suos
subditos sententiam eius Concilij, sine suo proprio iudicio amplecti.
Immane, q̄ propudiosum hoc est Soti mendacium. Sèpè antea miratus
sum effrontem impudentiam Soti, nunc ad eam etiam obstupesco. Au-
det enim homo ipsa etiam uanitate uanior in conspectu uniuersæ Eccle-

Siæ ea de Constantino euomere, quæ, si quis Ecclesiasticis scriptoribus fidem adhibere uoluerit, pura puta esse mendacia, manifestissimum est. Dicit Constantinum sine proprio suo iudicio, non agnouisse tantum decretum Synodi Nicænæ, de fide consubstantialitatis, uerum etiam uoluisse seueritate temporalis pœnae, ut & ipsi quoq; subditæ hoc decretū, sine proprio iudicio agnosceret. Audiamus igitur testimonia historiæ de Constantino. Ac initio priusq; Constantinus conuersus esset ad Christianismū, debuisse certè, iuxta Sotum, nō inquisiuisse in Ethnicam suā religionē, sed sacrificulis & doctoribus eius simpliciter credidisse, quip; pè quod ea religio fuerat iam nō tam uetus, q; autoritate omniū ferè Regum & Imperatorum, & publico populoq; consensu approbata. Historia autem palam arguit Sotū mendacij. Tradit enim Constantinū, summa qua potuit diligentia, studio & iudicio inquisiuisse, quæ Deū coleret.

Eusebius in uita Constantini lib. r.

Cum hæc (inquit) omnia animo secum ipse (Constantinus) cōferret, stultum fore circa eos morari, qui dīj non sunt, & post tantū ueritatis experimentum, in errorem seduci, ideoq; solum paternum sibi Deum cōlendū esse arbitratus est. Inuocabat igitur hūc precibus suis orans & supplicans, ut seipsum sibi quisnam esset, ostenderet, ac dexteram suam negocij propositis porrigeret. Hactenus Eusebius.

Qui tanto studio confert inter se Deum paternum, & deos gentiū, ac tanto precum ardore ingrit cognitionē ueræ religionis, putās ne ipsum eo fuisse stupore, ea amentia, ut absq; ullo suo iudicio, eocq; diuinitus extato, abiecerit doctrinā gentilium ac ueterē sacrificiolorū deorum multitudine, ac elegerit doctrinam Propheticā & Apostolicam de uno uero Deo & Patre Dñi nostri Iesu Christi? Quanta aut̄ sapientia, quāta pietate gubernārit Nicænū Conciliū, libet iterē testimoniū historiæ adscribere.

Eusebius ibidem lib. 3.

Cum hæc, inquit, Romana lingua, altero quodā interpretāte, locutus esset, sermonē Synodi primatibus tradidit (Cōstantinus). Hinc alij (Epicopi) orsi accusabant eos, q; ex aduerso erant, illinc alij sese defendebant, ac uicissim cōquerebantur. Cum autem plurima huiusmodi ab utroq; ordine in medium prætenderentur, ac multa mox initio controuersia coaceruaretur, audiebat Imperator clementer omnes, & cōstanti mora proposita percipiebat, ac partim illis quæ utrincq; dicebantur succurrēs, placide eos cōciliabat, q; contentiosē instabant, partim ad unum quenq; mansuetè locutus, idq; Greca uoce (neq; enim huius ignarus erat) sua vis admodū erat ac iucundus, alijsq; persuadebat, alios uerbis flectebat, alios benè differentes LAVDABAT, ac cunctos ad consensionem adducebat, donec eos in OMNIBVS, de quibus erat controuersia, unanimis & cōsentientes REDDERET, ita ut fides consona obtineret, & idem salutaris festi tempus cuncti profiterentur. Hactenus Eusebius.

Theodo. Ecclesiastice histo. lib. i. cap. 7. Cōstantinus ad cōsum Episcoporum, in Concilio Nicæno.

Nihil indignius esse dixit (Cōstantinus) quam hostibus domitis, cum qui rebellare auderet, inueniretur nemo, ipsos se mutuo impetere, & uoluptatem ac risum conciliare inimicis, præsertim in disputationibus rerum diuinarum, in quibus haberent sanctissimi spiritus DOCTRINAM perscriptā Euangelici enim & Apostolici libri, necnon antiquorum Prophetarum oracula plane instruunt nos, (inquit) sensu numinis.

Ptoinde

Proinde hostili posita discordia sumamus EX DICTIS DIVINI
SPIRITVS explicaciones quæstionum. Hactenus Theodoritus.

Socrates Ecclesiastica histo. lib. i. cap. 9. Ex Epistola Con-
stantini ad Ecclesiam Alexandrinam.

Conuocauimus ad ciuitatem Nicæam cōplures Episcoporum, cum quibus
ego unus ex uobis, & uehemeter gaudens uester esse conseruus, VNA
ET IPSE VERITATIS INQVISITIONEM VSCEPI.

Hactenus Constantinus ipse.

Vides ergo Constantinū Nicenam Synodū ita gubernasse, ut non so-
lum nō assederit, tanq̄ asinus ad lyram, uerum etiam Synodum admo-
nuerit de uera & certa regula, iuxta quā de controuersia dījudicandum
esset, quæ regula, sunt libri Propheticī & Apostolici, ac una cum alijs in-
quisitionē ueritatis suscepere, & quosdam quidē alios dissentientes ora-
tione sua ad cōsensionem in uerē piam doctrinam flexerit, alios autem
benē disserētes laudauerit. Et tamen Sotus, aut rerū gestar̄ ignarus, aut
extrema impudentia perfusus audet palam affirmare, Constantinū sine
proprio iudicio sententiam Niceni Cōciliū & approbase, & subditis ob-
seruandā mādasse. Ac profectò, si iuxta historias Eusebij, Socratis, Theo-
doriti & Sozomeni de Constantino iudicandum est, multò maius fuit
studium eius in uera doctrina cognoscenda & propaganda, quam ma-
gnæ partis Episcoporum eius temporis. Sic enim scribit Theodoritus.

Theodo. lib. i. cap. 24.

Laudatissimus rex (Constantinus) Apostolicas curas suscipiebat ani-
mo suo. At Pontifices, non solū non ædificare ecclesiam, sed illius etiam
fundamenta labefactare conabantur. Nam illius & Apostolicorum do-
gmatum Principes, uarias texentes calumnias, impulsos in exilium a-
gebant. Hactenus Theodoritus.

Memorabilis hæc est antithesis Imperatoris & Episcoporum. Impe-
rator curabat Apostolicam doctrinam & ecclesiam. Episcopi suis dissi-
dijs labefactabāteam. Quid potest de Imperatore laudabilius, & de Epis-
copis execrabilitus dīci. Sed audiāmus etiam, quomodo Constantinus
iū reliqua uita sese gesserit.

Eusebius in uita Constantini lib. 4.

Certè suum ipsius diuinis rebus excolens, nocturnis temporibus uigi-
labat, ac scribendis orationibus uacās crebrō digrediebatur, hoc sibi co-
petere ratus, ut docto sermone subditis imperaret, ac totū Imperium ra-
tionabile cōstitueret. Quapropter & cōuocabat subditos, conuolabant
que innumerē ad audiendū multitudines, Philosophantē audientes Im-
peratorē. Si contigisset inter dicēdum aliqua Theologiæ opportunitas,
omnīnō rectus cōlistens, vultu contracto ac uoce pressa omni cum pie-
tate præsentes ad diuinam doctrinam initiare uidebat. Vbi lētis uocib⁹
auditores acclamabant, ut sursum in cœlū suspicerent, innuebat, ac solū
omnium regē religiosis laudib⁹ celebrarent ac honorarent. Cūm autē
causas dicendo diuideret, iam erronei multorum deorum cultus argu-
menta destruebat, probans gentium superstitionem & errorem esse, &
eius impietatis, quæ Deum negat, præsidium, iam diuinitatis monar-
chiam tradebat, ac subsequenter de prouidentia Dei, tam in genere om-
nium, q̄ specialiter partium differebat. Hactenus Eusebius.

Obserua igitur, q̄ benē conueniat Soto cum Eusebio. Sotus dicit Cō-
stantinū agnouisse se nō habere donum interpretationis scripture, & sen-
tentiam Cōciliū non solū ipsum suscepisse, uerum etiam uoluisse ab alijs

suscipi sine proprio iudicio. Eusebius autem facit Constantiū non tantum studiosum pīe doctrinæ, sed etiam doctorē & concionatorem eius; adeoq; tales, qui potens fuerit, iuxta Paulū, exhortari per doctrinam suam, & contradicentes cōuincere. Quanto igitur iudicij acumine Constantinus p̄dictus fuit? Et quanta est uanitas & futilitas Sotis: Post exemplum Constantini, Sotus iterum redit ad ueterē suam propositionem; Idiotis non licere sibi aliud iudicium sumere, quām ut agnoscant sibi nō esse iudicandum. Hanc propositionem suscipit etiam testimonijs scripturæ (si dijs placet) muniendam. Primum ergo quod Christus dixit, Nolite iudicare, ut non iudicemini, de alienis seu dictis seu factis non temerè iudicandis & condemnandis, hoc Sotus accommodat ad prohibendum iustum, pīum & debitum de īmpīa doctrīna Papistarū iudicium, cūm tamen Christus ipse iubeat cauere pseudoprophetas, & fermentum Pharisæorū, quod certè absq; dono sp̄ritus sancti, & singulari hominiū iudicio fieri non potest. Et Paulus iubeat auditores, etiam suorū Prophetarum seu interpretū explicationem dijudicare. Et ad Philippenses: Cauete, inquit, canes, cauete malos operarios, cauete cōcīsionem, quod profectō singulare hominiū iudicium requirit. Et ut maximē nō oēs æqua li dono sp̄ritus sancti sunt p̄dicti, tamen, qui est Christi, ad hoc prouīsili sua enī debet, ut dijūdicet de doctrīna, & canes, ac malos operarios, quāles sunt Papistē, caueat. Sed nō est nouū, q̄ Sotus & colluuios eius corrūpant dicta scripture, & ad stabiliendā suam īpietatem inflectant. Deinde, nō uideo, quid sibi Sotus uelit, quōd suscipiat suam sententia, propheeticis potius & Apostolicis scriptis, q̄ Traditionibus nō scriptis probandā. An non. n. scripture, sicut Sotus sentit, ambigua est & dubia & litera mortua, īmō litera occidēs? Et Traditiones nō scriptae sunt certissimum fidei fundamentū? Quod igit̄ est ambiguum, dubium & mortuum, quid probaret? Quod autē est certissimum fidei fundamentū, quid nō probaret? Sed etiamsi Sotus nō profiteret uerbis, scripture esse ambiguā & dubiam, tamē res ipsa testifica, quōd scripture sit ipsi usq; adeo ambigua & dubia, ut in ea explicanda quoquis uento circumferatur, & planē nesciat, ubi consistat. In lege (inquit) mandatum est: Cōstītue terminos populo per circuitum & cōtestare, ne forte uelit transcedere terminos ad uiderū dum Dñm, & pereat ex eis multitudi. Hoc dicto existimat Sotus significari, nulli līcītū esse ultra ingenium, donum & gradum, quē in ecclesia habet, inuestigare mysteria. Sed meminerit in catalogo hui⁹ populi, qui prohibet ab ascensiū in monte recenserī etiam sacerdotes. Ascendes (inquit Dñs ad Mosen) tu & Aheron tecum, Sacerdotes autē & populus, ne transeat terminos. Deinde hoc p̄ceptum, iuxta literā, loquitur de extēnūs, nō de allegoricis terminis. Postremō etiamsi allegoria hic queratur, tamē populus uerē Ecclesiæ Dei nō arcetur hoc p̄cepto à cognitione pīe doctrinæ, quā Deus in eo mōte erat promulgatus, & omnibus cognoscendā propositurus, sed tantūm à curiosa & temeraria incursione ad ea īspicienda, q̄ Deus uoluit esse abscondita. Deus. n. suscepereat decalogum recitandum. Audi igit̄, quanta seueritate exigatur diuinitūs, ut sententia eius discatur & cognoscatur. Erunt, inquit, uerba hēc, q̄ ego p̄cipio tibi hodie, in corde, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens &c. Qui s aūt unq; docuit, quōd homo inuestigare debeat mysteria, ultra ingenium, donū & gradum, quem habet in ecclesia; nisi forte Sotus sentiat, illud est mysteria

steria inuestigare ultra gradum & ingenium suum, si quis iudicat ex uero Dei, manifesta scelera Papistarum esse abominanda, manifestam in pietatem, Magiam & Idolomaniam Papistarum esse detestandam. At qui hoc est ingenium, hoc est donum, hic est gradus omnium piorum hominum, ut scelera siue vulgarium, siue sacrificulorum abominentur, & omnem impietatem detestentur. Nihilo aptius adscribit huc Sotus uerba Pauli, qui ait: Dico omnibus, qui sunt inter uos, non plus sapere, quod oportet, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei. Paulus enim hoc loco non iubet Idiotas esse in cognoscenda uerè pia doctrina stultos, stupidos, truncos & asinos ad lyram: sed iubet unumquemque de se modestè sentire, & sese non temerè, non arroganter supra alios efferre. Cognoscere autem ueram doctrinam, & ex ea Papistarum impietatem & idolomaniam iudicare, non est plus sapere quod oportet, non est sese arroganter supra alios efferre, sed est sapere ad sobrietatem, quam Deus ab omnibus uerè pijs exigit, & est humiliter uocacioni Dei obsequi. Deus enim ab unoquouis uerè pio exigit, ut caueat pseudoprophetas, canes, & malos operarios. Et haec est mensura, quam unusquisque nosse, & est opus, quod unumquemque membrum Christi operari debet. Quid uerò illud, quod huc etiam allegatur dictum Syracidae. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris? Num ex manifestis sceleribus Papistarum iudicare ipsos esse sceleratos, & ex impietate eorum iudicare ipsos esse impios Idolatras, est querere nobis altiora & fortiora? Atqui quo magis spiritus sanctus excitat pios quoscumque, ut cogitent ea, quæ præcepit Deus, eo in maiorem cognitionem inducit ipsos, ut intelligent, videant, adeoque manibus quodammodo palpent, Papistas esse excætatos, & religionem eorum esse antichristianum. Haec non est curiosa absconditorum perscrutatio, sed oculatus manifestissimaru[m] rerum aspectus. Et loquitur Syracides de altioribus, non quæ nobis in scriptura proponuntur cognoscenda & credenda, sed quæ Deus uoluit nobis esse abscondita, nec sunt in scriptis Propheticis & Apostolicis patefacta. Et quid: cùm Syracides dicat: In superuacaneis rebus noli scrutari multipliciter, num putas eum affirmare, cognitione uerè pia doctrinæ esserem superuacanam, Et eam doctrinam non esse diligentissimo studio cognoscendam? Cogita obsecro, quām contumeliosus sit Sotus in bonum uirum Syraciden. Allegatione enim huius dicti traducit eum, perinde ac si & ipse sentiret, pios homines arcendos esse à cognoscenda cœlesti doctrina, ne possint ueros doctores à pseudoprophetis discernere. Hoc non est allegare, sed infamare scripti illius auctorem. Non ignoramus, diuino fauore, quod Paulus conferat corpus Christi, quod est ecclesia, cum corpore humano, & quod suæ sint singularium membrorum functiones, nec debeat oculus dicere manui, non est mihi te opus. Haec collatio eò ualeat, ut in ecclesia mutuam inter nos habeamus charitatem, & alter alterum suo dono adiuuet. Sed quid hoc ad presens institutum? Docemus quod p[ro]p[ter]e in Christo renati, non tantum ministri, sed etiam auditores eorum debeant summam operam dare, ut ueram doctrinam religionis cognoscant, quo pios doctores à pseudoprophetis, qui hisce temporibus precipui sunt Papistæ, discernant. Sotus autem docet Laicis non licere sibi sumere iudiciū de doctrina religionis, sed debere eos iudicio suorum Prælatorum esse contentos. Putat enim illam esse ecclesiastice unionis utilitatem, ut Idiota credit, (recito autem uerba Soti) quod ei

ostenditur à doctore, & doctor intendat doctrinæ, sustentationē recipiens ab idiota. Habis uerba Soti. Non negamus, quin is qui catechisatur sermone, debeat cōmunicare ei, q̄ se catechisat in omnib. bonis. Sed qd̄ si is, qui doctoris locū occupat, peruersa & impia doceat, nū & tunc idiota credere debet? Quid, si doctor nō intendat doctrinæ, sed tantū helluet aut ociole stertat, num & tunc idiota debet ei sustentationē? At tales esse doctores & Prælatos Papisticos, scripta nostrorū & facta Papistarū mani festè cōprobant. Scimus in humano corpore oculū nō esse nec manum nec pedē. Sed num ideo manus & pedes nō habent suam ex anima q̄itā, quia nō sunt oculus? Quid si oculus factus fuerit cæcus, aut eruatur ē corpore, num idcirco nec manus nec pedes uiuere, nec moueri aut suū officium facere debēt? Quid si oculus aliò in præcipitum respiciat, ratio autē pedes recta uia dirigat? Sic in corpore Christi, q̄ sunt oculi (hoc est) doctores, debent quidē pro sua uocatione ē scriptis Propheticis & Apostolicis, rectā uiam ad cœlestem hæreditatem ostendere, nihilominus autē qui sunt manus & pedes suā habent ex capite Christo uitā, ut cùm sint renati in Christo, habeant etiam ē spiritu Christi iudicium de uera & falsa doctrina. Et si doctor impia doceat, & idiotas ad tartarū ducat, num erit sequendus? Certè Christus dicit: Si oculus tuus offendit te, erue eū, & projice abs te. Et iterū: Si sal infatuatus fuerit, q̄ salietur? Ad nihil ualeat ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et: Omittite illos, duces sunt ceci cęcorū. Ac rursus: Omnem palmitē in me non ferentem fructū, tollit. Visitatum n. & solenne est Deo, ut q̄s in ecclesia sua oculos instituerit, si fuerint cæcati, quales sunt Asotici Prælati seu Papistici sacrificuli, eruantur & projiciantur. In Osea dicit Dominus: Quia tu scientiā repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et in Malachia: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini Zebaoth. Vos autē recessistis de uia & scandalizastis plurimos in lege. Propter quod dedi uos cōtemptibiles. Et mox: Disperdet Dominus uirum, qui fecerit hoc, Magistrū & discipulū de tabernaculo Jacob &c. Sed quid multis opus? Christus ipse filius Dei nō abhorruit à Iudæorū iudicio de sua doctrina. Quis uestrum, inquiens, arguet me de peccato, hoc est, de mendacio? Et Paulus, beatū se affirmat, quod dictus eslet causam de doctrina sua apud regē Agrippā. Postq̄ igitur Papistæ reiçiunt manibus & pedibus idq̄ cōtumeliosissimè à iudicio suę doctrinæ, idiotas & laicos, in quorū catalogo recēsent nō tantum vulgares homines, uerum etiam Reges & Príncipes eorū, manifestū argumentū est, quod habeant mala causam, & diligent magis tenebras q̄ lucē. Luxta illud Christi: Omnis, qui mala agit, odit lucē, nec uenit ad lucem, ne uideantur opera eius. Deniq̄ dum non admittunt in dijudicationē doctrinæ religionis, nisi suos coniuratos & infulatos, illud præcipue agunt, ut non soli ipsi sint mancipia Satanæ, & pereant, sed etiam captiuos secum ducent populos suos in æternam damnationem, iuxta Canonem illum suum. Si Papa, Quare, ut hoc caput uerbis Soti concludam: Si hæc recte considerentur, totam hanc causam conficiunt.

CAPUT X I I I.

Cogita mihi, quæso, quantum Sotus in doctrina pietatis proficiat. Hactenus exegit, ut Idiotæ seu Laici sint in dijudicanda doctrina religionis asini ad lyrā, aut trunci & stipites. Nunc idē exigit etiam à doctoribus, Hac(inquiens)modestia constat maximè opus esse doctoribus,

ribus, ut scilicet, cùm aliquid sibi uidentur intelligere in scriptura, in religione, nō uerbo tantum, sed re uerissimè subditi sint Maioribus, atq; ipsi diuino Ordini. Et ut doctores sciant se tutò sententiā Maiorē (hoc est) Prælatorū (de horum, n. autoritate conseruanda agit Asotus) lequi, addit & il lūd: Hac, ingens, modestia & illud sit, ut etiam si erret, quamdiu tamē doctrinibus subest, & ab illis paratus est corrigi, NON IMPVTE TUR ILLE ERROR IN CVLPAM. Vides nūc Lector, quò tendat Asotus, eò uidelicet, ut omnes nō idiotæ & Laici tantum, uerum etiam Ministri ecclesiæ & professores sacrarum literarum, etiam si uideant, sentiant, intelligat, adeoq; manibus palpent, Prælatos impiam doctrinā sequi & tueri, ac sceleratam uitā ducere, tamen non reprehendant, sed mussent, ac subiçiant suam sententiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ut Prælati possint impunè quiduis pro sua libidine in causa religionis constituere & definire. Et ne forte quenquam uel laicorum uel doctorum urgeat conscientiæ remorsus, reddit bonus, scilicet uir Asotus, eum tutum ac secum, quod etiam si talis subiçiendo se Prælatorum sententiæ errauerit, tamen error ille non imputetur ei in culpam. Hæc est uerè Satanica suggestio, qua nihil potest malitiosius & pernitosius excogitari. Sed antequam de hoc dicamus, perstringemus ea, quæ Sotus recte dicere uideatur, ut intelligamus, quomodo ea ad institutum eius conueniant.

Paulus ad Corin, scribens: Non in immensum, inquit, gloriabimur, sed secundū mensurā regulæ, quam mensus est nobis Deus &c. Agnoscamus hoc dictū Pauli, sed quorsum à Soto recitat: Num q̄a Paulus nō gloriañ nisi secundū mensurā regule, quam partitus est ei Deus: nec gloriat, nisi in Dño, idcirco impietas Papistica nō est nec à doctoribus, nec à discipulis seu Idiotis & Laicis iudicanda & fugienda? Sed hæc est mensura regule, quā Deus unicuiq; in Christo renato siue Ministro ecclesiæ, siue ecclesiæ ipsi, hoc est, auditoribus piaœ doctrinæ partitur, ut caueant à Pseudoprophetis, à fermēto Pharisæorū, & probent spiritus, num sint ex Deo: Et si qs in hoc gloriañ, certè nō in seipso, sed in Dño gloriatur. Nā si qs infirmiori est ingenio, q̄ ut possit inter uarias doctrinas dijudicare, nō idcirco debet abiçere studium iudicandi, sed sequatur regulā Iacobi, qui duodecim tribubus scribens: Si cui uestrū, inquit, deest sapientia, postulet ab eo, qui dat, nēpe Deo, qui dat in q̄ omnibus simpliciter, nec exprobrat, ac Dabitur ei. Sed postulet cum fiducia, nihil hesitans. Quare, q̄ siue doctor siue discipulus, autoritate sacræ scripturæ iudicat de Papistica impietate, tantum abest, ut in immēsum glorietur, ac mensuram regulæ transiliat, & terminos suos transgrediatur, ut suum potius officiū rectissimè faciat, & se se intra terminos suæ uocationis cōtineat. Nō ignoramus suum cuiq; gradū esse in ecclesia, & suum cuiq; donum à Deo cōtigisse: Alius, n. est Apostolus, alias Episcopus, alias publicus scripturæ interpres, alias Magistratus politicus, alias Laicus, Ethī gradus, atq; hęc uitæ genera non sunt inter se temerè confundenda. Iudicare autem de doctrina religionis, hoc est, discernere inter piam & impiam doctrinā, inter ueros & falsos Prophetas, inter Apostolorū & Pharisæorū dogma, inter Euangeliū ueritatem, & Papistarum mendaciam, inter piorum λεπρέων & Monachorum idolatrian, illud demūn non est unius & alterius ordinis in ecclesia, nec unius & alterius hominis, sed omnium hominum in Christo renatorū. Et ad publicam quidē de dogmatis dijudicationē adhibendi sunt nō tantum Ministri ecclesiariū, uerum etiam illi,

qui in quovis ordine excellentes sunt ingenio, sapientia, eruditione & pietate. Res enim ipsa testificatur, donum iudicandi de doctrina non tantum ministris, sed etiam Ecclesiae ipsi diuinitatem conferri. In priuata autem disputatione, sicut unicuique necessaria est ad salutem sua propria fides, Iustus enim (inquit) ex fide SV A uiuit, ita unicuique necessarium est suum proprium, pro suo modo, iudicium, ne Caiaphae dogma ta, pro Apostolorum doctrina arripiat. Omnibus enim dicitur: Cauete a fermento Pharisaeorum, Cauete a Pseudoprophetis, Omittite illos, Cæci sunt & duces cæcorum. Probate spiritus, num sint ex Deo. Si quis uenit ad uos & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave, comunicat operibus eius malis. Quare necessarium est, ut quiuis etiam Laiicus in Christo renatus iudicet, non quidem ex humana ratione, aut carnali temeritate, sed è divina scriptura, aut pio suo Catechismo per spiritum sanctum, de doctrina Papistarum, & siquidem deprehenderit eam esse impiam (id quod sole ipso clarus est) detestetur & fugiat eam, quam contento potest cursu, nec quicquam rerum sacrarum cum Papistis communè habeat.

Sed duo sunt in hoc capite, quibus Sotus se cattere sibi putat, si forte impietatis reprehendatur. Alterum est, quod requirat modestiam in asserenda propria sententia CIRCA RES DVBIAS, & CIRCA DIFFICILIA SCRIPTVRÆ ac fidei. Quasi uero nos nunc loquamur de dubijs illis Sophisticis, quæ utilius ignoramus, quam cogitosciuntis, aut de dubijs, quorum cognitio non admodum prodest, nec ignoratio obest, aut de Grammatica in sacris literis difficultate & obscuritate, & non potius de iudicio earum rerum, quæ Renatis in Christo, uel ex ipso Catechismo sunt tam clarae, tam certæ, ut pro ipsis non tantum contra impios Papistas, organia Satanae, uerum etiam contra Satanam ipsum depugnare audeant. Ut, si quis, exempli gratia, intellexerit per spiritum sanctum, quæ sit sententia primi præcepti: Non habebis alienos deos coram me, & Symboli Apostolici, in quo recitamus nos credere in Deum Patrem, Filium & Spiritum sanctum, ac Orationis Dominicae, in qua inuocamus solum Deum Patrem coelestem, certe huic nullum amplius dubium est, quin doctrina Papistarum, qua iubent homines mortuos inuocare, & ligneam aut lapideam figuram crucis, ac statuas hominum adorare, esse manifestam impietatem, & publicam Idolomaniam. Alterum est, quod dicit hanc modestiam maxime necessariam esse doctoribus, ut cum aliquid sibi Tridentur intelligere in scriptura, in religione, non uerbo tantum, sed re, uerissime subditu sint Maioribus, atque ipsis DIVINO ORDINI. His uerbis Asotus prorsum facit non tantum ex discipulis, sed etiam ex doctoribus ipsis truncos, & asinos ad lyram, ut etiam sciant, intelligat, ac manibus etiam palpent Maiores, hoc est, Prælatos impia statueré, & sectari, tamen non debeant Prælatis contradicere, sed applaudere, & euge, belle, recte, iuste, piè, Chérubicè, Seraphicè in omnibus accinere. Hoc enim est iuxta Asotum, non uerbo tantum, uerum etiam re, uerissime Maioribus esse subditum. Sed hic cauit sibi non nihil, quod addit, Maiores debere esse subditos diuino Ordini. Nam si quis obiecerit ei, nihil esse magis absurdum, impium, crudelē & tyrannicum, quam doctores Maioribus ita subiçere, ut illi necesse habeant ipsis, quamvis impia statuentibus cedere, habet asylum, quo configiat, & dicat, se sentire, quod doctores tum debeant Maioribus

bus seu Prælati subiuncti, cùm Prælati subiuncti diuino Ordini. Sed quid uocet diuinum Ordinem, non explicat, Num uidelicet his nominibus intelligat, uel Prophetica & Apostolica scripta, uel traditioes nō scriptas, uel scrinium pectoris Pontificij. Nō certè intelligit nomine diuini Ordinis sacrā scripturam, quippe quā aliās uocat obscurā, dubiam, ambiguā, literā mortuam, & literā occidentem. Reliquū igitur est, quod intelligat Traditiones nō scriptas, & scrinium pectoris Pōtificij. Itaq; res eò redit, ut doctores, quamvis clarissimis testimonijs sacræ scripturæ muniti, & magna pietate p̄diti, necesse habeant sententij Prælatorū, quantumuis absurdis & impijs cedere. Quid plura? Sotus illud unum urget, ut tam discipuli, q̄ doctores, tam Laici, q̄ Presbyteri sint trunci, & agnoscant quāuis statuta Prælatorum pro oraculis spiritus sancti. Et quo promptiores sint ad hanc obedientiam, conatur eos in conscientia sua securos reddere. Etiam si, inquiens, errent, tamē quamdiu doctioribus subsunt, & parati sunt ab illis corrigi, non imputetur ille error in culpam. Quid potest uanius, quid magis impium dicitur? Quid enim? An si quis cum doctioribus errauerit, errabit impunē? Si dicente me (inquit Dominus) ad impium morte morieris, non adnūnciaueris ei, neq; locutus fueris, ut auertatur à tua sua impiā & uiuat, I P S E I M P I V S I N I N I Q V I T A T E S V A M O R I E T V R , sanguinem autem eius de manu tua requirā. Dominus Deus noster dicit, hominē impium, sectantem doctrinam speculatoris sui, nō explicantis grauitatē impietatis, mori in iniuitate sua. Sotus autē Deo longē sapientior, dicit errorem impij obsequēti errori doctiōe seu prælatorū suorum nō imputari in culpā.

Ezech. 3:

Et iterum: Homo de domo Israel & de proselytis qui cuncti adueniuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniuitatis suae statuerit contra faciem suam, & uenerit ad Prophetā ut interroget me per eū, ego Dominus respondebo ei per me. Et ponam faciem meam super hominē illū, & faciā eum in exemplum & in proverbiū, & disperdā eum de medio populi mei. Et de Propheta; Propheta, inquit Dns, cùm errauerit, & locutus fuerit uerbum, ego Dns decepi prophetam illū, & extendam manum meam super eum, & delebo eum de medio populi mei Israel. Dns dicit, se & Pseudoprophetam, & discipulum eius de medio populi deleturum. Sotus autem liberat discipulum à culpa, & uociferatur, errorem ipsi non imputari.

Si cecus, inquit Christus, ceco dux fuerit, ambo in foueam cadunt. Sotus autē, industrius scilicet uir, cæcum seductum detinet, ne in foueam cadat. Atq; haud scio, num unā cum ipso seductorē etiam detineat, si modo is scrinium pectoris Pontificij adorauerit. Væ uobis, (inquit iterum Christus) Scribæ & Pharisei, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis uolum proselytum, & quum fuerit factus, facitis uobis filium gehennæ duplo magis q̄ uos estis. Filius Dei affirmat hominem seductum doctrinā Scribarū & Phariseorū, dupli incendio gehennæ dignū. Sotus autē, filius diaboli sic eum à culpa absoluīt, ut affirmet errorē ipsi non imputandum. Hoc non solum nō est ipsum facere dupli incendio gehennæ dignum, uerum etiam prorsus à gehenna liberare. Habes igitur Sotum, insignem concionatorem, qui multo sapientius cognoscit, quid de discipulis Pseudoprophetarum coram tribunalī Dei agatur, quam sp̄ritus ipse sanctus. Quis ergo tanto uiro non assurgeret?

Interea instituit etiam grauem cohortationem, ne quis excedat pro-

primos limites, ne se exponat grauissimo periculo temerariæ assertio[n]is. Sed trepidandum (inquit), nec usquam magis timendum, si recte sapimus, quam in nostra sententia afferenda. Et quidem mox affirmat, hanc tuncam considerationem, suo quidem iudicio, (quod certè diuino scilicet, spiritu est insignitum) solam posse tutum reddere doctorem, & diuinæ gratiæ præparare, si adsit, sola auferre stultas, & sine disciplina quaestiones, quas deuitandas Paulus docet. Quasi uero uocatione Dei & sententiâ spiritus sancti incognoscenda uere pia doctrina, & in detestanda omni Papistica impietate seq[ue]ntia, sit proprios limites excedere, temerariæ assertio[n]em suscipere, ac stultas & ineruditas quaestiones excitare. Iстis enim uanis, & mentium seductoribus stultum & ineruditum est quaere, num solus Christus filius Dei sit mediator Dei & hominum; num sola Passio Christi sit expiatio peccatorum nostrorum; num coram tribunali Dei confidentum sit iustitia Christi, an meritis nostrorum operum: num solus Dominus noster, per Iesum Christum unigenitum filium suum in spiritu sancto sit inuocandus: num institutio Christi in eommunione Cœnæ Dominicæ sit seruanda, & infinita alia. Hæc & id genus alia quaestiones sunt istis hominibus stultæ, & sine disciplina, ac reuera origo quedam, (utor enim uerbis Sotii) & seminarium heresum. Scire autem, quod Papa habeat omnia iura in scrinio pectoris sui, quod est solo hoc pectore sit pendendum, quod etiamsi Papa duxerit nos secum ad gehennam, non sit reclamandum, quod decreta Papisticorum Conciliorum, siue pia, siue impia, simpliciter sint sectaida, quippe quod ille error non imputetur in culpam: haec demum illa sunt, quæ nos iustificant, uiuificant, beant & saluant, scilicet.

Postremo, Lutherus quoque & omnes eius discipuli in medium producuntur, & accusantur temeritatis & arrogantiæ, quod illa loca scripturæ: Frustra me colunt mandatis hominum; Dies obseruat[ur] & tempora, ac similia, (de quibus tamen bonus vir in præsentia nihil vult agere, sed tantum exempli gratia recitare) longè aliter interpretetur, quam Patres, & quod damnent non solum antiquissima Ecclesiæ præcepta, sed etiam traditiones Apostolicas, & uota ipsa monachatus, tam manifeste (inquit) probata in sacra scriptura. Sed paucis respondeo: Haec tot ferent esse mendacia, quot sunt uerba. Quod ad expositiones Patrum attinet, nec mihi quidem libet in præsentia omnes excuteret, illud autem dico, quod Pharisei & Scribæ idem prorsus potuissent Christo filio Dei obijcere, quod hoc loco Sotus Luthero & discipulis eius obijcit, uidelicet, nullum unquam Rabinum hoc uerbum Esaiæ: Frustra me colunt &c. sic interpretatum esse, quemadmodum Iesus ille Nazarenus recens exortus aduersus seniorum traditiones interpretatur. Sed bene habet. Cœlestis Pater non de Patribus, sed de Christo filio suo dixit: HVNC AVITATE. Non quod Patres omnino non sit audiendi, sed quod uox filij Dei omnibus sit præferenda, & tum Patres sint audiendi, cum uocem filij Dei sonant. Non est autem mirum, quod locum Esaiæ uel Patres aliter sint interpretati, quam Lutherus, uel Papista facillime queant alter interpretari. Temporibus enim ueterum Ecclesiasticorum Patrum, homo ille sceleratus, filius perditus, qui sedens in templo Dei, ostentat se ipsum esse deum, & si agebat mysterium iniquitatis, tamen nondum erat patefactus. Temporibus autem Patrum scholasticorum horum fuit Sophistarum, & potestas tenebrarum, Et quibus sacra scriptura est

ta est ambigua, dubia, flexiloqua, litera mortua & occidens, quibusque facillimum est, è sacra scriptura facere fabulas Aesopi, cùm libet, non est dubium, quin & ijs facillimum sit, sacræ scripturæ sententiam, quam uelint, inferre. Quid plura? Vestrum est, Asote, scripturam ad tempus aptare, & uno tempore sic, alio tempore aliter interpretari. Vestrum est de Deo affirmare, quod iudicium eius, uestræ ecclesiæ iudicio cedat. Non est igitur mirum, quod possitis & hunc Esaiæ locum, cuius iam aliquoties mentio facta est, aliter, sine ulla literæ repugnantia, exponere. Cæterum, quod Lutherus, & qui doctrinam eius sequuntur, damnent, ut Sotus nugatur, antiquissima Ecclesiæ præcepta, (si modò fuerint uero Domini consentanea) & Traditiones Apostolicas, si constiterit eas esse ueræ Apostolicas, & quod uota monachatus manifestè sint probata in scriptura, pura puta sunt mendacia, & eadem facilitate à nobis contemnuntur, qua ab Asoto effutuntur. Nam, quod non possit intelligere nostram afferendi libertatem coniunctam esse tantæ modestiæ, quam exigit Deus, mirandum non est in eo homine, qui nec quid sit uel afferendi libertas, uel pia modestia, recte intelligit, immo qui tam exculatus est, ut palpet in meridie, sicut solet cæcus palpare in meridie,

CAPVT DECIMVM QVIINTVM.

IN TÍO huius capituli Asotus partim rectè recitat Augustini & nostram sententiam de sacra scriptura, & ecclesiasticis scriptoribus, partim mendacia intermiscet, & calumniatur. Certè parati sumus à docti-
bus corrigi, Et unâ cum Augustino affirmamus, quod solis scripturis sine ulla dubitatione credendum sit, Cæteris autem omnibus nō adhibendam fidem, nisi quantum uel per Canonicas scripturas, uel alia ra-
tione, quod afferunt, probauerint. Et hactenus nihil absurdum in hoc capite audiimus, sed illud, quod addit, manifestum est mendacium, nos nostros sensus ita sequi, ut nulli cedamus. Illud autem ueterotorum & uirulentum est, quod dicit, se nescire an Brentius alicui, uel ex suis ce-
dat. Quantum enim mihi Nostrî, & Brentius cogniti sunt, non dubito,
quoniam & si non cedunt Papistis impia, magica & idolatrica docentibus, ta-
men cedant omnibus alijs, siue ueteribus scriptoribus, siue suis colle-
gis, qui suam sententiam testimonij scriptorum Propheticorum & Apo-
stolicorum, aut rationibus huic scripturæ consentaneis, probauen-
t. Sed quia sceleratus homo non potest hoc nostrorum & Brentij
institutum damnare, rejicit eos ad tribunal Dei. Hæc (inquiens) excusationes ualere possunt apud homines, Deus autem considerat cordium ueritatem. Quo artificio recte significat, ipsos sententiæ suæ uerbis quidem autoritatem sacræ scripturæ prætexere, re autem ipsa longè aliud in corde cogitare. Quid ad hæc aliud dicam, quam quod os Asoti lo-
quatur ex abundantia cordis sui, & quod Asotus metiatur nostros è suo & suorum ingenio. Postquam enim ipse unâ cum suis Prælatis ore quidem fateantur Deum, corde autem longè ab eo absint, & sacram scripturam uerbis quidem commendent, in animo autem extremo odio abominentur, existimant nostros similiter affectos. Sed gaude-
mus ex animo, quod hæc causa, uel tandem ad tribunal Dei rejiciatur.
Et si enim non defugimus etiam in hac terra iudicium eruditorum &
piorum uitiorum, & fatemur nos aliás, si Deus intraret nobiscum in

Iudicium, non posse severitatem iudicij eius sustinere, tamen in hac religione causa, quā habemus aduersus Impietatē, Idolomaniam & Antichristianismum Papistarum, tantum abest, ut metuamus nobis ab ira DEI, ut potius summa conscientiae alacritate cupiamus, quā primum ei uisum fuerit, coram tribunalē eius, contra aduersarios nostros sisti. Non enim dubitamus, quin uos Papistæ tunc præ angustia spiritus (ut uerbis Sapientiæ utar) gementes dicturi sitis de nobis: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperiū, Nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, &c.

Sed Sotus in præsentia omittit Patres uiuentes & præsentes, quorum autoritatē nos subiiciamus, & infixo in Brentium uenenato aculeo, uertit se ad Patres antiquos & iam mortuos, & omnino contendit, ut si non uiuentibus & recentioribus, uel saltem mortuis & antiquis cedamus, ac obtrudit nobis Athanasios, Basilius, Gregorios, Nazianzenos, & reliquos. Miror autem cur in hoc catalogo non addiderit etiam Aquinates, Scotos, Bonauenturas, Bricotos, Bruliferos, Tartaretos, & similes, qui & ipsi mortui sunt, & aliqua ex parte antiqui. Sed audiamus causas, cur horum iudicio debeamus cedere. Quis dubitare (inquit) potest lumina illa Ecclesiæ, qui sanctitate, miraculis & eximia doctrina floruerunt, merito ab his omnibus debere superiores agnoscit, qui modò superstites sunt in Ecclesia? Respondeo. Hæc est uestus Papistarum cantilena, quam cecinit nobis etiam Erasmus, cùm aduersus Lutherum de libero arbitrio scriberet. Quod igitur ibi Lutherus Erasmo respondet, hoc sciat A. Sotus sibi quoque responsum esse. Et quanquam etiam ipsa conatus est Erasmus refutare, sed maiorī uerborum apparatu, quam rei ueritate. Ac fatetur ipse quoque Sotus, quod Patres antiqui potuerint in quibusdam ut homines errare, sed addit, quod Ecclesia agnoscat eos in his, quæ ad fidem & salutem æternam pertinent, nequaquam errasse. Primum ergo, si potuerunt, ut homines, errare in quibusdam, quomodo tutò possimus sententiæ eorum cederes? Nunquid etiam erroribus est cedendum & fauendum? Deinde, quæ est illa ecclesia, quæ agnoscit eos nequaquam errasse in his, quæ pertinent ad uitam & salutem æternam? Speramus & nos ipsis, pro Christiana charitate, quod etiam si errauerint alicubi, tamen resipuerint, & cùm retinuerint fundamentum, quod est Christus, consecuti sint à Deo errati condonationem, ut nunc fœliciter in Christo quiescant. Sed quod in scriptis eorum non contineantur dicta, quæ cum fide & æterna salute non pugnare uideantur, hoc ne ipsis quidem Papisticissimos Papistas affirmare puto. Ac profectò ea est fortuna illorum optimorum Patrum, quod Papistæ ex ipsis scriptis ea, ad quæ esset conniuendum, & quæ infirmitati eorum essent condonanda, decerpere, quæ autem pœdicta sunt, aut rejecere, aut ad suam impietatem inflectere soleant. Praeterea, cùm detestamur impiam Papistarum Magiam, Idolomaniam & Antichristianismum, non præferimus nostrum iudicium piorum Patrum, quorum temporibus filius ille perditus nondum erat sic paterfactus, iudicio, sed sequimur iudicium spiritus sancti, qui iubet Antichristianismum, autoritate uerbi Dei, condemnare. Et quid uos Papistæ iactatis autoritatē uetustiorum Patrum, cùm manifestum sit,

quod

quod reformationem ecclesiæ uestræ non modò non secundum scripta Patrum, uerum etiam nec secundum decreta uestrorum Canonum ferre possitis? Ex Patribus decerpitis ea, quæ libet. Ex Canonibus similiter, quæ faciunt ad farinam. Reliquis omnibus mandatis laqueum: aut uerbum Statuendi interpretamini pro uerbo Abrogandi. Breuiter, cùm libet, sacra scripture est uobis oraculum spiritus sancti: cùm rursus libet, est litera obscura, mortua & occidens. Cùm placet, Patres sunt uobis sacrosancti: Cùm rursus displicet, Patres non sunt efficaces, aut locuti sunt excessiuè. Cùm uisum est, Canones uestri sunt autenticissimi, cùm rursus uisum est, Canones pendent è scrinio pectoris Pontificij, ut Papistis in his terris nunquam ullum impudentius & præfractius genus hominum fuerit. Non ignoro, inter pios eam debere esse modestiam & humilitatem spiritus, ut alter alterum honore præueniat, & superiorem arbitretur. Sed quantum Patres, alter alteri nonnunquam cesserit, non est obscurum. Quæ fuerit uehementia ingenij Chrysostomi, nemo nescit, nisi qui est historiae rerum gestarum ignarus. Et quantum Hieronymus Augustino cesserit, mutuae ipsorum epistolæ testantur. Sed demus humilitatem spiritus, uel maximam fuisse inter ueteres Patres, num cesserunt sibi inuicem in impietate? Num applauerunt aliorum erroribus? Num pñ Episcopi cesserunt Ario Presbytero? Num Episcopi Græciae cesserunt Nestorio superiori suo Episcopo Constantinopolitano? Num Hieronymus cessit Iouiniano, Eluidio, Vigilantio, & alijs? Num Augustinus Manichæis & Pelagianis? Dices, hos fuisse hæreticos, ideoque non fuisse ipsis cedendum. Rectè. Si ergo non est cedendum hæreticis, multò minus Idololatris & Antichristianis, quarum impiatum uos Papistas accusamus. Sed respondetis, Vos harum impiatum nondum esse legitimè conuictos. Quæro igitur, quid uocetis, legitimè conuinci. Num id est legitimè conuinci, cùm uidelicet condemnatur quispiam à Concilio Papistico, Constantiensi, (exempli gratia) aut Tridentino? Sic fatemur uos nondum esse legitimè conuictos, sed potius iustificatos. Num collatione sacræ scripture cum uestro doctrinæ & uitæ genere facta coram Deo, & pñs quibusque Antichristianismi condemnari? Sic certè conuicti estis legitimissime. Iterum respondes, te id negare, & uos condemnatos, nobis, non autem uobis iudicibus. Cùm igitur, nec uos nostrum, nec nos uestrum iudicium moramur, necesse habemus iudicium huius causæ Domino Deo nostro deferre, ut ipse tandem sententiam pronunciet, sicut quondam pronunciavit inter regnum Iudeæ & Israel, inter Christum & Phariseos, & inter Ethnicas gentes ac Christianos. Sed bene habet, Sotus ipse liberat nos ab omni temeritate & præsumptione. Dicit enim, nullum esse periculum, si te etiam inferiori subiçias, in R E N O N M A N I F E S T A. Et mox: Quid rogo, tutius est, inquit, quam quoties D V B L V M est, quis alteri sit præferendus, omnibus te subiçere. Hic Sotus subiçit nos etiam inferioribus tantum in rebus non manifestis & dubijs. Nam in rebus manifestis & indubitatis liberat nos à subiectione. Postea enim cap. 19. sic scribit: Respondemus (inquiens) multa esse M A N I F E S T E & P R A E T E R D V B I T A T I O N E M O M N E M contraria ueritati fidei, hæc sine dubio reiçienda sunt ab omnibus. Quid igitur dicemus? Postquam Papistis sacra scripture est ambigua, dubia, incerta, & litera mortua, ac decernunt ipsis publicè anathæ-

ma esse, qui statuit se certò habere peccatorum remissionem propter Christum, necessariò sequitur, quòd omnia, quæ ad fidem & æternam salutem pertinent, sive ipsiis incerta, dubia, ambigua & mortua. Quare non est mirum, quòd quoquis uento doctrinæ circumferantur, & probè sibi consulunt, quòd alter alteri se subiçiat, quo liceat ipsiis tranquillam in hoc seculo uitam ducere, adeoq; Sotus pro sua professione nihil scit esse tutius, quam quoties dubium est, quis sit alteri præferendus, omnibus te subiçere. Dubia autem est ipsiis sacra scriptura, quam cùm tradiderint nobis Prophetæ & Apostoli, per spiritum sanctum, dubium etiam est, num Prophetæ & Apostoli, adeoq; spiritus ipse sanctus, præferendi sint Papæ & Prælati eius. Nihil ergo Asoto & Papistis eius tutius est, quam ut subiçiant se omnibus Papis & Prælati, quamvis planè cum spiritu sancto pugnantia decreuerint, præsertim cùm sentiant Papam alios omnes iudicare, ipsum autem à nullo iudicandum. Nobis autem, qui renati sumus in Christo filio Dei per fidem, & eruditæ doctrina uerè pia, non sunt dubia, sed manifesta ea, quæ ad æternam nostram salutem pertinent, & habentus earum rerum è certissimis scriptis Prophetarum & Apostolorum, certissima testimonia. Ac siquidem Sotus, cùm de dubijs & non manifestis loquitur, intelligit ea, quæ Sophistæ eius hactenus nobis è Sententiarib; ipsorum obtruserunt, libenter ea uobis dubitanda relinquimus, & utiliter ignoramus. Si autem intelligit ea, quæ nobis sacra scriptura aperte & perspicue credenda ac facienda tradit, & quæ ad æternam nostram salutem sufficiunt, non debemus, nec possumus negare, quin ea omnibus in Christo renatis sint patefacta, & certissime pro suo modo cognita. Tametsi enim nostri suas quoque imbecillitates habent, tamen omnes uno spiritu agnoscunt, & uno ore confitentur, quòd solus Iesus Christus filius Dei sit expiator peccatorum nostrorum, & mediator inter Deum & homines, Papa autem & Papistæ eius sint Magi, Idolatræ & Antichristi. Nam in hoc præcipue, ut paucissimis dicam, constat æterna nostra salus, ut uerè cognoscatur, Iesum esse Christum, & Papam esse Antichristum. Quare inter Papistas quidem tutissimum est, Papæ & Prælati eius, etiam contra proprium iudicium fidem habere: inter Christianos autem, & uerè in Christo renatos, nihil est turpius, nihil periculosius, quam alteri, præter Prophetarum & Apostolorum oracula, ita fidem habere, ut dogmata eius absque ullo iudicio, & collatione ad Prophetica & Apostolica scripta agnoscas.

CAPVT XVI.

PERGIT Sotus in suis φλυαρίαις, & recenset nobis tres gradus modestiæ, quos putat esse in iudicandis rebus scripturæ dubijs & difficilibus necessarios. Sed suscipit rem in præsentia superuacaneam docendam. Spero nostris non esse ignotos modestiæ fines & officia suo loco. Sotus uero, aut non intelligit sententiam Brentij, de adhibendo proprio iudicio, aut de industria calumniatur, & existimat illud esse modestiæ officium, ut in confessione fidei, non detesteris impietatem, sed dissimules ueritatē, & sequareis iudicium impiorum Paparū, & Papistorum Prælatorum. Brentius enim, quemadmodum suprà ostendimus, cùm scribit, unumquemuis debere in dijicatione doctrinæ suæ proprium

proprium iudicium adhibere: Primum, non loquitur de excæcatis Papi
stis, qui nullum prorsus in uera doctrina religionis iudicium habet, tan-
tum abest, ut proprium iudicium adhibere queant; sed loquitur de uerè
in Christo renatis. Deinde non sentit adhibendum esse iudicium huma-
næ rationis, quod est peccato corruptum, sed iudicium spiritus Christi,
quo quicunq; Christi est, præditus est. Adhæc non loquitur de grāma-
ticis dubijs & difficultatibus in sacra scripture, sed de rebus manifestis,
ad eternam salutem cognitu necessarijs, de quibus Ioannes scribit: Hęc,
inquit, scripsi uobis de his, qui SEDVCVNT VOS. Et unctio, quam
aceperistis ab eo, manet in uobis, & non necesse habetis, ut quisq; doceat
uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de OMNIBVS, & uerax est, & non
est mendacium. Et Paulus: Spiritualis, inquit, dijudicat omnia, ipse uero
a nemine dijudicatur. Postremo loquitur in præsentia de dijudicanda
ex autoritate sacræ scripture, Papistica impietate, & de execrando Anti-
christianismo. Hac in re modestum esse, & cedere impiō aliorū siue do-
ctorum siue indoctorum iudicio, summæ est immodestia, & est nō ho-
mini siue maiori, siue minori, sed Satanę ipsi cedere. Quisquis enim me,
inquit filius Dei, abnegauerit coram hominibus, eum negabo & ego co-
ram Patre meo, qui est in cœlis. Et qui amauerit patrem & matrem supra
me, non est me dignus. Quare Sotus reijciat concionem suam de gradis
bus modestiæ in alium locum. Hic, cùm agitur de confitenda ueritate,
& de detestanda impietate, modestiæ genus est, esse immodestum, hoc
est, firmum & constantem, etiam si uniuersus Papisticus orbis reclama-
uerit. At enim, dicit Asotus, nondum est notorium, quod uos sitis Chri-
sti, Papistæ autem Antichristi. Sed respondeo, quod antea. Etsi hoc uo-
bis Papistis non est fortassis notorium, tamen p̄s quibusq; Christiano
Catechismo eruditis manifestissimum est. Nec dubitamus, quin Deus
Pater Domini nostri Iesu Christo sit hoc, suo tempore, uniuerso orbi pa-
tefacturus.

CAPVT XVII.

RES ipsa testificatur, Sotum non solum exigere à nobis, ut in rebus
diuinis simus stupidi, & asini ad lyram, uerum etiam iudicare ip-
sum, quod nos prorsum simus stupidi & trunci. In hoc enim ca-
pite, quod antea multis uanis uerbis de abiçiendo proprio suo iudicio
effutuimus, hoc nunce exemplis docendum & explicandum suscipit, perin-
de ac si tanto ingenij lethargo laboraremus, ut absq; exemplorum reci-
tatione acumen doctrinæ eius non potuissemus hactenus assequi. Sed
hic, obsecro, considera mihi insigne Soticæ uertiginis exemplum. Do-
cet nos in iudicando de cōtrouersijs in doctrina religionis modestiam,
& iubet nos posthabito nostro iudicio, etiam si habeamus pro nostra sen-
tentia apertissima, & ut ipse loquitur, efficacissima loca scripture, sen-
tentia doctiorum Patrum cedere, adeoq; alios nobis doctiores reputa-
re. Interea tamen accidit ei, quod Diogeni, qui cùm calcando culcitram
Platonis paulò preciosiore & elegantiorem diceret: Caleo fastum Plato-
nis, audit ab ipso, sed alio fastu: ita & Sotus, cùm docet nos in iudicio de
doctrina religionis modestiam, egreditur ipse omnes modestiæ fines.
Si enim in tali dijudicatione ea modestia est seruanda, ut abiçciendum
sit suum proprium iudicium, & assentiendum doctioribus, cur iudicat
ipse Lutherum, cur Galuinum, cur Brentium, cur alios Lutheranos?

Num existimat se his esse doctiores? At hoc pugnat cum definitione modestiae eius, & est species arrogantiæ. Cur ipse & fraterculi eius nostros propter suam Euāgelij professionē, nō modò anathematis execrantur, uerumetiā proscribunt, gladio interficiunt, aqua suffocat, laqueis suspendunt, igni exurunt? Hæc certè nō est modestia, sed immodestissima crudelitas, & extrema immanitas. Tolerabile esset, si iudicaretis uos omnibus Lutheranis doctiores. Illud autē molestū & graue est, quod uestrum propriū iudicium ita mordicus retineatis, ut nisi sequamur, omni crudelitatis genere in nos grassemini. Hic certè mos nō est, nisi ecclesiæ Cainicæ & Pharisæicæ. Sed accedamus ad ea exempla, q̄ Sotus ipse in hoc capitulo cōmemorat. Initio profert exemplum de controuersia, in causa liberi arbitrij. In hac causa Augustinus & Concilium Palæstinū damnarunt Pelagianos. Hęccine est modestia, quam docet Sotus? An nō scriptum est: Nolite iudicare, ne iudicemini? An non Paulus scribit: Non plus sapere, q̄ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et: In humilitate spiritus superiores inuicem iudicantes. Et iterum: Id ipsum inuicem sentientes, non arroganter de uobis ipsis sentientes, sed humilibus uos accomodantes. Ne sitis arrogantes apud uosmetipso. Cur igitur Augustinus, & ij, qui interfuerunt Concilio Palæstino non abiecerunt suum proprium iudicium, & non iudicarunt Pelagianos se doctiores? Cur nō in humilitate spiritus iudicarunt Pelagianos superiores? Cur tanta sunt arrogantia, ut de sententia Pelagianorum, qui & ipsi prætexebat testimonia scripturaræ, non solum iudicandū suscipiant, uerum etiam condemnent? Et, ut quod antea attigi, repetam, cur Sotus tanta est contra dicta Pauli, quæ iam recitauimus, temeritate, ut iudicet Lutherum, Caluinum, & reliquos discipulos Lutheri, (sic enim loquitur) resuscitasse antiquū, & iam diu sepultum errorem Manichæi, Viclephi, & aliorū de libero arbitrio errorem? Cur temerario iudicio uociferatur eos multas tragedias excitare, & Patres omnes reūscere? An non Christus dixit: Nolite iudicare, ne iudicemini? An non Paulus monet, ut in humilitate spiritus alter alterum superiorem se iudicet? Debuisset igitur Sotus, pro sua modestia & humilitate, quam nos docet, Lutherum, Caluinum, & reliquos Lutheri discipulos se superiores agnoscere, & posthabito proprio furo iudicio, etiam si haberet efficacissima loca scripturaræ, sententiam eorum approbare. Dicit, Lutherani sunt hæretici. Iustū igitur est, ut damnentur. Sed quis iudicauit eos hæreticos? Quis? Papa, Prælati, & omnes Papistice Academiæ. Pugnarunt ergo cum dicto Christi: Nolite iudicare, ut nō iudicemini. Et cum dicto Pauli: In humilitate spiritus superiores inuicem iudicantes. Cur igitur iudicarunt Lutheranos? cur non in humilitate spiritus iudicarunt eos se superiores? Respondebit, Iudicium esse penes Papam & Prælatos, non penes Lutheranos. Illud igitur dicens: Papam & Prælatos esse ex hoc dicto Christi: Nolite iudicare, ne iudicemini, exemptos, adeoq; sic exemptos, ut liceat ipsis alios siue uerē siue falso iudicare & condemnare? Non, inquis, falso, sed uerē. Vnde igit̄ cognoscemus eos uerē iudicasse? Num ex eo, quod Papa, sit Papa, & Prælati, sint Prælati, an ex illo, quod conuicerint Lutheranos hæreseos, testimonij sacræ scripturaræ recte intellectis? Quicquid responderis, habemus, quod refutemus. Nam si dixeris, Papam & Prælatos uerē de Lutheranis iudicasse ex eo quod sint Papa & Prælati, quia tanto spiritus sancti priuilegio sint diuinatus ornati, ut non possint errare, tunc duo obstant. Alter, quod dubitan-

dum

dum nobis sit, num Papa & Prælati sint legitimè electi, hoc est, num sint uerè Papa & Prælati. Vesta enim doctrina est, quod homines non possint esse certi, num sacerdos uerè consecret & transsubstaniet panem & uinum in Missa, propterea quod nō possint esse certi, num ille uerè sit in fæcere consecratus, & non concurrerit aliquid uitium uel in suffraganeo cōsecrante, uel in persona consecranda, uel in cōsecuratioñ modo: ita nō possumus esse certi num Papa & Prælati sint uerè Papa & Prælati, propterea quod nesciamus num sint legitimè electi, ne forte aliquid uitij interuenerit, qd cum legitima electione pugnet. Testatur, n. historiæ, fœminâ fuisse Papam, & manifestū est, quibus artibus Prælati ad suas dignitates perueniāt. Cūm igit̄ necessariò dubitamus de electione eorū, dubitandum nobis etiam erit, num sententia ipsorum dānationis sit uera & legitima. Sed & ipsi ex sua ipsorum doctrina dubitant, nū sint in gratia, & habent spiritū sanctum. Quomodo ergo nos certò sciēmus, nū sententia damnationis eorum sit ē spiritu sancto? Aliud est, si de Imperatoribus Romanis & de terrenis patribus loquaris. Etsi, n. & illorū electio potest fieri illegitimè, & hi nō ex omni parte liberis certi sunt, tamē quia h̄c agitur de rebus terrenis & temporalibus, illi Imperatori obediendū est, quem publicus cōsensus approbat, & illi patres honorandi sunt, q̄s nuptiæ aut alię probabiles conjecturæ demonstrant. In iudicio autē & sententia Papæ & Prælatorū eius agitur de æterna nostra salute. Quare uidendum est cui a sentiamur, ne uidelicet pro Papa obediamus Antichristo, & pereamus in æternū. Alterum est, quod nōdum sit certum, Papam & Prælatos, etiam si maximè legitimè iuxta ipsorum Canones, sint electi, nō possint in Concilijs suis errare. Nam si hoc certū & uerè definitū esset, nō esset nobis amplius opus sacra scriptura, sed sufficeret nobis ad æternā salutē, ut penderemus ē scrinio pectoris Papæ & Prælatorū eius. Quod si hæc stat uobis sententia, dicite tandem clare, aperte, perspicue, doctrinā salutis nostræ æterna nō amplius petendā ē scriptis Propheticis & Apostolicis, sed tantum ē scrinio uestrī pectoris, ut sciamus hunc solū esse statum controuersiæ, quam de doctrina religionis uobiscū habemus. Quid, n. opus est tot ambagiis, de libero arbitrio, de lege, de iusticia fidei, de meritis operū, de numero & usu Sacramentorum, de Invocatione Sanctorū, de adoratio, ne sculptilium & imaginū, dēq̄ infinitis alijs articulis? quin poti⁹ dícite qd in latebris cordis uestrī haud dubiè reconditū est, scripturā sacrā esse abiiciendā, & solum scrinium pectoris uestrī esse obseruādum. Tunc, n. videbit omnis caro, hanc controuersiam probè esse finitam, & ē medio sublatā. Si autē dixeris Lutheranos conuictos esse hæreſeos, testimonij sacrae scripturæ recte intellectis, laudamus uestram hac in parte honestatē, quod scripturæ aliquem locum in uestris Concilijs tribuatis. Inspicimus igit̄ ea scripturæ testimonia, & videamus nū recte, ut iactatis, sint intellecta. Sed iter⁹ audio, Num tu homo priuatus uis denuō iudicare de re iam à Papa & Prælatis eius iudicata? Videlis igit̄ Papistæ, uos semper eodē relabi, ut solū scrinii pectoris uestrī adorem⁹. Etsi, n. p̄texitis nomine scripture, tamē contenditis ius interpretandi eā penes uos solos esse sitū, ut si, exempli gratia, uerbū Statuendi p̄ uerbo Abrogandi, & uocabulū Oēs, pro, Non oēs, exposueritis, pro oraculo spiritus sancti agnoscamus. Hoc certè est nōs ad solum scrinium pectoris uestrī reuocare. Longè aut̄ aliud fuit institutum Augustini, & aliorū uetus forum ac p̄iorū Patrum. Quæ enim docuerunt, ea explicuerunt & munierunt testimonijs sacrae

scripturæ, quæ & ipsi primi expenderunt, nū recte intelligent, & alij ex/pendenda reliquerunt. Nō quorūlibet, inq Augustinus, disputationes, quamvis catholicorū & laudatorū hominum uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis nō liceat, salua honorificentia, q̄ illis debet ho- minib⁹, aliquid in eorū scriptis improbare atq̄ respuerē, si forte inuene- rimus quid aliter senserit, q̄ ueritas habet diuinio adiutorio, uel ab alijs in- tellecta, uel à nobis. TALIS ego sum in scriptis aliorū. Tales utolo esse in- tellectores meorū. Et iterum: Alios ita lego, ut quantalibet sanctitate, do- ctrinac⁹ prepolleant, nō ideo uerū putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi, uel per illos autores Canonicos, uel probabili ratione, quod à uero nō abhorreat, persuadere potuerunt. Vult Augustinus, ut sicut ipse libe- rē iudicat de aliorū scriptis, ita alij liberē de suis scriptis iudicent. Asotus autē vult, ut posthabito tuo proprio iudicio, statim alieno, Papæ uideli- cet, & Prelatorum eius adhæreas. Quid magis tyrannicū? Quām longe abest Sotus à modestia Mosi, qui cùm pro eo Iosua emularet, quod & El- dad & Medad in castris prophetarent, respōdit: Quis tribuat, ut omnis po- pulus prophetet, & det eis Dñs sp̄itū suū; Paulus dicit, Spiritus Pro- phetarū Prophetis sunt subiecti. Asotus autē dicit: sp̄itū Papæ & Prela- torū suorum nō sunt alijs subiecti. Cui igitur assentiamur? Sed sinamus Asotū sua uertigine frui, qui, & si aliás uidetur autoritati sacræ scripturæ nō iūlit tribuere, tamē cùm interpretationē eius subiicit scrinio pecto- ris Papæ & Prelatorū eius, nō solum subiicit eam libidini Antichristi, ue- rum etiā conatur utiuersam ecclesiam in barathrū æternę damnationis coniūcere. Nam, qđ ad causam liberi arbitrij attinet, & si Augustinus in ea causa explicanda bonā operam, idq̄ ē sacra scripturā nauauit, tamē & ea uera Ecclesia, q̄ fuit ante tempora Augustini, admonita ē scriptis Pro- pheticis & Apostolicis, nō ignorauit, quid recte eset de libero hominis arbitrio sentiendū, & his temporibus Lutherus, diuino beneficio, tā autori- tate sacræ scripturæ, q̄ etiā testimonio Augustini, ita explicit, ut nul- lis in Christo renatus, & in uerè pia doctrina eruditus, aliquid desiderare possit. Sed de hac re aliás copiosius. Quomodo autē Sotus parceret Lu- therο & discipulis eius, cùm ne suis quidem, Pighio, Catharino & Era- smo parcat, ac se contra modestiæ suæ regulā his doctiorem iudicet? Pi- ghiū & Catharinū reprehendit, quod nescio quæ, de prædestinatione aliter sentiant, q̄ Augustinus. Erasmū uero de dissolutione uinculī ma- trimoniū per adulteriū. Quid ergo dicemus? An non hi sunt uiri doctri- na præstantes? Sed cùm Sotus reprehendit eos errorū, an non iudicat se illis esse doctiorem & superiorēm? Vbi ergo manet modestia eius? ubi spiritus humilitatis? Sed maiuult Augustino, q̄ illis subscribere. Non igi- tur posthabet suum proprium iudicium, sed adhibet illud ad discernen- dū, quorū sententiam sequatur, ideoq̄ iterū egreditur fines modestiæ & humilitatis. Vides quanta sit furiosi huius hominis uertigo, ut p̄ ea nō intelligat, quod in sequendis Patrū sententijs, & explicationib⁹ iudican- dū sit: Primum, quis eorū suam sententiam secundū scripturas sanctas explicet, sicut Augustinus se fecisse gloria. Deinde, si sententiæ diuersæ fuerint, & utrinq̄ testimonia scripturæ citentur, quis ipsorum ea scriptu- ra dicta recte ac piē intellexerit. Hic certe, quicquid Sotus nugatur, pro- prio iudicio opus est, eōq̄ non iuxta humanam rationē, sed iuxta donū celestis spiritus, quē qui non habet, nō est Christi. Nam quod Sotus in hac diuersitate rejicit nos ad scrinium pectoris P̄tificij, iamdudum re- futatum

futatū est. Et quis sit uerus usus Patrū, cùm ab alijs, tum etiam à Brentio
 ipso, in postrema sua Pericopa satis est explicatum. Addit Sotus & illud,
 qđ de catalogo Canonicorū librorum controuertitur, & putat studioſo
 cuilibet doctori ſufficere debere ſententiam Conciliorū, q̄ in Canonem
 receperunt nō nullos libros, de quorū autoritate uetustas dubitauit. At
 Sotus nec hac in parte ſuam regulā ſeruat. Cur. n. iudicat ſequendam po-
 tius eſſe ſententiam recentium Conciliorū, q̄ testimonium uetustatis, q̄
 q̄ propius aberat à Propheticis & Apostolicis rēporibus, eo certius teſti-
 moniū de uerè Canonicis librīs perhibere potuit. Sic certè iudicare, eſt
 uetustiores Patres cōdemnare. Quo quid potest eſſe immodestius, & ma-
 gis temerariū? Vetusiores Patres iudicarunt historias Belis & Susannæ
 in Daniele, eſſe fabulas. Concilia quādā, cùm receperint eās in Canonē,
 iudicarunt eſſe oracula ſpiritus sancti. Quid pugnantius? Et audet tamē
 Sotus ſuo proprio iudicio (qđ tamen in alijs impugnat) decernere, acqui-
 escendū potius eſſe in ſententia Conciliorū, q̄ uetustiorum Patrū. Sed
 nō facit id abſq̄ Papistī corū ſuorum Prælatorum compendio. Sperat. n.
 præter alia, etiam hoc argumento, autoritatē ſuorum confirmari posse,
 quālīceat iplis ex fabulis Aesopi, ſacram ſcripturā, & uicissim ē ſacra ſcri-
 ptura, fabulas Aesopi facere. Poſtremitō cōcionatur nō nihil etiam de Cy-
 priani errore. Eſi autē, nec nos probamus anabaptiſmū eius, tamē quid
 in pſentia ad institutū faciat, nondum uideo, niſi forte Sotus tanto fuo-
 re labore, ut aduersario gladium porrigat, quo ipſe confodiatur. Quid
 enim? An non Cyprianus fuit p̄eſtantī doctrina & pietate, ac martyrio
 quoq̄ insignis? Cur iſi Augustinus ſumit ſibi de doctrina anabaptiſmi
 eius iudicium? Cur hac in parte condennat eum erroris? Quid? Num
 Augustinus tantæ eſt arrogantiæ, ut iudicet ſe Cypriano doctiorem &
 ſanctiorē? Vbi manet illud Christi: Nolite iudicare, ne iudicemini? Vbi
 humilitas ſpiritus, ubi modertiā, qua alter alterum honore preuenire de-
 bet? Tanta iſi tur eſt uertiſgo Sotī, ut dum reprehendit in nobis propriū
 iudicium in condenmandis impietatibus Papiſticis, inſcius incurrat in
 Augustinū, & condennet eum temeritatis. Sed Cyprianus (inquiet)
 mansit in charitate, & unitate Ecclesiæ Catholicæ: Vos autem excidistiſ
 ex ea. Quid, quæſo, illud ad propositum & quale hoc ſit, conſideremus.
 Quanto enim Cyprianus magis mansit in unitate Ecclesiæ Catholicæ,
 tanto uos immodestiore (uixta quidē definitionē Soticæ modertiæ) &
 magis temerarij eſtis, quod de tam docto, tam pio Catholicę Ecclesię E-
 pifcopo proprio iudicio iudicaueritis, & eū erroris reprehenderitis. Cur
 enim nō ex modertiā & humilitate ſpiritus ſententiæ eius ſubſcriptiſtis?
 Quod autē ad nos attinet, nō eſt uobis ignotum, quale fuerit huius con-
 trouerſiæ initium. Lutherus diuino ſpiritu excitatus reprehendit in iſi
 manifestas ueſtras nugas de Indulgencij, & de meritis humanæ iuſti-
 ciæ. Deinde docuit uolum utriuſq; partis in Cœna Dominica. Reprehen-
 dit etiam impuritatē ueſtri cœlibatus, & iudicauit ſatiuſ eſte legitimam
 uxorem, quam tam nefariam uitam ducere, qualis erat tum ſacrificulo-
 rum & fraterculorum uita. Hæc reprehensio tiebat & grauiter & mo-
 destē, ac ipſe erat uos ipſos operam daturos, ut ea emendantur. Quid
 autē uos contrā? Tam impatientes eratis modertiæ reprehensionis, ut nō
 ſolum Lutherū diris deuoueretis, uerum etiam diſcipulos eius crudelissi-
 mē perſequeremini. Alios enim proſcripſiſtis tantū, quia comederat
 ſeria ſexta carnes; alios igni tradidiſtis, quia diſpensabat ecclesię utramq;.

partem Cœnæ Dominicæ: alij laqueo gulam fregistis, quia duxerant uxores; alios capite truncastis, quia nolebant uobiscum statuas adorare. Deniq; multa hominum millia, propter confessionē piæ doctrinæ trucidastis. Et nondum est finis. Omnia enim uestra consilia eō tendunt, ut opprimamur. Hic tum diuinitus patefactum est, Vos Papistas non esse ueram Catholicam & Apostolicam, sed Cainicam & Pharisaicam ecclesiæ, nec uos esse professores ueræ Christianæ religionis, sed Magia, Idolomania & Antichristianismi. Cūm igitur uos deseramus, non deserimus Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, nec deserimus professores ueræ piæ doctrine, sed deserimus colluuiem Magorum & Idolatrum, ac sentinam Antichristi, recipimus autem nos, uelit postliminio, in ueram, sanctam & Apostolicā Ecclesiam, quæ sola est electa Sponsa Christi filij Dei. Hæc non est immodestia, sed officiū, quod debemus Domino Deo nostro, ut probemus ei nostrā fidem, & nō faciamus opus eius fraudulèter. In fine huius capitū addit exhortationē è Syracide sumptā, quæ in suo quidem loco utilis est, sed quid ad propositum? Num negamus aures esse inclinandas ad doctrinam? Num negamus in multitudine Presbyterorum prudentium standum? Num docemus non esse omnem narrationē Dei audiendam? Num iubemus non esse ad uirum sensatum euigilandum? Num prohibemus cogitatū suum habere in præceptis Dei, & in mandatis illius assiduum esse? Quid, obsecro, maiori sollicitudine urgemu, quām ut inclinemus aures ad doctrinam? Sed quia est quædam doctrina etiam falsa & impia, hortamur, ut unusquisque in Christo renatus, & spiritu Christi donatus diligenter falsam & impiam doctrinam à uera & pia discernat. Ac standum quidem est in multitudine Presbyterorum prudentum, sed quia etiam sunt Presbyteri imprudentes, à quibus egredi solet omnis impietas, quales maxime omnium sunt Papistæ, monemus auditores nostros, ut hos caueant, & quām contento cursu possunt, fugiant. Nec cogimus eos, ut nostram sententiam, stupidi & asini ad lyram sequantur, sed ut collata sacra scriptura, aut saltem usitato Catechismo, cum Papisticis impietatis, dijū dicent ipsi. Docemus omnem narrationem Dei audiendam, sed quia infinita narrantur à Papistis nomine Dei, quæ tamen sunt putidissima mendacia, hortamur ut ea abominetur & detestetur. Scimus euigilandum esse ad uirum sensatum, sed scimus & illud, uiros esse insensatos, καὶ ἀταλυκότας, quales sunt Papistæ, ad quos, tantum abest, ut sit euigilandum, ut quo quis profundius ad impia uerba eorum stertit, eo melius saluti suæ consulit. Iubemus, pro officio nostro, omnes habere cogitatum suum in mandatis Dei. DEI, inquam. Nam sunt & manda ta hominum, H O M I N V M, inquam, Papistarum, quæ cùm partim sint superuacanea, partim impia, & pugnēt cum præceptis Dei, summo studio hortamur, ut caueantur. Quare amplectimur quidem admonitionem Syracidæ, sed interea non abiçimus curam & iudicium de agnoscendis pseudoprophetis & fugiendo Antichristo.

C A P V T X V I I I .

IN hoc capite Sotus profitetur se ducem cæcorum, & eruditorem insipientium, ac magistrum infantium, ut uerbis Pauli utar. Promittit enim se ostensurum tutissimam uiam agnoscendæ ueritatis, & discernendæ ab errore, maximè simplicibus & Idiotis. Ettamen eo ipso declarat se in exponendo uero usu sacrae scripturæ, cæcum, insipientem, infan-

Infantem, & quod horribilis est, enthusiastam esse. Admonitus enim simplices & Idiotas, ut cogitatum suum habeant in præceptis Dei, & assidui sint in mandatis illius, maiestatem & utilitatem sacræ scripturæ ita eleuat, ut non dubitet eos perfricta fronte à lectione scripturæ deterrere, nec abhorreat publicè docere, obedientiam mandatorum Dei contingere hominibus absq; cognitione scripturæ. Non tibi, inquiens, imponitur scripturæ sacræ lectio, nō difficultum locorū collatio, sed hoc tantum age, ut cura tua circa mandata illa Dei manifestissima uersetur. Et iterū: Non euoluendis libris, non audiendis hominum argutijs, non dijudicandis & interpretandis uerbis scripturæ, ut iudicium propriū formari possit, probantur spiritus, & cuitantur falsi Prophetæ, sicut tu putas, maximè à simplicioribus & idiotis, &c. Ac mox: Multò certius, multò efficacius corda pura & humilia magisterio spiritus sancti, & quadam rerum diuinarum assimilatione prægustationeq; iudicant & discernunt quid ab alieno, quid à spirito sancto sit, quam illa doctrina, illa lectione intelligi potest. Ex his & alijs dictis, quæ Sotus in hoc capite effutit, manifeste apparet, eum prorsus non intelligere, quid in hac causa nomen scripturæ significet, & in quem usum data sit nobis scriptura diuinus, sed esse eum furiosum enthusiastam, qui sentiat, Idiotis expectandos esse cœlestes influxus, absque externo doctrinæ organo, & spiritum sanctum solere absq; instrumento piæ doctrinæ sua effundere in homines dona & uirtutes. Quid plura! Sotus in hoc capite repetit & explicat illud lepidum dictum, quod continetur in regula fraterculorum Minoritarum: Fratres non debent multum studere, quia scientia inflat. Itaque ut si & sis humilis, cauenda est tibi lectio scripturæ. Et cum nullus hominum debeat inflari, sed neceſſe habeant omnes humiles esse, certè non simplices tantum & Idiotæ, uerum etiam pauci illi docti, quos solos Sotus ad lectionem scripturæ admittit, debent, iuxta sententiam eius, à lectione scripturæ abstinere. Pergamus igitur explicare, quantus sit furor, quanta amentia Sotii, quod simplices, quos ita uocat, & Idiotas, hoc est, maximam ecclesiæ partem à studio sacræ scripturæ arceat, & suum ipsis iudicium in cognoscenda pia doctrina adimat. Ac primùm, nomine sacræ scripturæ, in hac disputatione, intelligitur sententia uerbi Dei, quæ scriptis Propheticis & Apostolicis est mandata, ut oculis legatur, ut uoce prædicetur, ut auribus audiatur, ut mente cogitetur. Hoc, & si Brentius clare & copioſe tam in Prolegomenis suis, quam in postrema Pericopa exposuit, tamen non potuit aduersus huius Sycophantæ morsum tutus esse, qui Brentium ita traducit, perinde ac si exigendo à singulis pijs proprium iudicium in dijunctione Ecclesiastice doctrinæ, exigeret ab ipsis tale studium, ut nisi omnibus alijs rebus omissis, collocarent omnem suam operam in Grammatica sacrarum literarum cognitione, non possent ueram & æternam salutem consequi. Nam quod studiū in sacris literis Brentius ab omnibus pijs exigit, hoc præstari potest, nō tantum à doctis, qui peregrinas linguas didicerūt, uerū etiam ab indoctis, qui tantum suam uernacula lingua callēt; nec tantum ab ijs, qui nō rurunt, uerum etiam qui non nōrunt literas legere, sed tantum lectionē sacræ scripturæ audiunt, & discunt suum pium Catechismū, qui & ipse nomine sacræ scripturæ, hac in parte, continet, propterea qd sit & epitome scripturæ, & singulæ eius partes habeat in ea scriptura, singula, eaq; clara, aperta & perspicua testimonia. Quod cum Brētius nō tam in postrema

Pericopa, sicut dictum est, & in Prolegomenis ipsis, in qua Sotus gravatus est, explicauerit, manifestissimum est, Sotū insigne esse sycophantam, quod quae Brentius affirmat de generali & uerè Theologico studio Christianæ doctrinæ, quod omnibus pījs siue doctis, siue indoctis, siue publicis ministris, siue priuatis membris ecclesiae commune est, & necessarium, hoc Sotus ad grammaticum tantum sacræ scripturæ studiū maliciose detorqueat. Deinde in hac disputatione, non confertur studiū sacræ scripturæ cum studio uirtutum, quae Deo, iuxta præcepta eius sunt præstandæ. Non enim est dubium, quin maximè omnium se-
standū sit studiū timoris Dei, puritatis cordis, humilitatis, & aliarum uirtutum. Sed illud agitur, illud queritur, illud urgetur, quod sit organon, quod medium, quod instrumentum, per quod spiritus sanctus so-
leat homines renouare, sua dona & uirtutes, quas præcepta Dei exigunt, in homines effundere, ut & pie de Deo sentiant, recte credant, & uolu-
tati diuinæ, quæ est scriptis Propheticiis & Apostolicis patefacta, obsequā-
tur. Disputatur, inquam, quod illud sit organon, quo ad timorem Dei,
ad puritatem cordis, ad humilitatem, & ad reliquas uirtutes per spiritum
sanctum excitemur, & inflammemur. Hic Sotus inuertit uerum rerum
ordinem, & iungit equos, quod proverbio dicitur, post currum. Existi-
mat enim prius studendum esse timori Dei, & humilitati, quam sacræ
scripturæ, hoc est, prius esse Deum timendum & humilitatem sectan-
dam, quam cognoscas & Deum ipsum & præcepta Dei, de studendo ti-
mori, & de sectanda humilitate. Hæc enim præcepta, in sacra scriptura
continentur, & è sacra scriptura, uel lectione, uel prædicatione sunt cog-
noscenda. Quid potest ineptius, quid absurdius dīci? Vides igitur, quan-
ta uertigine Sotus labore, & quam ignarus sit uetus usus sacræ scripturae.
Hæc enim scriptura, quæ est tam legenda, quam prædicanda, nō in hoc
diuinitus data est, ut uel hypocriticè à paucis ad expianda peccata, cante-
tur seu mussetur, uel curiosè à Sophistis ad excitandas superuacaneas
& inutiles quæstiones legatur, uel signauiter ab ociosis ad fallendum te-
dium temporis inspiciatur, sed ut siue legatur, siue audiatur, siue com-
pendio quodam cogitetur, cognoscamus ex ea uoluntatē Dei, & exhibi-
beamus spiritui sancto suum ordinariū organon, quo operetur in no-
bis cognitionem Dei, timorem Dei, fidem, iudicium de alijs doctrinis,
charitatē, & quicquid est earum uirtutum, quas Deus uerbo suo exigit.
Non p̄igeret huc adscribere de hac re ipsa sp̄iritus sancti testimonia, sed
quia Brentius recitauit ea copiose in Prolegomenis, & in postrema Pe-
ricopa, In cap. De sacra scriptura, remitto ad ea Lectorem. Lege (inquit
Sotus) scripturam, diligenter euolue, & obserua, quod ad eruditonem
& intellectum eius attinet. Sed prius diuina mandata obserua. Habes
uerba Soti, quibus permittit quidem nobis uel tandem, & grauatim, le-
gere scripturam, sed non prius, quam obseruauerimus diuina manda-
ta. Obsecro te, quando uel doctis uel indoctis unquam, autore Soto, li-
cebit legeré scripturam? Quis enim est, qui mandata diuina obseruat?
Quis potest dicere, mundum est cor meum? Quis pius non exclamat,
Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine, quis sustinebit? Si scrip-
tu ra non est prius legenda, quam fueris puro & humili corde, certe ne au-
dienda quidem erit, nisi ante sis sanctificatus, & à fœce impietatis ac su-
perbia expurgatus. Quid ergo aliud relinquitur, quam quod iuxta So-
tum, nulla unquam concio ex scriptura audienda sit ijs, qui uel nōdum
sunt

Sunt renati, uel post renascentiam in peccata cōscientiam uastantia sunt relapsi? Etsi nō prius legenda est scriptura, nīsi animus fuerit purgatus, cur uos fraterculi, uos Papistæ legitim scripturam? Num putatis uos habere animos purgatos? Num existimatis uos habere uirtutem humilitatis? Affirmate, & incurretis in reprehensionem arrogantiæ. Negate, & prohibitū erit uobis, iuxta Sotum uestri dogma, ne legatis scripturam. Nos uero idcirco accedimus ad legendam scripturam, ut ex ea & per eam, autore spiritu sancto, discamus non tantum humilitatem, uerum etiam, quod præcipuum est, fidem, qua corda nostra purificantur & erudiantur, ut & de aliorum doctrina iudicare possimus. Nam, quod Sotus dicit: Quæ in eis humilitas, qui sensum suum preferunt Patribus? Et, quomodo, qui cognito Patrum sensu, vult adhuc iudicare, non præfert sensum suū illis? Cæcatus homo non uidet se hoc dicto non Patres ipsos tantum, uerum etiam suos Prælatos arrogantiae damnare. Nam & multi Patres aliorum sententiam reiecerunt, & Prælati non probant omnia dicta Patrum. Quæ ergo est in eis, iuxta Sotum, humilitas? & quomodo Patres & Prælati audent se sententiæ superiorum Patrum præferre? Nos uero, cùm de Patrum sententia iudicamus ex scriptura, nō præferimus illis nostrum, sed spiritus sancti sensum, nec præponimus nos homines Maioribus nostris, sed præponimus hominibus Deū. Hæc non est arrogantia aduersus homines, sed est obedientia erga Deum. Quod autem addit, Inter diuina mandata contineri & illud: Discite à me, quia mitis sum & humiliis corde. Et illud, Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Et quidam affirmsat, hanc primam esse regulam adeundi sensum sacræ scripturæ. Vehementer cuperem scire, unde hæc dicta didicisset? Num è sua ipsius sapientia, an ex scriptura, hoc est, Sapientia diuina? Si respondet, se è sua sapientia ea hauiisse, existimo eum non tam stupidum esse, ut non cogitet, quid uicissim responderi queat. Si autem didicit ea ex scriptura, an non secum ipse manifeste pugnat, quod doceat nos è scriptura humilitatem, & tamen iubeat nos non antè accedere ad lectionem scripturæ, q̄ humilitatem habeamus?

Recitat & illud: Abscondisti hec à sapientibus & prudentibus, & reue lasti ea paruulis. Quid aliud est (inquit) illud Christi uerbū, quam quod manifeste docemur, ab omnibus quidem exigi humilitatis studiū, non uero scripturæ & lectionis sacræ? Respondeo. Quid hīc aliud docemur, q̄ quod Sotus manifeste insaniat? Si nō sapientibus, sed paruulis reuelatur cognitio Euangelij de Christo, omnes certè pīj, sicutientes æternæ salutis, debent effici paruuli, hoc est, humiles corde. Vnde autē fiunt paruuli & humiles? Manifestum est, quod humilitas sit donū sp̄iritus sancti: Sed quo organo sp̄iritus sanctus largitur hoc donum homini? Num illapsu tantum entusiastico, absq; ullo externo organo? Non est nobis ignota absoluta potentia Dei. In præsentia autem loquimur de ordinaria eius operatione, quia solet hominibus sua dona cōmunicare, per scripturā uel lectā, uel explicatā & auditam. Nam cùm de studio scripture loquimur, nō intelligimus tantum lectionē, sed etiam auditum scripture. Quare, qui uerē Paruuli & humiles fieri uolunt, necesse habent studium suum collocare in scripture uel legenda uel audienda. Omnes autē pīj debent esse paruuli & humiles. Omnes igitur pīj siue docti siue indocti necesse habent studere scripture uel legendæ uel audiendæ. Et eo ipso quo exigitur studiū humilitatis, exigitur etiam studium scripture, quo organo

Spiritus sanctus ad largiendam humilitatem uti solet. Deinde, sicut in dicto Christi per sapientes & prudētes intelliguntur Scribæ & Pharisæi, qui deserta scriptura, cuius præcipuus status est de Messia, studebāt traditionibus maiorum suorum. Per paruulos autem, qui desertis traditionibus studebant concionibus, quas Christus ē scriptura de uero Messia & officio eius habebat, ita & his tēporibus sapientes sunt Papistæ, qui contēpta scriptura, tanq̄ dubia & litera mortua, sectantur scrinium pectoris Pontificij. Paruuli autem sunt ijs, qui abiecto hoc scrinio, conferunt se ad scripturam. Quare uera humilitas, & uera cognitio Euangeliū Christi non confertur Papistis, eo quod sint horum temporum Scribæ & Pharisæi, sed cōfertur ijs, qui omne studiū suum in cognoscenda uera sententia scripturæ collocant. Hi enim sunt paruuli, qui se sententiæ spiritus sancti subiiciunt, & eo ipso humilitati student, quo scripturæ studēt, ut scripturæ studiū sit omnibus Christianis commune, certissimum, tutissimum & quietissimum, cūm interea studiū Papisticarum traditionum, & scrinij pectoris Pontificij, non sit nisi hypocritarum & sceleratissimorum hominum, nec afferat nisi summam dubitationem, & inquietudinem, ac extremam desperationem. Hic est fructus Papistarum studiorum,

CAP VT XIX.

Accedit Sotus uel tandem ad refutandas, ut somniat, aut potius ei ludendas rationes Brentij. Ac initio cōcionatur nobis, nescio quę, de Incredulitate, & nimia credulitate, inter quæ extrema uitia, ponit medium Fidē, quam fatetur quidē magisterio spiritus sancti gubernandam, addit autē, alienum esse à ratione Dialectices, & à synceritate fidei, ex eo exigere lectionem sacræ scripturæ, & imponere omnibus iudi cium circa obscuros eius sensus. Sed stupenda est uani huius hominis cęcitas & uertigo. Cūm. n. prædicat & exigit fidem, & affirmat eam magisterio spiritus sancti gubernandā, an non eo ipso exigit lectionē seu auditum sacræ scripturæ? An spiritus sanctus dat nobis fidem suo magisterio, absq; suo, ad hoc ordinato ministerio? Scio, quę sit absoluta & libera eius omnipotentia. In præsentia autem loquimur de ordinaria eius operatione. Hanc si intuemur, ut debemus, manifestum est, quod Fides, quemadmodum Paulus docet, sit ex auditu. Auditus autem per uerbū Dei. Ethoc uerbum continetur in sacra scriptura, quæ cūm sit Epistola Dei ad humanum genus, necessariò nobis proponitur uel legenda uel audienda, & cognoscenda, ut ex ea, & per eam, concipiamus, autore spiritu sancto, fidem. Quæ est igitur uanitas illa Asoti, quod cūm prædicat fidem, neget lectionem scripturæ sacræ exigit? An vult homines credere absque lectione aut prædicatione sacræ scripturæ? Quid ergo est, quod Paulus ait: Quomodo inuocabunt eum, in quem non credunt? Quomodo credent ei, de quo non audierunt? Quomodo audient absq; prædicante? Quomodo prædicabunt, nisi missi fuerint? Mittuntur autem, qui ea prædicant, quæ ē uerbo Dei, quod in sacra scriptura continetur, per spiritum sanctum hauserunt. Sed Sotus respicit cum sua fide ad uetus suum diuerticulum, uidelice ad scrinium pectoris Pontificij, & suorum Prælatorū, ut neglecta sacra scriptura, agnoscamus pro oraculo spiritus sancti, quod Romani Pontifices, & Prælati eorū dixerint. Quod cūm ita se habeat, uideamus nūc, quām dextrè refutet rationes Brentij.

Allegavit

Allegauit Brentius locum Pauli: Si angelus è cœlo aliud euangelisauerit, anathema sit. Hunc locum Sotus ita explicat, ut dicat, ea quidem, quæ manifestè & præter omnem dubitationem sint contraria ueritati fidei, sine ullo studio, seu non ex alio (sicut mox dicit) studio scripturæ, sed ex ipsa certissima fide, rei scienda esse ab omnibus. In dubijs autem suspendendum esse iudicium, & expectandum iudicium uniuersalis ecclesiæ, &c. Hic iterum uides, Impostorem Sotum prædicare fidem absq; studio scripturæ. Sine ullo, inquit, studio scripturæ, sed ex ipsa certissima fide &c. Quasi uero fides concipi aut retineri possit, (si ordinariam Dei operationem consideraueris) absque organo spiritus sancti, quod est sacra scriptura. Deinde quod commemorat de rebus manifestis & dubijs, suprà cap. 14. & 15. copiose explicatum est. Nos enim, cum exigimus cognitionem sententiae scripturæ, intelligimus de rebus manifestis, ad eternam salutem cognitu & creditu necessarijs, quæ etiam habent in scriptura manifesta & perspicua testimonia. Nam quæ sunt dubia, & nō certo in sacris literis definita, nihil ad nos. Nec enim ignorata, saluti obsunt, neque cognita, multum prosunt. Et sentimus ipsi, quod in talibus dubijs rebus extra scripturam, non sit odiose pugnandum, sed sequendū, quod ex probabilibus causis optimum uisum fuerit. Nisi autem me animus fallit, Sotus in hac manifestorū & dubiorum distinctione iterum respicit ad scrinium pectoris Pontificij, & sentit ea esse manifesta, quæ decernit Pectus Pontificium, in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie Dei, illa autē esse dubia, quæ continentur in sacra scriptura. Hanc enim dicunt esse dubiam, ambiguam, flexiloquā, & literā mortuam. Quam blasphemiam Asoticam, cum toties sit refutata, non libet in præsentia pluribus persequi. Sed quid multis opus? Si iuxta Sotum, anathema est, qui manifestè euangelisauerit aliud, quam quod Paulus & alij collegæ eius euangelisauerunt, certè Papa, & omnes satellites eius, inter quos Sotus non tenet extreum locum, sunt nobis Anathema, idq; Maran Atha. Quicquid enim sentiant Papistæ, profectò nobis è sacra scriptura, cum Papisticis dogmatis & actionibus collata, certissimum & manifestissimum est, quod Papistæ euangelisent longè aliud, quam Paulus & reliqui Apostoli. Quare licet nobis assentiente etiam Soto, Papistas dicere Anathema. Quod autem Sotus de Synodo Cypriani commemorat, suprà aliquoties est explicatum. Nam è scriptura, ac præcipue, ex illo Pauli dicto: Incredulitas illorum, non facit fidem Dei irritam, manifestū est, quod baptismus hæreticorum, qui baptisant, iuxta institutionem Christi, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, per se non sit damnandus, aut in uera Ecclesia reiterandus. Quod autē hoc nec Cyprianus nec collegæ eius uiderint, idcirco contigit, ut admoneremur, ne cuiquam, uel Concilio, uel Pontifici, quantumuis eruditio, sancto, adeoq; martyri, absque testimonio sacræ scripturæ recte intellecto, & probè examinato, atque perpenso, fidē adhuc beamus. Itaq; adhuc firmū fixumq; constat, quod cum Paulus dicit: Etiam angelum de cœlo aliud euangelisantē, q; sacra scriptura tradit, anathema esse, exigat, & astringat omnes, ut omnia aliorum dogmata, etiam Papæ, & Conciliorum, examinent, & conferant ad sacram scripturam, ne eueniat eis, quod filius Dei dicit: Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt.

Rom. 3.

Allegauit Brentius etiam illum Ioannis locum: Ne credatis cuiusvis spiritui, sed probate spiritus, num sint ex DEO. Quod dictum Sotus

eam oscitanter attingit, perinde ac si parum ad rem faceret. Sed maxime festius est hoc dictum, quam ut a uanis istis hominibus eludi queat. Ioannes seueriter exigit, non a doctis tantum, uerum etiam ab indoctis, in Christo renatis, (ad hos enim scribit) ut non credant cuius spiritui, sed probent spiritus a nō ex DEO. Hic Asotus, ne omnino obmutescat, dicit, Probantur spiritus maximè, & certissimè interno Spiritus sancti dono, & spirituali quodam gustu. Rectissimè. Quis hoc unquam negauit? Num autem idcirco non sunt probandi spiritus ab omnibus pījs, & in Christo renatis, quia probantur interno spiritus sancti dono, & spirituali gustu? Et num idcirco spiritus non sunt exigendi ad sacram scripturam? Imò, quia probantur interno spiritus dono, & spirituali gustu, idcirco sunt ad sacram scripturam exigendi, propterea quod ea sit organon, diuinitū nobis propositum, ad quod spiritus exīgamus, & sit Epistola cœlestis Patris, ex qua sententiam spiritus sancti cognoscamus, & donum eius accipiamus. Ac profecto optimè habet, quod Asotus addit; Et hoc quidem (inquietus) frequentissime melius & certius ab idiotis & simplicioribus, quam ab alijs probantur. Si hoc uerè sentit Asotus, quantum, obsecro, errant Prælati, quod in Synodis suis non tribuant idiotis & simplicioribus uocem de cisiuam? Cur Sotus ipse repellit a tribunalibus suorum Prælatorum idiotas Principes, tanquam Satanam, Vade, inquietus, post me Satans? Sed uides insanū hominis uertiginem. Et quo magis amentiam eius agnoscas, addit. Et per scripturam, inquietus, a doctoribus, ab Ecclesia & Concilio. Quid est furor, si hic non est? Concedit spiritus probandos a doctoribus, ab ecclesia & Concilio, PER SCRIPTVRAM, non autem ab idiotis & simplicioribus. Scilicet, Idiotæ & Simpliciores, cum probant spiritus melius & certius, quam alij, non probant per scripturam. Quid ita? quia non nouerunt literas, nec legerunt Thomam Aquinatem, aut Scotum, aut Bruliferum, sed norunt tantum Decalogum, Symbolum Apostolicum, & Orationem Domini cam. Quid ergo? Num hic Catechismus, non est scriptura? An non est uniuersæ scripture epitome? Et quid? cum Sotus dicat, Spiritus probandos esse per SCRIPTVRAM ab Ecclesia, num Idiotæ & simpliciores, qui habent internum spiritus sancti donum, nō sunt membra Ecclesie? O hominem ad leuanda mentis & capitis uitia, trium iugorum Elleborum indigentem. Sed tali amentia, cæcitate, & furore mentis merentur percuti hi, qui manifestam ueritatem oppugnant, & impietati suorum Pontificum applaudunt.

CAPVT XX.

IN hoc capite obserua sceleratam Soti tergiuersationem. Brentius in Prolegomenis cap. De officio Principum secularium in Ecclesia filij Dei, recitat illud Christi: Cauete uobis a pseudoprophetis &c. & ostendit, quod dictum sit, non ad Apostolos tantum, uerum etiam ad universam ecclesiam, & ad singula membra eius. Ac inter haec membra pertineat in primis ad pīos Principes, ne dent ullum locum pseudoprophetis ac impijs doctoribus, in Ecclesijs suarum regionum. Quomodo autem, inquit Brentius, cauebunt sibi a pseudoprophetis, quomodo impīos doctores a suis regionibus prohibebunt, si non iudicauerint ac cognoverint, qui uerè sint pseudoprophetæ, & impīi doctores? Il-

Iud enim erat Brentij institutum, ut ostenderet, quod cum Christus iubet omnes discipulos suae doctrinæ cauere sibi a pseudoprophetis, exigit ab ipsis magnum studium cognoscendæ uerae doctrinæ. Nisi enim hanc cognoveris, quomodo cauebis? quomodo ueram a falsa disserenes? Sed Sotus intelligens hoc non posse refutari, & eo Christi dicto suam sententiam manifestè improbatam, & damnatam esse, dissimulat sibi plagam datam, ac alio se proripit, Nam, uide (inquit) quod non ad lectionem scripturæ mittit Christus, ut caueantur falsi Prophetæ, sed, inquit, ex fructibus eorum cognoscetis eos, &c. Quid autem hoc ad institutum? Brentius urgebat, ut pseudoprophetæ cognoscantur, & caueantur: Sotus contraria urget, Vnde cognoscantur? Aliud est, Ut cognoscas, aliud, unde cognoscas. Sotus enim iubet Principes & reliquum vulgus Ecclesiæ, in cognoscenda doctrina religionis alios esse ad lyram, & pendere è Iudicio Prælatorum Papisticorum. Brentius autem docet è dicto Christi, quod spiritus sanctus exigat a Principibus & reliquis omnibus, non ut sint alini ad lyram, sed cognoscant etiam ipsi, quæ in contioueris religionis uerasit doctrina. Postea, alia quæstio est, unde & ex qua regula ueritas aut falsitas doctrinæ sit cognoscenda. Sotus autem priori statu, de quo in præsentia sermo erat, relicto, properat ad posteriorem, & ait Christum ad cauendos pseudoprophetas non misisse discipulos suos ad lectionem scripturæ, sed ad cognoscendos fructus pseudoprophetarum. Quid Sote? Cum Christus dicit pseudoprophetas è fructibus cognoscendos, non mittit discipulos ad lectionem scripturæ? Quæso igitur te, qui sunt illi fructus, è quibus pseudoprophetæ certò cognoscuntur? Opera, inquis, & ipsorum, & doctrinæ suæ. Non nego, quin pseudoprophetæ aliquoties manifesta sclerata designent, & impia sua doctrina perniciosas turbas excitant, Christus autem hoc loco nomine fructuum non propriè intelligit sceleratam uitam pseudoprophetarum. Nam si ex uita iudicandum esset de doctrina Prophetarum seu interpretum religionis, Christus non dixisset aliâs: In cathedra Moysi sedent Scribæ & Pharisei. Omnia quæcunq; iusserint uos seruare, seruate, & facite; Secundum opera uero eorum nolite facere. Habes, de interpretis doctrina non posse certò ex uita eius iudicari. Potest enim sceleratus homo, optima docere. Sed nomine fructuum propriè intelligenda sunt dogmata manifestè impia. Christus enim prorsus idem hoc dicto docet, quod Moses scripsit Deuteron. 13. Si surrexerit in meo diuini Prophetae, aut qui somnium se uidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, NON A V/DIES uerba Prophetæ illius, &c. Hoc loco docet Moses, eum pro pseudopropheta habendum, qui cum miracula edit, non docet uera, sed manifestè falsa dogmata, ut sciamus, non sceleratam Prophetarum uitam, sed impia eorum dogmata esse certissimam notam, qua cognoscamus eos esse pseudoprophetas, haudquaquam audiendos. Eadē est sententia uerborum Christi, quibus iubet cauere pseudoprophetas, Cognoscetis eos, inquit, ex fructibus, hoc est, ex impijs eorum dogmatibus. Qui enim est falsus Prophetæ, fieri non potest, quin etiamsi nonnulla uera doceat, & honestissimam uitam ducat, tamen immisceat dogmata manifestè falsa, & cum scriptis Propheticis atque Apostolicis aperte pugnatio. Hos fructus iubet Christus obseruare, & cauere. Nam si nomine fru-

etuum intelligeret propriè hoc loco turpitudinem uitæ, à quibus, obser-
cro, magis caendum est, quam à doctrina Pontificum, Cardinalium &
Fraterculorum, quorum uita tantis flagitijs est sordidata, ut legatiorum
ipsi in Cœcilio Tridentino publicè confessi sint, quod si Deus ipsos
pro meritis castigaret, iam pridem sicut Zodoma & Gomorrah fuissent.
Sed Christus nomine fructum intelligit propriè, ut iam dictum est,
falsa & impia dogmata. Nunquid autem, qui nos iubet falsa dogmata
cognoscere, non remittit nos ad lectionem scripturæ? Et unde, quæso,
falsitas dogmatum cognoscenda est, præterquam è lectione sacræ scri-
pturæ? Nomine autem lectionis sacræ scripturæ intelligo non tantum
eam scientiam, quam habent periti literarum in legenda scriptura, ue-
rum etiam illam scientiam, quam habent imperiti literarum, è suo pio
Catechismo, qui est compendium scripturæ, quemadmodum aliás sae-
pè est dictū. Sed ponamus Christum nomine fructum intelligere ma-
la opera, seu sceleratam uitam pseudoprophetarū, quid ergo num, quia
Christus mittit nos ad cognoscendam sceleratam pseudoprophetarū ui-
tam, non mittit nos ad lectionem scripturæ? Quæso igitur te, unde hau-
ritur uera scelerum cognitionis? An nō ex Decalogo, qui scriptis tam Pro-
pheticis quam Apostolicis continetur & explicatur. Peccatum, inquit
Paulus, non cognoui, nisi per legem. Nam & concupiscentiam non no-
uissem, nisi lex dixisset: Nō concupiscas. Quare, ut cunq[ue] interpreteris no-
men fructus, siue pro impijs dogmatibus, siue pro scelerata uita, certe,
cum Christus iubet nos cauere à pseudoprophetis, iubet etiam cognos-
cere è scriptis Propheticis & Apostolicis discrimen uerorum & falso-
rum dogmatum, ut hæc quidem caueamus, illa autem sectemur. Sed
accedit tandem Sotus ad id, quod animo eius iucundissimum est, &
quo summa læticia afficitur, uidelicet ad infectandum & proscindend-
dum extremis conuicijs Lutherum. Videtur enim hoc nomen isti ho-
minum generi odiosius esse ipso Satanæ nomine. Quare si quando oc-
casione nacti fuerint, plenis uelis in ipsum inuehuntur. Confert eum
initiò cum Ario, ut quo magis inuisum est nomen Arij, eo inuidiosius
etiam reddatur nomen Lutheri. Sed Lutheru[n]o nihil cōmune esse cum
impietate Arij, non ignorant, nisi Sycophantæ Papistæ. Dicit scripta Lu-
theri plena esse summæ arrogantiæ, contumeliarum, contemptus omni-
nis superioritatis, inhumaní cuiusdam & Luciferini spiritus, & cōmer-
cium quoddam habentis cum Satana. Et addens, Ut non dubitem (in-
quit) pudere Brentium discipulum eius se dicere. Ac de hoc quidem po-
steriori Brentius ipse in postrema sua Pericopa cap. De summo Pontis
fice, respōdet, de priori autem, non mirum est, satellitem Antichristi de-
scriptis Lutheri sic iudicare. Iстis enim hominibus arrogantia est, con-
tumelia est, contemptus superioritatis est, inhumanum est, luciferinum
est, satanicum est, quicquid autoritate scriptorum Propheticorum & A-
postolicorū, aduersus Pontificiam tyrannidem, impietatem, Magiam,
Idolomaniam & Antichristianismum dicitur. Postremò acceptam fert
doctrinæ Lutheri grauiissimam illam Germanicorum agricolarum se-
ditionem, & imputat ei, quicquid uspiam est rebellionis, licentiæ, pro-
fligationis Christianæ discipline, omnium schismatū, quæ sunt in orbe
Christianæ, adeoq[ue] dicit Lutherus prædicasse in multis, contra liquidissi-
mā Patrum doctrinam, imò contra sensum totius ecclesiæ. Hæc est usi-
tata Papistarū uociferatio, ac miror Sotū tantum temporis sibi sumere,
ut illa

ut illa iam olim usq; ad rauim in Lutherum decantata, denuò cōmemorat. Blandiantur sibi istis puris putis mendacijs excæcati Papistæ. Nos scimus Lutherum diuinitùs excitatum, ut Antichristianismus per eum in orbe patefiat. Quòd si quid turbarum ex eo accidit, respondet Luthe-rus, quod Elías regi Ahabo respondit: Non ego turbaui Israel, sed uos Papistæ, & domus Patrum uestrorum, qui dereliquistis mandata Do-minii, & secuti estis Baalim. Quid autem pluribus opus? Sotus ipse intel-ligit se magnificè & splendide mentiri. Quare, relinquit, infixo aculeo, hanc cōmemorationem in medio, absq; ulla probatione, & aliò se pro-ripiit. Verum, inquiens, quia non deest, quid respondeant, relinquamus Dei iudicio. Optimè, rectissimè. Appellamus & nos ad hoc tribunal, nec dubitamus fore, quin patefacto iudicio Dei, totus orbis cognoscatur, quām horribilis, quām execranda sit impietas, & Idolomania Papistici regni. Et si iudicandum est de doctrina religionis è fructibus externæ uitæ, nulla ferè unquam abominabilius fuit religio, q; Papistica, quippè quòd ad cognoscendos fructus eius non magna (ut sequar uerba Soti) scripturæ eruditio opus sit, aut lectione, sed res ipsa manifestè in oculis omnium hominum testificetur. Agnitio vultus eorū responderet eis, Peccatum suum sicut Zodoma prædicant, nec abscondunt.

CAPVT XXI.

Sotus pergit sui similis esse, hoc est, iniurius in electa Dei Ecclesiam, & contumeliosus in sacram scripturam, adeoq; in sp̄itū ipsum sanctum, cuius scriptura organon est, & oraculum. Doctoribus, inquit, & perfectioribus propria est scripture lectio. Imò, quo quis est indoctior & imperfectior, eo magis opus habet lectione scripture, uidelicet, ut uel ipse legat, uel alium legentem audiat. Scriptura enim medicinæ loco est & organon, quo sp̄itus sanctus medetur hominum imbecillitatí. Omni's scripture, inquit Paulus, diuinitùs inspirata, utilis est ad doctrinam, (qua uidelicet erudiantur indocti) ad redargutionem (qua reprehēdantur peccantes) ad correctionē, (qua emendentur & in uiam reuocen-tur errantes) ad institutionē, quae est in iusticia, (qua institutione demon-stretur iustis uera consequendæ iusticiæ ratio, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum apparatus). Habes scripture diuinitùs datum, ut imperfecti fiant perfecti. Et alias Christus ait: Non opus habent n̄i, qui ualidi sunt, medico, sed qui malè habent. Quare lectio scripture magis propria & necessaria est indoctis & imperfectis, quām doctis & perfectis, ut etiam hac in parte uideas manifestam Sotu uanitatem. Sed Timotheo (inquit) præcipit Paulus, ut attendat lectioni & doctrinæ, ac uerbum ueritatis recte diuidat, non præcipit idem omnibus fidelibus. Scio in ecclesia aliam esse functionem doctoris, aliam discipuli. Quæso autem te, quo consilio, quo fine præcipitur doctori, ut attendat lectio-ni, & recte lebet sermonem ueritatis? Num ut sibi tantum ipsi legat, & se tantum ipsum doceat? Certè se ipsum quoq; docere debet. Num autē hic est status? Nihil minus, sed ut ecclesiam fidei ipsius commenda-tam doceat. In hunc enim usum instituitur, ut Ecclesia, Ecclesia (in-quam) non illa Papisticorum Prælatorum colluuius, quam solam So-tici dignantur nomine ecclesiæ, sed ea, quam alias Laicos uocant, è lectione & explicatione scripture in uera pietate erudiatur. Præci-pe hæc, inquit Paulus, & D O C E. Et iterum: Hæc commendafu-

delibūs hominibus, qui erunt idonei ut alios quoque DOCEANT. Num & hic est status? Nihil uero minus. Non enim absoluitur salus Ecclesiæ opere ipso, ut loqui solent, operato docendi, sed requiritur, ut Ecclesia dicat, & cognoscat Christum filium Dei, qui est uniuersæ scripturæ scopus, & finis, & quem quisquis fide assequitur, non tantum sententiam totius scripturæ, uerum etiam perpetuam suam salutem assequitur. Tantum igitur abest, ut Paulus præcepto suo, quod dat Timotheo, arceat ueram Ecclesiam à lectione, seu cognitione scripturæ, ut potius eo ipso imponat Ministris Ecclesiæ hoc officium, quo per ministerium eorum ecclesia scripturam dicat, & ex ea cognoscat refutationem omnium impietatum, Magiarum & Idolomaniarum, quibus in primis Papistæ sunt obnoxij. Quid autem illud sit, quod Sotus iterum ex Mose recitat, Contestare populo, ne transgrediatur terminos, &c. suprà explicatum est. Et si recte expendas, quo Sotus hac allegatione tendat, illud vult, ne populus sciat & cognoscat sententiam sacræ scripturæ, quo minus possit de sceleribus & impietatibus Papistarum iudicare. Hæc est summa summarum sententia, non Sotus tantum, uerum etiam omnium satraparum Antichristi.

Vt autem Sotus compleat blasphemias suas, non simpliciter arcet Laicos à lectione sacræ scripturæ, sed arcet eos cum summa scripturaræ contumelia. Negare, inquiens, non possumus nos uehementer credere lectionem scripturæ iam passim omnibus permissem, plurimum attulisse incommodi, & quam plurimos ex illa grauissima hac errorum peste perisse, atque utinam esset iam finis. Hactenus Asotus. Tribuit lectioni scripturæ passim omnibus permissem plurima incommoda. Dicit eam esse grauissimam errorum pestem. Affirmat ex hac peste plurimos perisse, & perituros. Quæ autem in Assertione sua scripsit, ait se nomine Catholicæ suæ Ecclesiæ scripsisse. Ex quo arbitramur eum scripsisse etiam hanc, quam uocat, Defensionem. Quid igitur dicemus? Antea belli illi catholici, hoc est, scelerati Papistæ ademerunt Laicis è Cœna Dominica Sacramentum Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, Nunc etiam adimunt eis sacram scripturam. Et cum per scripturam, tanquam per oraculum & organon spiritus sancti cognoscendus est Christus filius DEI, qui solus est perpetua nostra salus, quid reliquum est, nisi ut adimant nobis, quantum in ipsis est, etiam Christum ipsum, & omnem nostram salutem. Bone Deus, quamdiu terra tam execrados homines sustinebit, dignos scilicet qui Laicorum, hoc est, ecclesiæ tuae sudore saginentur, ut impinguati & incrassati non men tuum blasphement, & ecclesiæ tuae insultent. Sed tranquillo simus animo. Qui custodit Israel, non dormitat. Et aliâs: Veruntamen, (inquit Psalmus) propter dolos posuisti eis, deieci eis, dum alleuarentur. Et Propheta: Congrega, inquit, eos quasi gregem ad uictimam, & sanctifica eos in die occisionis. Quid enim? Num quia nonnulli indocti abutuntur re optima in suam perniciem, idcirco res ipsa nec est optima, & est omnibus adimenda? Sunt quibus Deus ipse est peruersus. Cum peruerso, inquit, peruerteris. Num igitur DEVS non est optimus Maximus, & nulli est permittendum, ut DEVM cognoscat, & Deo credit? Christus filius Dei nonnullis est stulticia, excæatio, & interitus. Num idcirco non erit permittendum, ut Christus agnoscat? Paulus dicit Apostolos esse multis odorem mortis ad mortem.

Prohibe-

Prohibebimus igitur Apostolis, ne eant in uniuersum mundum, & prædicent Euangelion omni creaturæ? Quod si lectio sacræ scripturæ idcirco adimenda est indoctis, quod nonnulli ex ea sumant occasionem ruinæ, an non etiam doctis erit adimenda, quod multi doctissimi viri ex ea uarias & pernicioſas hærefes excogitarunt, unde & Biblia uocarunt librum hæreticorum? Sed quia Brentius tractauit & explicuit hoc argumentum copioſe in postrema Pericopa, aduersus Sotii blasphemias, cap. De sacra scriptura, pergo ad reliquam Sotii futilitatem percurrendam.

CAPVT XXII.

SOTVS uidet, quid suæ impudentiæ objici possit. Quare conatur, quoquo modo potest, eam contegere. Ac initio obserua, quæſo, hominis uanitatem & uertiginem. Suprà docuit nos, ut non præferamus nostram sententiam, sententiæ Maiorum, ac præcipue ueterum Ecclesiasticorum scriptorum. Hic uero audet se futilis homo præpone re iudicio Hieronymi & Augustini, qui lectionem sacræ scripturæ non solum omnibus permittunt, uerum etiam grauissimè ad eam hortantur. Sotus uero his & prudentior, & pietatis studiosior, scilicet, dicit aduersus hæreticos ingenuè, (Insignis enim est ingenuitas eius) grauissimam esse tentationem, & graue (recito enim uerba Sotii) periculum, omnibus imponere scripturæ sacræ scientiam, & iudicium circa dubia, & controuersias. Quo cum, obsecro, Sotus pugnat? Quis enim exigit scientiam sacræ scripturæ, uidelicet Grammaticam, (duplex enim est scripturæ scientia, sicut suprà ostendimus. Alia Grammatica, alia Theologica) ab omnibus indiscriminatim, ab infantibus, literarum imperitis, stultis & insanis hominibus? Hoc singit Sotus de nobis, ut uideatur suis aliquid dicere. Sed belligeratur hac in re cum sua umbra, & sine aduersario. Non enim exigimus, tanquam ad salutem necessarium, à quouis, ut sciat literas, & legat singulos sacræ scripturæ libros, Scimus, suum cuique esse donum, & mensuram. Sed illud exigimus, ut non solum Ministri Ecclesiæ, uerum etiam ecclesia ipsa (hoc est, Laiici, ut isti loquuntur) cognoscat siue lectione, siue auditu, ueram, & summari sacræ scripturæ sententiam, quæ collata est in Catechismum, quo & Christum, qui est finis scripturæ, & Antichristum, qui est pestis scripturæ, uerè cognoscat, ac illum quidem sectetur & amplectatur, hunc autem fugiat & detestetur. An non enim ea, quæ scripta sunt, tam in Propheticis, quam in Apostolicis literis, antea publicè & gesta, & dicta sunt, quam literis mandarentur? An non Christus iuisit Apostolos ire in uniuersum orbem, & prædicare Euangelion omni creaturæ, & quod in aurem audierunt, in tectis adnunciare? Quid est, quod tum licuit omnibus audire, quæ dicebantur, nunc autem non liceat ea scriptis mandata legere? Nam, quod Sotus concionatur de dubijs, & de curiositate quorundam, nihil ad nos: Non exigimus, ut Ecclesia occupetur in cognoscendis uestris uanissimis dubijs, quibus uestri Sententiarum pleni sunt: Sed exigimus, ut ea, quæ de nostra salute, certò, & perspicue in scriptura traduntur, cognoscat. Curiositatem uero hominum, ne quidem in legendis prophanicis, tantum abest, ut eam in legendis sacris scriptis probemus.

Sed non possunt (inquit Sotus) sacræ scripturæ ab oibus sine periculo

legi. Et alij excitanſ ad periculosa & nociva studia &c. Si de uanis, curioſis, excæcatis & impijs hominibus loquiſ, fateor periculofam & nocivam eſſe eis sacræ scripturæ lectionem, quia coinquinatis, & infidelibus nihil eſt mundum, ſed iniquinata ſunt eorum mens & conſcientia. Hac au- tem ratione nec Christus ipſe, nec Apoſtoli eius eſſent audiendi, quod Christus uenerit in hunc mundum, ut qui uident, cæci ſiant, & Apoſto- li fuerint prædicatione Euangelij multis odor mortis ad mortem. Vi- des iterum Sotum obtrudere nobis in re tam ſeria fallaciam accidentis, & iudicare nos imperitores, quam qui uanitatem eius intelligamus. Et tamen, cum affirmat ſacram scripturam non poſſe ab omnibus le- gi ſine periculo, fateor eum non nihil ad rem dicere. Ex lectione enim ſacræ scripturæ tantum periculum creatur Papistis, ut per eam non fo- lum cognoscatur impietas, & Antichristianismus eorum, terumetiam denuncietur extremus & perpetuus eorum interitus. Hoc illud eſt perि- culū, quod de lectione ſcripturæ uenit. Et huc etiam respicit illud confiliū Sot, ut doctiores auferant aliquid ſimpliciorib[us] ex lectione librorum ſcripturæ, & iudicent cuique terminum, quem tenere debeat, uidelicet illud agens, ut Laicis proponantur tantum nonnulla dicta ſcripturæ, iuxta magistrorum noſtrorum interpretationem, quibus illi ſint con- tenti. Exempli gratia, Super hanc petram, hoc eſt, ſuper Papam, ædiſi- cabo eccl[esi]am meam. Et: Quodcumque ligaueris tu Papa, pro tuo arbitrio, ſuper terram, erit ligatum in cœlo, ut omnes credant, te habere ple- nariam potestatem in cœlo, in terra, in purgatorio, & in inferno. Et: Obedite præpositis ueſtris, Et id genus alia. His Laici ſint contenti, & de cætero audiant Prælatos, & nomine eorum fraterculos. Quic- quid hi dixerint, ſit oraculum ſpiritus sancti, etiamsi ducent ſecum in- numerabiles cateruas ad gehennam. Huc tendit, hoc ſpectat Satan, qui in Soto & omnibus Papistis agit. Respice igitur Domine Deus noſter de cœlo, & uide, & conserua uineam iſtam, quam miniftriſ tuis coledam tradidisti, ne exterminet eam aper deſylua, & ne singularis fera depaſcat eam.

CAPVT · XXIII.

Quām ſuauit[er] ineptit & nugatur Sotus in hoc capite de transfe- renda ſacra ſcriptura in linguis vulgares, ac uernaculaſ. Ac om- nino putat, quod ſa[pi]e repetit, iudicium huius rei reiſciendum eſ- ſe in cognitionem totius Ecclesiæ ſeu generalis Concilij. Nam quod ad ipsius ſententiam attinet, existimat proſlus inutile eſſe, ut tota ſacra ſcriptura traiſeratur in uerbiuſa linguis, quippe quod ſaluti vulgi alia ratione quam optimè consuli poſſit. Arbitratur etiam translatio- ni obſtare p[re]cūla, Nouitatem, & difficultatem. Haec ferē ſunt capita, quibus ſuauiſ nugator improbat translationem ſacræ ſcripturæ in ua- rias, eaſque uernaculaſ linguis. Interēa tamen fert de noſtris, quos ha- reticos uocat, inſigne testimonium diligentia in lectione, translatione & explicatione ſacræ ſcripturæ. Id certum eſt, inquiens, nullos in hac re diligentiores fuiffe, quam haereticos. Alij tranſtulerunt, alij exegi- rūt, & atqidissime quidem & frequentiſſime legunt. Hoc testimonium, etiamsi uenit ab homine improbo, tamen non eſt noſtris contemne- dum, propter ea quod tanto maioris ſit ponderis, quanto hostilius & ui- rulentius infectatur noſtrōs Aſotus. Addit quidem noſtrōs factos eſſe ex hac

ex hac lectione censores omnium, contemptores quām plurimum, & irratores totius simplicitatis ecclesiae, &c. Sed an non intelligis, optime mi Lector, qua parte calceus pedem Sotū & suorum Papistarum premat? Illud dolet eis, quod nostri ex audiissima & frequentissima (ut Sotus loquitur) lectione sacræ scripture cognoverint, autore spiritu sancto, Papatum esse Antichristianismum, & sacra eius esse Magica atq; Idolomanica, idq; patefecerint scriptis & dictis uniuerso orbi. Hoc enim illud est, quod dicit, nostros factos esse è lectione scripture, censores omnium, & irratores totius simplicitatis Ecclesie. Maluisset enim populum ecclesiae esse asinum ad lyram, & ad quævis dicta fraterculorū applaudere, etiam si cateruatim ad gehennā ducerentur, q; ut incipient de doctrina Fraterculorum & Prælatorum, autoritate sacrae scripture, iuxta præceptū Christi, Cauete à pseudoprophetis, & à fermento Phariseorū, iudicare. Sed percurramus præcipua huius capitū. Arbitrat Sotus iudicium de transferenda scripture in linguis vulgares pertinere ad Concilium generale. Loquitur autem de Concilio suorum Papisticorum Prælatorū. Quid ergo? An non extat antea oraculū spiritus sancti, Viuo ego dicit Dominus, Mihi sese flectet omne genu, & OMNIS LINGVA confitebitur Deo? Et: Prædicate Euangelion omni creaturæ? Et: Loquebantur uarijs linguis magnifica Dei? Num quod per se iustū & pium est, & antea à spiritu sancto decretū, ac postea re ipsa per Apostolos & collegas eorum in uniuerso orbe usitatū, expectandū nunc est, donec à Papistis decernatur & concedatur? Et quid sani posses tibi de horum Concilij polliceri, qui nuper adeo in Tridentina Synodo decreuerunt, solam eam Bibliorum editionē in Romana ecclesia pro Autentica habendam, quæ hactenus vulgata & usitata fuit, cum tamen manifestum sit eam multis in locis esse aut depravatā, aut male ac minus perspicue conuersam? Loquor, (inquiet Sotus) de lectione scripture, nō de prædicatione Euangeli. Recte. Loquimur & nos de lectione scripture. Sed, queso te, an Apostoli & collegae eorum aliud Euangelion prædicauerunt, q; quod antea fuit Propheticis scriptis promissum, & postea Apostolicis scriptis mandatum est & vulgatum? Paulus ad Romanos scribēs; Paulus (inquit) seruus Iesu Christi uocatus Apostolus, segregatus in Euangelion Dei, qd antè promisebat per Prophetas suos in SCRIPTVRIS SANCTIS. Idem est igitur Euangelion, idem uerbū Dei, quod & scriptis continebatur & uoce adnunciabatur, ut cuiuscunq; est prædicationē uerbi Dei audire, ei licet etiam scripture, in qua illa prædicatio continetur, legere. Quid ergo est, q; Sotus toties ingeminat, nō esse omnium legere scripturas? Sed propter obscuritatē (inquit iter) non possunt rudiora & impolita ingenia in sacrī literis uerari. Quæ tu mihi rudiora, quæ impolita ingenia narras? An sunt in orbe terrarū ad cognoscendas res diuinās rudiora & impolitiorā ingenia, q; inter Papistarum sacrificulos & fraterculos? adderē etiam Prælatos, nisi Sotus succenseret. Nos, cum defendimus cōmunem sacrae scripture lectionem, primum non loquimur de Papistis, qui ut sunt cæcati diuinū, ita habent sua ipsorum cōfessione scripturam incertam, dubiam, ambiguum, flexiloquam, præceptorem mutum, literam mortuam, literam occidentem. Et quod Sotus ex Esaia recitat, hoc ut initio dictum est de Iudaicis hypocritis, ita nunc propriè competit in successores eorum, hypocritas, sacrificulos, fraterculos, & Prælatos Papisticos. Hi enim sunt, quibus Scriptura est liber clausus, siue docti fuerint, siue indocti,

& qui glorificant quidem Deum labijs suis, cor autem eorum longe est ab ipso. Non igitur nobis sermo est in hac disputatione de Papistis, quibus hac in parte assentimur, quod scriptura sit ipsis obscura, ac planè litera mortua & occidens, sed loquimur de hominibus pijs, & in Christo renatis, qui habent spiritum Christi. Qui enim non habet spiritum Christi, (inquit Paulus) non est eius. Quod igitur Petrus de gentibus & baptismō dixit: Nunquid aquā quis prohibere potest, ut non baptisentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? ita licebit nobis dicere de pijs Laicis, Nunquid scripturā quis prohibere potest, ut eam non legant hi, qui spiritu Christi sunt prædicti? Deinde nomine lectionis scripturæ non intelligimus eam tantum lectionē, quam periti literarę exercēt, sed illā etiam, quam imperiti literarę à lectoribus audiunt. Quare, quantumcunq; rudis quispiam uel impolitus ingenio fuerit, si prædictus est spiritu Christi, non est arcendus, ut non ab auditu scripture, si fuerit literarū ignarus, ita nec à lectione scripture, si nouerit literas, quo uterq; per organon spiritus sancti erudiat & expoliatur, atq; in fide confirmetur.

Pergamus autē acumen A soeti inspicere. Nos affirmamus, vulgū seu Laicos ecclesię, hoc est, ecclesiā ipsam, uocamus. n. Ecclesiam, non Prælatoris, sicut Papistę, sed eos, qui in nomine Christi baptisati sunt, & auditū obedienter Euangelion Christi, Episcopos autē, hoc est, Superattentes, Pastores, Doctores & Concionatores, uocamus Ministros Ecclesię hanc (inq;) ecclesiam non arcemus, sicut nec ab auditu, ita nec à lectione scripture. Nec potest obscurum esse cuiq; uel saltem cōmuni sensu prædicto, quod in hac propositione loquamur de lectione scripture, quid sit per se, non quid fiat per accidens, ut dialecticorū more loquamur. Sotus autem *wæpælosyisn's*, reiecturus Laicos à lectione scripture, concionatur nobis de irreuērentia & temeritate inuadendi sacrā scripture sine uero timore Dei, (Hæc enim sunt uerba eius) & dicit hæc tunc timenda sunt, cūm passim vulgo scripture lectio permittat. Si ergo propter hanc causam Laici arcēdi sunt à lectione scripture, quod multi temerē, irreuērent & sine timore Dei irrumpant in eam, quid? An non ob eandem causam arcēdi etiam sunt ab auditu concionū seu scripture, q; multi accedunt ad cōciones prorsus impoenitenter, & magno Dei cōtemptu? Pergamus eodē argumentandi filo. Si homines sunt ab usu eaꝝ rerum prohibendi, quod multi ijs temerē, & sine ullo timore Dei abutunt̄, an non etiam sunt phibendi ab esu, à potu, à somno, à labore, à cōiugio, à studio bonarum literarum, ab opificijs, à mercatura, ab agricultura, addo ecclēsiastica, à baptismo, à sumptione Coenę Dñicę, à precatione, addo etiam Papistica, à faciendis aut inspiciendis Missis, à cantādis horis Canonicas, & omnibus alijs sacris, ppterera quod maxima semper hoīm multitudo hæc temerē & irreuēreter inuadat, & his sine uero timore Dei abutatur. Illud quoq; mihi cogitandū est, si Laici non sunt admittendi ad lectionem sacrae scripture, quod multi temerē eam inuadant, certe non admittendi etiam erunt ad eam nec Prophetæ, nec Principes, hoc est, Prelati, nec sapientes, nec prudentes, ppterera quod Sotus ipse affirmet Esaiam dicere, Deū clausisse oculos Prophetarum, Principū, sapientium & prudentiū, maximē ob irreuērentiam & temeritatē inuadendi scripture sine uero timore Dei. Habes acumē Sotis, sed qd obtusius, aut potius crassius est quouis fabaceo stramine. Videamus etiam exempla dictorę scripture, quibus Sotus ostēdere conat, q; periculose sit vulgo legere scripture.

Recitat

Recitat duo loca, quæ uidentur pugnare. Quando uos, inquit Christus, misi sine fæculo & pera & calceamentis, &c. Et mox. Nunc qui habet fæculum, tollat, similiter & peram, & qui non habet, uendat tunicam, & emat gladium &c. Ac iterum: Omnis, qui accepit gladium, gladio peribit. De his locis dicit Asotus, Quid amplius, inquiens, intelliget idiota & simplex Christianus, cum in lingua uulgarem translata audierit, quam si omnino nihil intelligat?

Quid Sote? Hactenus conatus es idiotas & simplices arcere à lectione scripturæ, num etiam arcebis ab auditu Scripturæ? Et aliquoties uisus es te adscribere sententiæ Christi, quod mysteria Regni Dei abscondantur à sapientibus, & reuelentur paruulis, quid est, quod nunc referas pedem, & sentias Idiotas & simplices, quos Christus uocat paruulos, omnino nihil intelligere? Ac profecto offundis nobis ob oculos fumum, nomine Idiotarum & simplicium. Sunt enim Idiotæ & simplices nonnulli, qui non tam Latinam, quam Græcam & Hebraicam linguam nōrunt, num & his prohibitum erit, ne legant scripturam in illis linguis? Aut si per illos idiotas intelligis literarum imperitos, quid est, quod hi omnino minus intelligent, ex auditu scripturæ in uernaculam linguam tralatae, q̄ illi ex lectione scripturæ adhuc in præcipuis istis, & insignioribus linguis comprehendēt? Num Græca aut Latina lingua aptius & magis idoneum est organon Spiritus sancti, q̄ lingua cuiuscq; gentis uernacula? An Spiritus sanctus se ita alligauit Græcæ aut Latinæ linguae, ut uelit maiora, & diuiniora dona per eas in lectores uel auditores effundere, q̄ per alias linguas, quas Sotus uocat Barbaras? Paulus ad Romanos scribens, Græcis, inquit, & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Quomodo autem seruiet barbaris, & insipientibus, si non uel scribat, uel loquatur lingua ipsis cognita? Nisi uos per linguam (inquit) manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Et quid? Supradex Esaia recitauimus, quod omnis lingua beat confiteri Domino, & celebrare nomen Domini. Quid ergo? Diceamus ne speciosioreni esse cōfessionem & laudem Dei ex ore loquentis Latinè, an loquentis Germanicè aut Hispanice? Si Deus probat laudationem nominis sui, quæ sit lingua Germanica aut Hispanica, quomodo non probaret etiam lectionem sacræ scripture, in has linguas tralatae? Sed næ ego ociosus sum, qui uanitatis Soticæ tam manifestæ refutationem suscipiam.

Quid autem dicam de Iustificatione, cuius etiam hoc loco mētionem facit Sotus, & quam docet Paulus, maximè omnium in epistola ad Romanos & Galatas? Nam si loquendum est de phraſi Pauliſta, qua ex suis Hebreis de Iustificatione scribit, fateor ipſe, quod ea phraſis non sit cuius, etiam ualde doctis, nota, nec haec notitia ad priuatam cuiusque salutem necessaria requiritur. Maximè enim omnium ad doctorem, & Paulini scripti explicatorem pertinet. Si autem de ipsa loquendum est, sicut notitia eius necessaria est cuius ad ueram Salutem adspicanti, ita non potest ulli, qui habet spiritum Christi, deesse. Haec enim illa res est, quod recipiamur à Deo in gratiam, & consequamur coram eo remissionem peccatorum, non propter merita nostrorum operum, sed tantū propter merita Christi, si in eum credimus. Nam hoc illud est, quod Paulus ait, Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Quare, & si multi ex peruerso sensu huius aut alterius

dicti scripturæ perire solent, tamen non idcirco arcenda est Ecclesia vulgi à lectione scripturæ, nec idcirco scriptura non est transferenda in uernaculas lingua, sed potius omnibus gentibus sua cuiusque lingua expōnenda, ut si nihil aliud, saltē Electi saluentur. Si enim Apostolorum prædicatione non fuit idcirco prætermittenda, quod multis erat stulticia, & odor mortis ad mortem, non erit etiam scriptura tralatio prætermittenda, etiam si multis sit occasio ad interitum. Pereant sanè, qui ad interitum sunt descripti. Certè non peribunt, quibus uel lectio uel tralatio scripturæ est odor uitæ ad uitam. Et cùm impuris nihil sit purum, profecto puris omnia sunt pura. Sed quid pluribus opus? Non est mirum, quod uobis Papistis superuacaneum & inutile, adeoque periculosum & nocivum uidetur. Scripturam transferre in vulgares & uernaculas lingua, cùm ex una parte metuatis cuti uestræ, ne ex collatione scripturæ cum uestris doctrinis & sacris, palam ab omnibus, summis & infimis cognoscatur uestra impietas, idolomania, & Antichristianismus: ex altera autem parte conteditis scripturam esse ambiguam, dubiam, flexiloquam, incertam, mutam, literam mortuam, & occidentem. Quis sic affectus non iudicaret Scripturæ diuulgationem non esse tantum superuacanam, uerum etiam modis omnibus abiiciendam, & execrandam?

Sed Soto obstat etiam nouitas, ne permittat translationem Scripturæ in uernaculas lingua. Res, inquit, noua est, & priori seculo, quando & disciplina Ecclesiastica, & Pastorum uigilantia, & doctrinæ puritas in Ecclesia uidebant, inaudita fuit apud Christianos, aut certè rariissima, &c. Et addit, Mille prioribus annis nihil auditum fuisse de transferenda scriptura in vulgarem linguam &c. Nesciebam, fratres, Sotum tanta esse ætate & memoria, ut posset meminisse, quid iam à mille annis fuisse in Ecclesia auditum. Et quia ea est ætate, licet ei impunè mentiri, iuxta vulgatum dictum, quod quatuor hominum generibus mendacia non facile exprobrari queant, uidelicet Senioribus, quod ea narrare soleant, quibus Iuniores non potuerunt præ ætate interesse, nec possunt de ijs testificari. Doctioribus, quod multa in libris legerint, quæ alij ignorant, ideoque non possunt mendacium refellere. Potentioribus, quos mendacijs arguere non est tutum. Et ijs, qui in multis & longinquis regionibus peregrinati sunt, quod his facilius adhibeamus fidem, quam ipsi facimus periculum. Ea tamen prudentia Sotus præditus est, ut uideat ipse, quid nouitati suæ obiici posset. Itaque sibi ipse responderet, quod superioribus seculis hæ linguæ, quibus Sacrae literæ conscriptæ sunt, fuerint gentibus vulgares & uernaculae. Nec est ignotum, quod & Moses & Prophetæ conscriperint suas conciones & res gestas ueteris Testamenti, in ea lingua, quæ populo earum fuit notissima, adeoque uernacula, quod & Apostoli & Euangelistæ, (præter Matthæum, ut aiunt) scripserint conciones Euangeli & res gestas noui Testamenti Græca lingua, quæ non tantum Græcis gentibus vulgaris fuit, uerum etiam eo tempore ne Romanis quidem ignota. Postea autem scriptura utriusque Testamenti translata fuit in Latinam linguam, idque ijs temporibus, quibus Latina lingua fuit Romanis uernacula. Vnde Augustinus scribit sua ætate extitisse innumerabiles Latinorum tralationes. Latinorum, inquiens, interpretes infinita uarietas. Et iterum: Qui Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam uerterunt linguam, numerari possunt. Latini autem interpres nullo modo, &c. Et addit: Quæ quidem res (inquietus) plus adiu-

uit intelligentiam, quam impedivit, si modò legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum saepe manifestauit inspectio.

Ex quo manifestum est impudens & insigne illud mendacium Soti, quod significat tempore Augustini & Ambrosij nihil fuisse auditum de transferenda scriptura in vulgarem linguam. Quare, si illis temporibus non fuit periculosum, & detrimentosum, sed utile & commodum, conscribere Sacra linguis uernaculis, quid his nostris temporibus accidisset, quod non esset utile Sacra in uernacula linguis transferre? Sed Sotus conatur illud eludere, quod præter linguam Hébræam, Græcam, & Latinam, gentes etiam alij linguis sint locutæ, quemadmodum indicat linguarum confusio in Babylone, & Acta Apostolica in die Pentecostes &c. Quid autem hoc, quæso, ad rem? Scimus ipsi non fuisse tantum tres lingua in orbe terrarum, sed multo plures, immo uidemus unam linguam habere interdum diuersissimos idiotismos. In presentia uero non disserimus de numero, sed de usu diuersarum linguarum, ac dicimus, quod cum Sacra historiæ, & conciones mandatae sunt literis Hebraicis, Græcis & Latinis, haec linguæ fuerint tunc in suis gentibus vulgares & uernaculæ, adeoque reliquias communiiores, & insigniores: Quod si ijs temporibus non fuit piaculum sacras historias & conciones uideret, audire, cognoscere, conscribere & legere lingua vulgo nota & usitata, quid nuc accedit vulgo, quod idem non liceat ei, per Papistas, his nostris temporibus? Sed fortassis sequuntur regulam sui Cusani, qui affirmat Deum mutare suam sententiam, secundum mutationem sententiae Ecclesiæ, hoc est, Prælatorum. Quare, & si placuit tunc Spiritui sancto vulgare sacra sua uernaculis linguis, nunc autem, quia Sotus, & Prælati eius aliud sentiunt, necesse habebit Spiritus sanctus cedere, & abiecta ueteri sua sententia, Prælatorum sententiae subscribere. Quid nisi Spiritus sanctus enim tradidit sese unâ cum pennis & plumis suis coetui Prælatorum & Fraterculorum sic captiuum, ut necesse habeat pro suis oraculis agnoscerre, quicquid illis uisum fuerit, etiam si decretis suis innumerabiles cateruas hominum ad gehennam ducerent. Aut fortassis existimat Asotus Scripturam sacram similem esse Sibyllinis oraculis, que cum M. Aquilinus largitione corruptus dedisset finitimi transcripta, culeo insitus est, & submersus. Sic putat Sotus eum committere piaculum, qui Sacram Scripturam transferat in vulgarem linguam.

Nam quod scribit, Mille prioribus annis non fuisse aliquid auditum de transferenda scriptura in vulgarem linguam, hoc si intelligit de temporibus Augustini & coetaneorum, aut circiter, Patrum, purum putum esse mendacium, paulò ante ostendimus. Si autem intelligit de temporibus, quæ postea secuta sunt, & quibus Romanus Antichristianismus paulatim uires accepit, tantum abest, ut negemus, ut hoc illud ipsum sit, de quo queramus. Postquam enim Romani Pontifices & Prælati ac Fraterculi eorum meditati sunt tyrannidem in Ecclesiam, & tradiderunt sese hypocrisi, ac idolomania, commenti sunt, neglecta Sacra scriptura, & contempto studio bonarum literarum, nouum genus doctrinæ, quod alij Scholasticum, alij Sophisticum vocant, ex quo orta est tanta barbaries in Ecclesia, ut non sit mirandum, quod tunc de transferenda Scriptura in vulgarem linguam nihil sit auditum. Sed quanto id damno, quanta pernicie Ecclesiæ factum est: Quod igitur Soto & Papistis nouares est, suscipere Scripturam

in vulgares linguis transferendam, non gloriatione, sed accusatiōne, & deoꝝ detestatione dignum est. Et cū illud agunt, ut populus non habeat Biblia in uernaculam linguam conuersa, conantur adhuc detinere eum in tenebris, ut possint impunē in ipsum dominari, & quasvis nugas, imō impietates, imō blasphemias, imō Antichristianismum ipsum, pro cœlestibus oraculis obtrudere.

Sed fingamus hoc genus transferendæ scripturæ esse uerē nouam rem, num idcirco est damnanda? Noua res erat, & à seculo inaudita, quod Euangelion Christi uulgabatur uoce Apostolorum in toto orbe terrarum, & omnibus linguis, erat tamen res cœlestis & diuina. Noua res fuit his superioribus temporibus, artificium imprimendi libros. Et tamen agimus Deo pro hoc inuenio magnas gratias. Noua & inaudita res esset, si Romani P̄tifices abnegarent suum Antichristianismum, & Fraterculi damnarent suam impiam hypocrisim ac Idolomaniam, & agnoscerent uerum Euangelion Christi, num idcirco non esset res Deo grata?

Sed hīc iterum uide mihi quanta cæcitate, quanto mentis furore Sotus sit percussus, ut nō uideat, quid pro se, quid pro aduersario dicat. Scribit à principio Ecclesiæ consultum suis in oribus breui traditione præcipuorum mysteriorum fidei, in Symbolo. Et extare Decalogum, extare Orationem Dominicam, in quibus est, teste Augustino, summa totius religionis. His accedere anniuersarias festiuitates &c. Gratias tandem agimus Soto, quod dum nobiscum pugnat, porrigat nobis arma, quibus ipsum repellamus. Nam & nos affirmamus hunc Catechismum esse epitomen & summam totius religionis, adeoꝝ esse tanquam parua Biblia, quibus uniuersa doctrina de consequenda æterna nostra salute contineatur. Sed quanto hīc Catechismus observatione dignior est, tanto execrabiliores sunt Asotici fraterculi, quod partim celerent eum cōfam vulgari populo, partim non admittant populum ad lectionem Bibliorum. Alicubi enim prohibent, ne populus hunc Catechismum populari sua lingua, sed tantum Latina ipsis ignota & non intellecta recitēt. Quid est tyrannis, si hæc non est? Et cū hic Catechismus sit epitome totius sacrae scripturæ, ac per scripturam copioſe explicetur, quid est quod non liceat per Papistas trāsferre scripturam in vulgarem linguam, ut populus uel lectione, uel auditu eius, ueram Catechismi sui sententiam discat, & cognoscat? De anniuersariis autem festiuitatibus quid? An non idcirco institutæ sunt, ut in his & historiæ Euāgelicæ (sicut Sotus ipse dicit) & mysteriorum redemptiōis nostræ memoria, per singulos annos renouetur, & præcepta uiuēdi tradant? Et quid aliud maximè omnium tractat Scriptura? Quare, si permiseris uulgari hominum generi Symbolum Apostolicū, Decalogum, Orationem Dominicam, & anniuersarias festiuitates, permittas ei etiam lectionem uel auditū totius scripturæ, necesse est Episcoporū, inquit Sotus, est tradere instructionē admonitionēs uulgari lingua, quas audiant simplices. Sed quotusquisq; est Episcopus, qui hoc officiū populo presteret. Intelligis, opinor, Sote, qd hoc loco de uestris Papisticis Episcopis dici posset. Et ut maximè nōnulli Papistici episcopi suscipiant munus docendi, tamen, quia sequuntur somnia suorū Fraterculorum, & decreta suorum Pontificum, tantum abest, ut erudiant & instruant simplices, ut potius ex asinis faciant truncos, & ē truncis, stipites; adeoꝝ fiat, quod Propheta ait: Portabūt iniuitatem suam, iuxta iniuitatem

tatem interrogantis, sic iniquitas Prophetæ erit. Et quod Christus dicit: Facitis eum filium gehennæ duplo magis, &c.

At enim nō nouitās tantum, uerum etiam difficultas obstat Soto, quo minus transferat sacrām Scripturam in linguas præsertim in eruditas & Barbaras, ac metuit ne parūm dextre ab indoctis trāsferatur. Sed bonus scilicet uir iudicat de alijs ē suo & Fraterculorum suorum ingenio. Arbitratur hoc opus sibi & maximæ parti suoꝝ Fraterculorum difficile, imo quasi impossibile (ut ipse loquitur) esse. Quare putat nec alios hoc præsta re posse. Et hīc mihi uide Fraterculi uel incogitantiam, uel temeritatem. Ut propositum suum obtineat, ne Synodi quidem Tridentinæ parcit. Hæc enim agnoscit tantum pro autentica, ueterem & uulgatam Biblio rum tralationem in lingua Latinam. Et tamen Sotus, o temeritatem, audet eam tralationem tanquam minus emendatam publicè traducere. Cūm scriptura, inquiens, à tot eruditissimis in unam Latinam sit transla ta, non tamen desunt multa, quæ uel emendari, uel attentius & proprius considerari debeant. Certè, si sic perrexeris ire Sote, non continget tibi Cardinalitus Galerus. Audes tu uociferari multa esse in tralatione Latina, quæ emendari debeant, quātum, obsecro, piaculi designas? Synodus ne Tridentina tam imprudens, tam incircūspecta esset, ut ea, quæ egent emendatione, Ecclesiæ pro Autenticis commendaret? Sed Sotus uel tandem, admittit simplices ad lectionem sacrę Scripturæ, non autem totius, sed tantum partis alicuius, ac præsertim eius, quæ est de moribus, idque uult uideri facere exemplo Augustini, Basilij & aliorū. Non miror, quod Sotus tam impudenter loquitur. Vetus enim dictum est: Si iuxta clau dum habitaueris, claudus & ipse fies. Credo Sotum esse frequentem con gerronem Prælatorum. Hi autem solent inter suos pro autoritate loqui, quod nemo sit inter eos, qui audeat ipsos mendacij aut insciitiae arguere. Et fulgurant illud, Penes nos est autoritas mandādi. Dicunt ergo & ipse magnifica loqui, uera ne sint an falsa, nō est curæ. Veteres enim purioris Ecclesiæ Scriptores non aliquam tñ partem scripture, sed uniter sam scri pturā tradiderūt Ecclesiæ, cuius etiā integros libros Ecclesiæ explicuerūt. Genesim Mosi eo loco habetur apud Hebræos, ut aliquot eius capita non tradant suis adolescentibus legenda. Et tamen Chrysostomus ausus fuit eam uniuersæ suæ Ecclesiæ explicare. Quid uidetur Psalterio alicubi, pro pter phraseos peregrinitatem intricatus? Ettamen Augustinus suscepit illud Ecclesiæ suæ publicè interpretandum. Canticum canticorum Salomonis iudicarunt nonnulli, non tantum obscurum, uerum etiam offendiculi plenum. Et tamen Bernardus ausus fuit illud fratribus suis, inter quos uerisimile est, non omnes fuisse confirmato & spiritu & iudicio, familariter exponere. Quod si tradiderunt Ecclesiæ suæ difficillimos scri pturæ libros, quæ religio uetusset, ne, si per tempus & reliqua negotia licuisset, alios quoq; minus difficiles libros exposuissent? Tradiderunt autem & expoluerunt eos, non ut tempus fallerent, sed ut Iudicium Ecclesiæ, seu uulgi formarent, quo unusquisque disceret ex Scriptura, proprio iudicio Pseudoprophetas, & uenturum Antichristum, hoc est, Papismū cauere. Præterea, ueteres scriptores non tantum tradiderunt Ecclesiæ ea quæ ad externos mores coram hominib; pertinēt, sed maximè omnium quæ pertinent ad ueram fidem & spem coram Deo. Non docuerunt tantum Decalogum, in quo continetur doctrina de moribus, ue rum etiam docuerunt Symbolum Apostolorum, in quo continetur do-

ctrina de fide. Ac pfectò, nisi fides fuerit recta & uera, extermi mores ad ueram & aternam salutem nihil proderunt. Quicquid enim non est ex se de, peccatum est. Nec iustificatur homo, ut Paulus ait, ex operibus legis, (que certè sunt honesti mores) sed per fidem Iesu Christi. Quare, cum ueteres scriptores tradiderunt Ecclesiæ Decalogum, & Symbolum Apostolorum, non solum tradiderunt ei uniuersam scripturam sacram legendum & cognoscendam, cuius illa sunt compendium, uerum etiam exegerunt, ut ex ea proprium suum quisque iudiciū, autore spiritu sancto, informet, quo sciat omnem impietatem, ac præsertim Papisticam cauere & detestari. Sed priusq; te, optime lector, ab hoc capite dimisero, quæso te, obsecra mihi insignem Sotii impudentiam. Hoc enim uicesimum tertium caput sic concludit. Hæc omnia nobis dicta sunt, inquit, ad modestiam persuadendam in scripturæ lectione, cui quantum capere possumus, maximè repugnat Brentij illa sententia de proprio Iudicio, in rebus ad salutem eternam necessarijs. Ad modestiam, inquit, persuadendā in scripturæ lectio-ne. Quis, obsecro, docuit in lectione scripturæ immodestias? Num Brentius? Vbi nam, aut quomodo? quia exigit, ut Laici non arripiant queuis dicta & decreta Pontificum, & fraterculorum pro oraculis Spiritus sancti, sed legat etiam ipsi scripturā, & iudicent ex ea de Papistarum impietate & Antichristianismo. Hoc illud est, de quo pugnant Papistæ. Cupiunt auditores stipites & truncos, qui etiam si maxima ceterua à Pontificibus ad gehennam ducantur, non dicant. Quid facitis? Sed sequantur tanq; bus balinare tracti. Quærunt enim retinere suam dominationem, qua consulant non saluti Ecclesiæ, sed suis cupiditatibus. Quo studiosius igitur Sotius reñicit Laicos à lectione scripture, eo magis suspectos reddit Papistas, quod ambulent in tenebris, nec possint ferre lucem.

C A P V T X X I I I I .

Bonam operam nauauit Sotus, quod statum capitū in suo scripto adnotauit ad marginem, ut lector mox primo aspectu uideret, quid ageretur. Etsi aut̄ aliquoties alio se proripit, & cū instituerit amphoram, exit urceus, tamen in hoc capite cōtinget se aliquo modo intra septa, & docet, quod in adnotatione profitetur, spiritum ueritatis ab erroris spiritu nulla ratione apertius discerni, q; ex consensu cū catholica Ecclesia. Posset fortassis alia quoq; ratio huius dijudicationis, q; consensus cum catholicâ ecclesia inueniri, si quis accuratius inquireret, sed cōcedemus interim Soto suam hyperbolē, ut eo citius ad principalē institutum ueniamus. Quod igitur dicit, Spiritus ueritatis discerni ab erroris spiritu, ex consensu cū catholicâ ecclesia, recte dicit, & habet nos hac in parte quoq; nō possumus. Sed miror eū tradidisse obliuioni, quis sit præcipuus status eius cōtrouersiae, quæ est inter nos & Papistas. Non enim hoc controuertitur, Ut igitur spiritus mendax cognoscatur ex dissensione ab ecclesia catholicâ. Sed illud, utrum ne uos Papistæ sitis uera illa catholicâ Ecclesia, quam nobis spiritus sanctus commendat. Cōcedimus igitur, & fatemur ingenuè, q; spiritus ueritatis discernatur à spiritu erroris, ex cōsensu cum Ecclesia Catholicâ. Sed negamus, & pernegamus Vos Papistas esse hāc Catholicam ecclesiam. Iam igitur, quod ad præcipuum statum huius ultimi capitū in hac tertia parte attinet, debellatum est. Sed reliquū est adhuc acrius certamē, ac plane illud, quod iam inde ab initio orbis terræ, in humano genere existit, uidelicet, Num Ecclesia Cain, an Abelis, Num Ismaēlis, an Isaaci,

Num

Num Esau an Iacobi, Num Israelitarum, an gentium, Num auditorum Propheticæ, an Baaliticæ doctrinæ, Num Phariseorum, an Apostolorū, Et ut ad nostra tempora ueniā, Num Papistarum, an eorum qui sequuntur Propheticam & Apostolicam doctrinam, si uera illa Catholica ecclesia, quæ est electa spōsa filij Dei, & aduersus quā non prevalent portæ infero rū. Hic, hīc debuisset Asotus fuisse fortis, & copiosus. Sed tātē est seu igna uia seu impudētia, ut quod maximē est in controuersia, hoc ipse pro certō assumat. Nam illa uestra ordinaria successio, quā soletis alias iactare, nihil hic facit, & hactenus à nostris perspicue est refutata. Est & illud per spicuum, quōd nostri manifestis testimonij & argumentis demonstrantur, ubi uera illa Catholica ecclesia, sponsa Christi sit quærenda. Quare, quod ad p̄cipuum huius capitū statum attinet, canendum nūc nobis esset receptui, sed tamen uisum est nōnulla quæ Sotus inspergit, perstringere. Cōfert nos cum Manichæis, & dicit nos gloriari, sicut illi, de nostra paucitate. Non nego, quin hæretici iacent aliquoties suam paucitatem: Sed tum demū paucitas Deo est curæ, cū ueritatem à multitudine impiorum oppugnatam sequitur, nō cum falsa dogmata defendit, & solo paucitatis nomine se commendat̄ putat. Nec illud nego, nos aliquoties paucitatem nostram commemorare, sed tum, cū uos gloriāmini de uestra multitudine & magnitudine, ac p̄ ea, paucitat̄ nostrę mediū dígiti ostēdit. Nec blādīmū nobis solo paucitatis noīe, sed cū ueritas à nostra parte stet, à uestra autem, mendacium, sicut gloriāmur in afflictione, quā uestra persecutio sustinemus, ita etiā consolamur nos paucitate, quōd à filio Dei didicerimus, eam non sic coram Deo contemptam, sicut est coram uobis Papistis. Nolite timere pusille grex, inquit filius Dei, quia complacuit Patri uobis regnum dare. Et Paulus: Videtis uocationē uestram, quia non multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, non multi nobiles &c. Non igitur sumus uobis Papistis aliqua uerecunda obstric̄ti, etiā excitati uestris clamoribus, de uestra maiestate in hoc seculo, paucitatem nostram commemoremus.

Qz interea Sotus non tam Brentio & nobis, q̄ sibi & suis precatur, ut non nos ipsos, sed Christū, p̄dicemus, non nos, nec nostram gloriā, sed eius, qui misit nos, queramus, didicit suavis homo in morem plittaci pia precationū uerba imitari, sed q̄ longè cor suum sit à uerē pia precatione, uel hinc manifestū est, quōd & defendat Papatum, hoc est, antichristianum, & conferat quam̄ potest operam, ut omni genere crudelitatis op̄ primamur. Quare non possumus precationem eius aliter interpretari, q̄ quōd sint lacrymæ crōcodili.

Mirandum aut̄ est, quōd iubeat nos querere Spiritum sanctum in Ecclesia catholica, & interim tamē doceat tutum, & humilimū esse, semper de eius in nobis gratia, atq̄ pr̄äsentia dubitare. Quid? An non corpus catholicæ Ecclesiæ constat ē mēbris, ijs nimirum, qui nomen Christi agnoscunt? Quæ est ergo illa mentis uertigo, uniuerso corpori tribuere, quod tñ singulis mēbris negaueris? Tota ecclesia certè habet spiritum sanctū, & tñ nullū ecclesiæ mēbrū audet, Soto & Papistas, affirmare se certò spiritū sanctum haberet. Paulus dicit, Qui non habet spiritum Christi, non est eius. Nulli autem licet per Sotum & Papistas dicere, sibi datum certò esse Spiritum sanctum. Nulli igitur licet per eos dicere, se esse Christianum. Fides donū est Spiritus sancti. Cū ergo dubitandum est Soto & socijs eius, num habeat Spiritum sanctum, certè mutanda est etiam pro-

fessio fidei eorum, & non est dicendum, Credo in Deum Patrem omnium potentem, Et in Iesum Christum, & in Spiritum sanctum, sed potius dividendum est, Num credam in Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, dubito? Intelligis, opinor, quam alieni sint Papistae omnes ab ea plerumque phoria fidei, quam a nobis exigit Paulus, Nec quenquam eorum posse illud Daudis, Credidi propter quod locutus sum, usurpare, sed quouis uento cogitationum circumferri, De hoc autem argumento aliis copiosè a nostris dictum est. Deinde concionatur nobis de modestia Cypriani, & aliorum ueterum, qui etsi in aliquibus dogmatibus dissenserunt a catholicis Ecclesia, tamen non dissoluerunt unitatem. Primum, miror, quod hanc cantilenam non cecinerit haec tenus suis Papistis, qui cum nostri uel saltem comedent carnes in feria sexta, aut coniuges duxerint, aut utramque partem eucharistie in cena Dominica uel dispensauerint, uel sumptuerint, non sunt contenti, omnibus facultatibus eos exuere, & in exilium adigere, uerum etiam alibi crudelissimis supplicijs extinguiri. Vbi est hic modestia Cypriani? Vbi Polycarpi & Aniceti? Hoc certe, quod Papistae in nos designare solent, non est tantum a iure communionis repellere, uerum etiam de uita tollere, adeoque de celo ipso, in extremum barathrum, quod in ipsis est, detrudere. Deinde, cum Sotus affirmat ueteres, qui de observatione Paschae contenderunt, non reiecerisse se iniucem a communione, splendidum dicit mendacium. Historiae enim manifeste testantur, quod Victor, Romanus Pontifex, mandarit Asianis sub excommunicationis censura, ut Pascha die dominico celebrarent. Quae est igitur illa Sotii impudentia, quod audet perfida fronte negare, quod ueterum historiarum constanter affirman?

Postremo aliud nunc est controversiae genus, quod olim apud quosdam ueteres, Hi nonnunquam rixati sunt inter se de rebus quibusdam & ritibus adiaphoris, quale quid est, celebratio diei Paschae in die Dominico, Nos autem pugnamus cum Papistica colluvie de praecipuis religionis nostrae articulis, adeoque de Antichristianismo. Dicimus uestrum Papisticum regnum, esse regnum Antichristi. Nec id temere dicimus, sed probamus esse uerissimum, ex collatione Propheticorum & Apostolicorum scriptorum, cum genere uestrae religionis & dominationis, aut potius tyrannidis. Hic nulla potest esse concors unitas. Huc pertinet illud Pauli, Quod confortium iusticie cum iniusticia? Aut quae communio luci cum tenebris? aut quae concordia Christo cum Belial? Quare uos Papistae aut abicite uestrum Antichristianismum, & resipiscite, aut desinite nobis concordia cum concordia cum uestra Ecclesia.

Sed concludit uel tandem Sotus hanc scripti sui partem, eodem filo, quo initio texere coepit. Vsq; adeo (inquiens) proprium iudicium sequendum necessarium non est, ut tanto magis fides nostra, & uniuersa opera gratia sint Deo, quanto magis in eis proprio renunciamus iudicio, ut Ecclesiam catholicam sequamur. Veterem morem obtinet Asotus. Ludit amphiologis, & ambiguitate uocabulorum, ut uideat in speciem aliquid dicere, quod si explicueris, maxima est impietas. Nam, si nomine ecclesiae catholicae intellexeris ueram ecclesiam filij Dei, quae nobis in manu tradidit, & commendauit scripta Prophetica & Apostolica, ut sententiā eorum, abnegato omni humanae rationis iudicio, tanta constanza sequamur, ut si angelus de celo aliud nobis adnunciaret, pro anathematice habeamus, recte quidem loquitur Asotus, sed impiè sentit. Hoc enim

enim illud est, quod Brentius intelligit, cùm exigit proprium cuiusque iudicium in causa religionis. Non exigit, ut sequare iudicium carnis, iudicium humanæ rationis, sed ut sequare iudicium Spiritus, iudicium Sacrae scripturæ. Non singas tibi ipse Spiritum, sed haurias eum ex uerbo Domini, ex oraculis Spiritus, quæ in scriptis Propheticis & Apostolicis continentur. Et hoc uerè est, non inniti suæ prudentiæ, non esse apud se metipsum sapientem, sed inniti prudentiæ Spiritus sancti, & esse sapientem in Domino Deo nostro. Et schola, atq; cathedra Christi, non est scriinium pectoris Pontificij, non decreta Papatus, sed scripta Prophetica & Apostolica. Quare, cùm audieris doctrinam, non est agnoscenda, quod uel rationi tuæ humanæ arridet, uel proponitur à Pontificibus, sed quod in scriptis illis Propheticis & Apostolicis continetur. Si uero nomine Ecclesiae catholicæ intellexeris colluuiem Papisticam, quæ nobis obtrudit scriinium pectoris Pontificij pro oraculis Spiritus sancti, & iubet nos Pontificem sequi, etiamsi ducat nos ad perpetuam gehennam, nihil magis impie dici potest. Hoc enim est exigere, ut simus stipites & trunci, & ut habeamus fidem carbonariam. Nam huc nos uocant Prælati Papisticæ & Fraterculi eorum, non, ut cum iudicio audiamus conciones & mandata ipsorum, et cogitemus, num sint ex Deo. Sic enim cogitare, piaculum esset, & malunt nos dubitare, num simus in gratia Dei, quam num mandata Prælatorum & doctrinæ Fraterculorum sint ex Deo, sed ut quæ dicunt, tanquam cœlestia oracula excipiamus, etiamsi nobis in perpetuam internectionem abeundum esset. Quod cum Asotus hactenus impudentissime ab uniuersa Ecclesia exegerit, nunc etiam impudentius recipit se in postrema scripti sui parte ostensurum. Sed non dubito, quin meus ille collega, qui eam partem refutandam suscepit, impietatem ipsius ita sit demonstratus, ut uniuersus Christianus orbis cognoscatur, nullum unquam fuisse in hac terra populum

Papisticis fraterculis uaniorem &
impudentiorem.

τέλος, καὶ τὸν δόγματα

REFUTATIO quartæ partis Sotici scripti,

CVI AVTOR TITVLVM FECIT, DE ERRORE
AVT IGNORANTIA CIRCA FIDEM
EXCVSANTE VEL AC-
CVSANTE,

AVTORE THEODORICO SNEPFFIO DOCTORE ET
PROFESSORE THEOLOGIAE IN ACA-
DEMIÀ TVBINGENSI.



ОІТАЧНЯ

під Годівським

злож за пост митрополита 170
ідею відмінної
чесноти

та заслуга відмінної
чесноти



THEODORICVS⁶⁷¹

Snepphius D. Le&tori

SALVTEM.



ON vulgare DEI beneficium est, quod nostro seculo (quo purior Euangelij doctrina propemodum sepulta iacebat) non solum docti & preclarui extiterunt, qui ex pulueribus situque libros Biblicos, adeoque ipsam ueritatem assererent, sed aduersariorum etiam (quibus barbaries antiqua & Idolomania placet) calumnijs & sophismatibus responderent.

Et quidem illi tanta ingenij contentionе ea in re elaborarunt, ut posteritati nullam ferè in hoc genere, scribendi materiam reliquise uideantur: Sic enim omnia ex tenebris in lucem educta, sic è squalore humanarum traditionum eruuta, sic denique contra maledicos defensa sunt, ut qui iam libros scribunt, pleraque ex ipsorum lucubrationibus ueluti instructissimo penu possint depromere. In primis autem non opus erat criminationibus Petri de Soto respondere, nihil enim attulit, cui non iam antea nostrorum libris responsum sit: At cum Illustrissimus Princeps Christophorus dux Vuirtenbergensis & Tercensis, Comes Montis Peligardi &c. Dominus meus clementissimus uellet, ut & ego aliquid afferrem contra impudentissimum scriptum Asoti, ac significarem, sicut cæteri quoque, qui ipsius iussu contra Sotum scripsérunt, serio me perturbari ecclesię iam senescentis fortuna, quæ tam miserè cum à reliquis Romanensibus, tum uero illo fraterculo laceratur, non debui nec potui silentio diutius uti. Etsi enim styli mei maciem & squalorem agnosco, tamen malui qualecumque significationem mei erga uerè Catholicam Ecclesiam studij extare, quam omnino tacere, ac Principis mei clementissimi uerissimeque propter insigne pietatis studium Christophori, negligere mandatum. Oro autem æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut puritatem Euangelij ineffabili clementia sua his temporibus restitutam, contra conatus Diaboli ac tyrannorum apud nos conseruet, ac

efficiat, ut nos pro tantis beneficijs uerè simus grati: deinde illis etiam, si ad mortem non peccarunt, largiatur animum meliorum, ut agnoscant, quanta ingratitudo sit, Thesaurum cœlestium bonorum oblatum aspernari, quanta improbitas doctissimis uiris, qui omne studium suum Ecclesiæ impendendum iudicarunt, maledicere: quantum denique scelus fit Christi merito extenuato, cultus humana autoritate sine uerbo institutos extollere, ac discant aliquando ueritati Euangelicæ semper uictri cedere, & nobiscum omni uitrium animiq; contentione in uinea Domini laborare. Benè ac fœliciter uale.

RESPON.

Responsio ad quartam & ul-

TIMAM PARTEM APOLOGIAE PETRI DE SOTO, IN
QVA DE IGNORANTIA EXCVSANTE VEL NON
EXCVSANTE, SCRIPSIT CONTRA PROLE-
GOMENA D. IOANNIS BRENTII.



Atis, ut spero, ad tria capita, quæ Petrus de Soto, aut certe
is, qui furori ipsius seruire uoluit, de Ecclesia una uisibili,
de iudicio (ut ipse loquitur) certo & ultimo, de utilitate &
necessitate sequendi aliorum iudicia, contra προλεγόμενα
D. Ioannis Brentij scripsit, responsum est. Reliquum est,
ut de quarta parte, in qua de ignorantia excusante uel non excusante,
molestos & prolixos commentarios texit, dicamus, idq; faciemus se-
riem magis ab ipso propositarum propositionum sequuti, quam quod
putemus confutationem argumentorum necessariam. Nam multa ex
superioribus repetuntur, alia inanum uerborum apparatu exornantur,
ut manifestum sit, authorem scripti in primis quidem operam dedisse,
ut imperitis, orationis cultu maiore imponeret, apud alios, qui insidias
istas animaduerterent, laudem inueniret eloquentiae, ne planè fructu o-
mni laboris caruisse uideretur. Nos quibus ueritatis oratio simplex illa,
& ad docendum tantum comparata, placet, maluissimus taciti partem
istam præterire, propterea quod superiora pijs & intelligentibus satisfa-
ciunt, nisi parcendum infirmis uideretur, quibus silentium nostrum suspe-
ctum esse poterat. Dabunt ergo æqui Lectores nobis ueniam, si non uul-
la coacti ipsius ταυτολογια resumpserimus, certe quantum in nobis est
relectis inutilibus, breuitati studebimus.

Libri quidem inscriptio est de errore siue ignorantia circa fidem ex CONTRA
excusante uel non excusante: sed anteà quam ad partitionem accedat au CAPVT L.
thor, initio prolixè declamat homines ad ignorantiam esse proclives,
idq; testimonij Davidis & Apostolorum confirmat: mox subiicit ma-
ximæ temeritatis esse se uel sapientem uel doctum profiteri, cum in mi-
nimis etiam saepè hallucinatos sapientissimos constet, atq; D. Paulum
etiam nobis hortatorem esse, ut relicta uana sapientiae opinione, stulti
fiamus, hoc est, ignorantiam nostram ac tenebras, quibus toti immersi
sumus, agnoscamus. Quo in loco ualde miratus sum, quomodo tantus
rhetor ita sibi excidere potuerit, ut iam ea quæ aliás hæretica ac cōtraria
Catholicæ Ecclesiæ Romanenses scribunt, quasi suo calculo approbare
uideatur. Neq; enim ignotus est quantis laudibus isti cum de libertate ar-
bitrij, cum de operibus gratiam de congruo (hæc, n. phrasis ipsis placuit)
merentibus disputant, reginā illam ac rectricem morū extollant: cōtrā
eos, qui uiribus nihil quam tenebras, ignorantiam, peccata ascribunt,
anathemate plectunt. At uero si catholica sunt quæ statim in līmine &
uestibulo libri scribit Sotus, si philosophia Christianæ prima pars est ig-
norantiam ac miseriam suam agnouisse, cur eos diris deuouetis, qui ista
docent? Si humanus animus in rebus ad salutem pertinentibus, nihil ha-
bet præter errorem & hallucinationem, quid relinetur merito ope-
rum eorum, quæ conuersionem præcedunt, quid conatibus humanis?
Sed ita scribere necesse est eos, qui perturbatōs animi motus, & inpri-
mis odium, iram uel inuidentiam in consilium adhibent. Fatemur nos
ac quotidie magno studio cohortamur uniuersos, ut omni uirium pro-

priarum fiducia deposita, extra nos & salutem ac sapientiam nostrā quæ
ramus; non ergo opus erat ista declamatione: poterat nos uel Socrates
docere, hominis sapientis esse, hoc unum scire, quod nihil sciat: potuit
& sufficere usitatisimū illud γνῶθι σεαυτόν. Sed adhibentur scilicet istae
machinæ, ut expugnent Lutheranis, ac conuincantur esse omnium
hominum stultissimi, quod fateri audeant se aliquid scire: quod de sua
salute non dubitant: quod errores manifestos taxant, hæc est magna
& non toleranda confidentia ac stolidæ opinio sapientiæ. Sed benè res ha-
bet, uno uerbo nos ipse Asotus excusat, dicens, Altiore luce nos quam
ista illuminando, item nostros oculos induendos esse, si solidam & ad
nos pertinentem ueritatem uelimus cognoscere. Ista autem profectō
lux est sacrae scripturæ, quæ non solum ostendit quanta sit humanarum
mētium ad errorem propensiō, sed in hac caligine, & multiplici errore,
tanquam in profundissima nocte ambulantibus, lucem præbet, sicut
testatur Psaltes: Verbum tuum lucerna pedibus meis. Et Petrus: Habe-
2. Pet. 1. mus firmiorē sermonem propheticum, cui dum attenditis, ceu lucer-
næ apparenti in loco obscuro recte facitis &c. Iam, qui hac luce utuntur,
etiam si ipsi natura præter tenebras nihil habent, cum tamen è caligine
ad lucem aspirant, & scrutari scripturas uolunt, in quibus uitæ æternæ
spem habent, nō modò non accusandi, sed cōmendandi etiam sunt. Ne-
que enim suam sapientiam iactant, sed Dei in uerbo propositam, nō du-
ctū rationis suæ, sed (ut ita loquar) Dei ipsius uestigia sequuntur. Quod si
ergo author libri propter hoc studium nos perstringit, ipse iam sibi con-
trarius est, non dubitans ad facē illam uerbi Dei (sic enim intelligo ipsius
de luce uerba) cursum nostrum in hac caligine dirigendum esse.

**CONTRA
CAPVT. 2.**

At uero, inquit, mysteria scripturæ, deinde etiam sensus obscuri sunt
& intricati, ut de ipsis iudicare difficile sit: Arium, Macedonium, Sabel-
lum & similes hæreticos in errorestantos prolapsos, quia ultra quam
oportuit mysteria inuestigare conati sint.

Quod ad mysteria attinet, uel ipsum nomen nos admonet huiusmodi
ab humanis oculis remota, sed ita tamen, ut quid de istis sentiendū &
credendum sit, planissimè nos scriptura doceat. Obscuritas ergo est in
causis & modo, quem imbecillitas nostri ingenij nō assequitur, magna
autem facilitas, cum obedientes aures scripturæ præbemus.

Articulus incarnationis difficilimus est, si rationem ac modū admī-
rabilis unionis diuinæ & humanæ quæras, facilimus si scripturæ, quæ ab
inuestigatione causarum te ad obedientiam fidei multis locis deducit,
credas. Verbum (inquit Ioannes) caro factum est, Rom. 1. De filio suo,
qui genitus fuit ex semine David secundum carnem, qui declaratus
fuit filius Dei cum potentia. Hi loci & similes, ijs qui autoritatem scri-
pturæ saluam uolunt, nec sunt contentiosi aut excæcati (nam istis quem
admodum noctuis sol etiam obscurus est) satisfaciunt de isto articulo.
Causas autem in re certa, & quidem miraculo, inuestigare, extremæ de-
mentiæ est.

Mysteriū prædestinationis certum est ex Mose: Misereor cuiuscunq;
misereor, & cōmiserabor quemcunq; cōmiseror. Ex eo concludit Paulus:
Itaq; nō est uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei; & paulò post:
Cui vult miseretur, & quē vult indurat. Cōtentioso autē homini causas
& rationes flagitanti respondet: Atqui, ô homo tu quis es, qui exaduer-
so respondes Deo? num dicer fragmentum ei qui fixit, cur me fixisti
ad hunc modum? &c.

Sic

Sic & Cœna Domini, magnum est Domini mysterium: propterea credendum potius ḥ̄ inuestigandum nos etiam iudicamus, sed nihilo minus tamen quid Cœna sit, quid in ea exhibeat, ex scriptis Euangeli starum ac D. Pauli manifestum est ihs, qui non iuxta humanam rationem iudicant, sed patiantur se uerbo Dei duci.

Teneamus ergo regulas à sapientissimis, qui post homines natos uixerunt Salomone & Iesu Syrach præscriptas: Non est bonū, inquit, immodicē multū mel edere, sed qui scrutatur maiestatē, opprimetur à gloria. Et Syrach: Altiora te nō quæsieris, & fortiora te non scrutatus fueris, sed q̄ præcipit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus, non, n. est tibi necessarium ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. Addenda & Pauli admonitio est ad Titum: Stultas autem quæstiones & genealogias omitte, sunt, n. inutiles & superuacaneę.

Regulis istis siue sanctiss: hominum testimonij nō prohibemur de arcans loqui, aut sp̄ritus sancti ex scriptura discere sententiā, modus tamen præscribit, ne ἐπιτασσαμενα, ut dicitur, nostra fese efferat ratio. Hæc ideo dixi, ut intelligatur sic mysterior̄ obscuritatem nostras uires superare, ut interim tamen quid in istis nobis offeratur, donetur, exhibatur, sine ulla obscuritate & dubitatione ex sacris discamus.

Sed autor libri non modo illa, quæ antea recensuerat, in numero arca CONTRA nor̄ collocat, sed sensus etiam ac interpretationem scripture folij quasi CAPVT 4¹ Sibyllæ aut oraculis Delphicis cōfert. De sensibus inquit scripture quanto est difficilis, certò statuere in diuersitate & multiplicitate eorum quis scit quem significare uoluerit autor. Et ex eo mox concludit. Quare maxima temeritas uni sensui mordicūs adhærere uelle, cum tamē possit & aliter locus intelligi. Ac cum ista animaduerteret respire scholā Academicorū, testimonio Augustini ex libro de utilitate credendi usus est. Vbi Augustinus post tripartitam erroris diuisionem (de qua in præsentia breuitatis studio nihil agam) dicit in obscurissimis rebus, certam sententia scriptoris teneri nō posse: neminem, n. de uoluntate absentis uel mortui hominis certò posse statuere, cum præsens dissimulare aliquid potuerit. Ex eo colligit Sotus multo minus profundissimos sensus sp̄iritus sancti nos assequi posse: & eius sententię rursus auctore citat Augustinū.

Verūm ut initio ad testimonia D. Augustini, quibus nitit, respondeamus, quis nō uidet q̄ candidè ista à Soto, aut q̄ apte huic negocio accomodent. Nam August. eo in loco nō de scriptis, q̄ aliquid ambiguitatis habere uidentur, agit, sed loquitur de obscurissimis rebus (haec n. eius sunt uerba) & scriptis, ubi præter diuinationē nihil omnino habetur qd sequamur. Quis autem sanus ista recte accōmodari ad scripturam dixerit, quæ si obscuriora quædam loca habet, tamen cum lux sit ueritatis & dicatur, certè inter obscurissima scripta referenda nō est, de quibus hic loquitur Augustinus. Nam quod ex alio eiusdē auctoris scripto infert: profundissimos sp̄iritus sancti sensus inuestigari & cōprehendi non posse à nobis: id uerū est, si de immensa Dei Opt. Max. sapientia intelligat, quā si in hac tenuitate ingenii humani scrutari uoluerimus, nihilo plus proficiemus, q̄ si totam illā cœli terræq; fabricam in angustiū aliquem locum include re conemur. Nam ut in Deo potentia, maiestas, ita sapientia quoq; immensa est, ita immensi & imperuestigabiles sunt sensus. De qua re Apostolus in Romanis exclamat: O altitudo diuinitarū, sapientiæ & scientiæ Dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uia-

eius, quis enim cognovit sensum Domini aut quis consiliarius eius fuit?

Cæterum si ista testimonia Augustini ad interpretationem scripture ac reuelatam Dei uoluntatem detorquentur, quot obsecro absurdam sequentem.

Primum, quia scripture ab homine satis comprehendendi nequit, frustra nos Christus & Apostoli ad scripturam ablegant. Nam cum ex auditu sit fides, ista autem ab homine, quantum quidem ipsi ad salutem sufficiunt (neque enim nos concesserimus cuiquam, in sinu *τριαδού* uelle penetrare) intelligi nequeant, frustra leguntur, ac propterea sine aliquo fructu proposita sunt a Domino. Quis non uideat absurditatem manifeste pugnarem cum uniuersa scripture, & cum magnificis laudibus, quæ hinc inde libris Propheticis & Apostolicis tribuuntur?

Deinde constabit ex iisdem testimonij, Dominum hominibus suam uoluntatem in scripturis ita proposuisse, ut de ea nemo certi quidem possit statuere. Nam Augustinus fatetur in obscuris hominis uoluntate plane incertam, nec sine dubitatione quicquam ex scripto de ea affirmari posse. Hæc si author ad scripturæ interpretationem accommodat, sequitur Dñi uoluntatem non posse sine dubitatione ex sacris colligi. Hoc autem est accusare Mosen, Prophetas, adeoque filium ipsum Dei, qui profitentur se quod plenissime nos docere de Dei uoluntate. Nonne Moses uoluntatem Dei Israel

Deut. 30. litis ita explicatam esse dicit, ut prolixè de ea querendū nulli sit: Mandatum, inquit, hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procurum positum, neque in cœlo situm, ut possis dicere, quis nostrum ualeat ad cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, & opere compleamus, neque trans mare positum, ut causeris & dicas, quod est nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere quod præceptum est: Sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. His astipulatur David Psal. 19. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Nec minus aperte Iohannes: Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Quæ reuelatio non in eo tantum est, quod humanæ naturæ diuina mirabiliter unita sit, sed quia de uoluntate etiam Patris, eius clementia, & misericordia nos certos fecit, de qua sacerdotem concionatur ipse seruator, & in primis luculenter Ioh. 5. cap. Hæc est inquit uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Quid de uoluntate Dei erga nos potuit duci clarius? Paulus etiam, magnum illud ac præclarum Dei organon, confirmat in initio statim epistolæ ad Romanos: Euangeliū esse potentia Dei ad salutem omnium credenti: ac mox subiicit rationē: Iustitia n. Dei per illud patet ex fide in fidē. Quomodo patet ex Euangeliū Dei iustitia, si tantis obscuritatibus omnia inuoluta sunt, quod in scriptura leguntur? non enim dubium est, Euangelium libris Apostolorum & Evangelistarum conscriptum & ad nos propagatum esse. Que afferre in medium uolui, ut intelligamus, aut non uera nobis polliceri Christū & Apostolos, aut falso locos istos de obscurissimis scripture sensibus a Soto in mediū afferri. Quod facile etiam authoris uerba, quæ mox consequuntur, ostendunt. Nam cum dixisset, neminem affirmare certò posse se intellexisse scripture sensum, quia conscientia falsitatis eum ac detortæ autoritatis conuincebat, statim tanquam sui oblitus ad alia delabitur, scribēs, proprij ingenij fiducia uni sensui mordicū adhærendum non esse, quod nemo unquam negauit. Quis n. ita demens esset, ut sui ingenij uiribus in hisce explicandis aliquid tribuendū existimeret? Sed cum scripture interpretatio aliunde, hoc est,

ex scripturis

ex scripturæ fontibus desumī possit, magnū est omnino discriimen inter temerarios & pios scripturar̃ interpretes, magna inter affirmationē utrorumq; differentia: alter enim ingenij fiducia, alter scripturar̃ collatione utitur. Etsi autem ne hoc quidem conciliandarum scripturar̃ studio contentiosis satisfit, quis propterea dicat modū illum interpretandi puerile aut temerarium? Academicī olim & Sceptici, ut notum est, ab omni affirmatione abhorrebant, quia videbant homines ingenio ac doctrina præditos contra ea, quæ certissima uiderentur, afferre aliquid posse: sed illorum præposta philosophandi ratio non modō à D. Augustino libris pluribus exagitata est, sed ab ethnicis etiam damnatur. Ergo qui ex philosophor̃ Scholis ποχεψ illam explodendam putamus, eandē in eccllesia sumus laturiς nū quia certissimis scripture axiomatibus ab hereticis cōtradicitur, & nos propterea de ijs dubitabimus? Quę cūm ita sint, ne hodie quidem damnandi sunt, qui reclamantibus alijs certam sententiam ex scriptura afferunt. Neque enim tantum aliorum dubitatio ponderis habere debet, ut de scripturæ testimonio certissimo & nos dubitemus. Neq; tam ieūna est scriptura, ut uel non se ipsam explicet, uel fitienti ueram salutem non satisfaciāt. De qua re libet & ipsum Augustinum audire. Quicquid est, inquit ille, mihi crede, in scripturis illis, al-
tum & diuinum est. Inest omnino ueritas, & reficiendis instaurandisq;
animis accommodatissima disciplina, & planè ita modificata, ut nemo
inde haurire non possit, quod sibi S A T I S est, si modō ad hauriendum deuotè ac pie, ut uera religio poscit, accedat. Hæc Augustinus.

Quod si animaduertisset Asotus, nunquam in ista conuicia, à quibus tamen ab initio libri alienissimum se testatur, erupisset. Lutherum no-
uatorem dicit, quod constanter defendit sententiam, quam iampridem scriptura, & quidem luculenter approbauit: puerile dicit & indignum ingenij magnis, uerba ista, Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus, pro suo arbitratu exponere, reliquorum damnare sententiam. Ego uero sic existimo, eos qui in hac disputatione ludunt, (quod hoc maxime loco facit Asotus) nō modō pueriliter facere, sed impie: nam ut de sacramentis pie sentiendum, ita etiam disputandum & loquendum est. Iudeo etiam omnes, qui καινοτομias amant, ac inanibꝫ disputationibus gau-
dent, iuxta doctrinam D. Pauli ad Titum, uitando esse: Sed quid horū in Lutheri de Cœna disputationibus inuenietur? Nemo certè dixerit λογουαχιας esse, cūm de maximo thesauro corporis & sanguinis Christi agitur, nec de umbra, ut in proverbio est, asini d'gladiatus esse Lutherus existimari debet, cūm sacrosancti mysterij honorē ac præstantiam scriptis suis contra aduersarios asseruit, idq; non de sententia sua, sed secundum tenorem scripturæ, qua ille interprete & ductrice in hoc negocio utebatur. Non vult (attīngam enim ευτροχιως nonnulla) substantiam panis, sicut Romanenses opinantur, aboleri in Cœna, quia in Paulo legerat: Quotiescumq; comederitis P A N E M hunc &c, & iterū: Probet autem homo seipsum, & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat &c. eandē sibi & loquendi ac de Cœna sentiendi rationem concessam existimās, quam scriptis Apostolicis uidisset approbatam. Nec temere etiam omnibus porrigendum calicem uoluit, non urgebat pueriliter vocabulum OMNES, sed eandem ex D. Paulo interpretabatur, qui in 1. Cor. ii. Christi uerba sic intelligit. Nam (quod negare ne impudentissimus quidem potest) sub utraq; specie Sacramentū Corinthijs exhibebat Paulus:

& ne uideretur suo aliquo cōmento usus, autoritatem servitatoris ac i[n]sti
tionem allegat: Ego, inquit, à Domino accepi, quod & tradidi uobis: ac
si diceret, non introduco consuetudinem aut morem à me inuētum, sed
ea, quae mihi in mandatis dedit dulcissimus seruator meus, & Domi
nus noster, cuius mandata adorare debemus, ea uobis trado. Huius er
go uestigia dum Lutherus sequitur, num amore magis sententiae suæ
quam ueritatis duci uidebitur? aut quis potius nouatoris nomine di
gnus erit, uos ne, qui antiquissimam illam administrandæ Cœnae ratio
nem mutastis, an Lutherus qui eandem hodie flagitat? Nam Cingili
causa mirum est accusari Lutherum, cùm prælentiæ corporis & sanguini
nis Christi in Cœna, si non eodem modo, ratione tamen aliqua, & uos
defensores sitis. Quia in re magnus ille uir non sequebatur opinionem à
se conceptam, sed Pauli doctrinam, qui ut panis ac uini ante uocabulis
uulnus fuerat, declaratus in Cœna manere σύμβολα integra, ita cum ihs
dem nobis exhiberi corpus Christi & sanguinem luculenter ostendit.
Poculum, inquit, benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio
corporis Christi est? Panis quem frangimus, nonne communicatio
CONTRA istam esse ostentationem dicit, non morem ueritatis. Et cùm super
CAPVT 4. h[ab]e sententiam non Lutheri, sed Christi & Apostolorum, quos Lutherus
(ut probauimus) sequitur, contempnsisset, ad tractationem de humilitate
reuerti uidetur, magna cura & diligentia sine omni ingeniorum fidu
cia aut ostentatione in scripturis uersandum clamitans: sed reuera no
uam calumniarum declamationem instituit: in nos culpam omnium
dissensionum, schismatum, transferens atq[ue] quod antea etiam fecerat,
has omnes disputationes ad famam ingenij quæsitas, ac excogitatas es
se scribens, facile nos istis ualedicturos tanquam rixis anilibus ac pueri
bus, in oculis Domini, si ulla in nobis esset ingeniorum moderatio. At
que utinam essent illæ pueriles rixæ, utinam tantum λεγομέναι, certè nō
deesset nobis nec studium nec uoluntas conseruandæ concordiæ, quam
nobis & ad quietem, & illud, quod toties nobis fallò obiecitis, uanæ
gloriæ studium, plurimum esse profuturam scimus. Possemus, quem
admodum uos, in magnorum Principum gratia uiuere, honores, di
gnitates, beneficia sectari applausum etiam habituri apud doctos & ple
bem: nunc quotidie nihil quam exilia, flaminas, crudelissimam mor
tem expectamus, maxime cùm tu tuicp similes animos Principum ad
persecutionem inflammati. Putás ne, ô Sote, tantum nobis esse amo
rem gloriæ, ut propter illum amittere patriam, existimationem, incor
lumentem uelimus? aut ita nos credis stupidos, ut exilia, feruum, flam
mam, laudem esse gloriæ modis omnibus expetendam ac persequen
dam iudicemus? Longè certè aliter res habet, abhofremus à crudelitate
uersa, & quamuis quotidie uitam in manu gerathus, tamen non ita
sumus irridens, ut pacem non malimus quam persecutionem: sed
Christianam pacem, non aduersantem verbo, sine qua uitam Sibari
ticam acerbam homini Christiano uideri debere existimamus.

Nunc

Nunc cùm aut de capite periclitandum sit, aut negligenda pietas & religio, nemo est qui non uideat, nos iustissimis causis motos uobis contra dicere. Neq; enim, ut scribis, sunt aniles fabulæ, de quibus controuersia est, aut si sunt, cur non stulto errori ignoscendum potius ex charitate statuitis, quam ad eum modum quotidie scriptis & supplicijs scuire in miseros & innocentes? Sed ipsi agnoscitis agi de fidei articulis, de fundamētis doctrinæ Christianæ, atq; adeo de salute nostra; qua in re diligenter, sollicitum, curiosum esse, quis reprehendat?

Verū in hoc studio īdagandę ueritatis duo (ut diximus) reprehendere Sotus uidetur. Primo, quod causa sit dissensionum, Deinde īdictum certum φιλαντίας; & ne paucis nos calumniari uideretur, Pauli illā reprehensionē ad Corinthios prolixē ī nos detorquere conatur: idq; nisi fallor, rhetor more facit. Nam apud illos summi artificij est, crimina, de quibus clientulus accusatur, retorquere in aduersarium, ita dissensionū ac φιλαντίας nos authores facit, cùm nulli alij magis istis uitij, & quidem in eadem causa infames sint quam Pontificij.

Accusamur schismatis ac contentionū in ecclesia excitataꝝ. Quæ accusatio (ut summa dicā quod uolo) non est alia quam olim Phariseorum de Christo erat, quem ut seditionem ac perturbatorem reipub. accusant, cùm tamen ipsi turbarum essent causa: si enim Christi doctrinam salutarem audiuissent, non modò nulla inter ipsos cōtentio extitisset, sed pacē, prosperitatē, ac clementiam Dei fuissent consecuti. Cæterū cùm à dia bolo ad iniustum Euangelij & Christi oppressionem incitarētur, statim quam primum Euangelium promulgatum est, nullus fuit contentiōnum & persecutiōnis finis. Quem ergo perturbatae apud Iudeos reipub: quem authorem calamitatum dicemus? Christum certè nō possumus, qui omnis pacis & foelicitatis est author: sed uideamus in causa esse contra dicendi studium ac odium Iudeorū aduersus Christum, quo tum Iudei flagrabant. Ad hunc modū etiam dicta Christi, ubi se non pacē mittere, sed gladium dicit, intelligenda sunt: neq; n. ignorabat Christus, id quod Paulus de Euangelio scribit, doctrinam esse ad salutē omni credenti, sed cùm sciret omniū studijs & conatibus eam oppugnandā, nō pacem, sed bellū se mittere dixit. Nec caruit prophetia euentu; nam prēter cōtentiones q̄ propter doctrinā apud coniunctissimos oriebant, quot hoies miserrimē trucidati sunt & quot belluis obiecti: ut nullū bellū tam cruentū & luctuosum fuerit, in q̄ plures ceciderint; nam bella annis interdū pacis conficiuntur, ista autem laniena iam aliquot seculis durat. Ocioſa fortasse horum commemoratio aliquibus uidebitur, sed omnino reuocanda ista in memoriam sunt, ut iudicare possint omnes, quo iure schismatici dicamur. Propositæ ab initio sunt disputationes de crassis erroribus indulgentiarum, quos si obruere obliuione hodie aduersarij possent, non minus prompte facturi essent, quam olim contra ea studioſe Lutherus disputauit. Sed quia ita erant Pontificiorum aures teneræ, ut ne in minima quidem re aduersantem ferrent, statim anathematis, Bullis, proscriptionibus agebant: quod si tum manifestissimæ ueritati non fuissent aduersati, fortasse silentium à nonnullis impetrassent, uerū cùm crederent intolerabilem esse uocem, sanctos Patres (Romanenses intelligo) aliquando turpiter hallucinatos esse, omni studio, cura & diligentia opprimendam doctrinam puriore decreuerunt: sed quanto magis isti repugnabat, tanto luculentius & clarius sese exerebat ueritas.

Hæc initia schismatis fuerunt, cui certè occasionem ipsi Romanenses dederunt: primo, quod non pudebat eos tam absurdum ferre in Ecclesia; deinde quod amicè ac piè admonentes non modo non ferebant, sed persequebantur etiam. Temporis successu reuelata aliorum quoque errorum absurditate, nihil à nostris ui gerebatur, sed sacrarum literarum & fundamentis duntaxat pugnatum est: quarebatur & à doctoribus, & à Principibus pījs pax Christiana, id quod comitía & in his habite delibera rationes ac disputationes testant; & hodie nihil aliud petitur q̄ id ipsum. Isti autem, quibus certissimum est *afīmūx*, Ecclesiam Romanam non posse errare, planè constituerunt se ne ad latum quidē unguem à semel conceptis opinionibus, imò uero pudendis erroribus, uelle recedere.

Dicat nunc aliquis utri seditionis aut schismatici sint? Nam ego quidem in ea sum sententia, schismaticos eos esse, non qui à quibusvis hominibus discedant, sed qui à pījs & orthodoxis: res autem loquitur ipsa in ijs articulis, in quibus Pontificijs contradicimus, nos quidem cum uerè Orthodoxis, hoc est, Prophetis & Apostolis sentire, ualedicere autem erroribus manifestis in Papatu: econtra, isti quæ ex diametro cum scriptura pugnant defendunt, discedentes non modo à nobis, sed ab Apostolica doctrina. Facile itaque erit iudicare pījs, nos alienissimos esse à tetro isto nomine, & multò illud rectius conferri in Romanenses. Imò uero Pauli locus contra nos adductus nobiscum omnino facit, si quis diligenter attendat. Nam Apostolus reprehendens dissensiones inter Corinthios exortas, cohortatur ad unitatem, non quamlibet, sed eam quæ est in Christo Iesu: Is enim cùm sit solus caput Ecclesiæ suæ, pro eo agnoscendus est, non gloriandum de alijs, sicut faciebant Corinthij, quorum alij dicebant se Pauli esse, alij Apollo, his Paulus contradicit: Num, inquit, diuisus est Christus, num Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptisati estis? Et capite eiusdem Epistolæ tertio, postea quam adhortatus ipsos esset, ut crederent, eandem functionem Apostolos in Ecclesia Dei obtinere quam agricultæ in terræ cultura, qui præter labores rusticos plantandi & rigandi nihil possunt, incrementum à Deo expectantes, statim postea subiicit: Ut sapiens architectus fundamentum posuit, & mox: fundamentum aliud nemō potest ponere præter hoc quod positum est, quod est Jesus Christus. Quibus non obscure docet, quam unitatem requirat, nempe eam quæ est in Christo. Sed de eadem unitate etiamnum clarius concionatur ad Ro. 15. Deus aut patientię & consolationis, det uobis idem mutuo inter uos sentire, secundum Iesum Christum, ut unanimiter uno ore glorificetis Deum ac Patrem Domini nostri Iesu Christi. Est ergo unitas Ecclesiæ in Christo, cui omnes Christiani acceptam ferre suam salutem debent, quotidiè glorificantes & laudantes Patrem cœlestem, qui ita propitius fuit humano generi, ut ne unigenito quidem filio suo parcendum putarit. In ista unitate si quid in nobis desiderat Sotus, dicat nos schismaticos. Etsi, n. per contumeliam nos Lutheranos appellat, ac si ipsum caput Ecclesiæ agnosceremus: tamē publicis cōcōnib⁹ ac scriptis testimoniis, unū esse Christū caput Ecclesiæ, eius honorē ac meritum quantū in nobis est iudicare à contemptu eorū studentes, qui aut non solū satisfecis se pro peccatis dicunt, aut nō habere solum intercessionis laudem clamitant. Cōsentimus cum uniuersa Ecclesia quæ hunc Christū unum & solum agnoscit pro suo liberatore & seruatore. Sacra menta q̄ & ipsa unitatis sunt

sunt symbola & Thesauri à Christo relictis humanis inuentis & cérimonijs permisceri, multaque exhiberi nolumus; quę res si schismatis infamia notanda est, rei nobiscū Apostoli erunt, rei erunt martyres, qui propter illud ipsum sanguinem suum profuderunt.

Venio nunc ad alteram accusationē, quam huic priori permisit, ualde enim in hoc genere ingeniosus est & fœcundus. Nam cùm Pauli de uitandis dissidijs attulisset sententiam, causam eorundē ex Apostoli uerbis φιλαρτίᾳ assignat, sic enim scribit. Satis ostēdit (intellige Pāulus loco citato) dissidia omnia, schismata diuersitatesq; opinio numi, ex amore hominum siue aliorum, siue quod & frequentius & grauius est suū p̄suis originem trahere, dum scilicet ut ex Augustino superius diximus, suam sententiam, aut eius quem plurimi facit, non quia uera, sed quia sua est, quisq; amat. Hæc Sotus. Et si autem & suprā ad istam calumniā respondimus, tamen cum odiose eadem inculcat authoris scripti, nō potui silentio eam præterire; quamuis non dubitem eos qui mediocriter doctrina Christiana imbuti sunt, intelligere ea quae de φιλαρτίᾳ nobis obiectiuntur melius in ipsis quadrare. Nam ista profectores facit, quod Romānenses minus sunt mysteriorum sacrorum capaces (utar enim ipsius uerbis) quia hominū suorum commenta tanq; sancta Euangeliā admirantur. Constat ex ipsis libris (ut suo loco dicetur copiosius) multa in Missa, cantu & exequijs mortuorum, uarietate ordinum monasticorum, temporis progressu aucta multiplicataq; esse; quę si authore Christo fuissent instituta, testimonia etiam haberent in sacris Biblijs, aut si ex fontibus scripturæ defluxissent, puritatem scaturiginis referrent; iam uero qualia sint ista, quam tetra, quam aliena à tenore canonorum scriptorum, uidemus. Sed ista omnia mordicū illi tenent, ita ut contradicentes non solum non tolerent, sed etiam anathemate plectant. Quae autem ratio est? Quia, inquiunt, sic placuit sanctissimis Patribus, penes quos est Ecclesiæ administratio. At repugnat scripturæ canonicae? Quid tum dīcunt, Ecclesia non errat: donata est Spiritu sancto, habet potestatem interpretandi Scripturas. Quod si quis dicat interpretationem conuenientem his ipsis scriptis esse debere, non defendendos manifestos errores, concilia sibi ipsis contraria, statim prouocant ad Ecclesiā, non illam Prophetarum & Apostolorum (quae uerè Ecclesia est) sed ad suos, ut uocant, Prælatos, nec abstinēt à stultissima gloriacione, Papam in scrinio pectoris sui omnem habere scientiam: alij addunt, Papam deducentem ad inferos multa animarum millia non tamē reprehendendum esse. Econtra, si quid scriptorum à nostris uiderint, statim inspecto titulo abiiciunt, hæreticum est, blasphemū est, exclamant: quare? quia autor libri nō consentit cum Romana Ecclesia, hoc est, cum Monachis & (ut uocant) cum doctribus nostris. Scio nō semel in Germania & Italia libellos nostrorum prima pagella in qua titulus erat autoris reuulsa, aduersarij exhibitos, ac ab ipsis fuisse commendatos, postea uero cum nomen audiret scriptoris damnatos, non est nos ter inquiunt: Lutheranus est libellus. Affertur Monachi alicuius scriptum, nondum inspecto libro laudant, hoc Catholicum est, dignum quod diurna nocturnaque (ut poeta dixit) manu euoluatur, quia habet præfationem sanctiss. Papę, inscriptum nomē Episcopi aut Abbatis. Interrogatur Laicus de fide, cùm non habeat quod respondeat, ait, credo quod Ecclesia credit: bene est, mane, inquiunt, in illa simplicitate tua, satis est habere fidem implicitam, hoc est, omnia appro-

NNn

bare, laudare, quæ nunc approbant Prelati, & quod temporis progressus
placitum est, econtra damnare, diris deuouere eos, qui aduersantur i/
psis, etiam si quid utriusque sentiant, doceant, ignores. Nouerunt boni &
æqui lectores hæc non calumniouse à me conficta, sed partim extare ea de
re ipsorum scripta, partim uero experientiam & hominum memoriam
testem esse. Ex quo sane perspicuum est, aduersarios nostros non curare
quid canonicum sit, quid Sacré scripture respondeat, aut cum ipsa etiam
pugnet, sed semper in ore habere Pythagoricum illud, αὐτὸς ἐφε., & i/
tem illud: sic uolo sic in beo, stat pro ratione uoluntas. Quis non dixerit
hoc carnale, quis nō animaduerteret in his φιλαυτιαγ, ac admirationem
prope idolatricam suorum hominum. Num negabitis eos qui sic de a/
lijs pronunciant magis quid ipsi sentiant respicere, quam quid uerum sit
perpendere? Absq; fuco, inquit, si ueritas quæreretur & humiliter, nul/
lus sua mordicus tenebit. Pronunciate ergo humiliter, non constituite
uos dominos omniū, non tenete mordicus quod nondum Scripturæ te/
stimonij comprobasti, non pingite uerborum lenocinio crassos erro/
res, ac si animaduerteritis carnalem illam & in affirmādo & refellendo te/
meritatē uobis nondum displicere, nolite alios propter eandem accu/
fare. Turpe enim est doctori cùm culpa redarguit ipsum. Quam iniquè
autem nostri arrogantiae nomine accusentur, si placeret, possemus equi/
dem multis demonstrare, sed cùm non placeat πράευτολογία, relinque/
mus iudicium de nostrorum laboribus toti Ecclesiæ. Evidem non cre/
diderim ullum etiam ex uestris ita esse iniquū, qui nō libenter concessu/
rus sit, bonas artes quæ sunt instrumenta ad bene & recte intelligendas scri/
pturas, nostro tempore & potissimum à nostris in Germania excultas, ac
quasi cum Euangelijs doctrina renatas. Nam quæ antea fuerit in dicēdo
barbaries, quanta studiorum humanitatis obscuritas, & ignorantia lin/
guarum, nemo est qui ignoret. Beneficio ergo illarum artium ac cogni/
tione linguarum diuinitus à situ & squalore erutarum, multa à nostris
rectius uersa, alia è tenebris in lucē quasi producta, multa restituta sunt.
In explicatione uero scripture ita desudatum est, ut non pauci uestrum
hodie (sed clam) nostrorum libris utantur. De quibus si modestè aliquis
suam sententiam dixerit, num temerarius καὶ φιλαυτος habebitur?
Sed piaculum est quod Brentius scripsit in πρόλεγομένοις, uix tantū fuisse
roboris monachis, ut noua deliria quæ hisce temporibus spargātur refu/
tare possint. Non est ignotum quāto studio Monachi in literis humani/
ribus & Sacris hactenus uersati sint, quare admiratione dignum, si quis
illis famam ingenij ac doctrinæ adimi moleste ferat. Sed mirum non est
Asotum eam περιπτή studiosius notasse, quod illa sibi tanquam κέγι/
φείω & ὑπερέστη Romanenium detractum aliquid existimat. Ve/
rūm ista in πελεγομένοις in speciem setterior oratio, non modo nihil ha/
bet iniuriarum, sed continet etiam defensionem aduersæ partis, itaque
gratiæ magis agenda erant pro officiosa excusatione q̄ reprendendem
studium Brentij. Nemini enim ignotum est extare libellos à fanati/
cis hominibus contra piam & orthodoxā religionem de Trinitate scri/
ptos, quibus etiam non paucos seductos constat. Deinde nec obscurum
est nostros contra illos diligenter scripsisse. Cūm autem Monachi & alij
etiam qui non minimum locum inter istos obtinent, uel muti omnino
sint, uel leuiter tantum illorum scripta perstringant, melior excusatio
illorum, mea quidem sententia, haberi non potest, quam ea, quæ in

πολεγομένοις inscitiæ & ignorantia habetur, nam defensionem summi articuli negligentia ab ijs præteritam, qui nomen doctrinæ & sapientiae habent, magnum profecto scelus esset. Itaque cum nostrorum studio hac in parte aliquid tribuit Brentius, non sibi, sed ijs, quorum ea de re scripta extant, laudem & honorem meritum exhibit: & cum parum studij aduersarij & præcipue Monachi posuerint, quis ægreferas modestissimè, & sine cuiusquam iniuria, imò uero, ut dictum est, quadam negligentia ipsorum excusatione, rem ut gesta est propositam. Quod si Sotus non credit ista modestè dicta esse, animaduertat non uniuersos accusari, sed Sophistas tantū & Monachos, & eos quidem indoctos, quorum magnus est nostro seculo prouentus: hæc. n. sunt uerba in *πολεγομένοις*. Non enim dubitamus alios alijs doctiores, non nullos etiam rectius “de religione sentire, quam promiscuam multitudinem clericorum.”

Hæc sunt uerba cōfessionis. An uero non licet scribere ea quæ Cardinales uestrī aliquando de negligentia & dissolutiōne clericorum scripsérunt? Romæ non damnantur aliqui, qui dicunt reformationem necessariam, & Brentij unum uerbum de istis tantopere reprehenduntur? Sed cum res ipsa loquatur, apologia prolixiore non est opus.

Post digressionem, aut uerius criminacionem istam, nouam adhortationem instituit: cum tanta sit ad errorem hominum propensio, ut nemo possit sine errore uiuere, operam dandam esse, ut quam minimo periculo erreimus: ac quidem errorem istum, non modo excusabilem, sed causam etiam commiserationis. Econtra eum, qui cum persuasione sapientiae coniunctus sit, exitialem existimat. Operosum esset singula persequi, Sed ut breuiter ad prolixam ipsius declamationem respondeamus. Notandum initio est, Sotum contrarationem propositæ disputationis sententias allegare, in quibus ignorantia uocabulum more scripturæ pro peccato usurpatur, cum tamen hic non de omni errore dicendum erat, sed de eo tantum, qui est circa Scripturæ interpretationem: Sed mittamus ista: placet enim fortassis isti, ut alijs quoque oratoriis, amplificandi gratia expatiari longius. At uero quod addit, ignorantiam mereri commiserationem, & adductis exemplis hoc sentire uidetur, ipsam ignorantiam quasi causam esse Dei clementiæ, id si simpli citer, propriè, & absque figura intelligit, meo iudicio ab omni Theologia alienissimum est. Nam quemadmodum nulla Deo causa fuit condendi mundum, quam ipsius bonitas, ita nulla clementiæ, cum peccatores suscipit, causa alia assignari, quam ipsa clementia potest; imò uero tenebrae istæ naturales ac ignorantia maximum sunt peccatum, propter quod inimici Dei sumus. Atque ut in Adamo agnitione Dei ac notitia reliquarum uirtutum, tanquam præclarissima lumina fulserunt, quæ etiam Deo placebant, sic deleta & obscurata per ignorantiam lucce, necesse est hominem propter eandem maiorem in modum disperdere Deo, ac ignorantiam non modo non patrōcinari hominibus, aut ad misericordiam permouere Deum, sed etiam excitare ipsius contrarios iram & indignationem: quod ex Paulo manifestum est. Nam cum in Epistola ad Romanos, reliqua peccata, quibus iram Domini & æternam damnationem merebantur, enumerauit, inter cetera illius etiam ignorantia meminit: Non est, inquit, qui intelligat, non est qui exquirat Deum, &c. Non ergo dubium est, Paulum sentire, cœpitatem istam Domino displicere. Iam cum scaturigo illarum tenebra-

CONTRA
CAPUT 5.

Ephe.2.

rum, quæ in nostra sunt mente, tantopere Domine displiceat, quanto
placebunt riuuli, hoc est, omnis generis errores, qui naturalem istam
corruptionem sequuntur. Quæ etiam sine argumentis facili coniectura
ex eo colligi possunt, quod nemo morbum causam dicit esse sanitatis,
nec peccata causam iustitiae, alioquin enim omnes ignorantes tam Iu-
dæi, quam Ethnici fuissent consecuti misericordiam: quia omnes natu-
ra ignorantes sunt. Non est, inquit Paulus, intelligens, non est requi-
rens Deum. Hæc cum luce sint meridiana clariora, statuamus ignoran-
tiam non esse causam misericordiæ diuinæ, sed nos indignissimos pro-
pter unam ac solam bonitatem Dei in gratiam receptos esse, & hodie e-
tiam recipi, sicut præclarè Paulus in Ephesijs testatur: Natura eramus fi-
lii iræ. Et ad Romanos quinto dicit, Nos cum inimici essemus Dei, re-
conciliatos Deo per mortem Filii. Inimici autem non merentur mi-
sericordiam. Quæ si animaduertisset Alotus, nunquam eò deuenisser,
ut diceret ignorantiam Iudæorum commiserationem Domini exci-
tasse, cum tamen ea illorum ignorantia sit, ut propter eandem dignis-
simi perpetuis cruciatibus fuerint. Nam cum scirent Christum ini-
stè accusari, audirent Iudicis intercessionem, & studium animaduerte-
rent in ipso singulare liberandi & dimittendi Christi, non tamen passi-
sunt se exorari, crudelissime ad supplicium rapiunt, crucifixo illudunt.
Potuit ne ignorantia illa excitare misericordiam, an potius inflamma-
re & accendere iram Domini? Ac certè hodie uidemus quomodo mi-
ser populus in durissima ac ignominiosissima seruitute pœnas suæ &
cæcitatis & ignorantiae luat. Si uero figuratè, & iuxta vulgarem ac Sa-
cræ Scripturæ phrasin, nomen causæ sumitur pro obiecto, non nego,
quoniam & morbus possit suo quodam modo dici causa sanitatis, & pecca-
tum causa Iustitiae, & ignorantia causa misericordiæ Dei. Sic in Psalmo
vigimoquarto dicitur: Propter nomen tuum propiciaberis peccato-
meo, multum est enim.

Multitudo peccatorum non est propriæ causa propiciacionis, sed
est obiectum, quo illustratur magnitudo clementiæ bonitatisque diuinæ.
Et iterum: Respice in me, & miserere mei, quia unicus & pau-
per sum ego. Miseria, desertio & paupertas non est propriæ causa, cur
Deus nos respiciat, & misereatur nostri, alioqui omnes miseri & paupe-
res seruarentur, quorum tamen maxima multitudo in æternum perit,
Sed est obiectum, quo Deus pro sua uoluntate & iuxta suam promissio-
nem, declarat suam misericordiam, ut quo maior est hominum miser-
ria, eo clarius fiat misericordia Dei.

Sic Paulus dicit: Vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit &
gratia. Non hoc significat Paulus, quod multitudo peccati sit causa
multitudinis gratiæ. Alioqui omnes peccatores, siue pœnitentes, siue
impœnitentes, credentes, siue increduli, consequentur gratiam: Sed
illud significat, multitudinem peccati catupum esse, & materiam, (Sic
enim figuratè loquimur) illustrandæ clementiæ diuinæ. Eodem modo di-
citur Paulus misericordiam consecutus, quia fecerit ignorans, non quod
ignorantia fuerit causa misericordiæ, sed obiectum ratione aliqua, qua
in ipso misericordia Dei illustrior redderetur. Summa, in huiusmodi
locutionibus, uerbis quidem ignorantiae aliquid tribui uidetur, reau-
tem ipsa omnia misericordiæ diuinæ deferuntur. Quocunque autem
modo, siue propriæ, siue figuratè loquamur, certè illud, quo Sotus
spectat,

spectat, sequi non potest. Commendat enim ignorantiam, & dicit, Rōman. 6.
 eam esse causam Remissionis peccatorum, Ut aulgum, primū quidem incuriam, deinde securitatem doceat, horteturque, ut Prælati relinquant curam Religionis, ipsi autem interea suas res agant, nec opus habeant, ut aliquid opera in cognoscenda doctrina uerae Religionis collocent. Hoc autem est consilium Satanæ, cuius illud maximum omnium studiū est, ut homines in ignorantia detineat, ut à uera Dei & voluntatis eius cognitione abducat. Atque adeo iam ante refutatum est à D. Paulo: Quid dicemus? inquit, manebimus in peccato, ut gratia abundet? Abit. Sic & Soto obisciendum est: Num quia ignorantia est occasio Remissionis peccati, populus maneat ignorans, & reijciat in suos Prælatos curam cognoscendæ Religionis? Nihil quidem minus. Sicut enim peccator ideo consequitur Remissionem peccati, ut deinceps à peccato abstineat, & seruat iusticiæ; ita ignorantes ideo consequuntur misericordiam, ut fiant scientes & cognoscentes quam immensa sit clementia & misericordia Dei, ac celebrent etiam perpetuo.

Cùm autem uideretur satis prolixè ostendisse, errorem per se, & CONTRA maximè, si accedat confessio, excusare, concludit ex eo, magnam CAPVT 7:
 sibi eos præripare ueniæ ansam, qui superciliosi propriæ sapientiæ elati sint & tumidi: Nam illos quidem errare, Sed cùm ipsorum error cum stulta ac temeraria persuasione sapientiæ coniunctus sit, nihil habere excusationis. Non opus erat toties ista inculcare, cùm nos libenter concedamus, omnes eos, qui non serio pectata defleant, excludi ab omni spe misericordiae: nec ignoramus Dominum superbis resistere, & his in primis, qui in arduo isto negocio Religionis, sapientiæ vel eruditioñis nomine nimium sibi placent: tantum abest, ut putemus illorum ignorantiae aliquid patrocinari: Verum, ut ista fiducia, ex opinione quadam doctrinæ nata, ab omnibus recte uituperatur, ita illa in iudicando temeritas (qua obliquè hic tititur Asotus) non minor superbia ac odiosa uideri debet. Nam cùm solus Deus sit *πρόσωπος*, cur de tacitis cogitationibus nostris sibi iudicium permittit Asotus? An maior superbia est, nimium sibi arrogare, an uero sumere sibi quod est Dei solius? Sin uero ita superbia ac propriæ eruditioñis fiducia nostrorum manifesta est, ut iam facile quilibet de ea possit pronunciaré, cur non argumentis potius, quam coniunctis, insolenzia ac superbia conuincimur? Iure certè optimo tibi dicere possumus illud Euangeli: Eiже prius trabem ex oculo tuo, & tum per spicies, ut eximas festucam ex oculo fratri tui. Nam ut cætera præream, quid hoc tuum scriptum, præter ostentationem, habet; & præsertim hoc loco, ubi præter omnem necessitatem, prolixam ignorantiae partitionem instituit, cùm unum membrum tibi ad negotium sufficere posset? Aliā, inquit, ignorantia voluntaria est, alia ex cordia, alia propter imputitatem uitæ, quædam propter ueritatis odii, alia ob nimiam sui complacentiam à Deo irato immittitur. Atque ista non breuiter enumerantur, sed cum uerborum ambagibus & coacervatione Scripturarum, tantum ut moles libri crescere, quod si superbum non est, ego sane quid superbia sit, non uideo. Lætor tamen illam catuarum *παρεργήσιμη* indicare, ubi maxime ignorantiae affectus

tæ exempla reperire liceat. Nam uos certè sotordiæ & ignauisæ nobis cupitis esse autores, quia hoc qualecumque studium in inquirenda ueritate, pium tamen & promptum, non modò reprehenditis, sed etiam scriptis publicis superbiæ aut ignorantiae opinione, quantum in uobis est, suspectum facere conamini. Quid dicam de impuritate uitæ, de prodigiis libidinibus uestris, uita plus quam Epicurea, dissolutissimis moribus: quæ si causæ sunt (ut tu libenter concedis) cæcitatis, mirum est uos adhuc tam esse oculatos, ut de omnibus liberime iudicetis. Nam odio famæ esse uobis doctrinam Euangelij puriorem, propterea quod affectibus uestris repugnat, manifestius est, quam ut sit probandum. De superbìa autem suprà satis dictum est. Quare quod tu facis, & nos hortamur, ut causas excæcationis fugiant omnes, & errores uident, si in aliquem inciderint, admoneri se patientur, in uiam reuertantur, faciem uerbi Dei propterea in his tenebris nobis accensam, ne à uia ueritatis deflectamus, sequantur. Ista, ut credo, plus proderunt, quam si maiores etiam commentarios conficiamus istis, qui abs te sunt propoliti.

Scio ea quæ hactenus scripta sunt satis prolixia quibusdam posse uidelicet, nam dum ea tantum attingere conor, quæ calumniandi quodam studio contra piam ac sinceram Euangelij doctrinam Aſotus affert, uix potui euitare prolixitatem, quam in toto scripto maximè uitare molebam. Nunc cum autor non contentus sit istis, sed descendat ad specialem tractationem de ignorantia, mihi contra uoluntatem molestus scribendus labor suscipiendus est: quem cum ego optimo animo ac proposito subiectum, spero me æquis lectoribus aliqua ratione fore excusatum.

CONTRA CAPUT 7. Proponit autem se in progressu de ea ignorantia dicturum esse, quæ circa fidei articulos uersetur, ac ostensum, ubi error, in his quæ fides sint, excusationem mereatur, in quibus haereses infamia notandus sit. Et mirum sane est eum hoc iamprimum promittere, cum suprà statim ab initio ad ὑπόθεσιν descenderit. Nam cum de Scripturæ interpretatione & intellectu ageret ac difficultatem multis uerbis amplificaret, mihi certè de ignorantia, quæ ad fidei fundamenta spectaret, dicturus uidebatur. Sed nos omissis istis ad sequentia nos couertamus. In præfatione quam isti negotio premittendam existimauit, ait: Nullum hominem dextræ uitæ dicare posse de peccatis, utrum supplicio an uenia digna sint, cum auctorū iudiciorū ea de re solus Deus habeat. Etenim peccata omnia obscurissima esse, & neminem perinde sanctū, qui interiora perspecta habeat: itaque ab homine poenias & modum illorum constitui non debere, in primis autem de ignorantia, quæ sit instar tenebrarum in mente nostra, perplexum & periculorum esse iudicium, atque ita cognitionē eius rei ad hominem non pertinere, aut certè ita de eo agendum ut honorem Domini in nobis accendat. Non credo satis præmeditatè omnia ista Sotum scripsisse. Nam cum fatetur Sanctorum esse neminem, qui de peccatis suis iudicare possit, aut sententiam de se ferre absolutionis, manifestè cōdemniat confessionem auricularem, in qua homines ad recitationem singulorum peccatorum adigebantur: nam si de internis ne sanctissimi quidē recte pronunciant, quanta impietas est exigere ab omnibus peccatorum enumerationem, ad quam nec memoria humana sufficit nec etiam intelligentia? Quod si obijciant peccatorum quæ in notitiam nostram ueniant, enumerationem exigi, uerbis Aſoti utar dicentis, neminem tuto de suis peccatis in alteram

alteram partem aliquid proferre posse, scilicet ut absoluat aut condemnaret. Rei ergo ignotæ aut obscurissimæ cur ab imperitis notitia postulatur; aut si uno uerbo quia satisfacere enumerando non possumus confessionem absoluimus, dicentes nostras omnes cogitationes pugnare cum Lege Dei, ac generalis ista confessio Deo probatur, cur non satisficeret etiam uniuersalis de externis & internis? Verum de his aliâs copiosius dicitur. Hoc παρεγγός putauit addendum, ut intelligeret æquus Lector, bonum uitrum contradicendi studio eò delapsum, ut ultro, quod alias pertinacissimè negat, concedere cogatur.

Sed quid ego ista obliuiscit etiam Sotus ordinis sui & loci. Nam ignotum nemini est, Monachos hactenus de ea perfectione bonorum operum gloriatos, ut non modo considerent se legi Dei satisfacere, sed habere etiā opera supererogationis, quibus alijs succurrerent. Iste Thesaurus bonorum operum totus periclitatur, si cum autore libri dicamus, Paulum non ausum esse sententiam absolutionis de se ferre; nam si de absolutione dubius erat, incertum etiam fuit num toti legi satisfecisset; quæ incertitudo statim operum supererogationis fiduciam omnē euerit. Necesse itaq; est aut Paulum inferiorem esse Monachis, aut uanam esse istam de diuītijis bonorum operum gloriationem. Quis negabit ista ex uerbis Asoti necessariò sequit; quis iam dubitat ueritatem uel ab iniuitis & insciis interdum, quamuis non uia ac ratione, tamen aliquo modo patrociniūm habere?

Postremò dissimulandus profectò nō est insignis error eiusdem autoris, quod locum Pauli ad Corinthios, ubi de ministerio suo potissimum loquitur, ita interpretatur, ac si nullius omnino peccati Apostolus conscienti sibi fuisset: quæ quidem oratio tribuere aliquid Paulo uidetur, sed certè cū Paulinī scriptis ex diametro pugnat. Nam Paulus oēs homines accusat, quod Legi Dei non satisfaciant, nec se ē peccantium ordine eximunt, cū septimo ad Romanos capite cōfiteatur ac deploret se misserum esse, quamdiu circūferat onus huius carnis, repugnantis legi diuinæ: quæ res facit, ut cū de sua gloriatione Apostolus loquitur, nullā se omnino habere profiteat, q; eam quæ in cruce Domini nostri Iesu Christi reposita sit, quod nunq; fecisset, si tantæ perfectionis sibi conscientius fuisset. Nec credo Paulum Davidi se preferre uoluisse, cuius studiose sententias citat. At quoties iste in deplorationē peccatorum digredit; quoties cuncti gemitu & lacrymis se Domino peccata confessum fatetur? Taceo reliquos, qui una uoce & imbecillitatem suam confitētur & precanū humiliū me ueniam: in illorum ordinem cogi se Paulus, si hodie uiueret, libenter esset concessurus, imò uero, ut antea ostēdimus, in epistola ad Romanos aperte fecit. Perperā ergo istum locum aduersarij de absolutissima perfectione intelligunt, quæ tractatio etiā huius loci propria non est, tamen prætereunda non fuit, ne silentio approbare errorē tantum uideremur.

Ceterū ut ad rem ipsam ex hoc diuerticulo, quo nos Sotus deduxit, reuertamur, non opus erat hoc loco de obscuritate ignorantie tanta prolixitate disputare: quis enim ignorat, Deum ut in rebus omnibus, sic in hac animorum censura acerrimū esse & oculatissimum iudicem? quis negauerit homines non posse in illos animi humani recessus ac latebras penetrare intelligentia sua? Verum non agimus, nisi fallor, in hac disputatione, de tacitis cogitationibus, sed de erroribus circa fidē, quos ita non

tegunt aut abscondant homines, ut de ijsdem tanquam clarissima ueritatem glorientur. Neque hic etiam nobis inquirendum uidetur; quam serio errorum suum defendant, cuiusmodi spe? num propter ingenij famam? Etsi enim istis peccatorum poenæ crescunt, ut in progressu dicetur: tamen satis erat hic potissimum non de ihs agere, quæ extrinsecus ignorantia accedunt, sed de ipso errore, qui si contrarius esse sacræ Scripturæ probabitur, iam Christi seuerissima sententia damnatus est, Qui non credit, inquit, iam iudicatus est. Et Pauli etiam voce exercitabilis est, Si quis docuerit aliud Euangeliū, &c. Et Mosi: Non addas neque adimās, &c. Videntur quidem homines probabiles sui erroris affirre prætextus, præsettū cū ex intentione (ut uocant) bona aliquid contra Verbum Dei suscepint, uerū istæ excusationes in conspectu Dei frigidæ sunt. Nam ideo uerbum suum nobis proposuit, ut ex eo de ipsis erga nos uoluntate iudicaremus: colendi Dei rationem uetam disceremus, à qua doctrina qui aberrat, excusationem habet nullam, quia summum & unicūm ueritatis magistrum non est secutus. Hæc tamen ita dico, ut nequaquam uelim temeritatem iudicandi cuiquam concessam: manifesta enim est Christi regula, docentis: nolite iudicare, ne iudicemini. De animo uero iudicare multo minus licet, cuius Iudex est Dominus. Sed nihilo minus qui errorum ab aliquo contra præcipuos articulos fidei spargianimaduerterit, nulla temeritate & damnare errorem ex Sacris, ac auctorem, nisi destiterit, æternæ damnationis admonere poterit. Sufficeret, ut mihi quidem uidetur, ista regula, non hominum opinione, sed Dei autoritate per manus Prophetarum & Apostolorum tradita, sed quia auctori huius libri in considerando errore singulas circumstantias persequi placuit, erit & nobis ipsis illa partitio sequenda: maximè iudeo, ut pro nostra uirili calumnijs, quibus hic liber refertus est, respondeamus.

CONTRA CAPVT 8. Sunt autem tres ab ipso cause propositæ, propter quas excusari uel accusari etiam ignorantia possit. Prima à rei, circa quam contingit error, perspicuitate uel obscuritate: altera à discentis studio uel ignorantia: tertia ab affectu hominis. Obscuriora fortasse prima fronte ista capita uidebūtur, sed cū in progressu prolixè tractentur, satis est uno tantum uerbo ea attigisse.

CONTRA CAPVT 9. Nono capitè obscuritatis causas clarius expōnere co[n]hatur: quod ea quæ obscura uidentur, non tam per se talia sint, quam propter discentis tarditatem & imbecillitatem. Sic mysteria omnia de Deo, de Sanctis Angelis, & reliqua, cognitione homini digna, quamvis per se clarissima luce sint clariora, tamen nobis inaccessa esse, & superare caputum ingenij nostri: istam tamen infantiam nostram à Domino scriptis Novi & Veteris Testamenti corrigi, ut à pueritia & somno ignorantiae nostræ ad perfectionem uirilis prudentiae erudiātur. Huic postea luci Sanctorum accessisse labores, Miracula, Patrum lucubrationes, sanguinem Martyrum, quib[us] omnes tenebræ & caligines disierunt & discussæ sint. Quare improbè nos facere, qui post summos homines de Religione, tanquam re noua, disputemus, uenia omni ignorantiae carere, qui in meridiano sole cœcutiamus: eum enim maximè errorum accusandum qui in manifestissima ueritate admissus sit.

Hæc

Hæc prolixius apud illum recensentur, sed uidebantur breui bus uerbis repetenda, ut & ipse breuitatis suprà promissæ modum seruarem, ac commodius etiam ostenderem, qua fide & sinceritate nos bicum Aſotus disputet. Nam in ista ignorantiae nostræ accusatione, nouitatis studium reprehenditur: Patrum nobis ac totius antiquitatis contemptus, uoluntaria ac contumax contra clarissimam ueritatem rebellio tribuitur: nec dubium est, si in hoc disputationis uestibulo plura ad deformandos nos criminis confingere potuisset, etim plures etiam paginas fuisse compleeturum. Nos uero à eterno Patri DOMINI nostri Iesu Christi παρθογγωνι gratias agimus, quod non solum Scriptura Prophetica & Apostolica suam uoluntatem humano generi revealuit, sed post densam caliginem errorum Papisticorum, ita rursus lucem Euangelij accendit, ut ipsa iam res loquatur, quam inique de studio nouandarum rerum, ac perturbata Ecclesiæ, accusemur. Etenim si Euangelium res noua est, si scripta Prophetica & Apostolica sequi νεοτερισμός est, neotericos libenter nos fatebimur: Patrum scripta & interpretationes non modo non abijcimus, sed admiramur eriam, existimamus ipsos utilem operam præstítisse Ecclesiæ, & ilustrasse etiam scripta Prophetica & Apostolica suis lucubrationibus: immiterò ergo accusamur, quod à luce uerbi & interpretum ad lateras ignorantiae nos conferamus.

Quod autem interdum Patrum antiquorum scripta cum iudicio legenda existimamus, quod aliorum reijcimus, non luci reputgnamus, sed tenebris, quæ scriptis Patrum aspersæ nonnumquam sunt. Nam ipsos Patres certe, quorum præcipua est in Ecclesia authoritas, alios alij melius scripsisse constat, & quamvis, ut modo est dictum, magnum fecerint in ea operæ premium, tamen sunt inter eos, (ut uerbi gratia dícam,) qui allegorias sequuntur, non genuinum sensum, illi certè non lucem afferunt Scripturæ, sed tenebras: itaque ea in parte sequendi non sunt; idque non modo ratio ipsa nos docet, sed Patrum etiam authoritas. Basilius interpretationem quorundam Patrum de aquis in Genesi, non impiam quidem, sed allegoricam, his uerbis grauissimè reprehendit:

Tous δι' τοιούτους λόγους, ὡς ὀνειράτωμ συγκρίσεις καὶ γραώδεις μέσους αποτελεῖσθαι τοῦ θεωροῦ θεωροῦσιν, εἰτε.

Et libro 8. ἐν ἔφαμερ. Οἱ διενόμοις ἀλληγορίες, εἰ καὶ μὲν ταῦτα μετανοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ταῦτα εἴτε φυτεπονημένοις περιτυχῶμεν, ἀλλὰ μὴ παταδεχούσιν τὰς κοινὰς τε γεγομμένων ἐννοίες τοῦ θεωρούντος θεωρείγοντας, ἀλλὰ τίνα ἀλητική φύσιν. καὶ τοῦτο μὲν πᾶς τὸ ἔπειτον ποκονῦ ἐρμηνεύοντι εἰτε.

Ac paulo post. Ωσπερ οἱ ὄντες φανερώμενοι τὰς φανερώμενοι τὰς καθ' ὑπονομοτάτας πλέον τοῦ οἰκείου σπονδοῦ τὰς ἐξυγήσεις ποιούμενοι, εἴτε δὲ χρέτου πλούσιας χάρτου νοῶ εἰτε.

Et contra tropologistas paulo post inuehitur his uerbis.

Ἐμοιδοκέντοι συνεδότες τίνες ταραχωγυκίς τισι πάλι τροπολογίαίσι σεμνότητά τινα εἰπτῆς δικάες καντῶ γέγονοίς ἐπιχειρήσατι, ΑΛΛΑ ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙ ΕΑΥΤΟΝ ΣΩΦΩΤΕΡΟΝ ΡΟΙ ΟΥΝΤΟΣ ΤΩΝ ΛΟΓΙΩΝ τοῦ Πνεύματος, καὶ εἰ πλαστοίστε ἐξηγήσεις τῷ ἵαυτον πάρεσταγόντος, νοεῖσθα τοινυῖς γέγραπται.

Quid cōtra allegorias inanis dici potuit uehementius, q̄ q̄ patiles sint fa-

bulæ, somniorum interpretationes fallaces, ac indicia superbiae Diabolice, quæ oraculis diuinitis suam anteponat sapientiam. Et extant etiam similes sententiæ in Augustino, ut libro de ciuitate Dei. X VII. capitulo III. cùm de tripartitis Prophetarum significationibus eruditè disputationat, ait: Mihi autem sicut multum uidentur errare, qui nullas res gestas in eo genere literarum, aliquid præter id quod eo modo gestæ sunt, significare arbitrantur, ita multum audere, qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt.

Vides candide Lector quæ sit Patrum de tropologistis sententia. Deinde nemo negauerit quosdam Patres immodicè, aut certè non tempestivè, istis usos esse. Iam si quis alicuius scriptoris allegoricam interpretationem reiçit, statim hæreticus appellatur. Quare? quia Patrum scripta impugnat: Asoto autem in manifesta luce cæcutire dicitur, qui non quælibet Patrum scripta admittit. Quod si concedimus, certè Patres sibiipsis iniurijs uidentur, qui non modo non probant omnes allegorias, sed, ut suprà dictum est, aniles appellant fabulas. Veniat Basilius, ac sententiam olim scriptam defendat, statim ἀλλοτροπεῖ eum appellabunt aduersarij, ac anathemati subiicient: aut si autoritas tanti uiri excusationi affert scriptis, cur non liceat nobis quoque tantum autorem imitarī, ac ea quæ allegorijs inuoluta sunt explicare, ac quādam scripturarum collatione illustrare?

Prima hæc causa est propter quam interdum à Patrum interpretatione discedimus.

Altera est causa, quod Patres sæpe seipso corrigunt, interdum scripturæ sensus foelicius ab uno exprimuntur, quam à cæteris. Quis autem uitio uertet nobis, si meliorem sententiam repudiata deteriore eleggerimus? De quibus cum libris superioribus actum sit, ac in progressu eadem de re ipsa nos cogat dicere necessitas & argumenta Asoti, plura in præsentia de his dicere nolumus. Satis est li intellexerit ex his æquus lector, nos non abiçere Sanctorum Patrum lucubrationes, quia non omnia ipsorum scripta, sicut libros canonicos Sacrae scripturæ, admiramus, ac falso nos hoc loco insimulari contemptæ antiquitatis.

Deinde & hoc notandum est, Asotum magno silentio in illa antiquitatis & Conciliorum enumeratione præterire, quantis tenebris & scripturæ & Patrum lucubrationes inuolutæ sint à neotericis Scholasticis, & Doctoribus. Nam certum est illos, cùm Philosophiæ Theologiam permiscerent, sæpe alienissimas sententias scripturæ affinxisse: quid commemorè alios, qui propria autoritate multa Ecclesiæ obtruserunt: & aduersarij (ut infra dicitur de Missa) fatentur multa à Pontificibus, de novo instituta. Denique, ut sim breuis, studium nouandarum rerum & cunmulus cærimoniarum, ita crevit, ut ipsa lux ueritatis, quam Sacræ literaris, ac Patribus etiam debebamus, propemodum obrueretur. Itaq; non uersabamur in Ecclesia quæ ueram antiquitatē ac priscam secuta est, sed quæ nouos quotidie cultus antiquitati ignotos sine uerbo confinxisti: in luce ambulabamus, sed in tenebris, ex quibus cū iam emergere conamur, ac studeamus omnes reuocare ad uetusissimam Ecclesiam, quæ sub Apostolis fuit, dum cum sanctis Patribus, quædam aliter quam ipsi exponimus, pro nouatoribus ac hæreticis habemur. Visum esse dicit Patribus, postea quam annunciaru Euangelium in toto terrarum orbe audiuissernt, ac tot martyrum sanguine, tot miraculorum testimonij suis dissentient.

dissent confirmatum, non esse de fide seu religione tanquam de re nouella disputandum, nos donum illud Dei ac clarissimam lucem aspernari, ac de religione tanquam nouella disputare: itaque inexcusabiles. Non est de religione ut de noua re disputandum, sed si quando ea incidunt tempora, ut uel negligentia uel improbitate hominum ueritas periclitetur, ibi certe, de Religione contra aduersarios summa diligentia agendum est, ut antiquissimae ueritati suus honos restituatur. Iofias bonus & pius Hebræorum rex non disputabat de Lege tanquam de re noua, sed magno studio ab obliuione & siti eam uoluunt uindicare. Augustinus contra hæreticos disputans, non studet nouitati, uerum conatur doctrinam puriorum ex ijs ipsis fontibus, ex quibus defluxerat, deducere, contra eos qui proprios sibi puto eos extra hanc scaturiginem Scripturæ sacræ effodiebant. Eadem profectò nostrorum etiam temporum ratio fuit, & maiores tenebræ, quam ijs temporibus, ubi afflictissima esse Ecclesia propter hæreses videbatur, fuerunt. Non est itaque, quod facimus nouæ lucis affectatio, aut clarissimæ contemptus, quæ spem ueniæ & excusationis homini aufert, sed honestissimum desiderium defendendæ ueritatis, odium uero tenebrarum Papisticarum.

Hæc cùm in genere de perspicuitate Scripturarum, Patrum & conciliorum decretis dixisset, ut nostram ignoratiā circa clarissima & manifestissima uersari euinceret, postea in hac ipsa luce scripturæ gradus facit, alia alijs lucidiora dicens, nos uero pernicioſissime errare, quod ea quæ lucidissima in his sint, impugnemus, sedque exemplis probare nititur. Arium, inquit, Nestorium, Manichœum, ipsi Lutherani damnant, propterea quod illi contra consensum Scripturæ, Patrum, Conciliorum, de persona Christi horrendas blasphemias sparserunt; cur ergo contra eundem cōsensum, cœlibatam, Missam, invocationem Sanctorum & similia, non minus antiquitate quam autoritate conciliorum & Patrum confirmata, damnant?

Quod de consensu scribit, nō negamus modis omnibus decreta conciliorum, quæ cum scriptura canonica consentiunt esse amplectenda: sic decreta quæ dominant Arium, Nestorium, & similes approbamus, non propterea quod hominum autoritate ista confirmata sunt, aut quia consensus multorum habent, sed quia manifestè scriptura illorum hæreses & blasphemias damnat. Quod si Sotus probauerit nos cœlibatū monachorum & Missam contra autoritatē scripture & conciliorum, quæ scripturā sequuta sunt, impugnare, libenter feremus, ut nos cū Manichœo & Nestorio cōparet. Sed cùm ista nunq̄ nec ipse neq̄ alij idoneis testimoniis sacrarum literarum probare possint, abstinere debebant à temeritate iudicandi, quæ à charitate Christiana, cuius isti immodici sunt precones, logissime abest. Virginitati suam laudem tribuimus, & iudicamus multis & magnis molestijs, carere eos, qui ex dono Dei cœlibes uiuit; nec negamus etiā, quod in Corinthijs, dicit D. Paulus: Qui cœlebs est, curat ea quæ sunt Domini, quomodo placitus sit Dominus; at qui duxit uxorem, sollicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placitus sit uxori. Verum nō statim illos cœlibes dicimus qui uxores non habent, nec etiā eos qui externa se scortatione nō polluerunt, sed tale habentes donū, ut sine flammis libidinis ac impuris cogitationib. uiuant. Rursus putamus istud Pauli semper uerissimum, melius esse nubere q̄uri, quo certe dicto Paulus cœlibatū ijs dissuaderet, q̄ natura se ineptos ad cœlibatū intelligunt.

CONTRA
CAPVT IO,

Quotus autem est quisque cui istud donum concessum sit: uidemus quoniam multos cœlibes, sed quanta apud plerosque impuritas sit, quam ex norma sceleris prætextu cœlibatus tegantur, pudor meus non sinit dicere. Istos cum Paulo hortamur, ut potius matrimonio se mancipent, quam turpi isto calore exagitentur: eos qui ad coniugium natos se sentiunt similiter monemus: quod si fœdum est & hereticum, accusate Paulum, qui istud consilium primus dedit. Nam quod hunc locum quidam ita intelligunt, ac si Paulus duo inter se mala conferat, levius est, dicentes, malum nubere quam uri, isti profectò toto coelo aberrant. Quomodo enim dicemus Deum rem natura malam instituisse? Quis autem dubitat mandato Domini primos coniuges conuenisse? Cum ergo Coniugium sua natura bona sit res, non est existimandum Paulum illud meliore gradu inter mala collocare, sed præcipere tamquam rem bonam & remedium infirmitatis nostræ: quo cum quis ad licetiam abutitur, aut nimia sollicitudine coniugis & liberorum auelli se planè patitur à studio pietatis, is quidem peccat, at non matrimonij est ista culpa (quia multi coniuges pie ac religiose Deum coluerunt) sed hominum bona Dei institutione abutentium. Sed de his infra rufus dicendum erit, itaque iam sum breuior.

Fortasse illud reprehendit quod uota monastica, quæ perpetratæ virginitatis non modo propositum, sed necessitatem præscribunt, non approbamus, aut quia illas discessiones in solitudines non putamus tale meritum esse quo peccata expiare possumus: hoc enim uocabulo cultus intellegere uidetur, cum dicit: Virginitatem gratam esse Deo & cœlibatum dignum remuneratione æternæ cultum Deo gratissimum &c. De postiore breuis est responsio, nullum esse meritum quod ad remissionem peccatorum & uitæ æternæ consecutionem ualeat, quam Christi obedientia, ista profectò est propiciatio pro peccatis nostris & totius mundi: quod meritum cum certa fiducia amplectimur, cultum Deo gratissimum exhibemus: quod si fiduciæ Christo debitam, operibus nostris, & ijs quidem præstantissimis, tribuemus, Paulum statim monitorem habemus, ut humiliiter non in nobis sed in Domino gloriemur, ut cogitemus Dei gratiam esse non ex nobis: deniq; pro abiectamentis habeamus omnia nostra præ excellenti ista cognitione Dei: Hunc sequuti de virginibus etiam pronunciamus, placere Deo cœlibatum, ac eum suis præmijs digni, sed non esse ævitabile pro peccatis, ac eos tota via errare, qui istam suam continentiam comparare cum merito Christi audeant, quod sit cum eundem isti effectum adscribimus, quem habet Christi crux & redemptio, nempe remissionem peccatorum.

De uotis autem, de quibus priore loco dicendum erat (quantum quidem hic locus requirit) respondeo. Primum uota ista sine uerbo Dei fieri. Nam Paulus cui omnia mysteria perspecta fuerunt, negat se mandatum de virginibus habere: Item cum rationem esset assignatur, cur non omnibus suadeat virginitatem, addit: Hoc autem ad id quod uobis conducibile est dico, non ut laqueum uobis iniiciam: laqueū putans eos hominum conscientijs iniçere, qui uniuersos temerario ac periculoso mandato obstringat. Mandata quidem castitas, sed de uoto mandatum nullum. At uero consilium est, inquis, Scripturæ, quemadmodum est illud etiam de relinquendis possessionibus. Non credo ego scripturam (si maximè uerba quedam in speciem contra afferri uideantur) consilium periculosum

periculorum conscientijs uelle proponere, & manifestum est, quām cāutē in hoc negocio Apostolus uersetur, ne cuiquam legem præscribere, aut regūlam conscientiæ periculorū trādere uideatur; Nihil autem, mea sententia, periculosis istis uotis, imo uero si rem ipsam p̄pendimus, nihil magis temerarū. Nam sōlēnt illi liberos, qui per aetatem nondum satis intelligunt quanta sit humānæ naturæ hac quidem in partē imbecillitas, in monasteria detrudere, & quāuis initiandi tempus certum præscriptum est, post quod mutare uitæ gēnus nō audeant, tamen iste terminus non excludit periculum, nec est illud tempus, post quod pœnitere uoti aliquem non possit, imo uero tanta est carnis nostræ ad concupiscentiam propensio, ut interdum ne adulta quidem ætas à perturbationibus istis immunis sit. Quæ cūm ita sint, quis nō uidet, periculoso ac temerario uoto promitti uirginitatem, cūm illa in potestate nostra nō sit? cuius rei exempla omnia ferè monachorum collegia suppeditant, in quib⁹ multi (ne quid dicam grauius) cum periculo suæ innocentiae uersant. Multò ergo rectius Cyprianus sentit de hoc negocio dicens: Si se ex fide Christo dicauerunt uirgines, pudicē & castē sine illa fabula persevererent, ita fortes & stabiles præmium uirginitatis expectent: si autē perseverare nolunt, aut non possunt, melius est ut nubant, q̄ in ignem suis delitijs cadant. Si ista in cœlibatu moderatio obseruatetur ac superstitiosa opinio meriti tolleretur è medio, res omni periculo esset caritura: at cūm ad necessitatē, quæ nostras uires excedit, homines adigantur, nō consilium est illud, sed conscientiarum carnificina. Quæ cūm ita sint, quis crebet in S. Euāgelijs, ea de re cōsilium extare: aut quis sequet consilia quæ sine autoritate scripturarū ad illos carceres homines detrundunt? Nam quōd testimonio omnium gentium laudatum cœlibatum scribit, ac uirgines Vestales Rothanorum, nē quid ad exquisitas uirginitatis laudes omissum uideatur; in medium producit, magis ipsius instituto repugnat quām sententia nostræ. Nam cūm uideamus in iueteri Testamento, præclarè omnes de matrimonio & secessisse & scripsisse, gentiles autem potissimum uotis eiusmodi usos, dubium non est, monachatum imitatione potius gentilium quām primorum Patrum esse susceptum. Latè patet ista materia, sed cūm in sequētibus cogamur denuò istum locum attingere, iam breviores erimus. Non dubito tamen ex prædictis constare, iniuste nos ab autore accusari: neq; enim quidquam iueris latibus uirginitatis detrahimus: ista uero quæ ab illis præscribitur cœlibatus ratio, cūm nulla in Sacris fundamenta habeat, nullo etiam periculo rejicitur. Idem quoq; iudicium de Missa est, & Inuocatione Sanctorum, & suffragijs pro defunctis, quæ omnia quām iuerē antiquitatis nomine iste commendet, ostendunt libri, qui & docti & magni à nostris sunt eadē editi. Missæ uocabulum Scriptura ignorat, ritum istum histrionicū ne iuerbo quidem uno attingit, unius cœnæ Domini, & quidem sub utraque specie meminit. Ecclesia primitua, ad quam post Scripturas maximè nobis respiciendum est, aliquot seculis ex præscripto Christi cœnam Dominicam sumptit. Quo ergo colore Missani antiquissimam esse prohibent? Inuocationem Sanctorum manifeste ab Apostolo Petro damnatam introduxerunt in Ecclesiam, & cūm scripturæ fundamentis pingere suum errorem nequeant, ad absurdissimas similitudines sumptas à rebus terrenis cōfugint, Dicunt in aulis Principum amicorum intercessiones multum habere momenti, ideo Sanctorum adiuocationem &

patrocinium non contemnendum: cum tamen in isto cœlesti foro omnia prius in notitia iudicis ueniant quam isti aduocati orare possint, immo uero si illis credimus, Sancti ex speculo trinitatis de rebus & precibus nostris sunt certiores. Nullo ergo modo locum habet similitudo illa: nam intercessio hominum ideo ualeat, quia iudex nondum datur certus aut decipi potest aut leniri. Apud Deum autem omnia clarissimis posita sunt, ac notitia eius (ut est dictum) preuenit non modo preces, sed tantas etiam cogitationes nostras. Quæ cum D. animaduerteret Ambrosius, uanam istam de Sanctorum intercessione opinionem grauissimis uerbis confutat. Sicut iure (inquit) damnans rei maiestatis, qui honorificentiam regis deferunt comiti aut tribuno, sicut nimirum rei sunt, qui honorrem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant. Nunc igitur ad regem per tribunos & comites itur, quia homo ut est rex, & nescit quibus debeat rem pub. credere. Ad Deum autem promerendum, quem utiq; nihil latet, suffragatore non est opus, sed mente devota. Sic nec autoritate Sacrarum literarum nec antiquitatis testimonio suffulta est ista de invocatione Sanctorum opinio. Suffragijs autem defunctorum non suffragantur Sacrae literæ, aquam consecratam ignorant, cœnam in memoriam beneficiorum Christi non mortuorum institutam uerba Saluatoris ipsa docent, purgatoriū (de quo aliâ dicetur) commentarius est carcer, quia sacrarum literarum omni testimonio caret. Enq; firma & constabilitas sint ista capita, quantæ antiquitatis, quæ pulcher consensus Patrum: Est ne illa cœcitas, aut sunt ne istae tenebrae, quas luci offundimus, cum non credimus, quod tibi tuiq; similibus sine ullo ueritatis argumento placet? aut si rationi humanae deferendum hac in parte iudicium est, cur suprà scriptisti, rationi tam esse propriam ignorantiam, ut qui eam non agnoscat à uera sapientia longissime absit. Define, quæso, nos miseris lacerare conuicijs, ac cū argumentis istis tuis tenebras ac integrum entia quæras tuo proposito, noli nos tenebrarum nomine facere suspectos.

CONTRA
CAPUT II.

Tempus est, ut ad aliud ac nouum crimen ignorantiae accedamus: nō soga declamatione in nos inuehitur autor, quod Ecclesiam ignoremus, cuius tamen ratio merito cognita omnibus esse debeat, propter illustria testimonia Patrum & Christi, quibus ita lucida, ac clara sit, ut de ea dubitare nihil sit aliud quam prima negare Theologiae fundamenta. Visitata hæc est aduersorium *ταρσησια*, ut cum uiderint se argumentis ac scripturis suos errores palliare non posse, configuant ad autoritatem Ecclesie, idq; eam ob causam, ut sine periculo, aut maximo labore, omnia argumenta, quæ ipsis ex sacris uerè & piè obijciuntur, discutiant. Nam si semel obtinuerint omnia quæ ipsorum Ecclesia statuit sine omni dubitatione tanquam *εξιωματα* uerè pietatis recipienda, iacebit non modo nostra doctrina, sed etiam autoritas scripturæ, qua nos utimur. Sed audiamus quæ ratione id efficere conetur. Propter Ecclesiam inquit credimus Euangeli, ideo necesse est eam nobis magis esse cognitam quam sit scriptura, idque Augustini autoritate mox confirmat, dicentis, se Euangelio non creditur nisi autoritate Ecclesie permoueretur. Vide ut à contemplatione Scripturæ, ad externam nos ac politicam Ecclesie formam uocet: quasi uero sine scriptura de Ecclesia cogitare possumus. Etenim ut de homine nemo cogitare potest nisi eius formam *και ιδεαν* animo cōcipiat. Sic cum germana Ecclesiæ facies in scriptura tanquam speculo conspicitur, non possumus recte de Ecclesia uel dicere uel cogitare, nisi antea ex scriptura

scripturā dīdicerimus qui nām sit ille cō̄etus, extra quem salus nemini cō̄tingat. Nam Asotus ipse testatur, neminem esse qui non Catholicæ Ecclesiæ filium se profiteatur. Quod ergo ueræ Ecclesiæ erit indicium, ut propter eam credamus Euāgelio? Num multitudo eorum, qui nomine Ecclesiæ gaudent? Ad opinionem illa quidem aliquid faciunt, sed non sunt certa signa Ecclesiæ: Sæpe enim uidemus eos falsos esse, qui in turba Ecclesiam quārebant, id quod tūm maximē etenit, cūm Christus ipse & Apostoli concionarentur, tūm enim maxima hominum & quidem non infimorum pars Euāgelio aduersabatur. Num successiones? Sed quis neget Christi persecutores ordinaria successione in cathedra Moysi sedis? Num miracula? At Christus studiose monet suos, ne miraculorum prætextū decipiantur: uenturos enim ultimis temporib⁹ seductores miraculis ita claros, ut si fieri possit, sint etiam electos Domini ducturi in errorem. Quod ergo tandem erit uertimi ac minimē fallax Ecclesiæ indicium? Illud nimirum, quod ipse Seruator dedit, dicens: Oues mēae audiunt uocem meam, hoc est, iū sunt fideles, illi sunt mēae Ecclesiæ membra, qui DOCTRINAM meam amplectuntur. Est autem doctrina Christi expressa scriptis Propheticis & Apostolicis, quam ἐνώπιον Græci, Latini lātum nuncium appellant. Ad istam ergo, quā sola fēciliis illius cō̄etus ac ciuitatis Dominicæ notas ostendit, recurrentē est, ut ueræ ac hypocriticæ Ecclesiæ discrimen habeamus: Non quidem negamus Ecclesiam testem esse scriptorum Propheticorum & Apostolicorum, sed illi ipsi testes non ideo crederidum suo testimoniō uolebant, quod ipsi hoc dicerent, aut quod sua autoritatē tam tribuerent, uerū quia partim ipsi, ut Apostoli, à Domino accepērāt Euāgeliū, & propterea nouerant esse reuelationē diuinam, partim quia aliorum scripta cum his, quāe antea extabant, conferebant. Non ergo propter Ecclesiam Scripturā credimus, sed quia est uerbum Domini, id quod sensisse Diuum Augustinum dubium non est. Etsi autem dicit se non creditur Euāgeliō, &c. id ipsum autoritate Scripturā edoctus scripsit: nam testatur scriptura semper futurum esse aliquem cō̄etum, in quo sonet Euāgeliū, ac illum contra portas etiam inferorum fore munītum. Quod si euēntus ista non comprobasset, falsa esset Scriptura sacra, quāe uanis promissionibus nos sefelliisset. Nunc cūm & sonare Augustinus Euāgeliū uocē audiat, ac uideat eām esse inuictam, ex illo ipso confirmatur, ut Euāgeliō talia prædicenti certius credat.

Cæterū cūm superioribus libris de hoc Augustini dicto fusus & prolixius disputatum sit, ne molesta repetitione lectorem æquum detineam longius, nihil præterea addam. Hæc autem tenenda sunt, ne ullus hominis autoritas sanctissimis decretis Scripturarum præferatur, si namus illam cœlestēm uocem testimonium de electis aut fidelibus ferre, discamus ab eo, quāe sit uera Ecclesia, qui à primo mundi exordio eam collegit, & etiam nūm hodie clementer conseruat. Sed ad ista surdus est Asotus, hoc agit tantū, ut multa de nobis criminā configat. Clamat Ecclesiam clariſſimam esse expositamq; in summo monte, nos de industria non uelle eam agnoscere, quāe neminem latere possit. Adhæc dicit nos absconditam Ecclesiam constatē ex prædestinatis fingerē, ne ullam agnoscere cogamur. Nescio nū luculentē ista calumniæ aliqua sint refutatione dignæ: nam qui semel tantū libros nostrorum inspexit, uī det nos de Christi Ecclesia multò melius sentire, quām ab isto insimula-

mur. Veram sanē Ecclesiam, significatione propriā, hoc est, eam, quę pītate, patientia, fide in Iesum Christum, gaudet, & omni caretruga & macula, eam nos prædestinatōrum esse & electorū dicimus: neque .n. ui demus quomodo hypocritæ & manifestè impīj usurpare possint nomē castissimæ sponsæ, quę ab Apostolo in Ephesij nobis depingit. Interēa tamen non negamus esse in terris uisibilē cōctum, qui Euangelium Chri sti audit ac rectē Sacramētis utitur. Sēd huic multos hypocritas admixtos esse, ex Christi & Apostolorum sententia dicimus, & quod oīm se culorum historiæ nos docent, credimus eam interdum à Diabolo, ita per uim aut astum oppugnari, ut deleta omnino & ē medio sublata uideatur, rursus benignitate Dei recipere nitorem & splendorem suum. Quid quoſo ista de Ecclesia ratio absurdī habet? Num singit̄ ignota, cūm hominū piorum concilium esse dicit̄? num inuisibilis, cūlarga uocabuli acceptiōe intelligamus, cōctum ex bonis & malis, quod parabolæ Seruatoris de semine & sagena docent? Reprehendis fortasse, quod Ecclesiam non in septem illis collibus urbis Romanæ extructam esse putamus, sed in toto terrarum orbe ubi cunque purior Euangelij doctrina locum habet, quod si uitio nobis datur, teipsum appello Sotē, qui Ecclesiam non in septem mōtibus, sed uno monte collocatam fateris, quem non possumus (si allegoriæ nobis placuerint) alium dicere, quam Christum, is summus est mons, ac petra fortissima, quæ iuxta Danie lis uaticinium occupauit orbem terrarum, cui uera Ecclesia innititur. Vos autem sicut olim Israelitæ faciebant, in omnibus collibus excitatis delubra, non intelligo iam extunctiones uestras, quæ ubique maiore apparatu quam fructu conspicuntur, sed traditōnes humanas, uanam gloriam operum, quibus singulis ita innitimini, ut si illa concidant aut opinionem meriti amittat, tota collapsura uobis Ecclesia uideatur. Tot ergo montes uestra habet Ecclesia, quot sunt figmenta cordis uestri: at uero cūm sit unum fundamentum Christus, qui solus & unus illustrem facit Ecclesiam suam, iudicemus eam demum uerè sublimem ac conspi cuam esse Ecclesiam, quæ contemptis arenis humanorum conatum, in petra illa firmissima fundamenta esse ponenda existimat.

Quod de monte diximus, id intelligi quoque uolumus, de altera commendatione, quam Sotus, ad indicandum Ecclesiæ splendorem, assert dicens, Ecclesiam sedem esse siue scholam, cui præsideat Christus, discipulis autem, primo omnium scholam cathedramq; magistri agnoscendam, ex quo manifestum sit, Ecclesiam primò omnium nobis notam esse debere. Deum immortalem quale hoc contradicendi studium quod Rhetori rerum notissimarum, & omnis antiquitatis memoriam eripit. An scholarum, quæ olim celebres fuerunt, dignitatem locus ipse uel docentium præstantia auxit? Neque enim Athenæ extunctionum magnificentia, nauium ciuiumque multitudo celebre reddidere, sed Philosophi qui magna laudi ibi docebāt. Quid antiqua commemoro, cūn hodie fama & admiratio docti hominis multos impellat, ut deserta patria, relictis parentibus, per maria & terras eum sequantur. Ergo gentiliū scholæ celebritatem ex doctoribus inuenerunt, & nos patrię oblixi famā doctoris per terras & maria sequimur. Christus autem, qui Ecclesiæ suæ præsidet summus pastor & doctor, in notitiam discipulorum uenire nō potest, nisi antea cognita fuerit cathedra. Quis pīscatoriam nauiculam, ex qua Christus docuit, ita illum fecit, ut fama illius, omnes triremes, quotquot

quorundam unquam extiterunt, superet: an non sedens in ea Christus? Sic profecto hodie Ecclesia, quam Cathedram Christi appellas, priorum omnium iudicio splendorem a Christo ita accipit, ut qui non primò Christum intuetur, ab Ecclesia uera sit aberraturus. Imò tierò quis est ornatissimus tribunalis, quam Dominus ita residens? Sed præclarè uos a doctore nos ad contemplationem cathedrali vocatis. Primò enim contra rationem uerae Ecclesiae cimba illi consutili omnem ornatum præter Christum ignorantis ascitum splendorem conciliastris uelut sa- pientia, dum quæ uobis præclaræ, nitida, splendidaque uidentur, cultus esse Deo gratos affirmatis.

Deinde etiam in locum præsidis illius Maximi hominem collocastris non spinea corona ac purpura induitum, sed triplici corona & pedo aureo insignem, cuius certe uox non magistri (de quo falso gloriatur) responderet ingenio aut doctrinæ, sed tantum ab eo distat, quantum cœlum a terra. Christus præsidens Ecclesiæ hortatur discipulos, ne noua dogma ta confingant, contētos eos uult ipsi quæ semel ab ipso didicerint atq; co- gnouerint. Iste autem qui se uicariam operam Christo addixisse gloria- tur, mutandi, constituendi, interpretandique Scripturas sibi sumit potestatem. Manifestè magnus ille doctor ciborum delectum improbat. At reclamat Pontifex, sub periculo æternæ damnationis usum carnium & ouorum in quadragesima interdicens. Nullum ille mandatum (quod D. testatur Paulus) de uirginitate dedit, sed hic cœlibatum a multis exi- git: nam ab Ecclesiæ ministerio coniugatos tanquam carnales & pollu- tos excludit. Et quis tandem utrorumque in mandatis ac interdictis di- uersitatem enumerauerit? Cùm ergo tanta sit discrepantia, non imputa- denter facitis, quod ad Cathedram primò nos adducitis, sperantes nos il- lius splendore, oculos nostros ita fascinaturos, ut nec rectè Christum in- tueri, nec intelligere uestri præsidis errata possimus. Sed cū clamoribus tuis Ecclesiam fatiges, ac postules a nobis rationem, cur clarissimam Ec- clesiam non agnoscamus, respodemus tibi, fateri nos Ecclesiam & Chri- sti cathedram esse & propterea longè clarissimam (quæ enim essent tene- bræ eo in loco ubi ipse sol iusticiæ uersatur?) nec etiam negamus eos om- nes, qui extra scholam Christi docent, Scripturas interpretantur, sanguinem fundunt, frustra laborare, imò uero existimamus eos ab omni spe æternæ fœlicitatis excludi, de his nulla controuersia est, sed cùm tu tales nobis cathedrali Christi depingis, quæ ipsi refragatur, aut loco Christi uicarium, quem Dominus nō nouit, collocas, non modo non lucidam illam, sed nullam omnino Ecclesiam dicimus. Augustino subscribimus dicenti: Qui quod uult credit, quod non uult non credit, qui eorum quæ Ecclesia docet hoc suscipit illud reijcit, non Ecclesiæ atque ideo nec Deo sed sibi credit. Non ledunt nos ista si Ecclesiam intelligas non Asoticam illam, sed Christianam, non superbam triplici corona, sed humilem sub Christo crucifixo, cuius sententiam non uelle sequi summum pecca- tum est: at uiuere ex ipsis præscripto, cultus ab ipso mandatos seruare, repudiare cæteros, est non modo Christo credere, sed ex Ecclesiæ (quæ uocem magistri sui per omnia sequitur) sententia uiuere.

Quæ est ergo tandem ignorantia uerae Ecclesiæ, quam tot uerbis A- sotus exagitat? Vult Sotus Ecclesiam Catholicam esse, fatemur & nos. Eam porro dicit non esse ignorantem & absconditam, docemus nos illud i- psum, (si saltem Ecclesiæ uocabulo hoc in loco rectè utaris) quia certis su-

guis eam describimus. In monte collocatam ac conspicuam esse affi-
mat, quod nos nunquam negauimus. Ecclesiam, quod hic pluribus effi-
cere conatur, sedem esse ac cathedralm Christi docemus. Sed in his om-
nibus notitiam Ecclesiæ à Christo, qui ipsi præsidet, petendam esse iudi-
camus, non hominum opinionibus constituendam, quod cum faci-
mus, ignorare Ecclesiæ dicimur, ac negare prima Theologiae principia.

Postremò cum Donatistis pessimis hominibus comparamus. Cy-
prianus, inquit, qui rebaptizandos eos uoluit, quos hæretici baptizaue-
rant, errare potuit, sed præter hæresin, præter peccatum, non enim se-
iungebat se ab Ecclesia, Donatistis autem idem error inexcusabilis fuit,
quod se ab Ecclesia separassent. Quod Cyprianus se non seiuinxit à re-
liquis, in causa fuit, quod tum purior erat doctrina, pauciores etiam erant cœ-
rimoniæ, ac uellemus quidem & nos errores uestros hodie ita tolerabi-
les esse, ut eos dissimulare possemus, certè nunquam discederemus à uo-
bis. Sed cum crassos errores etiamnum hodie, & hunc in primis de Papæ
primatu, hoc est, de Antichristi dominatione defendatis, necesse est no-
bis dissentire à uestra sententia, nisi forte à Christi mandato in uestram
gratiâ discedere uoluerimus, idq; te autore facere licet. Dicis enim pro-
ferre nos debere damnatum ab Ecclesia errorem quem defendatis: quā-
quam autem astutè statim ad tuæ Ecclesiæ iudicium resilis, tamen ne-
cessè est te ratum habere decretum Ecclesiæ Propheticæ & Apostolicæ,
cuius iudicio & autoritate iam pridem causa cecidistis. Eius autem rei ex-
empla habent quamplurima & libri Canonici & optimorum ac docti-
simorum hominum scripta, qui non opiniones suas, sed Sacras seculi li-
teras fœdissimos errores uestros retexere: imò uero absurdissima illa ra-
tio, qua munire Ecclesiam uestram & tyrannidem Papæ uoluisti, occa-
sionem initio bonis uiris dedit, ut de autoritate Pontificia & uestrorum
decretorum dubitarent. Non enim pudebat uos scribere, Pontificem si
innumeras animas ad infernum deduceret, accusandum nō esse. Quam
potestatem cum Papæ tribuatis, in manifestis uestris & notissimis erro-
ribus, nullius non dico hominis, sed ne Scripturæ quidem uocem estis
audituri.

Quo autem iure, post tam claram & dilucidam nostrorum de Eccle-
sia doctrinam, conferas nos Donatistis, iudicent pñj. Neque enim ex
eorum numero sumus, qui in aliquem angulum includere Ecclesiam
Christi Catholicam uolunt, sed eam (quod & Zacharias præixerat) in
terminis, quibus totum terrarum orbem, claudi uolumus. Quod
si in illa de Ecclesia disputatione hallucinaremur, debebatis Augustini
moderationem ac pietatem sequi, cui cum esset contra Donatistas con-
trouersia, hoc unum ab ipsis exigebat, ut scriptura duce & comite
Ecclesiam ueram quærerent, cuius ego uerba, ne quid confingere ui-
dear, subscribere non grauabor: Sed (inquit) ut dicere coeparam, non
audiamus: hæc dico, hæc dícis, sed audiamus: Hæc dicit Dominus.
Sunt certè libri Dominicæ, quorum autoritati utrīq; consentimus; utrī-
que credimus, utrīque seruimus: I B I Q V A E R A M V S E G
C L E S I A M, I B I D I S C V T I A M V S C A V S A M
N O S T R A M. Et rursus. Ego ipsam Ecclesiam requiro, ubi
sit, Q V A E A V D I E N D O V E R B A C H R I S T I
E T F A C I E N D O ædificat super petram, & audiendo & faci-
endo tolerat eos, qui audiendo & non faciendo ædificant super arenam.
Sed

Parte II. cō.
Petilianus Do-
natista epi-
stola cap. 3.

Ibidem cap. 16.

Sed ne fortasse unam periodum videat excerpere, sententia Augustini de huiusmodi controversijs dijudicandis dilucidè & copiose descripsit subijciamus. Habere (inquit) Christum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Ecclesia, quam sicut ipsum caput IN SCRIPTVRIS SANCTIS CANONICIS DEBEAT MVS AGNOSCERE, NON IN VARIIS HOMINVM RVMORIBVS & opinionibus & factis, & dictis & usis inquirere. Nemo mihi hæc opponat qui mihi respondere paratus est, quia nec ego dico idecirco mihi esse credendum communionem Donati non esse Ecclesiam Christi, quia quidam qui apud eos episcopi fuerunt, divina instrumenta ignibus tradidisse, gestis Ecclesiasticis & municipalibus conuincuntur, aut quia in iudicio episcoporum, quod ab Imperatore petierant, causam suam non obtinuerunt, &c. Sit ista omnis turbula palea eorum, nec frumentis præjudicer, si ipsi Ecclesiam tenent. SED VTRVM IPSI ECCLESIAM TENEANT, NON NISI DIVINARVM SCRIPTVRARVM CAVNICIS LIBRIS OSTENDAT: quia nec nos propterea dicimus nobis credi oportere, quia in Ecclesia Christi sumus, quia ipsam quam tenemus commendavit Mileuitanus Optatus, uel Mediolanensis Ambrosius, uel alij innumerabiles nostræ communionis Episcopi: aut quia nostrorum collegarum concilijs ipsa prædicata est: aut quia per totum orbem in locis sanctis, quæ frequentat nostra communio tanta mirabilia uel exauditionum uel sanitatum fiunt. Et paulò post pluribus additis, sic concludit: Quæcumque talia in Catholica fiunt, ideo sunt probada, quia in Catholica fiunt, non ideo ista manifestatur Catholica, quia hæc in ea fiunt. Ipse Dominus Iesus cum resurrexit a mortuis & discipulorum oculis uidendum manibusque tangendum suum corpus offerret, ne quid tamen fallacie se pati arbitrarentur, magis testimonij Legis & Prophetarum & Psalmorum confirmandos esse iudicauit, ostendens ea de se impleta, quæ fuerant tanto ante prædicta. Sic & Ecclesiam suam commendauit, dicens: prædici cari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes Gentes, incipientibus ab Hierusalem. Hoc in Lege & Prophetis & Psalmis esse scriptum ipse testatus est, hoc eius ore commendatum habemus. HAE SVNT CAUSA NOSTRAE DOCUMENTA, HAE FUNDAMENTA, HAE FIRMAMENTA.

Recitaui uerba Augustini prolixius, ut æquus lector intelligat, & longe absit Sotus à modestia Augustini. Erat illi de Ecclesia disputatio cum Donatistis. Quærebatur (quod & hodie in cōtrouersiam uenit) ubi uera esset Christi Ecclesia, quæ eius signa: cuius autoritatē de ea pronuncianti credendum? Quid ergo Augustinus? Num cùm de loco quærebatur, dicebat, Romæ ad Basilicā D.D. Petri & Pauli Apostolorum. In Scriptura, inquit, quæramus Ecclesiam. At uero quæ signa dabat, num miracula passim edita? Sed & ista repudiatur. Fortasse istam disputationem putauit esse autoritate Episcoporum & Pontificis definiendam, eamque Ecclesiam esse Christi, quam plurimi & doctissimi approbarint: Minime uero. Nam in hoc negocio & Mediolanensem Ambrosium, & Mileuitanum Optatum, & innumerabiles Episcopos excludit: unam scripturam uult esse in his disceptatricem & iudicem, itaque & Christi

exemplum adducit, qui cùm corpus palpandum discipulis obtulisset, non tantum eos oculis fidere manibusque uoluit, quantum testimonii Prophatarum. Iam si omnino placet Soto nos Donatistas esse, aut eorum similes, concedat nobis saltem id quod Augustinus ultro offerebat Donatistis: imò uero si nulla in re gratificandum nobis existimat, moueat eum Augustini summa pietas cum excellenti doctrina & autoritate coniuncta, ut credat in huiusmodi disputationibus Scripturam sacram fundamentum, firmamentum esse totius negotij debere. Nos certè hoc unum maximopere exoptamus, ut relictis ijs, quæ non sunt satis firma ad probandam Ecclesiæ ueritatem indicia, ex Scriptis Propheticis & Apostolicis controuersiæ totius dijudicatio sumatur: quod si ex istis fundamentis Sotus suam Ecclesiam extruxerit, aut extrectam esse demonstraverit, merito cæcati, contumaces habebimur: sin autem præter fulmina Romanæ curiæ in medium nihil attulerit, pijs & boni viri nullo præiudicio hæreses aut schismatis nos grauabunt, priusquam ex fontibus Sacrarum literarum intellexerint, quo loco habendi simus. Etsi enim Diuus Augustinus εγένετο, contra Donatistas ex Scriptura disputat, Ecclesiam Catholicam non unum aliquem in angulum includendam esse, (quod & nos piè cum Christianis omnibus sentimus) tamen uidemus sanctissimum uirum εγένετο hoc etiam uoluisse, omnium disputationum Theologicarum fundamenta nec in Philosophia, nec hominum opinionibus, sed uerbo Dei querenda, id quod nunc in controuersiam uenit.

CONTRA CAPUT 12. Sufficerent ista quæ de toto negocio dicta sunt moderatis ac sanis etiam altius, conferens nos cum Christi crucifixoribus, & quidem gradu aliquo nos Iudeis plebeis inferiores facit. Etenim illos excusationem aliquam habuisse dicit, quod autoritas Patrum ignorantiae ipsum causam dederit, nos cùm Pharisæis agnitiæ ueritati repugnantibus Ecclesiam propter tota indicia ac signa clarissimam ac notissimam persequi, ac per contumeliam appellare meretricem. Postremò Nicæni etiam conciliij autoritatem eleuare, cuius tamen apud omnes autoritas hactenus fuerit sacrosancta. Vbi initio æquus Lector animaduertat, quantum Prælatis suis fatieat autor libri, quam magnam fenestram plebi ad omnes errores aperiat. Nam cùm alteram paginæ faciem amplificanda Iudæorum cæcitatem repleteisset, mox capite XIII. non dubitat dicere, autoritatem procerum ipsis aliquam afferre excusationem. Nam cùm eos in suo adhuc gradu constitutos uiderint, tanquam maiores sequi uoluisse, itaq; & Christum pro ipsis intercessisse facta apud Patrem ignorantiae mentione. Hæc quomodo cum superioribus, ubi ita ignorantiae isti omnem prætextum aufert, ut nulla ratione excusari possit, conueniant, ego sanè non uideo. Nam lux illa doctrinæ, miraculorum magnitudo, uitæ modestia, patiætia in Christo, præterea notissimæ ac uulgatissimæ prophetiæ, qualis illa in primis est, Deut. decimo octavo capite, non modo Principes, sed plebem etiam ab omni excusatione excludunt. Neque enim soli Pharisæi luculentas conciones Seruatoris audiebant, non soli miraculis interfuerunt, sed etiam populus, qui non semel Christo testimonium dedit, quod Mæsius esset. Bene, inquit, fecit omnia; & surdos fecit audire, & mutos loqui, quæ laudatio ex Esaiæ trigesimo quinto capite desumpta, haud obscure significat,

ficat, populum Domino Messie honorem tribuisse: neq; enim cūquām obscurum est , Prophetam ibi de Christi aduentu agere . Iam uero quoties uisis miraculis Deum glorificauerunt: an non intranti in urbem acclamabāt, Hosanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine Domini , Hosanna in altissimis: quæ omnia summæ cæcitatatis reum faciunt populum uniuersum. Itaq; ut de Principibus dicit, non debuisse eos tam manifesto & aperto errori credere contra Christum uerum Messiam: sic ignorantiam populi, qui eadem habebat inuestigandæ ueritatis præsidia, excusare non debebat autoritate procerum . Sed satis ex hoc intelligimus, nullum esse tam immane scelus, nihil tam à religione cul tuque Dei alienum, quod non isto prætextu excusari possit . Verū ut eō unde sumus digressi, reuertamur, non modo inter deploratissimos istos homines referri nos patiemur, sed nulla etiam supplicia detrectabimus, si plantum fecerint aduersarij, nos ueram Ecclesiam ignorare, quæ de re & si suprà est dictum, tamen ex uerbis Asoti facile colligitur, quām indignè cæcitatatis aut cōtumaciæ aduersus ueram Ecclesiam accusemur. Ita enim scribit. Hanc Ecclesiam, quæ corpus est eius, omnis Christi doctrina loquitur, omnis Apostolorum prædicatio manifestat, sanguis martyrum decorat, doctorum & sanctorum omnium sermo & uita illustrat, quæ omnia illam non agnoscens manifestè negat: Nos contra sic argumentamur, si qui ueræ Ecclesiæ contrariantur, ista omnia quæ recentia sunt negant, certum est eos, qui istis non aduersantur, agnoscere ueram Ecclesiam. Sed quid horum est, quod à nobis non concedatur, immo quod publicis concionibus non doceatur? summis certè uotis hoc unum à Deo contendimus, ut aliquando discatis Ecclesiam Christi ipsius uoce & Apostolorum manifestam esse , & hanc Augustinio contra Donatistas autore, uerissimam esse notam Ecclesiæ . Sed non negamus interim, eam & martyrum sanguine ornatam, ac uitæ innocentia, miraculis, scriptis illustratam esse . Nulla ergo in eo amplius difficultas uersatur, num Ecclesiam agnoscamus . Sed illud necessarium est, ut probetis uos omnes istas proprietates tenere, quas in descriptione Ecclesiæ posuistis. Quod si Romana Ecclesia nullas ominus, aut certè perpaucas habuerit, quis non dicet illam meretricem & scortum esse ? Nam cùm Prophetæ falsam Ecclesiam nunc scortum, nunc adulteram appellant, eos autem qui illam sequebantur, scortatores & fornicatores, cur non liceat nobis phrasin Spiritus sancti, præsertini in re simili, imitari? Nec obscurum est, quare sic sint locuti Prophetæ: Nam quemadmodum adulteræ non contentæ thoro mariti scortatoribus suis adhærent: sic illi cum uero Dei cultu coniungebant adorationem Baalim & reliquorum. Quis autem non dicet in Papatu certissima esse signa istius adulterij? Nam cùm unum habeant intercessorem Christum, illi multos alios intercessores querunt, & cùm unus tantum sit adiutor in periculis, illi certum numerum deorum tutelarum aut ἀλεξιάρχων constituerunt. Itaque quæ causa Prophetis fuit Ecclesiam Idolatratum impuris simi scorti nomine adumbrare, eadem & nobis in reprehendendis erroribus Papisticis, qui & sine Scriptura & contra Scripturam multa in Ecclesiam inuixerunt. Ecclesia certè quæ temporibus Apostolorum fuit, ac statim postea secuta est, ut pudica matrona, nativo colore, hoc est, uirtutibus, pietate, confessioe, placere sponso suo, quām ascititio ornatus ceremoniarum studui, ista aut quā merito Romanam appellamus me-

retricem, præter fucum, hypocrisin, nihil habet. Laudabilem illa in sacerdotibus Domini paupertatem iudicabat, hæc procax & sumptuosa est, semper hoc ingeminans, quod de scorto suo Terentianus conqueritur adolescens, da mihi & affer mihi, cuius rei clarissima documenta sunt nundinationes ipsorum, ac multa templa, quæ lucri tantum & emolumenti causa ab ipsis extorta sunt. Cùm ergo in Romanensi Ecclesia (qualis est hodie) non sint ea signa, ex quibus Diuus Paulus, & post eum Augustinus, ut suprà est dictum, ueram Ecclesiam describit, nec illa etiam quæ à Petro De Soto proferuntur, sed orniatus meretriceus, non possumus illam pro honesta matrona agnoscere, nisi forte ea quæ cum scortis communia habet depónat, nec patiemur nos appellari cæcatos & clarissimæ lucis contemptores, nisi apud ipsis clarissima, accertissima signa ueræ Ecclesiæ appareant. Frustra itaque clamat Afortius, ecclesiam eandem fortunati experiri quam Christus ipse, nos enim haud aliter ipsam persequi, quam olim Scribæ & Pharisæi sint persecuti dulcissimum Seruátorem. Præclarè ita me Deus amet, querela ista uitimini, quæ nostra esse aduersus uos debebat. Nam si externam persecutionem intelligis, doce, qui à nobis Papistæ nomine religions interfecti sint, quemadmodum multi nostrum à uobis crudelissime trucidati sunt? Quòd si intelligis ea quæ scriptis contra uos afferuntur, an non melius nos in uostros ista dicere possumus, qui non argumentis, sed concilijs, contrumelijs, proscriptionibus, nobiscum agunt.

Verum istas querelas, quibus merito uti possemus, uero iudici committimus, qui nobis testis erit illo die, quo uenturus est Iudex uiuorum & mortuorum, nos non esse persecutos ueram Ecclesiam, sed odisse hypocrisin ac impietatem. Quod autem addit nos ne ueteri quidem Ecclesiæ parcere, cum decreta Synodi Nicænae de Chrismate & bello non approberimus. Respondeo, nos propter unum næuum non abiisse in universam Ecclesiâ illorum temporum. Sicut Paulus Corinthios suos, sanctos uocat, cū interim etiā in illa Ecclesiâ & alia uictia seuerissime reprehendat. Nec Paulus autoritatē Diuino Petro eripit, sū Antiochiae aperte dicit, eū non ambulare recta uia in Euāgelo; erant illi defectus sanctorū corrugēdi admonitionibus & doctrina. Sed longe alia res in Papatu est, ubi zizania ita excrueuerunt, ut propemodum triticum uerbi Dei suffocarint, ubi non labes aliqua reprehenditur, sed etiā totius ferè corporis. Itaque si primis temporibus, ubi purior doctrina fuit, erratum aliquod reprehenditur, non abiicitur propterea tota Ecclesia, quia multa probantur in illa, sicut & nos præclarè de Symbolo Nicæno sentimus, de quo præcipua in isto concilio disputatio fuit. Cæterum si maximè (ne sim prolixior) constaret Chrismatis usum tempore Nicæni concilij in Ecclesia fuisse, certum est eos ea re aut pro adiaphora uisos esse, aut necessaria. Si res fuit media ac libera, nemo haereſeos nominis infamādus est, si adiaphoros non paret utendum. Sin uero ista cærimonia necessaria est, necessitatis causa erit, aut scripture canonica, aut traditio Apostolorum (quibus multa defendere & excusare conantur) aut suscepta est propria auctoritate. Cænonicā noui Testamēti scripture de Chrismate nihil habere certum est. Nam iste chrismatis usus, haud dubie est pars cærimoniarum Mosai carum. Cum autem Scriptura sacra umbras istas aduentu Christi sublata esse dicat, certum est chrisma à scripture non approbari. Deinde si locus aliquis Chrismati suffragari uidetur, adducatur sane, & credemus:

Sed

Sed eo in loco opera danda est, ne ἀπροσδιόνυσα pro γυναικοῖς adducantur.
 Deinde Christus instituens hoc sacramentum Baptismatis, aquæ tan-
 rūm mentionem facit, non obliturus Christmatis, si eius in Baptismo u-
 sum aliquem esse uoluisset. Sed fortassis imitatione Apostolorum hoc
 est factum. Probent ergo Apostolicorum scriptorum testimonij hunc
 ritum ab ipsis obseruatum, tum concessuri sumus, temerario præiudicio
 Chrisma à nobis sublatum. Sed exempla & testimonia Apostolorum
 ostendunt, hunc morem ab ipsis non obseruatum. Paulus in Actis capi-
 te decimo, de Cornelio, & eius familia sic loquitur: Num quis prohibe-
 re potest, quo minus aqua baptisentur hi, qui Spiritum sanctum accepe-
 runt, sicut & nos? Vide, mētionem tantum aquæ facit, non Christmatis.
 Adhac, quamuis repugnent aduersarij, certum est Ioannis Baptismum
 eandem habuisse uim, quam habuit Apostolorum. Nam utrique in Re-
 misiōnem peccatorum baptisabant. Et Christus, qui omnia nostri cau-
 sa perfectissime fecit, ut nostrum Baptisma consecraret, Ioannis bapti-
 smate usus est: quis ergo negauerit Ioannis Baptismum non fuisse perfe-
 ctum ac conferendum baptismō Apostolorum, quem Christus ipse con-
 secrauit suo corpore. Scimus autem Ioannem aqua tantum baptisasse,
 propterea dubium non est eandem rationem Apostolos esse secutos.
 Num Philippus cūm ab Angelo euocaretur, ut iter quod Gazam ducit
 ingrederetur, sciebat Christma sibi exportandum, ut Eunicho Aethio-
 pum reginæ baptismum conferret? Sed ignorabat Apostolus cuius rei
 gratia egredieretur, nec cūm baptizaret præfectum reginæ, Baptisteri-
 um aut Christma aderat, sed riūlus aut fons, quem per occasionem cum
 conspicatus esset Aethiops, Philippum ut baptizaretur orabat, & qui-
 dem statim ab Apostolo quod uolebat impetravit. Iam si Aethiops in
 ultimo agone fuisse constitutus & Christma ad substantiam (ut ita lo-
 quar) baptismi fuisse necessarium, non potuisset sine nefario scelere o-
 mitti ab Apostolo, quibus Dominus in mandatis dederat, ut quod
 ipse tradidisset, illi docerent. At uero cūm nulla urgente necessitate Ae-
 thiopem baptizārit Apostolus, quis non uidet Christmatis usum apud
 Apostolos nullum fuisse? Deinde non uerisimile est Apostolos morem
 baptizandi sibi incognitum alijs tradidisse: quare statuamus Christma
 non esse ab Apostolis (quod illi assuerant) per manus alijs traditum.
 Quod si Christma nec scripturæ Canonicae autoritate nec imitatione A-
 postolorum in Ecclesiam inuectum est, sequitur humanum esse inuen-
 tum, de quo non reformidamus Christi censuram ex Euangelio repe-
 re, dicentis: Frustra me colunt, docentes doctrinas præcepta hominum.
 Et rursus: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis e-
 radicabitur. Sunt quidem multa salubria hominum inuenta, sed dicere
 hominem ad beatè uiuendum necessariam doctrinam, sua autoritate,
 exhibuisse, id cum uoce Christi iam proposita ex diametro pugnat.

De bello uero, qd nobis obiectur, ita manifestū est & ab alijs ita clare
 refutatum, ut non opus sit hoc loco aliquid dicere, præsertim cūm prio-
 re exemplo, satis me docuisse existimem, quām iniquè accusemūr, quod
 totam Ecclesiam antiquorem repudiemus, cūm modeste nostram de-
 ijs sententiam afferamus, in quibus antiquitatis studium defendi non
 potest. At uero Sotus inaudita causa, non agitatis rebus concludit, nos
 conferendos cæcitate Iudæis Christum crucifigentibus, aut comparan-
 dos cum Paulo in carceres trahente miseros, quia Ecclesiam mille di-

centorum annorum damnemus. Plausibile quidem est ista dicere, sed si
 præ ostendimus nos ab hoc criminè alienissimos, qui ueterum lapsus ex
 Sacris emendando putamus, non tollendam omnem antiquitatis auto
 ritatem. Quod si nunquam licet à ueterum scriptis & dictis (canonicam
 scripturam semper excipio) discedere, erunt accusanda multa cōcilia, que
 priora aliqua ex parte correxerūt, erunt damnandi excellētes ac sanctissi
 mi uiri, qui in Synodis contra aliorum sententiam suam attulerunt: qua
 lis in primis uox illa Paphnutij de ministrorum coniugio fuisse legitur.
 At uero ut nō ab hīcīmus Ecclesiam priorem propter aliquem nēum,
 ita non possumus agnoscere uestram Romanam, quæ præter uanum
 prætextum successionis nihil omnino habet. Quis est qui propter ista
 nos inexcusabiles, incurabiles, similes Christi crucifixoribus dicere pos
 sit? quis non uidet unum esse piaculum quod illi anathemate dignum iu
 dicat, cum dicimus concilia posse errare, & propterea omnia hominum
 decreta exigenda esse ad normam legis diuinæ? Non animaduertunt se
 cum hoc nomine nos accūsant blasphemos esse in Christum, iniurios in
 Apostolos & sanctos Patres, q ad istos fontes scripturae nos deducunt.
 Nec etiam satis diligenter perpendit autor, quod in sequētibus sibi ipsi
 contrarieſ. Aperte enim dicit, Scribas & Pharisæos Christum crucifigētes
 non fuisse Ecclesiā, non fuisse dignum ullā fide concilium, quia inde tan
 ta iniquitas emanaret omnibus. Item quod manifestarent se illos esse, de
 quib. Propheticè Iacob pronūciauerat, Vasa iniquitatis bellantia. Postea
 ex eo concludit nullum ipsos sequi debuisse. Quod ergo Ecclesiam Pha
 risæorum negat fuisse ueram, ex eo certe sequitur, non omni cōcilio cre
 dendum esse: sequitur etiam delectum esse habēdum quæ uera quæ falsa
 sint cōcilia. Sed unde sumimus iudicium de tantis rebus? Alias quidem
 respondent, successionem ordinariam & autoritatem Ecclesiæ sequen
 dam: at cū animaduerteret Sotus Pharisæos & Scribas non modo in di
 gnitate fuisse, sed successiōne ordinaria in Moysi cathedra sedisse, repudiato
 uulgari isto successionis colore dicit synedrion Hebræorum propterea
 non fuisse audiendum, quia fuerint uasa iniquitatis bellantia: item, quia
 magna iniquitas ab ipsis dimanaret. Ex quo manifestū est eos qui repu
 gnant ueritati nō esse Ecclesiam Domini, etiam si de legitima successio
 ne gloriari possint, quod tamen tanto studio & Aspergim & ipsius assecle
 impugnant, ut affirmant nullo modo à sententijs ordinarij successionis
 recedendum. Sed quæ nam est causa, quod uobijs Caiphām & Annam
 rejicere licet, quia contra scripta Prophetica & manifestam ueritatem,
 Christum & Apostolos persequebātur, nobis uero cādem in uos censu
 ra non permittitur, qui in multis clarissimam Euangeliū lūcem impu
 gnatis? Fortasse glorabimini de pietate, sanctimonia, doctrina, innocen
 tia eorum qui episcopi ante uos fuerunt? Sed in Iudaica quoq; Ecclesia
 initio pīj erant Pontifices, qui doctrinam Moysi & Prophetarum nō mo
 do docebāt, sed propugnabant etiam: Verūm hos sequebatur Cadmea
 quasi progenies, quæ in hoc omne suum studiū, curam & diligentiam
 collocabat, ut imperfectis præconibus ueritatīs, pīj suo honori, dignitati,
 existimationi consulerent, ac propterea non pro Ecclesiæ defensoribus,
 sed destructoribus habendi erant. Sic non negamus olim multos bo
 nos & pi os fuisse episcopos, & speramus hodie etiam esse quosdam, qui
 non omnino abhorreant à ueritate: cāteri uero tanto detiores, quod
 uestigia illorum non sequuntur, sed in hoc unicē sunt intenti, ut obruere
 ueritatem

ueritatem sua autoritate aut hypocrisi possint, cuius conatus uestri multa extant exempla, quae huic cōferre immensi esset laboris, sed haud scio num illustrius dari possit quam id quod Sotus capite 15. dedit. Nam ibi nimium diserte & suam & suorum mentem explicitum. In his igitur, inquit, ut aperte dicamus, malum errare uniti Ecclesiæ (intelligit autem Papisticam) & illam non deserentes, quam uobiscum uerum tenere, malum, inquam, in illud malum incidere, si in aliquod incidentum est, quam in hoc. Et rursus eandem sententiam clarioribus etiam uerbis prosequitur:

Itaque ausim dicere, si Ecclesia minus recte sentiret, aut erraret erga scripturæ sensum, dogma aut cultum aliquem, quamvis certo credamus, non permisurum Deum, ut tota unquam labatur, aut erret circa haec, si, inquam, hoc fieri posset, aut si aliquorum errorem qui Ecclesiæ uniti sunt, quis sequeretur, existimans ecclesiæ illud esse, aut expectans eius iudicium quod euenire posset, ut in Cypriani & coepiscoporum eius totiusq; Aphricani Concilij errore, Non dubitamus hunc excusare ab omnini hæreseos & schismatis peccato. Volui uerba autoris recensere, ne mihi tam absurdia ex ipsius scriptis meis uerbis repetenti, apud eos, qui eius scripta non legissent, suspicio calumniæ suboriri posset. Nam quid per Deum immortalem potest dici absurdius, quid cum ijs quæ antea dixerat magis pugnans, quam illa ipsa? Hæreseos excusatur is, qui credit Romanæ Ecclesiæ, contra uerbum Dei aliquid statuenti, excusat etiam is, qui non toti Ecclesiæ, sed membro erranti fidem habet. Denique errorem suum Sotus ueritati præferendū existimat. Quis non hanc dicet manifestam coniurationem esse aduersus ueritatem? Miramur cùm in Prophetarum scriptis legimus, populum dixisse cōcionantibus, se non audituros eos loquentes in nomine Domini, sed nemo non uidet Papistas imitatione illorum dicere, se ueritatem libris Propheticis & Apostolicis expressam non audituros, nisi cùm Ecclesia sua consenserat. Ac ne parūm uideretur fuisse temerarius & impudens, exemplo etiam id, quod satis ante diserte dixerat, declarat, in haec uerba scribens: Etiam si unius speciei in Cœna usus pugnaret cum Euangeliō, tamen eos qui in sua simplicitate consuetudinem Ecclesiæ sequantur, excusat eos. O immanem audaciam ac temeritatem deplorandum. Ita ne dictum uobis Paulinum excidit, qui Galatis scribens, docet, fieri non posse, ut sine nefario scelere testamenta & institutiones Domini mutentur, cùm nefas sit hominiis ultimam uoluntatem uiolare? Ita ne, inquam, excidit, ut illud ultimum Domini Testamentum ac pulcherrimum legatum tanquam falsarij ac sacrilegi mutare ac discerpere audeat is? Nam quod ἐπιθέπτεντο mox subiicit, consuetudinem istam Romanæ Ecclesiæ cum certo explicatōq; scripturæ sensu, ubi scriptum legimus: BIBITE EX HOC OMNES, non pugnare, manifestè falsum est, & ante scriplerat, si maximè aduersaretur, nullo tamen periculo retineri istam posse. Ex his omnibus qui non cæci sunt, aut improbi, facile intelligunt, non hoc agi ab istis, ut pax in Ecclesia pia & Christiana constituatur, ut præscriptum uerbi Dei relictis humanis traditionibus sequamur, sed tantum tyrannidem Pontificiam, potestatem præscribendi quæ placeant, refigendi quæ displiceant, queri. Quod si impetrārint, nihil ipsis ad victoriam in hac quidem causa deesse video. Verum si boni & æqui iudices putārint audaciam istam, ne in ciuili quidem iudicio tolerandam,

damnent eam in hoc grauissimo negocio, ubi non de fundis aut limitibus, sed salute animae ac aeterna felicitate agitur.

Hae dixisse de prima parte, sufficiat, in qua Petrus de Soto ignorantiae magnitudinem ex subiectae materie claritate & obscuritate metitur, dicens, nos persecutoribus crudelissimis Christi & Ecclesiae suae confrendos, quod Ecclesiam clarissimam ac notissimam repudiemus; in quo certe, ut nihil dicam grauius, suam suorumque ignorantiam magis declarat, quam quod magnoperè nos laedat.

CONTRA
CAPUT 16.

Nunc accedo ad secundam partem, de studio & diligentia querendi ueritatem, quam tractationem tanto succinctius percurrendam mihi video, quanto priora praeter spem & expectationem meam excreuerunt. Nam dum ad maiora tantum conuicia breuiter respondere studio, necessariò plura mihi dicenda fuerunt, quam uolebam. Studium ac diligentiam in inuestiganda ueritate, etiam si aliquis interueniat error, excusationem mereri, negligentiam & torporem omnem auferre excusationem ignorantiae, sequentibus capitibus ostendit Asotus. Sed quemadmodum de Hortensio in Quintiana dicit Cicerio, natum ipsi dedisse, ut semper diuidat, sic puto eloquentiam Asoti partitionibus & divisionibus maximè constare. Nam hoc quoque loco studium discendæ ueritatis in aliquot capita subdiuidit, non aliam, nisi fallor, ob causam, quam ut libri moles cresceret: nam ueritatis profecto causa aut sophiarum illum partiendi labore non esse suscepimus, ex eo quis facile intellexerit, quod in toto libro nihil aliud agit, quam ut ueritatem integrum Sophisticis & sophris inuoluat. Me uero magnopere reficit & recreat huius tractationis initium: nam dum maximè uiuuentum odium ac contumelias in nos effundere conatur, nostris tamen studium tribuere querendæ ueritatis cogitur. Scio illū longè aliter sentire. Sed quemadmodum pontifici Iudeorum inuitio inter cetera, quæ contumeliosè hauddubie in Christum dixit, confessio de filio Dei excidit, ita non dubito illā uocem Asoti, quamvis contumelij permixtam (Iudei enim nos confert & similibus) nō sine uoluntate Dei illi elapsam ea in parte, ubi inquit: Agnoscimus exemplis diligentiisque Lutheri & suorum Deum nos paternè admonere, eorumque uigilantia nostram exercitare & condemnare socordiam. Quamuis enim & præcedentia & quæ sequuntur, plena conuicij sunt, tamen uerissimum est, Deum Opt. Max. uoce Lutheri ac similiū uoluisse, & hodie uelle ueternum excutere ihs, qui interpretatione sacrarum literarum abiecta, anilibus tantum fabulis se se oblectabant: neque studio illorum effectum, ut pars saltem aliqua uerae religionis ac sonus tantum Euangeliorum retineretur, Dei clementia ac benignitatis est, quod illa conseruauit, & his temporibus nitorem suum restituere libris Canonicis, qui in situ & squalore iacebant, uoluit, quod è somno ignorantiae & cæcitatibus excitare homines dignatus est. Etenim, ut in somno fallaces imagines nobis imponunt, ut cum hominem uidere nos credimus, umbram, immo uerophantiam tanum uideamus. Sic olim quæcumque opinione bona suscipiebantur, statim existimabantur cultus esse Deo grati. hinc factum est, ut cærimoniarum, satisfactionum, ordinum, ueluti somniorum febrilium, quæ specie uerae pietatis nobis imponebant, tantus esset numerus, immo ueros sic creuerunt, ut præter nudam scripturæ lectionem in templis nichil ferre relicturn uideretur. Nam cum publici congressus haberentur,

cærimo-

cærimonij Missarum bona pars horæ consumebatur, accendeabantur cerei, certabant interim humanæ uoces cum instrumentis musicis, instituebantur processiones, & ista omnia Latina lingua peragebantur. Si Euangelicus textus explicandus pro concione erat, legendæ Sanctorum opinionesque male feriotorum Monachorum, deniq; recitatio defunctorum, quæ compendio clericorum seruiebat, pro uera & genuina textus explicatione plerunq; subiiciebantur. Sic ad miseram plebecutam præter sonum campanarum & boatum sacrificiorum, nihil ferè redibat.

In Scholis publicis, ubi seminarium Ecclesiæ esse debebat, plus operæ impendebatur spinosis & inutilibus disputationibus scholasticorū, quam explicationi Prophetarum & Apostolorum. In dicendo & scribendo regnabat barbaries. Summa, nisi Deus ἦν από μηχανῆς, quod dicitur solet, tantæ rerum perturbationi ac resupinæ negligentia succurrisset, nullam breui tempore Ecclesiam fuissimus habituri. Rectè ergo sentit Petrus, Papistas hactenus socordes ac negligentes fuisse, ac uoce Lutheri excitari ad uigilantiam. Utinam autem bene monentem audirent: utnam non abiacerent extremam illam medicinā, quam clementissimus Deus afflictæ Ecclesiæ adhibet. Sed uidemus, qua ingratitudine uel hic Sotus insurgat contra Deum & homines. Nam quos ad repurgandam ecclesiam Dominus uoluit esse hortatores, ipse nouatores, hæreticos, schismaticos appellat, carnalem doctrinam licentia, ac fœdissimarum cupiditatum ὥρον eōs afferre clamans. Quid potest dici horribilius? quid ipsa ingratitudo ad maledicentiā inueniret uirtulentius? de quod tamen suo loco dicetur copiosius. Ad hæc: Diligentiam & dexteritatem nostrorum dicit esse astutiam, propterea, quod filii huius seculi sapientiores in generatione sua sint filii lucis. Sapientia certè in sacris nemo uobis testis erit, qui eam, quantum in uobis est, extinctam uelleatis. Sed astutia carnalis, de qua textus Euangelicus loquitur, multa præ clara specimina dediſtis annis aliquot. Nam multorū Principiū animos ita fascinastis, ut uideant in uelstra omnia uerba iurasse. Præterea uestros illos crassissimos errores, quantum quidem ipsorum fert absurditas, nō minore dexteritate tegitis, ita ut prudentia, inò uero astutia humanæ ego in uobis ἀγχετυποί esse existimem. Nolite ergo, nolite istā uobis sapientia laudem (nam alterā amisistis) eripere, nolite eam pro uestro acumenī ītribuere, quos constat à uobis, tanquam magistris, sepe circumuentos, sæpe in extrema pericula coniectos esse. Verum est, & illud quidē κατιστομαι populo placere: nostra uero si uobis noua uidentur, noua dictis Apostolorū scripta, quibus nitimur, quæ uobis fortassis noua sunt, quia in pulueribus hactenus delituere, ac Dei beneficio reuocata in Ecclesiam sunt. At q̄ iniquum est ea, quæ antiquissimæ scripturæ testimonijs indubitate sunt, in suspicionē nouitatis uocare. Certe necesse est uos aut argumentis planum facere nos extra Canonica m scripturam noui aliquid esse cōmentos aut νειτροτυπού infamiā ipsi effugere non poteritis.

Nunc postea quam ad præfationem ipsius paucula respondimus, ad CONTRA eam tractationem ueniamus, ubi de ordine, ratione & modo inquirendæ ueritatis disputat. Nam cum illa, negligentia uel societate, in ista inquisitione ueritatis, sint indicia, ostendunt etiam, quantum excusationis uel uituperij, mereantur ī, qui à uero aberrarunt. Equidem nemo ita est tardus ingenij, cui non sit perspectum, quantum ordinis ratio, com

modi & lucis afferat rebus omnibus, rursus perturbationem eiusdem certissimam causam esse erroris & hallucinationis. Quare pulchre nobis hac in parte cum Asoto conuenit, sic ut non modo in magno hoc iudicando ueritatis negocio, sed in minoribus, immo uero minimis istam ordinis curam necessariam iudicemus. Approbamus etiam Tertulliani disputationem contra haereticos, qui dum cancellos quosdam uagis ingenij, qualia haereticorum esse in primis solent, uellet circundare, subiecte vult intelligi dictum, quod frequenter usurpabant haeretici: Quae rite & inuenietis. Etsi enim iubemur querere uerum, & nullus sit labor praeclarior & sublimior, quam ad ueritatis cognitionem aspirare, tamen qui non uia ac ratione, in illo studio uersantur, aut qui nunquam quendodo sibi satisfaciunt, isti ut nulla in re acquiescent, sic ueritatem, quae certam & constantem aliquad re notitiam requirit, aspernantur. Tales olim Academicorum & Scepticorum disputationes erant, contra quos D. scribit Augustinus. His propemodum similes erant Marcionites, quos historia Ecclesiastica, nisi fallor, propterea ~~sonantes~~ appellabat, quia nihil affirmandum putarent, sed secundum dictum seruatoris perpetuo quae rendae ueritatis studio se dicerent intentos. Istorum falsam opinionem refutaturus Tertullianus, huius dicti tum demum ueram esse sententiam scribit, si rei, temporis & modi ratio habeatur. Autoritate tanti uiri contra nos, sicut reliquorum etiam abutitur Asotus, eos nos esse clamitans, qui in inquisitione ueritatis nullos terminos & cachellos, nec istos etiam a Tertulliano prescriptos, circundari nobis patiamur. quod que ab ipso dicatur, operae premium est cognoscere, idque non tam proderit ad defensionem innocentiae nostrae in hac causa, que ut aequi Lectores ex his conclusionibus faciant de candore reliquorum, que supra contra nos attulit. Tertullianus eos, qui ueritatem se quesiuros profiterent, rei initio vult habere rationem, quod quale sit, ipsum audiamus interpretem. Sed in primis hoc propono, Vnum & certum aliquid institutum esse a Christo, quod credere omnini modo debeant natiōes: & idcirco querere, ut possint cum inuenient credere: unius porro & certi instituti infinita inquisitio non potest esse: querendum est donec inuenias, & credendum ubi inuenieris, & nihil amplius nisi custodiendum, quod credidisti. Et paulo post: Igitur querendum est, quod Christus instituit, utique donec inuenias: inuenisti autem cum credidisti: nam non credidisses, si non inuenisses. Hactenus Tertullianus: ex quibus intelligimus eam Tertulliano rationem in hac ueri indagatione & inuentione probari, ne ea, quae & inuenta & certa sunt denuo queramus, sed potius credamus Christo seruatori. Hoc praeputo Tertullianus ostendit multa in scriptura esse, quae non rationibus, sed fide apprehendantur, & in his, si maximè causae non assignentur, auctoritatem Christi seruatoris esse loco demonstrationis. Id nemo nostrorum negauit, sed extant doctissimorum hominum luculenta scripta, in quibus discrimen faciunt inter inquisitionem Philosophicam & Theologicā. Philosophus non acquiescit, donec rationes sufficientes afferant, quibus proposita materia confirmetur. Mathematicus non credit futuram Ecclipsim lunę, nisi certus sit fore oppositionē solis, lunę & terrę ē diametro. Longe alia ratio est inquisitionis Theologice, ubi multa sine ulla ratione allegatione creduntur: quia certum est ea uoce diuinā reuelata ac confirmata esse. Deum trinum esse & unum, nulla demonstratione didicimus, sed credimus uerbo Dei, sic nos de æterna Dei essentia erudiantur.

Physicis

Physicis rationibus nihil à quæ contrarium, quam doctrina de resurrectione carnis, Nos uero libet illud *ταπάδοσον* propter autorem, cuius indubitate est fides, amplectimur. Si quis ergo in istis, quæ non à natura li lumine accepimus, nec à magistris didicimus, sed diuina reuelatione nouimus esse certissima, rationes alias præter illam autoritatis diuinæ requirat, ut in negocio trinitatis, quomodo unum possit esse tria, & tria unum, in articulo autem de resurrectione carnis, qua ratione corpora, quæ in cineres & aërem abierunt ruris coalescere possint, eum nos è schola Theologorum ejusciendum putamus: neq; enim principia Theologiae negantem audire oportet, quemadmodum ne philosophi quidem eos ad disputationes suas admittunt, qui propositiones natura notas in dubium uocant.

Quæ cùm ita doceamus, quis dicet nos à Tertullianī ordine abhorre, aut saltem discedere? Dicit ille: in multis inquisitioni locum non esse, dicimus & nos, vult ille fide sine probationibus ea credi, quæ uerbo Dei proposita sunt, eandem nos rationem quoque sequimur. Sed Sotus stable quiddam & immobile requirit, unde omnis ista ueritatis inquisitionis incipiat: sicut in motu certū quoddā stabilitatē est initium. Quod etiam ipsum non grauare ipsi largimur. Sed cùm stable ac indubitatum fundamentum in hac (ut ita loquar) Theologica *προσέλεξη* requiratur, istud certè non ab hominum opinionibus, aut disputationibus philosophorum petendum est, sed ex schola spiritus sancti, quam Christus aperuit, cùm nos ad lectionem Mosi & Prophetarum ablegat, eam Diuus monstrat Apostolus, cùm scripturam ad doctrinam, redargutionem, correctionem, institutionem dicit utilem: cùm ait potentiam esse Dei ad salutem omni credenti. Ex ista ergo, tanquam instructissimo promptuario, & ut Basilius dicit, Ecclesiæ thesauro, petamus ea quæ sunt necessaria ad omnem doctrinam spiritualē, ista sit cursus nostri initium & meta, ista sit fossa (loquar. n. cum Tertulliano) quā transgredi nō liceat. *Tertullian.*
 At uero secus uidetur Asoto: nam cùm sensus scripturæ ab Ecclesia nobis sint demonstrati, eandem istius inquisitionis facit initium. *Hanc tibi foff*
 ergo à qua Ecclesia sensus isti peti debeant? nunquid ab ea, quæ est uerè *sam determi*
Christi Ecclesia: imd uero extra eam non est Ecclesia, sed colluies im
proborum & malignantium. Sed uera ista ac dulcis mater Ecclesia præ
ter scripturas nihil habet, & ad easdem nos ablegat. Nam Paulus, ut su
præ etiam diximus, ita describit Ecclesiam, quod sit fundata super funda
mentum Prophetarum & Apostolorum: fundamenta ergo si subtra
xeris, non habebis Ecclesiam: scripturas abstuleris, & non habebis ubi
ecclesiam colloces. Quæ cùm ita sint, uides uerisimilam Ecclesiam di
gitum nobis intendere ad scripturas. Patres, & in his Augustinus, nul
li suum deferunt suffragium, nisi suam sententiam antea sacris compro
bârit. Itaq; in omnibus ad sacram scripturam tanquam fontem recurritur.
Videmus etiam magnos illos scripturarum interpretes subinde in
explicationibus suis locis scripturarum uti. Imd uero quis negauerit D.
Ioannem, Petrum, optimos fuisse scripturarum, & suorum etiam inuis
cem scriptorum interpretes: ad quos ergo magis quam ad illos prouo
*candum est, qui à *εὐτόνων* Christi fuerunt, ad quos in dubijs omnes in*
interpretes configiunt. Ea certè (ut præteream alios) modestia D. Augu
stinus fuit, ut si ipsius interpretationem aliquis Apostolicæ prætulisset
aut conserret, non esset latus. Iam uero in præcipuis articulis illustria

testimonia & explicationes habemus in Apostolorum & Euangelistarum scriptis: cur ergo cum liceat e fontibus haurire purissimam aquam, riuulos consecutamur?

Magna hodie de Coena Domini disputatio est, num Christus utramque speciem omnibus sine discrimine exhibuerit: quis cōponet dissidium? num Patres certe & illi non aduersantur. Sed si certissimam & indubitatam interpretationem requiras, quem doctiorem certioremque eliges magno illo scripturarum interprete Paulo: Is in Corinthiis (ut supra etiam meminimus) aperte omnibus utrunque speciem exhibit. Homo, inquit, probet seipsum, & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat: quis illa tantum de sacerdotibus intelligat, cum ad omnes Corinthios Epistola scripta sit, & Apostolus in genere dicat: HOMO probet seipsum? Et euincunt hoc etiam praecedentia & sequentia. In hoc ergo negocio quid requirit Asotus amplius? Ecclesiæ ne interpretationem? Paulinam attuli: sed non sufficit. Quid? num Paulus non fuit Ecclesiæ membrum? aut inferior ne est tanti uiri autoritas aliorum interpretationibus? At Ecclesia de uita specie interpretatur Paulum, ac suis cōstitutionibus hoc uoluit. Sanè non uideo quomodo contra Paulum illa sentire possit, quæ ipsum agnoscit Apostolum: obscuritatem autem prætexere in loco clarissimo, affectata est ignorantiae aut contumaciacæ indicium, qualis non est apud pios.

De purgatorio si questio incidat, Gregorij somnia profertintur, nos dicimus hac in re consulendam scripturam, ducem tutissimam ad ueritatem. Nec enim a mortuis illa discenda sunt. Subiiciunt ergo autoritatem scripturæ: Peccatum in spiritum sanctum, neque hic, neque alibi remittitur. Ergo peccatum aliquod remittitur in futuro seculo. Sequitur itaque esse ignem aliquem, quo purgari sordes eorum, qui moriuntur, possint: haec interpretatio autoritate quorundam Patrum exornatur. Quis erit idoneus interpres? Marcum ego existimo, qui data opera, que

Augustinus Matthæus prolixius scripserat, in compendium redegit, is ita scribit: lib. 20. de ci- qui conuicium dixerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in uitate Dei ca- æternum, sed obnoxius est æterno iudicio: cui Lucas adstipulatur, in pit. 5. cum di- quiens: Ei uero qui in spiritum sanctum conuicium dixerit, non remit ceret mul- tetur. Videmus Marcum illa, quæ Matthæus dixerat, intelligere de con de die ulti- demnatione in hoc seculo ac futuris poenis: nam qui non credit iam con mo ambigue dicta, ut uel ad Christi ad- demnatus est, cuius sententiae executio sunt æterni cruciatus. Habemus uentum, qui misit me, habet uitam æternam, in iudicium non ueniet, sed transiuit à est in uerbo, morte in uitam: Credentes statim sentiunt æterna gaudia, nec experiu vel ad Hiero tur iudicium, id est, poenas, ergo non est purgatorium. Interpres etiam solymarum est D. Paulus, qui de cōditione defunctorum scribens, nullam omnino purgatorij mentionem facit, quod certe ipsum in ista materia omnino facere oportuisset, si talis aliquis carcer esset. Neque enim Paulus tormenta illa, qualia in purgatorio esse dicuntur, silentio dissimulauit, ut consolari Thessalonicos posset. Fuisse enim illa crudelis consolatio, silentio miseris animulas præsidij amicorum defraudare. Sed ignorauit forsitan Paulus tale quid expectandum post hanc uitam? Ignoremus ergo hoc cum D. Paulo. Nam cum Asotus, ut est supra dictum, uelit cum Ecclisia posse, nisi ea, quæ apud Euangelistas de his scripta sunt, conferantur. Quædam enim (inquis) alter obscurius, alter explicat planius, &c.

Ecclesia sua potius errare, quam nobiscum bene sentire, nos cum Paulo, qui in tertium cœlum raptus est, non erubescimus aliquid ignorare.

De iustificatione luculentissimi commentarij extant in Epistola ad Romanos & Galatas, qui loca obscuriora de operibus hinc inde in scripturis interpretantur. Prætereo cætera, nam exempli gratia, duos locos adduxi, ut ostenderem, à quibus scripturarum sit petenda interpretatione, nempe ab ijs, qui earundem sunt autores, & propterea optimè ac exquisicissime iudicare de ipsis possunt. Etenim si artifices in reliquis artibus in primis audiendi sunt, quis negauerit Apostolos in excusis sacris potissimum consulendos? Cum ergo in prima ac uerissima Ecclesia ueritatem queramus, non debebat clamare Asotus, omne nostrum studium inane esse, nos extra Ecclesiam ueritatem querere, frustra nos ante lucem surgere, sine lumine in scripturis uersari. Nos certè sic existimamus, sacrosanctas scripturas non indigere noua luce, quam nos afferamus ad ipsas, sed ex ijs tanquam lucidissima facula lucē animorum accendam, & sine temeritate affirmamus, scripturam solam esse, quæ ueram nobis Ecclesiam monstrat, quā etiam prout utili sequimur, non dubitantes eam fore pedibus nostris lucernam, ne in tenebris errore incidamus. Quæ ratio etiam nō ut Sotus existimat, aduersatur Tertullianī consilio, suadentis Ecclesiam non esse querendam apud haereticos, sicut ab hoste cibum non petimus, sed ibi, ubi oportet. Etenim nos nec ex philosophorum librīs, nec Turcarum Alcorano, aut Thalmud Iudæorum, non ex nostro aliquo libro rationem inquirendæ ueritatis & Ecclesiæ sumimus, sed ibi ubi querenda est in factis, & apud Ecclesiæ, ad quas nos Tertullianus ipse alegat, cuius uerba, ne temerè tantum autorem citasse videar, subscrībam. Hinc igitur dirigimus præscriptionem, si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios nō esse recipiendos prædicatores, quam quos Christus instituit, quia nec alius Patrem nouit, nisi filius, & cui filius reuelauit, & nec alijs uidetur reuelasse filius quam Apostolis, quos misit ad prædicandum, utiq; quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, ut hic præscribam, non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesiæ, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam uiua, quod auunt, uoce, quam per epistolæ postea. Haec tenus Tertullianus, qui solis Apostolis credendum existimat. Sed quid concionati ipsi sint, non vult peti ab haereticis, sed ab ijs Ecclesijs, quæ ut ipsorum conciones audierant, sic habebant etiam scripta. Quid hoc aliud est, quam ad Apostolorum libros nos alegare? Ac ne quis putet me hanc interpretationem uerbis Tertulliani affingere, audiamus ea de re planius ipsum loquentem. Age iam qui uoles curiositatem meam exercere in negocio salutis tuæ, percurre ECCLESIAS APOSTOLICAS, apud quas ipse adhuc cathedrae Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas authenticæ literæ eorum recitantur, SONANTES VOCEM, REPRÆSENTANTES FACIEM; proxima est tibi Achaia; habes Corinthum, si non longè es à Macedonia, habes Philippos, si potes in Asiam tendere, habes Ephesum, si autē Italij adiiceris, habes Romanam, unde nobis quoq; autoritas præsto est statuta. Hęc sunt Tertulliani uerba, in quibus primum nō ad unam Ecclesiam Romanam, sed multas nos dedit. Deinde ne diceret aliquis multa uiua uoce ab Apostolis tradita, q; nō extent in ipsorum scriptis, diserte additæ epistolæ sonare ipsorum uocem,

hoc est, ea quæ docuerint uiva uoce scriptis tradidisse. Deniq; cum able-
gat omnes ad Ecclesiæ, Ephesinam, Corinthiacam, Romanam, uides
ipsum non hoc agere, ut ipsis tantum credamus, sed uideamus authen-
tica scripta Apostolorum, quæ quasi apud ipsas deposita erant. Non dis-
similis etiam est ille lotus, qui libro eodem his uerbis scriptus legitur;
„Ipsa enim doctrina eorum (intellige hæreticorum) cum Apostolica cō/
„parata ex diuersitate & contrarietate sua pronunciabit, neque Apostoli
„alicuius autoris esse, neq; Apostolici, quia sicut Apostoli, non diuersa in/
„ter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis edidissent,
„nisi illi, qui ab Apostolis descivierunt & aliter prædicauerunt. Hæc Ter-
tullianus, quæ satis ostendunt, Tertullianum uelle, ut hæreticorum scri/
pta cum Apostolicis conferantur, quo certam coniecturam facere possi-
mus, num recte uel perperam docuerint. Verba itaque ista eiusdem au/
toris: Quæramus à nostris, in nostro, & de nostro, non de Romana eu/
ria aut sede, sed de Ecclesijs Apostolicis intelliguntur. Ecclesiæ autem
illas intelligamus, quæ sequuntur scripta Apostolica, sicut iam pluribus
demonstratum est. Quæcumq; ergo (ut summa dicam) sacræ literis ap/
probata inuenimus, ea nemo amplius in controvërsiam uocet, nemo
causas inquirat; nam, ut suprà diximus, autoritas pro ratione nobis esse
debet.

CONTRA De rebus ipsis, quæ inuestigari uel non inuestigari debeant, ita, ut spe
CAPVT. 18. ro, diximus, ut noti diffidam bonos uiros intelligere, nos cum Tertul-
liano consentire. Porro, non rei solùm, sed temporis etiam ratione no/
strum illud in inquirenda ueritate studium, Asoto molestum est. Con/
cedit quidem perpetuò querendam beatitudinem, sed non esse semper
querendum, (utar enim ipsius uerbis) quod credamus. Non sat is intel/
ligo, qua ratione à superiore disputatione hoc distinguat, nisi ut prolixis
tatis occasionem capter. Et enim iam primum diximus, inuentis in scri/
ptura nostræ salutis fundamentis, illis acquiescendū esse, ac planè ἐποχὴ^ν
Academicam rei scimus, requirentes in Christiano τληροφορίᾳ, cuius
exemplum præclarum est Apostolus dicens: Persuasum habeo, quod
neque mors, neque uita, neque angelī, nec principatus, neq; potestates,
&c. poterunt nos separare à dilectione Dei. Nec obscurum est eam non
minimam causam esse inter nos & uestros, quod dubitatio de æterna sa/
lute uobis usq; adeo placet, ut temerariū eum esse iudicetis, qui gratiam
sibi ac clementiam Dei certò per Christū promittat. Etsi autem (ut dixi)
illa de tempore disputatione à superioribus separari uix potest, tamen ar/
gumento, quod obiicit, respondendum est, antea quam ad sequentia
transeamus. Christus, inquit, cum de nouissimis temporibus loquere/
tur, hortatur, ne audiamus eos, qui dicunt, hic est Christus, aut illuc. Ergo
non vult ultimis temporibus nos disputatione de sacramentis & cultu di/
uino. Item ex eo intelligi disceptationes & dissensiones, quæ ultimis
temporibus fiunt, à pseudoprophetis proficiisci, quorum eo in loco Chri/
stus meminit.

Existimo ego hoc argumentum, ut fieri solet, imprudenti aut dormi/
tanti excidisse. Nam quis acutissimum disputationem tam puerilia de in/
dustria proposuisse credat? Equidem nemo tam est tardí ingenij, qui
non intelligat ista, primò quidem de populi Iudaici seductoribus, dein/
de de ihs, qui extra scripturam Christum querunt, dicta esse. Nam me/
moriae proditum est, post Christi ascensum in cœlos, cuersis Hierosoly/
mis,

mīs, Iudæos non semel, amissum imperium recuperare, ac ruinas urbīs instaurare, per seditionem conatos, idq; suscepisse autoritatem quorundam seductorū, qui se pro Messia gererēt, ac liberationem à seruitute Romana pollicerentur: uerūm infelicitas semper tentata res est, & ferē nunquām tales seditiones sine magna strage Iudæorum extitere. De his ego initio intelligendam Christi prophetiam existimo. Nam cūm dulcissimus seruator oculis, quibus omnia aspicit, praeuideret astutissima consilia Satanæ, quibus cæcum populum in spem uenturi Messiae, quem etiamnum hodie expectant, erecturus esset, pro solita θρωπία sua præmonebat Iudeos, ne aures seductoribus patefacerent nomine aut praetextu Messiae sese ingentibus. Deinde autore Chrysostomo intelliguntur etiam reliqui hæretici, qui suam doctrinam ac conventionicula dicunt esse ueram Ecclesiam, & propterea promittunt in ea Christum & æternam salutem. Tales Arij, Donatistarum, Manichæorum Ecclesiae fuerunt. Cūm autem iam olim uigentibus in Iudæa seditionibus, & deinde ex orientibus quotidie nouis dogmatibus completa sit prophetia, non uideo, quomodo ad nostram tantum ætatem ea, quæ de nouissimis temporibus uaticinatur Christus, referenda sint, quod autem de nostris intelligat, hæc ipsius uerba sati ostendunt. Non, inquit, nunc opus est, ut speremus nouam lucem in Ecclesia, sed potius ad quieta & tranquilla tempora recurramus, & quid ante ortas controversias pacatissima luce in Ecclesia obseruatum sit, intueamur, & post illa nullam iam aliam rationem querendi, nullum nouum inquisitorum suscipiamus. Hæc Sotus, ex quibus sati intelligimus ea, quæ de ultimis temporibus dicuntur, eum perperam tantum de nostra ætate intelligere, cūm tamen Apostoli ultimum tempus totum cursum reuelati Euangelij intelligent, scribente ad Corinthios Apostolo: Hæc autem omnia figuræ contigerunt illis, scripta uero sunt propter admonitionem nostri, in quos termini ætatum inciderunt. Et Ioannes filius nouissima hora est. Iam cūm illud Christi mandatum ad omne tempus quo annunciatum Euangelium est, sese extendat, uideamus autem sanctos Patres & pios omnes magno studio ex sacrificis contra hæreticos ueritatem quæsiuisse, non diligentia querendi, sed pro posterum studium querendi Christi, extra uerbum, prohibetur. Quare enim Arius & alijs hæretici dicuntur: quia Christum alium fingunt, quam eum, quem sacra nobis Biblia ostendunt. Ethodie uos ex operibus & cærimonijs Christos facitis, tribuentes illis meritum expiationis peccatorum. Etenim cūm dicitis, non solum Christum passione sua satisfecisse pro peccatis, sed partem aliquam meriti ad nostros conatus pertinere, homines certè à Christo ad opera deducitis, dicentes: Ecce in hoc monasterio, in hac ueste Christum & æternam beatitudinem inuenies. Sed cūm tota scriptura unū tantum Christū, unum meritū, unā pro peccatis απολύτωσις monstrat, nō sunt sequendi, qui plures faciunt: Tales autē uos esse uestra confessione est manifestius, q; ut probatione ulla sit opus. Quare si rem recte perpendimus, pars huius admonitionis ad uos pertinet, qui plures Christos fecistis, non ad nos, qui unum tantū adoramus. Sed bene interīm facit Asotus, q; ad quietissima tempora nos remittit: nam ego quietissima tēpora Apostolorū fuisse existimo. Etsi n. tum miris modis conuassata Ecclesia est persecutionib⁹, tamē ut doctrinā purissimā habuit, sic quietior ab heresisbus, uiuetib⁹ adhuc Apostolis, fuit, q; postea, ubi ex-

amīna hæreticorum proruperūt, quibus extinctis, paulatim superstitione ac humanae doctrinæ ad hæc usq; tempora inualuere. Ergo, si sequi consilium Asoti uoluerimus, à quietissimis temporibus Apostolorum rationem uerę int̄ocationis, sacrauentorū, totius deniq; cultus dūini pertamus: quod si fecerimus, non dubito in inquirendo nos treoram rationem tempotis cum laude rétenturos.

CONTRA
CAPVT 19. Reliquum est ut de modo qutoq; qui ad uerum ac legitimū studium ueritatis pertinet, dicarimus. Quo loco duplixi ariete nos Sotus pulsat, testimoniū p̄mū Tertullianī, deinde etiā Bernhardi. Refert, inquit Asotus, ille modum ad hoc, ut quousq; querendum sit, cogitetur, ut tandem finis sit inquisitioni, & in fide quiescamus. Fides, inquit Tertullianus, tua te saluum fecit, nō exercitatio scripturar̄: & infert nobis ergo curiositate nō est opus post Christū, nec inquisitione post Euangeliū, cūm credimus, nihil desideramus ultrā credere. Hæc Petrus ex Tertulliano. Ista machina præter Tertullianī nomen nihil habet terribile, itaq; sine magno periculo excutit. Nam suprà satis ostēdīmus, inquisitionē de rebus sacrī, suis limitibus circuitti scriptā esse, quos qui egrediat, eum & curiosum esse, ac ad scopolos errorē facile impingere. Etenim cognita semel ex sacris ueritate, quamvis rationes desint, tamen summa obedientia ūdei ac reuerentia, quam aeterno Deo, in mō uero ip̄i ueritati debemus, illis omnib; non minus q; demonstrationib; obtemperare & assentiri debemus: qui uero eum honorē sacrosancto Euangeliō nō habet, causas & rationes querit, uere curiosus & impius uideri debet. Sic nos sentim⁹ Tertullianī per omnia sequentes consilium. Nō, inquit, exercitatio scripturarū, sed fides te saluum fecit, sic nos palmam fidei in tota scriptura damus, & detestamur eos, qui Philosophiā cum Theologia perfringunt. Nihil ergo est, in quo nos accidit Tertullianus, nisi suā ipse uelit sententiā damiare. Cūm autē Tertullianus parūm disertus Asoto uideretur, Bernhardū in eius quasi subsidium uocat, qui modi tripartitam distinctionem habet, nempe, ut quo ordine, quo studio, quo fine querendum sit, sciamus, deniq; ut ipse etiam aliquid adjiceret, non ab homine, sed a Deo, humili preicatione petendam scientiam ostendit, ac his nos fugillare tanquam curiosos, superbos, uanos, conatur. Etsi autem fatemur in nostra uita multa desiderari posse, nam si dixerimus, peccatum non habemus, nos ipsos fallim⁹, & ueritas in nobis non est, tamen speramus curam & studium, quod pro nostra tenuitate sacris docendo & scribendo impendimus, non displicitum Christo, nec etiam Bernhardo, qui illum ordinem optimūm esse existimat, ut prius id cognoscere studiarūt, quod maturius ad salutem, hoc autē ego in præcipuis doctrinæ Christianæ capitib; positum iudico: quorum tria sunt: Primum, imbecillitatem, turpitudinem, totam deniq; deformitatem & miseriam, in cuius hæreditatem post Adamum successimus, agnoscere & serio deflere: Alterū est, cūm de nobis ipsis desperauerimus, extra nos in Christo dulcissimo seruatore remissionē peccatorū, iusticiam, adoptionē, ac uitā aeternā querere. Postremo ueris fructibus fidei testari nos esse Christianos. Quanq; n. multæ in utroq; instrumento cōciones, doctrinæ, admonitiones, consolationes extant, tamē istæ in hæc tria capita omnes includi possunt. Etenim cūm Marcus Euanglista uno uerbo argumēta concionū Christi uellet cōprehēdere, dicit Christū populos ad resipiscētiā & fidē Euangeliū adhortatū. Nā Ioan. precursorē Dñi ijsdē uerbis usum Mat. 3. capite

capite legimus. Etsi autem duo tantum capita uterque facit, tamen nemo est, qui non intelligat tertium quoque in his contineri. Quae ergo Christo Dei filio, & Baptiste, testimonio seruatoris, nulli secundo, præcipua nostræ salutis fundamēta uisa sunt, illa, ut ego quidem iudico, nobis quoque in arce ponenda, ac pro capitib⁹ nostr⁹ religionis habenda sunt; nec dubito Bernhardū & alios sanctos & bonos uiros, & si interdū non ita comodè locuti sunt, tamē hac in parte nobiscum sentire. Quæ cūm ita sint, quid est quod in doctrina nostra desiderari possit? Nam discriminē & Euangeli⁹ planissimē traditur, cūm antea à quibusdam ita confundentur, ut nullū aut exiguum discriminē inter ea esse crederetur. Nō docemus, ut à quibusdam accusamur, uitam sine pœnitentia, sine fructibus aut operibus, Deo placere. Testes sunt libri, qui extant, nostros magno & indefesso studio, & ad resipiscētiā omnibus esse hortatores, & gratiæ etiā, sicut decet, præcones. Nec ignoramus in ihs, quæ ad amorem cūm erga Deum tum homines inflāmandum pertinent, studiosius elaborandū. Etsi autem nullius hominis tanta est ingenij dexteritas, nullius tantū eloquentiæ flumen, ut naturā humanam depravatam ad uerum ac spirituale obsequiū flectere possit, nisi sp̄ritus Domini cordi loquac⁹, tamē existimō conciones de Christi meritis, in quibus, ut quæ planissimē populo traderent, à nostris magnoperè desudatū est, maximū esse calcar, non modò ad charitatē mutuam, sed etiam ad dilectionē Dei ac ueram pietatē. Etenim quis adeo ferreo & inexorabili est pectore, quæ non summa Christi *Εὐαγγελίων* & clemētia, mors acerbissima nostri causa suscepta, deniq⁹ gloriofa resurrectio iusticiæ nostræ initii, moueant, ut de tanto nefactore dies noctesque cogitet, ipsum diligat, amet, admiretur. Rursus cūm audimus & credimus mēbra nos esse unius corporis, & spem unā, hæreditatem cōmunem, in Christo cōmuni capite possidere, fieri non potest, ut charitatis fraternæ obliuiscarnur. Hęc autē à nobis tradi & quotidie inculcari, quis tam est impudēs, qui inficias ire possit? Præterea nō est obscuræ charitati nos eam laudē tribuere, quam ipsi sacræ tribuunt litteræ, D. Iacobi de fide sententiam toto pectore amplectimur, fidem sine operibus charitatis mortuam. Magnoperè etiam nobis charitatis illa encomia, quæ in 1. Cor. cap. 13, extant, placent, q̄ in loco D. Paulus non modò humanam, sed angelicam notitiam mysteriorū oīm, miracula, elemosynas, patientiam sine charitate nihil esse dicit, aut si sint aliquid, esse instar æris resonantis aut tinnientis cymbali. Hęc omnia, quæ ad summam laudem charitatis (Christi tamen honore saluo) afferri possunt, cōcedimus, docemus. Atq̄ utinam ea nostrorum temporum esset felicitas, ut saluberrimis admonitionib⁹ homines parere, quam cupiditatibus, & uoluptati sese tradere mallent, certè germanæ ac ueræ charitatis multa essemus habituri exempla. Sed nunc non de hominū uita, sed doctrina nobis instituta tractatio est, in qua cūm extent præcipua capita ad bene & Christianū uiuendum, contritio, fides & noua obedientia, siue, ut loquitur D. Paulus, fides per charitatem operans, non uideo, quomodo ordo (qui Bernhardo in eo maximē consistere uidetur, ut primō, quæ ad salutem magis sunt necessaria, cogitemus) à nobis negligatur.

Restat, ut de fine etiā dicam: nā placuit D. Bernhardo talis ordo studij Theologici, cuius finis nō in curiosis & inutilibus questionib⁹, aut quadā ingenij ostētatione posit⁹ esset, sed Ecclesiæ utilitate & edificatione, ad eū finē tanq⁹ scopūquendā omnibus ingenij uirib⁹, collimandū sanctissim⁹.

utr exsistimauit. Quia in parte ego rursus inter hominum uitia & doctrinam distinguendum esse iudico: nam de tacitis docentium cogitationibus, nemo equidem iudicare potest, ac si maximè certum sit, non optimo proposito docendi prouinciam ab aliquo susceptam, de doctrinæ autem puritate constet, nemio dicet totam rem propter hominis uitium abiijerendam. Nam sic ea, quæ omnium iudicio salutaria sunt, abutentur improbitate non modo depravarentur, sed omni modo etiam tollerentur. At uero cum ipsum doctrinæ genus superbia, luxuria, aut alterius uitij causa susceptum est, & eiusdem etiam alijs ansam prebet, istam non modo inquisitionem, sed doctrinam noxiā merito diceremus. Sed de eo certe Lutheris accusari nequit, qui in ipsis disputationibus nullam laudem, nulla præmia, sed contemptum & crudelissimam mortem expectabat. Doctrina præterea ea est, ut non modo expultrix sit reliquorum uitiorum, sed in primis etiam uanam gloriæ persuasionem homini auferat, ac tribuat Christo omnia. Quod si quis docet eo proposito, ut consultum uelit suæ laudi, eum ego insanum esse & mente captum existimo. Nam experientia docet optimos ac fidelissimos ministros, plerunque magno in contemptu suorum, uestro attem odio, quod satanicum ne an Vatinianum dicam, ignoro, uersari, ac quotidie expectare proscriptiones & mortem: itaque non est, quod spem gloriæ & nominis sibi nostri promittat. Ad ædificationem autem omnia suscipi, satis ostendit exercitia Catechismi, Psalmorum Germanicorum, concionum, quæ quidem non sunt, ut uestræ cærimoniae, ad pompam & ostentationem comparata, sed ut populus erudiatur in præcipuis fidei articulis, & in primis discant, Christum esse ueram iustitiam, redēptionē, uitiam, ne in magnis conscientiæ perturbationibus desperent, id quod fieri necesse est, nisi solidam meritū Christi rationem teneamus. Existimo ad ea quæ de ordine ex Bernardo Asotus affert, si non prolixè, uerè tamen responsum esse. Sed autor ad ueram rationem ordinis hoc etiam requirit, ne ab hominibus queramus ueritatem, sed impetremus humili preceptione à Deo, & sane orationem studio inquirendi præferendam existimat.

Deinde digreditur in commendationem sanctæ ignorantiae, Ad ea, quia nullo modo nobis aduersantur, sic breuiter respondemus. Neutiquam eos ferendos, qui in ullo studij genere suam industriam factent, uelintq; philosophorum more omnia a se petere, & non potius confugere ad fontem bonorum omnium: Neque enim ignotum est regem Babylonicum, cuius historia à Daniele descripta est, ad bestias, propter superbiam abiectum esse. Nec non regem Assyrium, qui uictorias suas ac successum prudentiæ sua & animi magnitudini adscribebat, diuina sententia dominari. Rursus necesse est nos agnoscere doctrinam Pauli, adhortantis, ut in Domino tantum gloriemur, scientes nihil esse quod non Dei clementiæ, immo uero paternæ erga nos uoluntati acceptum ferre debeamus. Et uerissima est D. Iacobii doctrina, dicentis, Omne bonum perfectum profici sci à Patre lumen. Non dubium ergo est eos, qui sacræ operam fœliciter dare uolent, abiecta omni fiducia ingenij, doctrinæ, sapientiæ, ab auxilio Dei totos pendere debere. Sed tamen ita, ut auxilij diuinij modum & rationem teneant. Nam nostro tempore exorti sunt fanatici quidam, dicentes, scripturæ nullum esse aut exiguum fructum, mortuam literam nihil afferre emolumenti ad ueram pietatem,

tem, à spiritu Domini omnem spem pendere scientiae nostrae: itaque revelationes diuinæ expectandas, de rebus ad pietatem spectantibus, & multa alia, quorum hic non est commemorandi locus: & quidem istis reuelationibus ita sibi placent, ut credant à spiritu sancto se plenissime ad beatè uiuendum institutos, contemnunt interim ministerium & ministros. Nemo est omnium, etiam inter aduersarios, cui perspectum non sit impie illos facere, quod relicta scriptura, quæ ad salutem instrumentum quoddam est, ad reuelationem diuinam se conferunt. Etenim ut stultus & temerarius esset, qui non arare, nec serere, aut fructus percipere uellet, propterea quod diceret, Dominum subsidia omnia uitæ suis pollicitum (neque enim contemnenda sunt media, per quæ Dominus auxilium suum nobis pollicetur) sic per uocale uerbum Dominus nobis promittit ueram ac solidam cognitionem rerum sacrarum, quantum quidem nobis in hac uita opus est. Contemnere ergo sacras literas, species est maxima temeritatis, & manifesta tentatio Domini. Caudum est ergo ne opinione aliqua propriæ sapientiae inflati, ad interpretationem scripturarum accedamus, quod tamen ita temperandum est, ne unquam oratio à uerbo se iungatur. Ut enim temerarium est sine oratione proprijs uiribus uelle de mysterijs & sacris pronunciare, ita rursus periculosem est, nō uelle cum oratione coniungere sacra, quod nonnulli faciunt, à quorum sententia non omnino abhorret Aslotus. Haud enim obscurè significauit diligentiore curam & exp̄ibesay in sacrarum literarum explicatione sibi displicere, non animaduertens studium illud non excludere exercitia fidei & inuocationis: Item non auferre fertuorem spiritus, sed ut organum aut (ut ille loquitur) uehiculum spiritus sancti magis accendere & inflammare. Nam quemadmodum libelli de rebus foedissimis scripti legentium animos ad turpitudinem inuitant, quia latet in ihs genius ille malus, à quo prouenere. Sic spiritus sanctus auctor sacræ scripturæ, non recedit à præclarissimo opere suo, sed per scripturas terret, consolatur, erudit, hortatur. Non ergo abducamus homines à uerbo Dei, nec autoritatem eius eleuemus: sciamus etiam omnina uerba scripturæ uocem esse spiritus sancti nobiscum agentis.

Verum est illud quidem, sanctū Dei spiritū cordibus loqui afflatus suo, sed cōcionatur etiam nobis uiua uoce, cùm dictata sua (sacra intelligo Biblia) nobis proponit. Itaque nō solum tum cum ipso colloquimur, quando inuocamus, sed cùm ipsum uicissim per uerbum nobiscum colloquenter audimus. Ex quo sanè intelligitur, inuocationem ac lectio nem, exercitationem pietatis, & studium in sacris ita esse coniuncta, ut à se inuicem diuelli non debeant. In primis autem Episcopos decet, sana doctrina fanaticorum opiniones & dogmata confutare: nam contra hæreses alia arma, quam scripturæ & precum non possidemus. Sed quæ multorum nostro tempore in sacrorum studio sit negligentia, manifestum est. Itaque non opus erat ulla adhortatione, ut parcius in isto uersentur, nec prætextu sanctæ ignorantiae, de qua mox etiam scribit Aslotus, ignavia & contemptus scripturæ testè confirmandus: plus satis datum est ocio ac desidia, satis etiam diu in turba cærimoniarum latuit uera scripturarum intelligentia: non est docta ista, quam uos intelligitis, aut sancta ignorantia, sed negligentia & contemptus uerbi, pugnans cum scriptis ac uoluntate Christi & Apostolorum.

Nam quod statim subiicit Sotus, sanctam ignorantiam esse, nihil sci-

QQq

re, quām Iesum Christum & hunc crucifixum, planē cum superioribus pugnat. Etenim quis ignorat totam scripturam esse commentariū de Christo? quis non uidet D. Paulum dum orbi Iesum crucifixum annunciat, ex omnibus Prophetarum scriptis testimonia mutuari? Requisit ergo sancta ignorantia singularem diligentiam sacrarum literarum, in quibus tanquam fascijs inuolutus est Christus. Optandum profectò esset, ut huic aliquando ignorantiae non uerbis, sed re ipsa operam daretis, nec in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, quæ ut plurimum relicta scriptura sequimini, sed doctrina spiritus, hoc est, Euangelij uersaremini. At non est illa uestra mens, non hic animus: non quaeritis istam ignorantiam. Quod si parum fortasse disertè aut candide discussisse uidebor, dicant Romanenses, quare quotidie eos, qui ignorantiam istam Christianam suadent, reprehendant & abominentur? Clamant enim in templis ferè omnibus, Lutherani prater FIDE M FIDE M, & CREDO CREDO, nihil sciunt. Quid hoc, quæso, est aliud, quām reprehensio sanctissimæ ignorantiae, quæ praeter Christum, qui fide accipitur, omnia se ignorare fatetur? Ergo uerbis quidem audimus à Soto ignorantiae sanctissimæ nomen, re autem ipsa requirit asinianam stoliditatem, aut simulationem, ut quod censoribus illis Romanæ curiæ placet, sine omni tergiuersatione, tanquam mandatum Apostolicum, sequamur, quod certè totius illius disputationis est scopus. Nam ea, quæ de modo, ordine, studio, diligentia in inquisitione ueri dixerat, eò omnia diriguntur, ne soli scripturæ innitamus, sed his etiam decreta Pontificum coniungamus. Quæ cùm ita sint, quilibet facile intelligit, ipsos potius ignorantem perniciosa & inexcusabili (cuius nos in epilogo accusat) operam dare, quām ullos alios. Nam scripturæ testimonij conuicti, ac clarissima ipsius luce attoniti non hoc agunt, ut humiliter honorem ipsi deferant, errores agnoscant, sed fugiunt, quærentes latebras errorum, & cùm unus modus quærendaræ ueritatis sit, sequi lucernam à Deo in sacrī nobis accensam, ipsi ad alia nos deducunt, diligentiam reliquorum, ut impiam ac indignam Christianis reprehendentes. Cui proposito libenter Asotus Augustinum patronum quæreret, ut saltem aliqua ratione, quæ de diligentia & ordine dixerat, palliaret. Verum mortuus etiam Augustinus satis ostendit, se non facere cum Asoto: quod quamvis ita planum est, ut quilibet sine interprete facile assequatur, tamen uno uerbo annotandum uidetur.

CONTRA CAPVT 20. Dicit Augustinum in libris cōfessionum scribere, in crassissimos eriores se incidisse, postea q̄ nimio indagādæ ueritatis amore Manicheos fuisset secutus: erat autem Manichorū ista persuasio, diuinitatem per omnes creaturas sparsam esse, ita ut in minimis etiam fructibus lateret, & propterea eos uehemēter peccare, qui homīni famelico & impio, hoc est, à secta Manichorū abhorrenti, de fructibus largirētur: ita enim Dei laedi maiestatem, cuius partem aliquam impio & indigno Dei bonitate traderet. Quę cum Augustino contigerint, immodicam inquisitionem circa diuinā Asotus periculosam iudicat. Magni acuminis & ingenij est ad ἀπόστολον istam respondere, ac fortasse temerarius uidear, si aliquid modò coner: audiamus ergo ipsum Augustinū de istis loquentē, in libel lo de duabus animabus, quę cōtra Manicheos scripsit. Libet (inquit) considerare nunc ac deplorare illā meam miseriam. Si, n. mecum sobriè diligenter

genterq; considerasset, mente in Deum supplici & pia, fortassis mihi sag-
tagenti apparuisset, nullam omnino esse uitam, quæ ad ipsum uitæ pri-
cipium non pertineat. Hæc Augustinus, ubi uidemus eum deplorare,
quod non sobrie diligenterq; considerarit, Ergo diligentè consideratio-
nem requirit. Sed cuius rei: Scripturæ: nam quæ sobria de rebus sacris
meditatio extra Scripturam esse potest, quæ fundamentum est Eccle-
sie, & ordinariè reuelatio una & sola rerum diuinarum. Sequitur ergo, Au-
gustinum in scriptura diligentem meditationem requirere, ac deplora-
re, se in eo non fuisse, ut decebat, prouidum, interim tamen coniungens
invocationem, quæ nulla in re sine nefario scelere prætermitti potest.

Cui astipulantur etiam illa eiusdem autoris: Multa, inquit, erant,
quæ facere debui, ne tam facile, ac diebus paucis, religionis uerissimæ
semina mihi à pueritia salubriter insita, errore uel fraude falsorum, falla-
ciumue hominum effossa ex animo pellerentur.

His uerbis Augustinus non obscurè indicat, nimium præcipiti con-
silio sine diligentiore præmeditatione se ad Manichæos uenisse, cùm
par fuerit, multa cogitare & expendere, priusquam à uerissimæ religio-
nis, quam à parentibus dídicera, tramite recederet. Vidimus ex illis,
non studium agnoscendæ ueritatis, sed præposteram inquirendi ratio-
nem ac festinationem Augustino obfuisse. Nam si studij illius sui co-
mitem scripturam habuisset, nunquam incidisset in tam tetros & tra-
sos errores. Putabat peccatum esse impio homini ex fructibus terra na-
scientibus aliquid dare, qua in re nulla amplius fuisset dubitatio, si audiu-
isset scripturam adhortantem, ut hostibus etiam & inimicis bene facias-
mus, si concionem Christi animo perpendisset: Estote misericordes,
sicut Pater cœlestis, qui sole suum sinit oriri super bonos & malos: nam
cùm solis mentionem facit, non tantum intelligit Deum impijs largiri
diem, sed suppeditare uina, frumenta, & alia, quæ calore solis proueni-
unt. Si legisset illud Psalmi: Tu das escam omni carni, non potuisset du-
bitare, num Deus impijs uellet fructus nobiscum communes esse. Item
illud: Quod intrat in os hominis, non coinquinat hominem. At uero,
quia non ex scriptura discere ueritatem, sed à Manichæis uolebat, in tan-
tos errores incidit. Istud ergo Augustini exemplum sic non aduersa-
tur nobis, ut ex diametro cum Asoto pugnet: Dicit ille, diligentiam ni-
miam in sacrâ, nunquam caruisse periculo: nimiam autem appellat,
non quæ limites moderatae inquisitionis excedit, sed cùm nihil credere
uolumus, nisi sit autoritate scripturae munitum: illam iste nimiam ap-
pellat & noxiā, dicens, Augustino istam dedisse occasionem erroris
& hæresecos, cùm tamen Augustinus fateatur præcipitis se consilijs poe-
nas dedisse, & res etiam ipsa doceat, erroris causam contemptum sacræ
scripturæ, ac ueteris Testamenti Patriarcharum fuisse. Proinde ista omi-
nia, qualia sint, facile à pijs & bonis intelliguntur.

Nunc tempus est, ut ad ultimâ propositæ partitionis *περικωνίης* respon-
deā. Nam quemadmodū Asotus existimat, ignoratiā illam minus ex-
cusabilem, quæ non ea, qua decet, diligentia, ac legitimo ordine suscipi-
tur, sic eandem minus habere ueniae, si cum animi perturbatione con-
iuncta sit, quæ plerunq; efficit, ut non tam cupiamus, quid in sacrosan-
cta Scriptura & Patribus scriptum sit, cognoscere, quam conceptam se
mel animo opinionem defendere. Requirit autem animum in ista fa-
citorū meditatione liberū, ac similem quasi iudicio Areopagítico, quod

noctu in tenebris exercebatur, ne iudices uisis partibus, aliquid fauori darent, eam dicens affectuum rationem, quod fidei sese semper opponat. Hinc grauem ac difficilem pugnam oriri, dum fides imperare concitatis illis motibus studet, ac rursus isti sese contra imperium & mandatum regiae recta præscribentis erigunt. Hinc etiam saepe fieri, ut isti tanquam seditionis ciuibus pulcherrima uirtutum omnium opprimatur, ac locum initio inuita det falsis opinionibus, quæ postea consuetudine ac diuinitate, ita se commendent atque insinuent, ut iam non amplius sit cum fide, quæ succubuit, controuersia, sed DEO ipsi bellum indicatur, in cuius spiritum liberè homines peccent. Hæc omnia & si quæ alia in medium afferri possunt, concedimus: Nam quemadmodum si oculus proprio colore & nativo imbutus esset, discernere colorum uarietatem non posset, sic animus septus opinionibus, quas domo secum ad scripturas assert, aut incitatus affectibus, quos in omni negotio suscipiendo pessimos esse consultores nouimus, non dextre ac legitime ulla de re iudicabit. Deinde etiam illi, qui natura modestiores sunt, & in iudicando diligentiam adhibent, si non assit Domini spiritus, frustra laborabunt. Ista omnia certa sunt. Iam necesse est, ut Asotus probet affectus illos perturbatos, causam fuisse doctrinæ, quam Lutheranæ uocat: nam nemo adhuc tacitarū cogitationum ipsum constituit iudicem.

Deinde necesse est, ut ostendat se & suos, in oppugnanda doctrina nostra, immo uero Christi, omni animi perturbatione carere. Ac ut de posteriore prius dicā. Ipse capite, 22, fatetur ea, quæ de affectibus dicta sunt, suis nobiscum cōmunia esse: nec afferre uel uerisimile saltem defensio nē contra inuictas obiectiones nostrorum potest, nempe sacrificiū Misericordiæ, satisfactiones, & alia id genus cupiditate pecunia, ita aucta conseruatæ, sed harum refutatione omissa ad adhortationem callidè descendit. Omnibus operam dandam, ne temerè de alijs iudicent. Ita ne confirmatione contra omnes affectus illi animo sunt, ut possint bona conscientia absuerare, se non beneficijs & commoditatibus, quas ista cærimoniarum ratio suppeditabat, & hodie etiam præbet, ad defensionem earundem festinare. Recte L. Cassius in omni coniectura eam quæstionem primam esse uoluit: **C VI B O N O.** Quis autem credat in tanta abundantia, qualem uestræ ecclesiae habent, cuius etiam admirationem uestræ testantur uitæ rationes, uos liberum animum ad eas disputationes afferre, in quibus de maximis commodis uobis est periclitandum? Sed credamus illa Romanensibus, Asotum autem quis negauerit inter medias procellas & æstum Vatiniani odij, istud scriptum composuisse, quem ita exigitant illi affectus, ut ex potestate exisse videatur, atque eo quidem in loco, ubi Lutherum tanquam seruum libidinum atque uoluptatis ad suam causam accessisse clamitat. Nam illud quod omnes tentur, de quo Patrum extant scripta, Matrimonium esse sanctum, esse à Deo institutum, mandatam procreationem, illa omnia ipse spurciati, impudentiam appellat. Quid ita? an non cum suis fatetur, sacrosanctum esse Sacramentum? an non aduersatur Montano, parum præclarè de nuptijs sentient? Est illud quidem uerum, sed tanto magis admirandum, Lutherum propter cōmendationem eiusdem spurcum doctorem appellari. Sed nimium, inquit Sotus, ille cōmendat consuetudinem coniugalem, non minus esse necessariam perhibens, quam cibum & potum. Illud demum est peccatum morte expiandum, istud indicium est Lutheri libidini-

Ilibidinibus impulsu, fundamenta doctrinæ existialis initio posuisse. Fortassis ignorauit ista creator, qui sic creauit primos parentes, operâ ut liberis darent, dicens, Crescite & multiplicamini, aut uolebat sine coniunctione aliqua maris & foeminae subito ex lapidibus, sicut poëtae fabulantur, nasci homines? Diximus superius quoque de matrimonio, sed ut sanctissimum & innocentissimum virum Lutherum, piae memoriae, pro nostra tenuitate iam mortuum, defendamus, necesse est nos denuo ea de re pauca dicere, & uidere nunc in paradiſo, cum vires hominis essent integræ, usus ciborum magis necessarius fuerit, quam matrimonij. Permittebat Dominus protoplastis usum omnium ciborum, excepta una arbore; Matrimonium non modò permittebat, sed mandabat. Ad capiendum cibum primos homines honesta oblectatio non famæ impellebat: nam qui fructus suauissimos dederat, is uera in suavitatem etiam dabat, ne naussea ciborum afficerentur. Sic Adam honesto amore, quem Dominus ipsi indiderat, amplexus suæ coniugis erat expetitus. In utroq; ergo necessitas erat par, nempe uoluptas à creatore indita, ut hoc uellent, quod Dominus permiserat. Iam uero postea q; in hac misera conditione, quæ lapsus Adæ est secuta, multarum rerum dura nobis necessitas incumbit, uidendum num coniugalis consuetudo in rerum necessariarum numero haberi possit. Ac initio quidem cum mors omnes homines, ac quidem breui tempore abripiat, tam necessarium est matrimonium, quam sunt cibi. Etenim ut corpus humanum cibis destitutum patuis diebus periclitaretur, sic breui tempore totum genus humanum deficeret, si non beneficio honestarum nuptiarum quotidie ab interitu vindicaretur. Ergo ciborum usus, qui singulos homines conseruat, aut unam aetatem, nemini non necessarius uidetur, nobis uero ista necessitas, quæ propagationi omnium populorum, gentium, aetatum seruit, indigna uidebitur, quæ cum cibis conferatur. Esculentis & poculentis ad famem pellendam utimur, quæ quamvis pena est, tamen sua natura non est peccatum. Matrimonium autem in ista naturæ corruptione contra scortationem nobis à Deo, ueluti remedium quoddam exhibetur, quod si omnes concedint scortationem fame deteriorem, quis dicet coniugij minorem esse necessitatem, quam ciborum? Et haec quidem de ihs loquimur, qui ad matrimonium nati sunt, de quibus Paulus dicit: melius esse matrimonium contrahere quam uriri, quorum sane sunt quam plurimi, eos ego fame malè periclitari, quam fama aut conscientia: neque enim nobis corporis fortuna saluti animarum anteponenda est. Et ut in honestum & spurcum non est dicere tam esse necessariam curam animæ quam corporis, aut certe curam animæ corporis incolumenti præferendam, sic impium non est dicere coniugij & nuptiarum dona ita esse necessaria, ut sunt cibi: Nam, ut dictum est, in altero corporis uersatur periculum, in altero animæ & conscientia. Rideat Asotus ac turba reliqua, qui falso uirginitatem iactant, certe ista nunquam infringere poterunt. Nam scripturæ, quas his aduersari dicit, nullo modo pugnant. Dicit quidem Christus quosdam se castrare propter regnum cœlorum, sed illud de his accipiendum, quibus hoc donum à Deo tributum est, ut hoc possint facere: reliquos autem non obligat Christus, nec suadet, statim subiiciens. Non omnes capiunt hoc uerbum, hoc est, non sunt omnes idonei ad coelitum. Nam Christus cum de coelitu & uirginitate loquitur, longè accuriorē de ea dispu-

tationem instituit quam uos. Etenim uobis illud in ore est, si non casti, attamen cautè, itaq; non est magni negotij cœlibatum apud uos seruare, Christus autem non cautos amatores, sed castos oculos ac puras cogitationes requirit. Ego, inquit, dico uobis, quod quicunq; aspexerit uxorem alterius ad concupiscendam eam, iam adulterium cum ea commisit in corde suo. Non potestis negare paucissimos ita esse castos, magnum autem turbam eorum, qui fœdis & bidinibus polluerunt, aut certè in concubinatu perpetuo uiuunt. Putatis autem Christo gratiore istos adulteros quam pios coniuges & creditis ne impuras cogitationes puritati honesti castique matrimonij præferendas? Certè qui conscientiam vulneribus eiusmodi peccatorum confossam habent, non castrarunt se propter regnum cœlorum, sed iram Dei prouocant, dum remedium concessis non utuntur. Sic Pauli dictum intelligatur, dicentis: Bonum est uiro mulierem non tangere, non enim negamus & ratiœ quandam in membris nostris esse post lapsum, ut in coniugio non sit tanta moderatio, quanta erat futura, si hominis natura manisset integræ & uerum est eos, qui uerè cœlibes uiuunt bene facere. Quemadmodum enim, si ab omni cibo & potu abstinere possemus, non esset periculum intemperantiae: ita si carere matrimonio aliquis posset, infirmitate etiam, quæ cum matrimonio coniuncta est, carebit. Cæterum ut ciborum usus non ideo damnatur, quia intemperantiae periculum in ipsis metuitur. Sic matrimonij non reiçitur propter uitia naturæ nostræ, quæ omnibus actionibus nostris admixta sunt. Nam ut de alijs actionibus quoque dicamus, quis ita est constans, moderatus, prudens, qui in rebus agendis & suscipiendo nō aberret, aut modum in lege Domini mandatum non excedat? Qui ergo bona conscientia abesse à Repub. potest, multò est tutior, q; quibus magna cura administrationis incumbit: sed hoc periculum non debet absterrere eos, qui idonei sunt & legitimè ad gerendum Magistratum uocantur, ut munus administrandæ Reipub. detrectent: nam hoc modo charitatem, quæ mutua officia, & hanc in primis politiæ curam ab idoneis requirit, negligerent. In matrimonio sunt multæ difficultates. Primum imbecillitas & depravatio carnis, deinde occupationes, sollicitudo de uictu, labores in educandis liberis, & multa alia, ab his molestijs, qui bona conscientia abesse potest, temerarius est, si sponte se in eas coniecerit: uerùm cum maius incommodum multis incumbat, si illa fugiant, nempe scortationes & nefandæ libidines, aut certè animus occupatus impuris cogitationibus, istis autore Paulo necessarium esse coniugium existimamus: neque enim magni istius autoris iudicium contemnimus, suadentis, ut propter scortationem uitandam, unusquisq; uxorem suam habeat. Videlicet enim D. Paulus molestias coniugij, intellect etiam quanta sint pericula cœlibatus, sed propter periculum maius suasor est honesti castiq; coniugij. Volui de his paulo copiosius dicere, ut appareret luculentam iniuriam incomparabili uiro Lutheru piæ memoriæ factam, quod fundamenta & initia ipsius doctrinæ, ab affectibus profecta, & præsertim impurissimis & fœdissimis dicantur, quæ iniuria, si ad nostra tantum tempora, aut eum hominem, qui optimè de Ecclesia meritus est, pertineret, à nemine bono ferenda & toleranda erat. Sed cum illa ipsa uoce Asotus omnes damnet, qui coniugium laudarunt, à suo fine, accuset tacite Paphnutium de necessitate coniugij ita non dubitantem, ut ueræ castitatem in eo collocet,

Iocet, damnnet etiam Patres, qui Paphnutio sunt assensi, quis hominem impie contumeliosum ferret? quis nō cum Montano & reliquis ipsum detestandū iudicaret? Nos autem institutæ breuitatis ratio monet, ut CONTRA tandem colophonem imponamus negocio, & audiamus magnum CAPVT 22: illum & præclarum medicum, qui uno & altero uerbo animi se perturbationibus, si non omnibus, ijs tamen quæ iudicium nostrum in dogmatibus impediunt, mederi posse existimat. Duæ autem sunt regulæ. Prima est: Sequenda aliorum iudicia & maximè eorum, qui ab hoc malo(utar enim ipsius uerbis)fuerint alieni. Altera est: si non possimus abesse ab omni perturbatione, certè illos affectus maximè fugiendos, quibus errores præsentes, hoc est, doctrinia Lutheranorum seruit.

Patres dicit optimos ac minimè suspectos testes esse in hac causa, quia CONTRA omnibus hodie uiuentibus fuerint uitæ sanctimonia præstantiores, & CAPVT 23: præterea etiam planè absint ab omni partium studio: quæ duæ res in testibus maximè considerandæ uideantur. Ego uero, ut memini etiam suprà, summam laudem puto deferendam sanctis Patribus, nec obruendam à quoquam rerum ab ipsis præclarè gestarum, ac studij quod impendere pro uirili sua Ecclesiæ conati sunt, memoriam concedo etiam libenter Soto, intollerabilem arrogantiam, addo etiam ingratitudinem esse, se benemeritis preferre, nec memoriam beneficiorum cum benevolentia & gratitudine uelle conseruare; Sed non hoc agit Asotus, ut ea, qua decet gratitudine & ueneratione Patres prosequamur, sed ut omnia illorum facta, quæ utcunq; ipsorum suffragari opinionibus uidentur, approbemus, contradicentes uero interim superbiae & arrogantiae gradum summum attigisse clamitat. Quo loco facile quiuis intelligit eum plus tribuere Patribus uelle, q; ipsi sibi arrogarint. Non ignorabant Patres se homines esse, & ad errorem ut ceteros propensos, extant & sanctissimorum hominum libri, quibus suos lapsus ingenuè fatentur, & manifestum est, quosdam ab ipsis non esse animaduersos: quidā nimium tribuunt uotis monasticis. Origenes non rectè intellecto Christi dicto, castrasse se scribitur: sunt etiam quædā in Tertulliano desiderata. Nam de Cypriano suprà satis est dictum. Quod si quis in lapsibus istis sequi se Patres neget, num iure à quoquam reprehendi poterit? num arrogantiæ nomine intelligentibus ullis suspectus esse iure debebit? Nam iudicium, quod ferunt pijs in huiusmodi rebus, non est temeritatis aut *Quærties* argumentum, sed obedientiæ, quam Christiani omnes debent Deo. Extat enim severissimum mandatum de uitanda idolatria, at uero idolatriæ species est, hominis factum aut uocem pugnantem cum uoluntate diuina sequi. Insani itaque sunt, qui ab exemplis patrum & factis discedere nos omnino uetant, id quod obliquè hoc loco Asotus agit, sicut diximus. Aarone consideremus uirum sanctissimum, cui à D E O ipso ritus sacrorum commissi sunt, cuius integritas, uirtus, pietas, multis scripturæ locis prædicatur, is tamen Mose diutius in monte commorante, uitulū fusilem fecit, ac publicè proclaimari diem festum iussit. Eius exemplum si sequamur, iudicio scripturæ idolatræ pronunciabimur, si ab innocentissimi hominis sententia discesserimus arrogantiae intolerabilis rei erimus Asoto. Num & D. Paulus arrogans tibi uidentur, quod factum D. Petri grauiter reprehendit? Nostris sanè Majoribus honorē deferendū, quis negauerit? sed cum & ipsi lapsi sint, ac sape cū Aarone uitulos aureos, hoc est, cultus electios sine

modo cumularint, nemo prudens iudicabit eos esse imitandos. Quid multis: ne te quidem autore male faciunt, qui in nonnullis à sanctissimis discidunt. Etenim quis apud uos sanctior Christi vicario, ad cuius nutum omnia putatis facienda? sed puto tamē uos non ita despere, ut putetis crudelissima & sceleratissima quorundam Episcoporum facta sequenda esse: aliás enim & gladij contra Imperatores expediendi erant, ac pedibus supplices conculcandi, & exercendae nefariæ libidines, quibus uitij Romanos quosdam Episcopos laborasse ueteres historiæ testantur. Proinpterum est uobis hoc loco dicere, ista personarum esse uitiationis dignitatis. Sed qui sit, quod eadem nobis distinctionem, cùm de sanctis Patribus sit mentio, non conceditis. Etsi enim illi non prouerunt in ea scelera, qualia in alijs animaduersa sunt, tamē necesse est uos fateri, ipsos non ita fuisse sanctos, ut non humani interdum aliquid patuerent, de quibus si in modestam mentionem facimus, hæretici, schismatici, arrogantes habemur. Maneat sua laus sanctis hominibus, comedamus ipsis, quantum fieri honeste potest, sed sint, ut in apophthegmate dicitur, amici & testes usque ad aras. Amici sint, sed in his ubi labuntur, sit amica magis ueritas. Porro, Patres ideo etiam idonei testes esse in hac contiouersia uidentur, quod à partium studio longissime absint, cùm constet eos de rebus non contiouersis locutos. Ista uero precepia causa est, cur de Patrum scriptis sobrie iudicandum sit. Nam certum est Augustinū & alios Patres de ijs materijs, quæ maxime contiouersæ fuerunt, melius scripsisse & doctius, quam de ceteris. Solēt enim aduersariorum argumenta cogitationes acuere, & se q̄od Sophistarum cauiores in dicendo faciunt. Deniq̄ certum est docendo, disputando Patres profecisse, quod alibi Augustinus testatur, dicens se ex eorum esse numero, qui scribant profiendo & scribendo proficiant. At uero in materijs, quæ tum nō agitantur, liberiores erant, ac interdum etiam, dum non circa proprietatem uerborum elaborant, incommodius loquuntur, id quod maximè in disputationibus de iustificatione perspicuum est. Nam cùm de Christi meritis & clementia erga nos loquuntur, omnem illi tribuunt laudem redēptionis, sufficere aiunt, ut sciamus meritum non sufficere. Meritum nostrum esse miserationem Domini. Sola nos fide iustificari. Per unam gratiam misericordissimi salvatoris nos consequi remissionem peccatorum & uitam eternam: Christum esse pontem in uitam aeternam. Alijs in locis cùm studio commendandarum uitutum omnia ad persuadendum colligunt, longius interdum oratorio more prouehuntur, ac libertate loquendi maiore uentuntur, propterea quod crederent se alijs concionibus satis diserte suam sententiam de Christi merito exposuisse, ac populus etiam languidior uideretur in pietatis ac uitutum studio. Potest etiam hodie fieri, ut concionantibus de operibus uoces s̄aepē ambigua, nonnūlū quād impropriæ, interdum parū præmeditatae & incommodæ excidant. Quæ cùm ijs accident, qui contiouersias nostro seculo de iustificatione motas nouerunt, mirum non est ista Patribus accidisse, quibus istæ disputationes non fuerunt per omnia nota. Proinde etiam ipsorum de his rebus testimonia cum iudicio legenda & perpendenda sunt. Nec dissimilandum etiam in Patribus est, ipsos interdum scripturæ sententijs non ita dextre uos, qua in re nolo mibi fidem haberī, loquatur ipsa experientia, & ipsorum scripta: Suprā memini, allegorias Patriū, ab ipsis Patribus

Epistol 7.

Bernhardus.

Basilius &

Hilarius.

Augustinus.

non

non probari. Diximus etiam paulò antè de Originis lapsu. Certè Augustinus (quem ego non sine honorifica præfatione nominandum existimmo) multis in locis se corrigit, in multis duplìcē habet unus loci interpretationem. De Hieronymo, nemo prudens inficias ibit, multa loca ab eo contra scripturæ sententiam citata esse; & maximè primo libro contra Iouinianum, ubi Pauli locum ad Corinthios: Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, nec corruptio incorruptionem, de nuptijs intelligit, cùm dubium non sit, (Paulo interprete) omnis generis peccata per carnem & sanguinem intelligi. Nam Paulus Romanis scribens, dicit: affectum carnis inimicitiás esse aduersus Deum. Eundem etiam ad modum Ioannem intelligit dicentem in Canonica sua: Charissimi, nunc filii Dei sumus, nec dum apparuit quid futuri sumus, scimus autem quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, & omnis, qui habet hanc spem, castificat semet ipsum, sicut & ipse castus est. Hæc de cœlibatu intelligit Hieronymus, sed quād dextre, ipse contextus satis docet. Vult Ioannes, ut qui spem habeant uitæ æternæ, omnes casti sint, neminem excludens: ex quo certè sequeretur coniuges spem uitæ æternæ non habere, quæ profectò sine contumelia matrimonij díci non possunt. Summa, locos scripturæ plerosque, ubi carnis & sanctimoniae mentio fit, de uirginitate intelligit. Quæ ego (Deum testor) non adduxi, ut Hieronymi autoritatem diminutam uelim, sed hoc ago, ut cùm ille inter præstantissimos Patres & sit & habeatur, operam etiam perutilem nauarit, explicandas Prophetarum scriptis, & uersione Bibliorum, nec tamen ubique ueram scripturarum intelligentiam assequatur, non esse statim ex Patrum interpretationibus de scripturæ sensu pronunciandum. Quid si hodie etiam hæreticus aliquis his sententijs scripturæ abuteretur ad deformandas laudes coniugij, ac protocaret ad Hieronymi istas interpretationes, num putares te illa ratione (si maximè uelles) asserere casti matrimonij dignitatem posse non repudiata allegatione Hieronymi? Nam, ut diximus, hæreditate æternæ felicitatis excluduntur coniuges, si ad eum modum loci isti intelliguntur. Etsi ergo Hieronymus non ista sentit de coniugio, tamen cum illa ex ipsius allegationibus probari possent, neutiquam eius hac in parte interpretatio sequenda est.

Quod de Hieronymo id de reliquis puto patribus sentiendū, ut libenter sit, si quando uidentur a genuino scripturæ sensu discedere, ab ipsis prouocare ad grauissimos testes ac primos, hoc est, Prophetas & Apostolos. Equidē ualde miratus sum Sotum reliquias proprietates testium, cùm de Patribus agit diligenter recensuisse, sed silentio præterire eam, quæ est huius negocij propria: nam cùm de testibus disputatio incidit, semper à uero, hoc est, qui interfuerunt & prefuerunt rebus alijs omnibus anteponuntur. Cur ergo in dubijs nō configimus ad Apostolos, qui cùm à baptismo Ioannis usq; ad Christi ascensionem, omnia uiderent, ac scriptis posteritati traderent fidelissime, optimi testes in hac disceptatione erunt, ad quos etiam D. Augustinus nos alegat multis locis, sed præcipue in libello, quem de uidendo Deo ad Paulinam scripsit. Nolo, in uidendo Deo, quid autoritatē meam sequare, ut ideo putas tibi aliquid necesse esse credere, quoniam à me dicitur, sed aut scripturis Canonicis credas, si quid nondum quād uerum sit, uides, aut interius demonstranti ueritati, ut hoc plane uideas. Et paulò post: Sed si diuinarum scripturarum, earum scilicet,

1. Cor. 15.

Rom. 8.

August. De
cap. 2.

quaæ Canonicae in Ecclesia nominantur, perspicua firmatur autoritate, sine ulla dubitatione credendum est: ALIIS VERO TESTIBVS uel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere uel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem ad faciendum fidem, uel habere uel non habere, perperderis. Et capite eiusdem libri 16. Ipsa testium pondera discernendo perpende: neque enim mihi sic credis, quemadmodum Ambrosio, de cuius libris tanta illa testimonia posui, aut si ambobus nobis æqua lance putas esse credendum, nunc quid ullo modo EVANGELIO NOS COMPARABIS, AVT SCRIPTA NOSTRA SCRIPTVRIS CANONICIS COAE, QVABIS? Profecto si recte in iudicando sapis, longè nos infra uides ab illa autoritate distare, & me quidē longius. Sed utriq; nostrū quatumlibet credas, utrumq; illi excellentiæ nequaquam comparas. Cū ergo res ipsa doceat, horteturq; Augustinus, non ubiq; sequendos Patres, nec præferendos scripturæ, cur tantoperè Brentius accusatur, dices, In Patribus esse alienas interpretationes, & inter se pugnantes? cur reprehendit Luthorus, qui à Patribus ad scripturam sacram & canoniam proutocat? Nam si non extaret Pauli magnifica illa uox in Galatis: Ne Angelorum quidem doctrinam repugnantem Euangelicæ audieram esse, tamen sat satis excusaret & Lutherū & Brentium & ceteros, qui testimonia Patrum ad scripturā exigunt, Augustinus, liberā permittēs Lectori uoluntatem, non modō in suis, sed in reliquo etiam scriptis.

Sed clamat Asotus, nos propter id ipsum meritò causa cadere debere, & mox tanquam conuictos & ab Ecclesia exclusos ijs uerbis alloquitur, quibus cotitra Pelagianos aliquatido usus est Augustinus, επινιον canens ante uictoriā. Excitat enim à mortuis sanctos Patres, & nos tanquam reos in ipsorum conspectum producit, id quod loco citato facit Augustinus: Sed Augustinus ita insultat Pelagianis, qui testimonijs sacræ scripturæ conuicti erant de hæresi, hic prouocantes ad scripturam damnat: Ille Patrum testimonijs urget Julianum, sed ijs, que ex fontibus uerbis diuinis desumpta sunt: Nam dicit se testes sacris literis eruditos prouidisse, hic ad solam autoritatem nos sine ratione remittit. Nam quod sœpe est dictum, patribus, imo omnibus hominibus, & credimus, si ex sacris nos erudierint, & cedemus, si autoritate canonica nos conuicerint. Videndum præterea, qua occasione Augustinus eo loco potissimum Patrum faciat mentionem, cū multis locis, ut suprà est dictum, solum scripturam iudicem ac disceptatricem in rebus sacris constituat. Gloriabatur Julianus se in iudicio doctorum, si res ageretur, facile uictorem etasurum, nam hoc satis ostendunt Augustini uerba, ita dicentis: Quid est quod exultas, & mihi, si in conspectu iudicium essemus, quasi uictor insultas, tanquam non inuenirem quid facerem, quo confugerem, si Iudicium premerer potestate, si in medio eruditorum considerem tecum, &c. Ad eum modum cū gloriaretur Julianus, & apud doctissimos homines sibi polliceretur uictoriā, Augustinus conditio nem ab aduersario propositam arripit, ac cōfessum doctissimorum hominum, Ambrosij, Cypriani, Hilarij, Gregorij constituens, non modō ad ipsos, sed etiam ad Juliani conscientiam prouocat: Quæ res, quid simile habet cum nostra causa? recipimus Patres, sed illorum scriptis tantum tribuimus, quantum ipsi illis tribuendum uoluerunt. Non gloriatur de doctrina & eruditione nostra: oramus, ut omnes credant uerbo

Dei

Dei, ut omnes audiant docentem filium, de qua re uoce Dei Opt. Max. in illustri illa *τετραπλησίᾳ* sumus edocti & moniti. Sed illud maximum est discriumen, quod Augustinus certas Patrum sententias affert, quibus urget Pelagianos, Sotus ea pro certis ponit, de quibus ipsi Patres uel obsecrè scriplerunt uel manifestè etiam dubitarunt. Ostendam, inquit, eis Augustinum, Hieronymum, Cyprianum, Chrysostomum, Cyrillum, & reliquos Patres, qui sacrificium altaris, suffragia defunctorū, Sanctorum inuocationem A P E R T E & consone credunt & docent, &c. pro confessio habet manifestè approbare Patres Missam Pontificiā & reliquas corruptelas & abusus, quibus hactenus prophanata est Cœna Domini, cùm certè de his longè aliter Patres senserint, aut certè nihil certi pronunciarint. Qua de re iam ordine erat dicendum, nisi scirem hodie extare luculenta & docta scripta cōtra istas corruptelas. Ex his ergo malo ista peti, quām ex breui hoc scripto meo. Sed tamē cùm magna temeritate Asotus pronunciet, APERTE contentire Patres in istos errores, uno aut altero exemplo docebo, quām cōstans ac firma sit ipsius oratio. Nam certum est antiquissimos Patres Missæ nomen ignorasse; id uero quod præcipuum est in Missa, intercessio pro mortuis, ignota fuit Patribus, quorum nomina ordine recenset Asotus; & hoc quidē ex Platina, qui uitas Pontificum Romanorum conscripsit manifestius est, quām ut negare quisquam possit. Is in uita Sixti primi sic scribit: In celebrationē uero mandauit, ut sanctus sanctus Dominus Deus cantaret. Nu da primo hec erant & omnia simpliciter tractabantur. Petrus enim, ubi cōsecrauerat, Pater noster utsus est. Auxit haec mysteria Iacobus Episcopus Hierosolymitanus, auxit Basilius, Auxere & alijs. Nam Celestinus Missę introitū dedit, Gregorius Kyrieleson, Gloria in excelsis Deo Telesphorus, Collationes Gelasius primus, Epistolam & Euangelium Hieronymus, Alleluia uero sumptū est ex Ecclesia Hierosolymitana, Symbolū in Concilio Nicæno, Mortuorum autem cōmemorationem Pelagius inuenit, Thus Leo tertius, Osculum pacis Innocentius primus, ut caneretur Agnus Dei, Sergius Pontifex instituit. Hæreticus est Soto, qui iusta unum de Missa Pontificia immutauerit. Erunt ergo omnes hæretici, qui cærimonias à posteris inuētas ignorauerere & neglexere, imperfectae etiam ipsorum λιτουργίαι, cum non omnibus partibus, sicut hodie absolutæ fuerint: aut si tum quoque cùm omnes abessent cærimoniae, nihil deerat altaris sacrificio, (sic enim loquitur Sotus) cur damnantur hodie, qui antiquitatis simplicitatem ac puritatem flagitant? Sed omissis alijs, quorū tractationem breuitatis studium excludit, quis non uidet istum locum manifestè conuincere Asotum dicentem, Missam qualis est hodie ac intercessionem pro mortuis Augustino, Cyrillo, Cypriano fuisse cognitam & approbatam. Nam Pelagius primus fuisse autor scribitur memoriae mortuorum in Missa, quod si concedimus, dubium non est Cyrillum & Cyprianum & reliquos Patres, qui ante Pelagium uiixerūt, mortuorum SUPERSTITIOSAM ILLAM AC PAPISTICAM mentionem in Cœna non fecisse. Iam uero Pelagius hic uixit Tiberij secundi tēporibus, qui imperauit à Christo nato, Anno D.LXXVI. Certum ergo est Cypriano, qui sub Valeriano & Galieno Impp. (teste Eusebio) martyrio coronatus est, Cyrillo, Imperāte Iuliano apostata celebri, Augustino, Theodosij secundi tēpore florenti, hanc Missę partē fuisse in cognitā. Nā Imperatores recensiti multis annis ante Tiberiū imperarūt,

sicut ex annalibus patet. Quod si facta est aliqua mortuorum mentio, necesse est eam aliam fuisse, quam est ista nostris temporibus usurpata, quae Pelagium (si Platinae credimus) autorem habet. Et quidem in Dionysij Ecclesiastica Hieratchia (si titulus non mentitur autorem) legimus morem veteribus fuisse à communione, cum & publica pacis ab Episcopo facta esset annuntiatio, ac Christiani mutua salutatione fuisse sent commonefacti de concordia ac fraterno amore, cuius σύμβολον est coelestis illa mensa, nominata mortuorum recitari solita. Sed cum illud peracto sacro factum sit, quis dicaret recitationem partem eius fuisse? Et Dionysius causas etiam subiicit eius consuetudinis duas, primum, ut testimonium esset resurrectionis mortuorum, deinde ut virtute defunctorum, alijs ad imitationem pertraherentur: haec autem eius uerba. Enim uero sanctorum post pacem illam nomintum prædicatio, eos præconio attollit, qui pie sancte uxerunt, & ad finem usque uirtutis uiam constanter, nusquam ab ea deflectendo, tenuerunt. Nos quidem ad initandum beatissimum illorum habitum, atque ad diuina appetenda præmia prouocans & ducens, illos autem ueluti uiuentes prædicans, qui, ut Theologia ait, non mortificati, sed in diuinam penitus uitam ex morte translati sunt. Notuit enim, ut ait scriptura, qui sunt eius, & preciosa in cōspectu Domini, nisi mors sanctorum eius. Quæ profecto sanctorum mors pro consummata in sanctitate dicitur uita. His uerbis Dionysius ostendit luculentiter, cur olim post communionem aut missam aliqua sit facta defunctorum mentio, & credo temporibus subsequentibus eandem rationem obseruatam. Sed de Papistica illa consuetudine, ut supra diximus, locuples est testis Platina, eam non à Christo, nec à primis patribus, sed Pelagio institutam, & quidem incertum est, qua ratione illo quoque tempore commemoratio mortuorum sit facta. Obiectet Sotus, missam approbatam patribus fuisse, quia crediderint esse purgatorium, non ergo defraudare animas istis salutaribus praesidijs sacrificiorum uoluisse. Primum si constaret esse tales aliquem carcereum defunctorum, tamen non statim certum esset animas hac ratione posse liberari, nisi afferatur scripturarum testimonia, sine qua aliquid affirmare (ut saepe diximus) temerarium est. At uero Augustinus, qui reliquias recentior est, de purgatorio dubitat. Etsi enim quibusdam in locis asseuerare uidetur, tamē in alijs manifeste dubitat, in alijs etiam sibi ipsi contradicit.

Libro uigesimo primo de ciuitate Dei omnino dubitat, num sit purgatorium. FORSITA N (inquit) uerum est. Et in Enchiridio ad Laurentium, fundamentum super quod totum illud incendium purgatorij extrectum est, omnino contellit. Notum enim est, quod locum i. Corinth. 3. intelligunt aduersarij de purgatorij cruciatibus. Sed Augustinus ligna, foenum & stipulam (quorum illic fit mentio) intelligit de uoluptatibus licitis & concessis, ut de coniugio & cibo, ignem autem de tribulationibus, per quas non sine dolore suauitas illorum nobis adimitur, ac rationem addit euidentem, quare illa de purgatorio igne non possint intelligi, quia de omnibus dicatur, Vniuersiopus probari illo igne etiam eorum, qui aurum, argentum & gemmas superaedificant, quae si de cruciatibus purgatorij intelligerentur, optimi quicq; & præclarissimi uirtutibus, tanquam auro & gemmis ornati, cogerentur poenas istas experiri, quod est absurdum.

Animaduertis, Sote, & autoritate Augustini, ac ratione ita concussa fundamen-

fundamenta, quibus tota ista domus purgatoriū nititur, ut de ruina nemo dubitare debeat. Etenim cùm nemo possit negare ea, quæ ab hominibus sine uerbo excogitantur, pro figmentis & fabulis habenda, sicut Propheta idolatriam subinde mendacium appellat, quis commento uero fidem adhibebit, cuius nulla sunt fundamenta? Nam ad locum de peccato in spiritum sanctum, quod neq; in hoc, neq; in futuro seculo remittitur, suprà respondimus.

Iam uero Augustinus non solum interpretatione sua aufert funda-
menta purgatoriū, sed manifestè eo loco dubitat, num possit esse purga-
torium, his uerbis. Illius enim opus (intellige eum, qui non amauit uo-
luptates) non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione crucie
tur. Exuritur autem opus huius, quoniam non sine dolore pereunt, que
cum amore possessa sunt, sed quoniam alterutra conditione proposita,
eis potius carere malit quam Christo, nec timore amittendi talia dese-
rit Christum, quamvis doleat, dum amittit, saluus est quidem, sic tamē
quasi per ignem, quia urit eum rerum dolor, quas dilexerat amissarum,
sed non subuertit, neque consumit fundamenti stabilitate atque incor-
ruptionem munitum: TALE ALIQUID POST HANC VI
TAM FIERI INCREDIBILE NON EST, ET VTRVM
ITA SIT QVAERI POTEST.

Hæc uerba uoluī ascribere, ut ea, quæ superius ex eodem loco παρα-
φησινῶς recensui, melius intelligerentur, & piū amantesq; ueritatis uidē-
rent, quam nihil certi de purgatorio habeat Augustinus. Nam si certus
fuisse, si credidisset testimonij scripture posse probari talem carcerem,
nunquam, ut de re dubia, scripsisset, QVAERI POTEST. Desi-
nat ergo dicere Asotus certos & consentientes esse Patres inter se de pur-
gatorio, cùm Augustinus, cui principatum inter reliquos tribuendum
esse nemo dubitat, hac in re dubitet, nihilq; certi possit statuere.

De inuocatione autem, ut pauca etiam dicamus, & si dubium non
est, Patres quosdam nimium temporib; induluisse (neque enim ex scri-
ptura ulla ratione probari potest) rursus tamen multa contra supersticio-
sam inuocationem in illis reperiuntur, ac dubium nō est, si ea uidissent,
quæ postea ipsa experientia docuit, ipsos longè grauius ea de re fuisse
scripturos.

Dicit Augustin⁹ λατρείαν soli debere Deo, θυλάσσαν uero hominibus: *Suidas* Λα-
tuerò quis non uidet sanctum uirum sibi excidisse, cùm uoces distin-
guit, quarum significationes hoc modo, nec in sacrī, nec in prophanis
literis inter se discrepant: Deinde λατρείας certè species est inuocatio. E-
tenim nemo dubitat sacrificia esse λατρείαν DEO debitam. Augusti-
nus autem in sermone 152, omnem cordis & corporis mundiciem ap' *nophō m Pæ*
pellat sacrificium Deo offerendum. Cùm ergo ara cordis nostri tum dia Cyri, è-
maxime ardeat, cùm oramus, gratias agimus, quis non dixerit istam ei, γὰρ μὲν ὁ
se ueram λατρείαν Deōq; sacrificium gratissimum: Itaque cùm piā pre- κύριος νάνη
cationes sint λατρείαι, soli Deo debentur: aut certè λατρεία comune est τῆς ψυχῆς
vocabulum non distinguendum à θυλασσῃ. Verba Augustini de sacrifici, πριασμη,
cio isto cordis sunt hæc: Deniq; duplex à nobis sacrificium querit Deus, ὡς εἰ μήποι
unum, ut simus casto corpore, aliud, ut mundo corde esse debeamus, er' λατρεῦ-
go in exteriori altari, id est, in corpore nostro, offerantur opera bona, in σαι ταῦ-
etia in libris de ciuitate Dei. Hæc ideo dixi, quia λατρείας καὶ θυλασσεis ista Lib. 10.
RRr cap. 14.

*seruitute est
dictum. Et in
Leuico o-
pera seruilia
λατρεύτας
dicuntur.*

distinctio imperitis & indoctis occasionem dedit multarum corrupte-
larum de inuocatione. Alijs uero locis pie & eruditè loquitur Augusti-
nus de inuocatione, quos recitare longum esset, ego exempli gratia u-
num aut alterum ex ipsius scriptis subscribam. Libro 10. de ciuitate Dei
cap.4. cùm demonstrasset soli Deo sacrificium deberi, de hominum ue-
neratione hoc modo scribit: Multa denique de cultu diuino usurpata
sunt, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue
adulatione pestifera, ita tamen, ut quibus ea deferuntur, homines ha-
berentur, qui dicuntur colendi & uenerandi, si autem eis multum addi-
tur, adorandi. Vides Augustinum ipsum indicare excessum quandam
esse, si quos colere ac uenerari debebamus, etiam adoremus.

Eodem libro cap.9. docet Angelos non esse adorandos. Quocirca
(inquit) sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus significantes
uoces, cui res ipsas in corde, quas significamus, offerimus, ita sacrifican-
tes, non alteri uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam
illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debe-
mus. Tunc nobis fauent nobisque congaudent, atque ad hoc ipsum
nos pro suis uiribus adiuuant Angeli quique, uirtutesque superiores,
& ipsa bonitate ac pietate potentiores. Si autem hæc illis exhibere uo-
luerimus, non libenter accipiunt: & cùm ad homines ita mittuntur, ut
eorum præsentia sentiantur, apertissime uetant. Sunt de his exempla in
literis sacris. Putauerunt quidam deferendum Angelis uel adorando uel
sacrificando quæ debentur Deo, & eorum sunt admonitione prohibiti,
iussiç sunt hæc ei deferre, cui uni fas esse nouerunt. Cùm ergo Ange-
los licitum non sit adorare, quomodo dicemus homines esse adoran-
dos? Et quidem unum exemplum D. Petri documento est, quid pla-
cuerit hac in parte sanctis Dei hominibus. Nam cùm Cornelius adue-
nientem adoraret, uetabat ipse, dicens, se quoq; hominem esse. Extant
& alia exempla. Mihi uero non est propositum prolixè ea dare dicere,
sicut nec de cæteris: Satis est ostendisse, non esse in his locis, quos recen-
suit Asotus, eam Patrum sententiam, quam ipse illis affingit. Proinde
etiam non opus erat ipsos à mortuis quasi excitare, & nos ad ipsorum
citare tribunal, condemnareç illorum suffragijs & testimonij. Posse-
mus ferre eos hac in parte iudices & testes, nec dubitamus eos ea mo-
destia dicturos sententiam, ut ab ipsis in quibusdam ad scripturam pro-
uocantes, non statim essent condemnaturi. Nam quod uiui perni-
serunt omnibus, quam libertatem iudicandi scriptis suis dederunt uni-
uersis, si hodie ex mortuis sententiam dicturi resurgerent, non essent
denegaturi ullis. Sed cùm hoc postulamus, ut discedere aliquando no-
bis à Patrum interpretationibus liceat, clamat Asotus, Augustinum, Cy-
prianum, Cyrillum nobis cæcos esse, Lutherum, Brentium, & similes
solos fuisse oculatos. Quis uero illos cæcos dixit? Respondet Sotus,
nōne cæcitat̄ est omnis error, & omnis scripturæ sensus alienus ab
ea? Ego uero magnum esse discrimen inter ista existimo, & certè tale,
quale est inter hallucinationem & cæcitatē. Possunt qui Lynceis o-
culis sunt, aliquando decipi, ut putent se uidere, quod non uident.
Hallucinatio ista est, non cæcitas: nam similitudine aliqua sensus, ut
non recte iudicet, decipitur. Cæci autem sunt, qui in clarissimo sole ni-
hil omnino uident, de nullo colore quamlibet splendido & claro pos-
sunt iudicare. Sic cæcos eos appellamus, qui clarissimæ luci aduersan-
tur,

tur, quales olim fuerunt Pharisæi: Sed errantes ac hallucinantes sunt, qui aliqua in re labuntur, dum aut non satis attenti sunt, aut aliqua similitudine ueris impediuntur, quorum in numero si collocemus Patres, ac dicamus aliquibus locis eos lapsos esse, nulla ratione in ipsis iniurijs sumus, alias enim Augustinus Hieronymum ut cæcum damnasset, cum non per omnia ipsius sententiam sequitur. Fuisse etiam retractatione multorum locorum sibi ipsi conuictior. Et uos D. Cyprianum martyrio clarum cæcitatis damnaretis, quem ut errasse circa Baptismum, sic in reliquis catholicum fuisse afferitis. Denique uos ipsis cæcitatibus nomine suspectos facitis, qui multos scripturæ locos, & hunc quem ex 1. Corinth. 3, supra citatum, longè aliter quam D. Augustinus, & ipse contextus orationis Apostolicae ferat, intelligitis de igne purgatorio. Ne itaque dum nobis maledicere conamini conuicia faciat sanctis hominibus, immo uos ipsis uestro iuguletis gladio, firmiora & tutiora contra nos præsidia querite. Omitto multas calumnias manifestas, & illam etiam, ubi Lutherum, cum Paulo loquentem, scripturasq; sacras Angelorum hominumque autoritati opponentem, reprehendit, nam huiusmodi conuicia ita clara sunt, ut refutatione nulla indigere videantur.

Venio iam ad alteram partem Methodi Therapeuticæ, quam Sotus præscribit. Nam haec tenus ostendi, quantum ad certitudinem ualeat Patrum autoritas, quam ille primum uoluit esse antidotum contra errorem. Iam monet etiam Sotus in primis cauendos affectus, quibus præsentes errores blandiuntur. Quo loco impudentissime àuctoribus conuiciorum & calumniarum congerit, ita ut nullus Apelles ipsis firmam calumniæ imaginem melius depicturus uideatur, quam in ipsis scripto ad uitium expressa est. Atque utinam quod pictor egregius facit, nos quoque pictura & scriptura uelisci calumniias atroces possemus. Nam istæ iniuriæ non ad nos pertinent, sed ad eum, cuius doctrinam, ut mendacem, impiam, uitiorum omnium matrem, libidinum ac foedissimarum uoluptatum fenestram facere conatur, Quæ profectò ignaros quid sentiamus, aut doceamus ex uerbo Dei, maiorem in modum perturbant. Sed oramus omnes bonos ne calumnijs istis moueantur. Neque enim noua ista sunt conuicia, sed ex eorum numero, quibus Pharisæi olim Christum ac Iudæi Apostolos afficiebant, Conqueritur filius Dei se ὁιοπότην ποὺ φάγον, & alio loco πλάνον appellarunt. Nec obscurum est, quoties Samaritanum, daemoniacum, seductorem, perturbatorem ocij ac pacis uocârint. Ac historiæ sacræ testantur a gentilibus libros contra CHRISTVM scriptos, ex quibus maximè blasphemus fuisse dicitur is, qui inscribatur Acta Pilati. Paulus uerbis patuis fortunam Apostolorum describit, dicens, eos in hoc mundo καθάρουσαί εἰσαι καὶ περιψηματα, & historia nascentis Ecclesiæ testatur, quo loco fuerint Christiani, quam nefanda de ipsis confinxerint gentiles. Non itaque mirum est, si diabolus antiquum morem obtineat, & cum expugnare ueritatem nequeat, tamen oppugnet mendacijs & maledictis.

Caput totius accusationis est doctrinam Euangelijs blandiri hominibus carnalibus, augere securitatem, auferre uerum Domini timorem. Quæ si probauerit Sotus, dubium non est, doctrinam nostram (ut illi loquuntur) tanquam præsentissimum uenenum & Ecclesiæ pe-

stem, esse fugiendam. Sed audiamus quid de enumeratione peccatorum coram sacerdote sentiant ueteres. Illi enim neutquam consenserunt in istam confitendi rationem, quorum è numero est Chrysostomus, qui in hæc uerba scribit. Peccata tua dico, ut doleas ea, si confundaris alicui dicere quæ peccasti, dico quotidie ea in anima tua, non dico, ut confitearis conseruo tuo, qui exprobret: dico Dœo, qui curat ea: Peccata tua super stratum tuum confitere, ut ibi sua mala quotidie conscientia tua recognoscatur. Item. Non te in conseruorum tuorum theatrig duco, non hominibus peccata tua detegere cogo, repete coram Dœo conscientiam tuam, & explica, Ostende Domino præstantissimo meo dico tua vulnera, & pete ab eo medicamentum, ostende ei, qui nihil oprobret, sed hurtianissimè curet, &c.

De fine pœnitent. cap. 8. Eadem in sententia est Ambrosius, qui D O M I N O uias nostras vult reuelari, non recitari hominibus. Cui astipulatur Cassianus, dicens: Quod si uerecundia retrahente reuelare ea (intellige peccata) hominibus erubescis, illi, quem latere non possunt, confiteri ea iungi supplicatione non desinas, ac dicere: Iniquitatem meam cognosco, & peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: qui absque ullius uerecundia publicatione curare, & sine improperiō peccata condonare consuevit.

Nec Gratianus etiam istorum sententiam, ut certam, confirmat in Canonibus. Nam cum de confessione prolixè multorum sententias in utramq; partem recitasset, tali denique epilogi est usus: Quibus autoritatibus vel quibus rationum firmamentis utraq; sententia innitur, in medium breuiter exposuimus, cui autem horum potius adhaerendum sit, Lectoris iudicio reseruatur, utraq; enim fautores habent sapientes & religiosos uiros.

Cum itaque scripture mandato nullo exigatur talis peccatorum confessio, & dissuadeant boni, docii & sancti uiiri, rectè abrogata est consuetudo ista: ac propterea, si ut alijs, sic ista quoque abrogatione confessionis impij ac impenitentes abuterentur, nihil tamen in re ipsa eslet uitij. At uero certum est hac re minimam quidem occasionem dare esse licentia & securitati. In notorijs enim peccatis ac manifestis confessione opus non est, sed ad cognitionem magistratus pertinent, & ad communionem etiam isti admittendi non sunt, nisi serio polliceantur uitæ emendationem.

Sed occulta, dicis, recitanda sunt, ut uerecundia obstat in posterum peccaturis. Item ut satisfactiones præscribi possint, quæ duo ad disciplinam multum ualent.

Facilis ad ista respsio est & expedita. Certum est impenitentes ad reuelationem arcanorum adigi non posse: nam cum nulla reuerentia huminis moueantur, ut à turpitudine abstineant, cum in conspectu Dei, quem houerunt esse omnium rerum inspectorem ac ultorem, non erubescant, quis credat istos petenti sacerdoti, ac æternas flamas minitanti arcana recitaturos. At uero quorum corda Dominus suo spiritu uerè ad poenitentiā flectit, quos oculis misericordiæ respexit, illi & peccata sua abominantur, & de admissis corā summo Pontifice erubescunt: qualis ille Euangelicus confessor fuisse scribitur, quem peccati sensus ita comouebat, ut ne oculos quidē auderet attollere, ita studia uitæ prioris

damna

damnabat, ut pugno etiam cor impunitatis ac peccatorum fontem tunc deret.

Ad eundem planè modum, qui spiritu duce utuntur, ad nouitatem uitæ ac emendationem impelluntur. Etenim ut anima humana quām primum corpori infunditur, non quiescit, sed exigitas suas exerit hinc spiritus Domini ad pietatis studium illis est autor nō ~~et ergo adiuventus~~, quorum corda semel ipsius auspicijs templum esse Dei cœperunt. His ergo propter uerecundiam non est opus recitatione, sed lachrymis, imitatione Prophetæ Davídis, lectum suum rigant, ac se ipsos quotidie accusant.

Nec tamen interim adhortationes, comminationes, & publicas & priūatas, excludimus. Nouimus enim ex Ezechiele, hoc esse (inter cetera) concionatoris munus & officium, populi uitia taxare. Sæpe etiam iudicamus ultimi ac seuerissimi illius iudicij æternorumq; cruciatuum, qui impenitentes manent, mentionem faciendam. Præterea iræ diuinæ magnitudo contra impios exemplis scripturæ sacræ demonstranda est, additis Prophetarum & Apostolorum comminationibus. Hæc à concionatoribus sine ista peccatorum recitatione fieri possunt seorsim, cùm accessuri ad Coenam, absolutionis priuatae uolunt fieri participes: & publicè, cùm conciones ad populum habentur. Et quidem si ista ad seriam poenitentiā nihil possunt, nescio qua alia ratione pertrahendi sint homines. Nam quæ alia sacerdos, recitanti peccata sua, denunciabit: quos duriores carceres quām illos æternæ damnationis monstrabit: aut seuerius ne iudicium sacrificuli unius videbitur seuerissima sententia Christi, quam contra impenitentes illo die latus est.

At uero dices satisfactiones quomodo prescribentur, ihs qui peccata sua non fuerint confessi? Nos uero satisfactionem unam tantum agnoscimus, quæ abundè nobis satisfacit, Christi illam in cruce, qua nec me liorem, nec perfectiorem sacræ tradidere literæ, quam si imperfectam dixeris, blasphemus eris in Christi sanguinem: si perfectam, non erit opus eam nostris opellis complere. Hæc autem nullo operum bonorum contemptu dicta esse uelim. Nam loquitur hoc loco de precio redemptionis nostræ, quod certè non est aliud, quam Christi sanguis.

Ceterū qui Christum per ueram fidem induerunt, sciunt mundum sibi crucifixum esse, audiunt in concionibus sacris, male parta, exemplo Zachæi, restituenda abstinendum à crapula & auaritia, ne corda gravuentur, aut polluantur, quæ debent esse domicilia & templa Domini. Impunitatem omnem uitandam, ne contristetur spiritus sanctus: Huius manitatis officia præstanta, quod Dominus uoluerit hoc signum esse adoptionis in Christo Iesu, afflumenda arma iusticiæ, exuendum, ut summa dicam, ueterem hominem, & induendum nouum, & alia, de quibus in concionibus diligenter monendi sunt Christiani, & docendi, fidem sine istis fructibus mortuam esse, imò uanam gloriationem: uerè autem credentes nouas fieri in Christo creaturas. Quid, obsecro, in hac doctrina periculi est: an non hac ratione suus honor & Christo tribuitur & operibus? num qui sic concionantes audiunt, ad licentiam & securitatem instituuntur?

Dicuntur illa (inquietus) in concionibus, sed non fiunt: an uero persuades tibi omnes, qui coram sacerdote promittunt satisfactionem, impeccata facturos? Profecto si diligenter rem æstimauerimus, uidebimus satisfactiones apud impios multum momenti ad securitatem carnalem.

habere. Nam uerbi gratia, homini auaro, qui per fraudem se hoc antio multa corrasisse fatetur, præscribitur certus precationum numerus, impetratur pecunia danda pauperibus, itinera & peregrinationes mandantur, aut ut sumptum in Missas faciat, quæ & si aliqua ratione dura sunt auaro, tamen iucundam habet opinionem meriti. Orationum *μυστικά* præscriptas aliquot horis demurmurat, sine omni attentione; nam recipit tasse tantum uerba Orationis Dominicæ satis est. Itaque in toto illo labore orandi maximum est uotum absoluisse numerum præscriptarum precum. Homini præterea opulentio & diuiti non usque adeo graue est, pecuniam aliquam erogare in pauperes, uel in Missas, peregrinationes sape & breues iniunguntur, aut certè per uicarios procurantur. Quæ cum fiunt, opulentus ille auri sibi montes pollicetur, ac si quando lucri maioris spes affulserit, cum opera aliqua sua, & sumptu nō usq[ue] adeo magno inducere se peccata omnia posse credat, ad ingenium & uomitum reddit. Quid multis exemplum ipsum sacrificiorū satis ostendit, quantum ad disciplinam momenti confessio auricularis habuerit: quo enim saepius confessi sunt, eo fuerunt dissolutioris uitæ, de qua si pauca dicere uellemus, prolixus conamentarius instituendus esset. An uero ista ratio satisfactionum non uideatur expeditior, facilior, quam quæ à nobis ex Evangelio præscribitur? Semper orandum, sed cum attentione: das eleemosynas, ut agnoscamus ueri Dei filij: opes iniustæ partas non esse seruandas; nec solùm (quod tritum apud uos prouerbium est) cautæ, sed etiam castè uiuendum: non semel atq[ue] iterum, sed toto uitæ tempore ieiunandum: non sacerdoti in anno semel, sed ipsi Deo quotidie lachrymis & gemitibus ex animo confitendum, & similia. Ista profectò, si diligenter perpendant, satis testantur iniustæ nos accusari corruptæ ac sublatæ ē medio disciplinæ, quia dicimus recitationē singulorum peccatorum non esse necessariam. Sed de his aliorum etiam scripta extant, itaq[ue] nihil addam amplius, sed rectâ ad secundam accusationem me conuertam.

Libertatem, inquit, nos docere ab omni abstinentia: nescio num de abstinentia tantum loquatur, uel intelligat etiam continentiam, quia ad dit particulam uniuersalem: sed quocunq[ue] sensu ista dicat, nemo est, qui non intelligat luculentam esse calumniam: & quidem nemo, nisi impudentissimus dicet nos abstinentiæ, continentiæ, suam laudem non tribuere. Profer, queso, testimonia ex nostrorū libris, quibus probes nos eiusmodi Epicureos esse, qui nullam omnino laudē tribuamus uirtutibus istis laudatissimis, prouoco ad scripta nostrorū & conciones, quarū plurimæ extant, in quibus reperient æqui Lectores manifestā refutatiōnē harū calumniarū: immo uero certū est encomia & exempla sobrietatis, abstinentiæ, temperantiæ apud nostros præclariora inueniri q[uod] apud uos.

Aliam porro accusationem superioribus adjicit, nos de discrimine ciborum parùm honorifice sentire, certū itaq[ue] esse nos carnali sensui fauere. Nō uidet miser homo, se ea in parte nobiscum & Christū dulcissimū seruatorem damnare & Apostolum Paulum. An nō sustulit Dominus omnē ciborum discretionem, cum diceret, nullum cibū inquinare hominem: an nō Paulus magistri sui uestigia securus, monet Colossenses, ne delectum ciborū imponi sibi patientur? An nō ipse fateris nos à iugo legis solutos esse, cur ergo illa pars legis Mosaicæ tibi placet? Ac si omnino est discriminē aliquod ciborū, cur quadraginta tantum diebus ab illis abstinemus, & non per omnem uitam, qualis à suilla carne, & alijs interdi-

Ctis in lege mandata abstinentia est: Ecclesiae, ut credo, auctoritate allegabis, cui placuerit certum tempus constituerem, intra quod, a carnibus, ouis & similibus abstineremus. Ista quidem facile dicuntur, sed cum Ecclesia uoce sui magistri audiat dicentis ad Petrum: Quae Deus purificauit tu communia ne dixeris. Et sententia supra citata: Nihil quod per os ingreditur, inquit natu hominem, nullum profecto ciborum delectum suo arbitratu constituet.

Afor. 101

Sed fortasse discrimen ciborum Ecclesia propterea faciendum existimat, quod cibi nonnulli fomenta sint cupiditatum & uoluptatum. Ad ista ergo respondeo, nihil esse nobis ab ipsis cibis periculi, si limites temperantiae & sobrietatis non transgrediamur. Nam si ab omnibus abstinentium est, quae immodice sumpta, ad libidinem nos irritant, a piscibus nonnullis, aromatibus plerisque, a uino nobis abstinentium erit, in septuagesima. Nam nostro quidem tempore plures uidemus ebrietatem peccare quam ciborum abusu. Sed nemo hactenus uino interdixit ipsis in Septuagesima. Omnis denique intemperantia, quibuscumque tandem cibis utamur, uoluptatem ac libidines comites habet. Sed quis ita desiperet, qui propter intemperantiae periculum ab omnibus cibis in genere abstinentium diceret? Videntur ergo obseruato moderato ciborum usum discrimen esculentorum omnino tolli. Injuste ergo accusamur, quod ieunia omnia negligamus. Nam ad perpetuam sobrietatem ac temperantiam homines astringere (id quod ex uerbo Dei saepe facimus) nihil est aliud, quam perpetuum mandare ieunium.

Adhaec non improbamus ieunia, quae de industria suscipiuntur, quando nos orationi, & audiendis sacris concionibus preparamus aliquanto parciore cibo utentes: nam in his quid sequendum sit, exempla Apostolorum nos docent, & ratio etiam ostendit, sobrios in omni negocio suscipiendo esse promptiores & magis industrios. Oratio autem, aut invocatio Christiana in primis requirit hominem ab omni animi perturbatione & intemperie liberum.

Hac omnia cum concedamus, non video quid iure Asotus in nobis reprehendere possit. Etenim ieunia omnia ob eum finem suscipiuntur, ut temperanter & castè uiuamus. Cum autem ieunia à nostris, immo uero à Christo prescripta, illum finē consequantur, quid opus est ad elementa ista mundi configere & reuocare hypocriticum discrimen ciborum? Non minus certe absurdum hoc est, quam si quis hominem eloquenter, qualis Cicero fuit, reprehenderet, propterea quod non ad uerbum pueriles Grammaticorum regulas teneret, finem enim cum consecutis sumus, & quidem legitimis rationibus, nulla in tota actione (ut Philosophus scribit) comprehensio est.

De uotis & purgatorio, quod magna iactura pietatis & disciplinae sublata queritur, cum supra dixerimus, nolumus hic eadē cum tedium repeterem. Sed unum est, quod securitatis causam precipuam clamitat doctrinam de indubitate fidei aut certa fiducia in Deum. Nouum hoc esse Euāgelium dicit, & quidem Lutheri, quod carnalibus hominibus uel in primis blandiat, qui nihil magis cupiant quam frenos laxari suis cupiditatibus, & alia quae recessere longū esset. Scripsierunt & alii de dubitatione, sed nescio num aliquis quisquam impudentius Osio & Asoto. Certe si fidem historicā, de qua D. Iacobus scribit, diceremus iustificare, meritō nobis tale quid trubui posset, sed manifeste doceamus fidē, quod est fiducia gratuitę remissionis peccatorum per Christū, nulli nisi poenitenti contingere, qua una uoce car-

nales omnes & impoenitentes excludimus. Quomodo ergo ea fides se curitatis carnalis erit causa, quæ in carnales nunquam cadit?

Adhæc docemus fidem ἡλίας τοῦ ἀγάπης εὐεργούντα, nō mortuam, aut nominis tantum honore talem: proprietates ergo istæ & natura fidei se curitatē & mundi huius carnisque nostræ studia excludunt. Nec nos de ingenio nostro certitudinem hanc confinximus, sed ex scriptura dicimus, cui ea, quæ hoc loco ab Asoto dicuntur, manifestè repugnant. Vnum caput, quod in Romanis quartum est, luculentam defensionem habet nostræ causæ. Nam ibi Apostolus exemplum nobis constantis fidei Abrahami proponit, ac maiorem in modum prædicat fiduciam Patriarchæ, quæ nullis impedimentis auelli à Deo potuerit. Et idem Apostoltis undécimo ad Hebræos capite, fidem definit esse ελπίς ζωήνων ὑπόστασιν πραγμάτων, ελπίγχον βλεπομένων, cum qua descriptio ne ex diametro pugnat doctrina uestra de dubitatione. Et si (quod antea diximus) fides Abrahæ laudatur, quod de promissionibus diuinis non dubitauerit, reprehendetur certè omnis dubitatio. Cuius rei argumentum certum est concio Christi, quam resurgens habuit ad discipulos eius untes Emauntem. O stulti, inquit, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ: nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Præterea Sacramentorum uerus & legitimus usus repugnat dubitationi. Est enim Sacramentum inuisibilis gratiæ uisibile signum, quo certiores nos facit Dominus de sua clementia, imò est signum fœderis, quod Dominus nobiscum iniat. Dubitare ergo post accepta huiusmodi symbola de Dei erga nos clementia, nihil aliud est, quam suspectas habere Dei promissiones, Deum (quod longissimè ab ipsius natura abest) lubricum, mutabilem, inconstantem iudicare. Falsa erit & Iacobæ doctrina, qui manifestè dubitationem in oratione damnat. Postulet, inquit, cum fiducia, nihil hæsitans, nam qui hæsitat, similis est fluctui maris, qui uentis agitur & impetu rapitur. Neque enim existimet homo ille se quidquam accepturum à Domino. Cùm autem recitamus Orationem Dominicam, ac ab initio Domini P A T R E M appellamus, num dubia nobis uideri ista oratio debet, ut ore quidē Patrem, corde autem tyrannum imagineris? Cùm oras, Remittē nobis debita nostra, num de remissione peccatorum ambigendum erit, præsertim cùm Christus omnes poenitentes peccatores ad se uocet ac polliceatur se neminem, qui ad ipsum ueniat, electurum esse? Certè si D. Iacobæ creditus, oratio cum dubitatione huiusmodi coniuncta nihil impetrabit. Itaque certa remissionis & adoptionis spes, cùm recitamus Orationem Dominicam, animo concipienda est: quæ cum uestra dubitatione non conueniunt:

Paulus Romanis scribens, spem Christianorum certam esse dicit: Spes, inquit, non pudefacit. Quomodo, obsecro, ista cum dubitatione conueniunt? Nam si incerta & dubia spes est, potest frustrari sperantes. At cùm non frustretur, sperantes non pudefaciat, quomodo cum ista consistere uestra dubitatio poterit? Spes sanè, ut vulgo eo uocabulo utimur, animos humanos inter spem metumq; suspensos tenet, at spes Christianorum certa est, spes nunquam fallens. Nec obstat Pauli dictum: Qui stat, uideat ne cadat: non enim suasor est dubitationis, sed dehortatur Romanos, ne temere de ijs, qui lapsi sint, iudicent, posse enim fieri,

fieri, ut & ipsi labantur, quod accidisse sanctissimis legimus, qui tamen à gratia Dei non exciderunt.

Puto ista sufficere ad detegendas calumnias Sotis; nam plenior horum tractatio ab alijs petenda est. Certè serijs lachrymis deplorandum est, doctrinam sacrosancti Euangelijs, ac certissimum foedus, quod filius Dei fuso sanguine nobiscum inijt, nouam doctrinam appellari, quæ carnalium improbitatem & securitatem adiuuet, impoenitentibus blanditur, patrocinetur impijs. Tú ne fili Dei Iesu Christe tum auram popularem captabas, cùm omnes peccatores ut ad te uenirent, ac auxilium & clementiam tuam summam sibi promitterent, iubebas? Tú ne hominum carnalium affectus pueriles & infirmos confirmabas, cùm diceres: Ne turbetur cor uestrum, creditis in Deum, & in me credite, in domo Patris mei mansiones multæ sunt, quibus certè discipulos tuos, & nos omnes in certam spem eterne felicitatis erigere uoluisti. Ad tuum tribunal ergo, quod in his aduersariorum furoribus nobis reliquum est, prouocamus supplices, orantes, ut patrociniū causæ, quam à primo statim mundi exordio tuendā suscepisti, contra calumnias istas clementer tuearis. Gloriantur illi de antiquitate, sed errores de ingénio suo excogitatos pro tuo Euangelio nobis obtrudunt: lactant opera bona, ac audent ea sacrosancto tuo conferre sanguini, cùm interim omnis generis sceleribus sese polluant. Facem Euangelijs postremis hisce temporibus ineffabili clementia tua accensam, vulgi & carnalium hominum commenta esse dicunt. Tibi, Tibi, ô Domine, uindictam committimus, humilimè orantes, ut si ad mortem non pecârunt, illorum oculos aperire uelis: nos uero in tanta rerum omnium perturbatione constantes conservare, ut cum læticia & exultatione aduentum tuum expectemus,

A M E N.

FINIS.





